INSCRIPTIONES LATINAE

SELECTAE.



EDIDIT

HERMANNUS DESSAU.

VOL. II. PARS I.

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MCMII.



SVMMARIVM

VOL. II, 1.

Caput XIV.

Corrigenda.

P. 173 n. 4333 v. 1 *pro* εὐθυντῆρι *scr.* εἰθυντῆρι.
P. 355 n. 5363 v. 1. 2 *pro* Valentiniarii *scr.* Valentiniani.
P. 426 n. 5793 fin. *pro* CTXX *scr.* C⊥XX.

CAPVT XI.

TITVLI SACRI ET SACERDOTVM.

2957 Aecetiai[1] pocolom.

In patera fictili nigra, Volcis rep., nunc Londinii, pictum colore flavo (I 43; delineavit Ritschl tab. X fig. b). De pateris et urceis his egerunt Ritschl de fictil. litterat. antiquissimis. 1853 (opusc. phil. 4, 279 seq.) et Iordan ann. inst. arch. 1884 p. 7 seq. Haec sola ex pateris his nulla figurae humanae imagine instructa est, sed ornamentis tantum (ramis et gyris quibusdam). — 1) Aecetiam deam Aequitiam esse sive Aequitatem consenserunt Mommsen et Ritschl (cf. huius opusc. 4 p. 283).

2958 Aisclapi pococolom *(sic) (puer volans d. liquorem fundens ex urceo, s. pateram tenens).*

In patera fictili nigra picturis albis ornata, Clusio Romam adlata, nunc Berolini (delineavit Iordan ann. inst. arch. 1884 tab. R cf. p. 357 melius quam Ritschl Prisc. epigr. Lat. suppl. V = opusc. tab. XIX fig. 4 cf. opp. 4 p. 564).

2959 Belolai *(sic)* pocolom *(caput deae, cuius crinibus serpentes inserti sunt).*

In patera fictili, olim Florentiae, nunc Parisiis (I 44; delineaverunt Ritschl tab. XI fig. g et Iordan symb. ad hist. relig. Ital. alter. [ind. lect. Regiomont. 1885] p. 14). — Belolai *errore scriptum esse pro* Belonai *satis indicat pictura (non recte de bellula aliqua cogitaverunt nonnulli). Ceterum in hac sola ex pateris huius generis adhuc notis caput deae ad quam pertinet pictum est, in reliquis plerisque Erotes ludibundi.*

2960 Coera[1] pocolo.

In patera, olim Hortae ut videtur, deinde Romae, diu latet (I 45 cf. Iordan ann. inst. arch. 1884 p. 13). — 1) *Tertia littera videtur* e *fuisse, quamquam variant apographa; fortasse fuit* Coerai, *quamvis unum tantum ex quattuor apographis* i *litteram in fine exhibeat. Deam Coeram sive Curam cum Mente composuit Iordan l. c.*

2961 Fortunai pocolo.

In urceo fictili striato, litteris albis, rep. dicitur in provincia Hydruntina, postea Romae (IX 258 delineavit Helbig).

2962 Iunonenes *(sic)* pocolom *(Amor stans in cane).*

In patera fictili nigra, Volcis rep. (Iordan ann. inst. arch. 1884 tab. A cf. p. 6).

2963 Keri pocolom *(puer alatus tibiis duabus canens).*

In patera fictili nigra, Volcis rep., nunc Romae (I 46 delineavit Ritschl tab. X fig. d).

2964 Lavernai pocolom *(puer alatus d. ramum, s. pateram tenens).*

In patera fictili nigra, Hortae rep., nunc Romae (I 47 delineavit Ritschl tab. X fig. e).

2965 Me[*nervae*] *vel* Me[*rcuri pocolom*].

In fragmento paterae similis, litteris lutei coloris, Romae in Esquiliis rep. (XV 6187 = Ann. inst. arch. 1880 tab. R fig. 6 delineavit Dressel).

2966 Saeturni pocolom.

In urceo fictili, incertae originis, servabatur Romae (I 48 delineavit Ritschl tab. X fig. a).

2967 Salutes pocolom *(puer alatus tibiis canens).*

In patera nigra, Hortae rep., nunc Romae (I 49 delineavit Ritschl tab. X fig. f).

2968 Vesta[1] pocolo.

In fragmento urcei striati, Lanuvii rep., est in museo Britannico (delineavit Pascal Notizie degli scavi 1895 p. 45; cf. Jahrb. des archaeol. Instituts 1897 p. 195). — 1) Vestai *Jahrb.*

2969 Volcani pocolom *(puer alatus unguentarium ut videtur tenens, ante eum herma barbatus nescio quid in capite gestans).*

In patera nigra, Tarquiniis rep., est Berolini (I 50 delineavit Ritschl tab. X fig. c; cf. Iordan ann. inst. 1884 p. 358).

2970 Apolenei.

2971 Fide.

2972 Iunone.

2973 Iuno Lo|ucina[1].

2974 Mat. M|atut.

2975 Salute.

2976 Dei. Mari|ca[2].

2977 Deiv. [*N*]o[*v*]e sede[3] | P.[4] Popaio Pop.[5] f.

2978 Cesula | Atilia | donu | da[*t*] Diane.

2979 Feronia | Sta. Tetio[6] | dede.

2980 Iunone reg.[7] | matrona | Pisaurese[8] | dono dedrot.

2981 Matre | Matuta | dono dedro | matrona. | M'. Curia, | Pola Livia | deda[9].

2982 .... | Nomelia | dede.

2983 Lebro[10].

Prope Pisaurum rep., cippi pyramidum similes supra truncarum (I 167—180. XI 6290—6303 vidit Bormann; delineavit Ritschl tab. XLIII. XLIV). Titulos n. 2970—2975, in quibus nuda deorum nomina sunt, paullo antiquiores reliquis putat Bormann. — 1) *Quattuor postremae litterae in latere lapidis (similiter etiam in N. 2974. 2976. 2977 singuli versus in latus lapidis excurrunt).* — 2) *Deiva Marica (deam hanc memorant Verg. Aen. 7, 47 aliique).* — 3) *Divos Novemsedes agnovit Mommsen (prima et tertia littera in lapide non agnoscuntur; punctum ante* sede *certum est).* Esos Novesede pesco pacre *est in tabella Marsica quam ediderunt Mommsen unterital. Dial. p. 329 et Zvetaieff inscr. Ital. med. dialectic. tab. VI 5. Praeterea cf. de diis Novensidibus sive ut plerumque dicebantur novensilibus*

Preller R. Myth. I p. 101 (ed. 3). — 4) *Littera iam dimidiata incertum utrum* T. *fuerit an* P; *hoc praetulit qui nuper vidit Bormann.* — 5) *Sic videtur legendum esse, quamquam secunda littera ad* d *proprius accedit quam ad* o *(punctum ante* f *non certum est).* — 6) *Punctum inter et* Sta *et* Tetio *non certum. Intellege: Staius Tettius.* — 7) *Particulam litterae* g *vidit Bormann.* — 8) *Intellege: Matronae Pisaurenses (in fine horum vocabulorum possunt periisse singulae litterae).* — 9) *Versus tres postremi postea additi esse videntur.* — 10) *Intellege: Libero. Ceterum hic lapis multo postea repertus est, neque plane similis eorum qui praecedunt.*

2984 Anabestas[1].

2985 Remureine.

Romae in monte Palatino rep. columellae ex lapide Albano (VI 21. 566 cf. 30794 hanc vidit Huelsen, delineavit Huebner ex. scr. ep. n. 94). Certe N. 2895 (sed sine dubio etiam N. 2894), testibus ipsis litteris (cf. Huelsen et Huebner l. c.), non ea aetate incisa est cuius esse se simulat, sed saec. p. Chr. primo, fortasse temporibus Claudii. — 1) *Dativus pluralis videtur esse, ut Corniscas infra N. 2986. Ipsa numina ignota.*

2986 devas | Corniscas[1] | sacrum.

Romae rep. trans Tiberim sub Ianiculo (I 814. VI 96 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Memorat divas Corniscas et eorum sacellum Transtiberinum Festus ep. p. 64.*

2987 Coronicei | T. Terentius L. C. l. donom | mereto dedet.

Romae, parva basis rotunda lapidis calcarei, nunc Lipsiae (VI 30858 vidit Mommsen; delineavit Huelsen Roem. Mitth. 1895 p. 63). De numine praeterea ignoto cf. Huelsen l. c. p. 64.

2988 Vediovei[1] patrei[2] | genteiles Iuliei[3]. *(In latere)* Vedi[*ovei*][4] aara *(in parte postica)* leege Albana[5] dicata.

Bovillis rep., iam Romae, ara formae vetustae (I 807. XIV 2387 recognoverunt Huelsen et Mau; Ritschl tab. LVI f). — 1) *De Vediove cf. Preller Roem. Myth. ed. 3 I p. 262 cum notis Iordani.* — 2) Patrei *vocabulum postmodum additum esse ex collocatione patet.* — 3) *Iuliorum sacra gentilicia antiquitus Bovillis fieri solita esse colligi potest ex Tac. a. 2, 41.* — 4) *Haec antiquitus erasa, scilicet errore posita a quadratario et mox sublata.* — 5) *Iulii ex Alba oriundos se putabant, et ipsi Bovillani Albani Longani vel erant vel dicebantur (cf. C. I. L. XIV p. 231), unde non mirum aram hanc dicatam eis legibus quae Albae in usu fuisse putabantur.*

2989 [*M. Aim*]ilio M. f., C. An . . .[1], | [*prai*]toris pro po[*plod*] | . . . ti[2] Diove dede[*re*].

Romae empta, lamella aerea, sed incertum num Romae reperta, nunc in museo Berolinensi (I 188. VI 136; Ritschl priscae Lat. suppl. tab. II f). Supplementa sunt Mommseni. — 1) *Aut* An . . . *fuit aut* Am . . . — 2) [*Di*]ti *supplevit Mommsen putans Ditem non diversum esse a Vediove; sed cf. Iordan ap. Prellerum Roem. Myth. ed. 3 II p. 65 not. 3.*

2990 Diuei[1] | Ardea|tes[2].

In summo monte Albano (Monte Cavi) rep., est Romae (XIV 2231 correxit Huelsen Roem. Mitth. 1895 p. 65). — 1) *Primam litteram* d *fuisse formae peculiaris*

(infra apertam), ut est etiam in Ardeates *vocabulo, statuit Huelsen. Ceterum Iuppiter hic est Latiaris, ut dicitur in titulo eodem loco reperto infra N. 3072.* — 2) tes *litterae in latere basis.*

2991 Sa.[1] Burtio V. f. | Iue[2] dono | ded. mereto.

Ad lacum Fucinum rep. (Eph. ep. 8, 174 vidit Huelsen). — 1) *Salvius praenomen.* — 2) *Iue, idem quod Iuve, Iovi.*

2992 Tampia L. f. | Diovei.

Aquileiae, in columnae parte summa (V p. 1073, vidit Pais CIL. suppl. Ital. I n. 593).

2993 Tampiai[1] | Diovei.

Peragae prope Patavium, in columnae parte summa (I 1435. V 2799 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse hic quoque fuit* Tampia L. f. *(cf. Pais l. cit. ad N. 2992).*

2994 . . . o Iovei[1] Victore
. . . T. Mefu . . . M. f.
. . . III vir [*resti*]tuit.

Romae rep. in Quirinali, una ut videtur cum N. 3140 (I 638. VI 438 cf. 30767[a] descr. Iustus Rycquius). — 1) Diovei *(non* oiovei) *in lapide fuisse putat Mommsen.* — *Ad Capitolium vetus, quod fuit in Quirinali, titulum rettulit Mommsen, sed cf. Huelsen Mus. Rhen. 1894 p. 408.*

2995 *(in parte antica)* Iovi *(in postica)* imp. Caesar Vespasianus Aug. | per collegium pontificum fecit.

Romae prope thermas Titi, ut videtur, rep. (VI 369, inscriptionem posticae multi descripserunt saec. XVI, in his Smetius, anticae duo tantum vel tres, quorum unus Iovi *in alio saxo fuisse tradit).*

2996 I. o. m. s.[1], | conservato|ri imperii d. n. | . . . .[2] Aug. et ex|auditori pre|cum generis | humani, C. Muna|tius Felix vet., | fl. p. p.[3] posuit dedi|cavitque.

In Numidia loco dicto El-Mahder, inter Cirtam et Lambaesim (Rec. de Constantine 30, 1895/6 p. 285; Bulletin arch. du comité des travaux hist. 1896 p. 283). — 1) *Sacrum.* — 2) *Erasum nomen imperatoris, litterarum quattuor vel quinque (Cari fortasse).* — 3) *Flamen perpetuus (fortasse coloniae Cirtensis). Eiusdem nominis vir, fortasse idem, flamen perpetuus et curator coloniae Cirtensis a. 303 a christianis Cirtensibus scripturas sacras sibi tradi iussit (Gesta apud Zenophilum, in ed. Optati Vindobonensi p. 186).*

2997 I. o. m. | summo excellen|tissimo | Maecius Probus v. c., praef. alim.[1], quod hoc in loco | anceps periculum | sustinuerit | et bonam valetudi|nem reciperaverit, | v. s.[2]

In agro Campano rep. (X 3805 vidit Mommsen). — 1) *Praefectus alimentorum.* — 2) *Votum solvit.*

2998 Iovi summo ex|superantissimo[1] | divinarum hu|manarumque | rerum rectori | fatorumque ar|bitro . . . . a | . . . . et pro | . . . . . . leg. | . . . . .

Apuli (Carlsburg) in Dacia (III 1090 bis ut videtur descripta saec. XVIII). — 1) *Eadem cognomina Iovis N. 3003. 3094, item VI 426.*

2999 Iovi optimo ma|ximo deorum principi, | gubernatori om|nium rerum, | caeli terrarum|que rectori, ob re|portatam ex gen|tilibus barbaris | gloriam | Flavius Leontius | v. p.[1] dux per Afri|cam posuit.

Lambaesi (VIII S. 18219 Schmidt vidit ectypum). — 1) Vir perfectissimus.

3000 I. op[*t.*] max. | Geniisque diis | [*i*]mmortalibus | [*vict*]oriisque dd. nn. | invic[*t*]or., M. Aurel. Vitalis | v. e., p. p.[1] Maur. Caesarien., | Ulp. Castus dec. alae | Thracum, ob bar|baros cesos ac | fusos v. s. l. a., | . . idus Aug., a. p.[2] CC | et XV[3].

In Mauretania prope Auziam loco dicto Aïn bu Dîb (VIII S. 20827 vidi ectypum). — 1) Vir egregius, praeses provinciae. — 2) Anno provinciae (Mauretaniae). — 3) Significatur annus p. Chr. 254.

Alios titulos Iovi optimo maximo dedicatos ob expeditiones bellicas feliciter peractas vide supra N. 628. 1194.

3001 pro salute | coloniae et ordinis | decurionum et populi | Tudertis, Iovi opt. max. | custodi conservatori, | quod is sceleratissimi servi | publici infando latrocinio[1] | defixa monumentis[2] ordinis | decurionum nomina | numine suo eruit ac vindi|cavit et metu periculorum | coloniam civesque liberavit, | L. Cancrius Clementis lib. | Primigenius | sexvir et Augustalis et Flavialis[3], | primus omnium his honoribus | ab ordine donatus, | votum solvit.

Tuder (XI 4639 vidit Bormann). — 1) Scelere. — 2) Sepulcris. De hac defixionum superstitione cf. Plin. h. n. 28, 19. Tac. a. 2, 79 cet. et quae composuit Wünsch Defixionum tabellae Atticae p. III. IV. XXX. — 3) Tam seviri quam Augustales reperiuntur etiam in aliis titulis Tudertinis (cf. CIL. XI p. 679), Flavialis praeterea nullus. Primus omnium cum Flavialis dignitate exornatus sit Primigenius, apparet eum vixisse temporibus Flaviorum. Fortasse ipse partem habuit in detegendo scelere servi illius publici.

3002 [*I*]ovi op|[*t*]imo m|aximo pi|entissi|mo exaudi|tori ress|titutori *(sic)* T. | Varius Agr|ippinus v. s.

Inter Capuam et Trebulam rep. (X 4553 vidit Mommsen).

3003 Iovi o. m. summ. | exsuperantis.[1] m.[2] | T. Sextius Verian|us pro salute Cor|neliani f.[3], c. v., cons.[4]| . . . . .

In Etruria prope Castel nuovo dell' Abbate, non longe a Clusio (XI 2600 vidit Bormann). — 1) Cf. N. 2998. — 2) Fortasse aliud cognomen Iovis optimi maximi. — 3) Filii. — 4) Clarissimi viri, consulis.

3004 I. o. m. *(in parte opposita)* [*P. Su*]lpicio Quirin. C. Valg[*i*]o c[*os.*][1], | Sex. Pontidio Basso M. Iunio Celere IIv[*ir.*][2], | Sex. Helvio C. f. P. Titio Falerno aed.[3], | P. Rammius P. l. Chrestus | navigator I. o. m. *(navis velis expansis).*

Capuae (X 3804 vidit Mommsen). — 1) A. u. c. 742. — 2) Duoviris, 3) aedilibus, scilicet coloniae Capuae.

3005 Iovi optumo | maximo ex viso | aram aedificavit | P. Cornelius P. l. Trupo | mesor[1], | prec.[2]

Ostiae rep., deinde Romae (I 1109. XIV 23 descr. Marinius). — 1) *Mensor.* — 2) *Precario, sc. loco concesso (Momms.).*

3006 C. Titius C. l. | Pelops a | Iove ex visu | iussus posit *(sic).*

Ateste (Este) rep. (V 2472 vidit Mommsen).

3007 I. o. m. | Aur. Martinus | Basus[1] et Aur. | Castor po. Lyd|i[2] circumstantes | viderunt numen | a[*q*]uilae[3] descidise[4] | monte supra dracone[5]. | tres valida vii[6]. | Supstrinxit a[*q*]uila[3]. Hi s. s.[7] a[*q*]uila[3] de | periculo | liberaverunt. | V. l. m. p.

Apuli in Dacia rep. (III S. 7756 viderunt Hirschfeld et Domaszewski). — 1) *Fortasse non nomen, sed sacerdotii aliquod genus; cf. III S. 7834.* — 2) *Pontem Lydi, dubitans proposuit Mommsen (nam fluvius huius nominis ignotus).* — 3) AQVILAE, AQVILA *lapis.* — 4) *Intellege: descendisse (similia reperiuntur in actis Arvalium).* — 5) *Dracones.* — 6) *Vi.* — 7) *Supra scripti.*

3008 Iovi | optum. max. | Ti. Claudius | Ennychus[1] | et Claudia | Manto[1] | ex voto.

Romae rep. in regione Suburae (VI 30938 = Notizie degli scavi 1888 p. 698). — 1) *Nota cognomina a vaticinatione desumpta.*

3009 Iovi optim. maxi. | Capitolino | pro salut. An|tonini Aug. Pii, Postumi|us Acilianus | praef. coh. I Delm.[1]

Maryport in Anglia rep. a. 1873 (Eph. ep. 3, 93 vidit Bruce). — 1) *Idem praefectus eodem loco reliquit titulos VII 367. 388. 400.*

3010 Iovi | statori | Q. Aburn[*i*]us | Caedic[*i*]anus[1] | leg. Aug.

Apuli in Dacia (III 1089 bis descripta). — 1) *Vixit temporibus Hadriani, cf. CIL. XV p. 72. 180.*

3011 Iovi statori | sac. | L. Septimius | Carchedoni|us v. s.

Prope Masculam (Khenchela) Numidiae rep. (VIII S. 17674 Schmidt vidit ectypum).

3012 Iovi statori et conserva[*tori, votis decennalium solutis*] et vicennalium susceptis, et ob victoriam [*et reditum d. n. imperatoris Caesaris*] Marci Aurelii Antonini Augusti Parthici max[*imi pontificis maximi trib. pot. XI cet.*]

Romae, in vinea quadam ad viam Salariam (VI 434 solus descripsit saec. XVII Fabrettius). — *Videtur spectare ad a. 208, quo vota decennalia Caracalli soluta testantur nummi et quo ille ad bellum Britannicum cum patre profectus est (Eckhel 7, 206).*

3013 I. o. m. | conserva|tori L. Aemi|lius Carus[1] leg. | Aug. pr. pr.

Philadelphiae sive Rabbath Ammon (Brünnow Mittheil. und Nachrichten des deutschen Palaestina-Vereins 1896 p. 4). — 1) *Vide supra N. 1077. Hunc titulum posuit Carus cum esset legatus pro pr. Arabiae. Idem cum esset legatus legionis in Germania inferiore, in hac quoque provincia titulum Iovi dedicavit Coloniae Agrippinae (Brambach 334).*

3014 I. o. m. | aeterno[1] | conservatori | Callistus | Aug. n. disp.[2] | pro salute | sua et suor. | ex v. p.

Zalatnae (Ampeli) in Dacia (III 1301 vidit Mommsen). — 1) *Aeterni Iovis nomine hic et in aliis inscriptionibus (III S. 7912—7914 cet.) significari numen aliquod Syrorum (Iovem Dolichenum) putat Cumont revue archéol. 1888 t. 11 p. 186.* — 2) *Idem Callistus Augusti nostri dispensator alium titulum Iovi conservatori posuit III 1085.*

3015 I. o. m. | conservat. | L. Ant. Secun. | Aug. col. Ap.[1], | in his aedib. | natus, cum | Celsina fil., | v. s. l. m.

Prope Apulum Daciae (III 1084 servavit Martinus Opitz). — 1) *Augustalis coloniae Apulensis.*

3016 Iovi | conservatori | omnium rerum | M. [*E*]rucius Na[*tal*]is | v. s. l. m.

Rougiers inter Aquas Sextias et Toulon (XII 1066 p. 822 ad apographum factum saec. XVIII).

3017 Iovi | frugifero | M. Erucius | Natalis.

Rougiers (XII 336 p. 809 Robert Parisiensis vidit ectypum).

3018 Iovi o. m. | conservatori pos|sessionum Roscior|um Paculi Aeliani n.[1] cos.[2] | et Bassae filiorumque | eor., ex voto L. | Roscius Eubulus nutrit. | et procurat. cum P. Roscio | Firmo, lib. proc. eor. *(In latere)* d. IIII non. Mart. | Iuliano II et Crisp[*ino*] | cos.[3]

Concesii in valle Trompia supra Brixiam (V 4241 bis descripta, saec. XV et denuo saec. XVII). — 1) *Nostri.* — 2) *Consulis (L. Roscius Paculus Aelianus consul ord. fuit a. 223).* — 3) *4 Mart. 224.*

3019 Iovi monitori | conservatorique | . . . .[1] | leg. Aug. leg. XIII Gem. | somno monitus.

Apuli (Carlsburg) in Dacia (III 1032 servavit Ariostus auctor incorruptus). Alium titulum Iovi monitori dedicatum dedi supra N. 546. — 1) *Videtur legati nomen erasum, ut in III 1062.*

3020 I. o. m. | custodi, | dis deabus|que, | Q. Fabius Com|modus trib. | leg. II Ad.

Aquinci rep. (III S. 10425 vidit Domaszewski).

3021 I. o. m. | defensori | et tutatori | C. Iul. Sen|nianus cu[*m*] | Iul. Rufina | coniuge | v. l. p.

Rečkae, ubi fuit Romula Daciae, iam Bukaresti (III S. 8024 vidit Domaszewski).

3022 I. o. m. | depulsori et | diis deabusque | omnibus et | Genio loci | T. Flav. Latinianus | praefectus | vigilum[1] | . . . .

Lugduni (XIII 1745 vidit Hirschfeld). — 1) *Utrum Romae an Lugduni praefectus vigilum fuerit, haesitat Hirschfeld.*

3023 [*I.*] o. m. statori | [*i*]tem depulsor., | . . [*I*]ul. Maximi|[*a*]nus trib. mil. | v. s. pro sua su|[*or*]umq. salute.

Tordae, ubi fuit Potaissa, in Dacia rep. (III 893 vidit Mommsen).

3024 Iovi depulso|ri, Genio loci, | M. Valerius | Maximianus[1] | leg. Aug. leg. | III[2] Aug. pr. pr., | consul, et | Ulpia Aristonice.

Lambaesi (VIII 2621 vidit Wilmanns). — 1) *Vide supra N. 402.* — 2) III *numerus in litura restitutus (cf. supra N. 305 not. 1, N. 2296 not. 3).*

3025 I. o. m. salutari | et Genio domus | eius L. Serenius | Bassus 7 leg. II | Adi.[1] gravissima infirmitate | liberatus | v. s. l. m.

Aquinci rep. (III 6456 cf. III S. 10389 vidit Mommsen). — 1) *Centurio legionis secundae Adiutricis.*

3026 Iovi tutori | Q. Veturius Secundus, | A. Libius Hilarianus | quaglator.[1] et curator., | donu daeder. | cultoribus.

Prope Ostiam rep. (XIV 25 vidi). — 1) *Quaglator collegii alicuius est etiam X 3910. Vocabulum a coagulando ductum respondet fere coactori (Momms.).*

3027 Iovi | tutatori | maris[1].

Beneventi (IX 1549 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Duae postremae litterae iam non extant, vidit eas Gualterus auctor sincerus.*

3028 sancto | Iovi territori | sacrum.

In agro Tiburtino rep., deinde Romae (XIV 3559 vidit Henzen).

3029 prestito Iovi s. | *//////*[1] | tribunus coh. X | praet., cultor nu|minis ipsius, profic|iscens ad opprimen|dam factionem | Gallicanam[2] iussu | principis sui aram | istam posuit.

Poetovione rep., est Gratzii (III 4037 vidit Mommsen). — 1) *Vocabulum erasum. Vestigia nominis Plautiani deprehendere sibi visus est Premerstein, sed cf. Hirschfeld III S. 10868, item Prosopogr. Imp. Rom. sub C. Fulvio Plautiano.* — 2) *Significari bellum aliquod de principatu gestum inter exercitus Pannonicum et Germanicum putat Mommsen. Titulum arae, quam Iovi praestiti posuisse dicebatur Hercules victor, dabimus infra N. 3401.*

3030 deo Iobi | prestabili | P. Staius | Eutychi|anus.

Terraloggia non longe a Benevento (IX 1498 vidit Hirschfeld).

3031 *(vir habitu Iovis s. fulmen et tridentem, d. bidentem tenens, pone delphinus)* Iove iutori.

In tabula fictili picturata, rep. Urbisagliae in Piceno, pictum (IX 5531 vidit Mommsen; imago est Monumenti dell' Inst. arch. XI tab. XVII enarravit Schmidt ann. inst. 1880 p. 63). In simili tabula una reperta picta est Minerva, in tertia Victoria, sed sine inscriptionibus. — Iove Iutori *Momms.,* Iove Iutor *Schm.*

3032 Iovi | impetratori[1] | A. L. C.

Romae, in cippi rep. in alveo Tiberis duobus lateribus (VI 30935 = Notizie degli scavi 1895 p. 44 viderunt Vaglieri et Huelsen). — 1) *Cf. infra N. 3434/5.*

3033 Iovi | opsequenti | publice.

Olim Bagnacavallo inter Ravennam et Faventiam, iam Ferrariae (XI 658 vidit Mommsen).

3034 Iovi valenti | D. Fonteius Frontinianus | L. Stertinius Rufinus leg. | Augustor. pr. pr., cos. desig.[1]

Lambaesi rep. in templo Aesculapii, pertinebat ad aediculam Iovis in inscriptione epistylii eiusdem templi (cf. infra N. 3542) memoratam (VIII 2579 d vidit Wilmanns). — 1) *Vide supra N. 1082.*

3035 I. o. m. | paterno | Aurel. Vet|us adiutor | offici corni|culariorum[1] e | v.[2] l. m. p.

In Dacia, in vico Lona prope Tordam, veterem Potaissam, iam Vindobonae (III 894 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 2390. 2391.* — 2) *E voto.*

3036 [*Io*]vi Quirino.

3036ª Iovi Cyrin[*o*] *(et infra)* C. Tati Max.

Casteldieri in Paelignis, tegulae duae (IX 3303 descripsit Dressel).

3037 I. o. m. | iur.[1] | d. c. s.[2]

Brixiae (Pais n. 1277 misit Petrus da Ponte Brixianus). — 1) *Iovi optimo maximo iurario (cf. ad N. 3038 not. 2).* — 2) *De conscriptorum sententia.*

3038 C. Volcaci. C. f. har.[1] de stipe Iovi iurario[2] . . . . . [*m*]onimentom.

Romae in insula Tiberina rep., pavimentum operis Signini (I 1105. VI 379 ex imagine quam fieri fecit P. H. Viscontius; ex eadem Ritschl tab. LIX a). — 1) *Haruspex.* — 2) *Iovem iurarium*, i. e. *ὅρκιον, agnovit Mommsen.*

3039 Iovi paganico sacr. | ex indulgentia dominorum[1] | Successus publicus municipum | Asisinatium ser. Amoenianus | aedem cum porticibus a solo | sua pec. fecit, item mensam et aram | d. d.

Asisii (XI 5375 vidit Bormann). — 1) *Scilicet municipii Asisinatis.*

3040 Licinia Licinia Octavia
Quinta Purpuris Saturnin.
fulmen alatum *tres feminae stantes* *patera*
Iovi optimo maximo
purpurioni[1].

Romae rep. prope montem Testaceum (VI 424 p. 834 vidit de Rossi). — 1) *Cognomen Iovi inditum videtur a cognomine dedicantis (cf. Iordan ad Prelleri R. Myth. I p. 208, 1).*

3041 T. Pinarius Eros | Iovi caelesti v. s. | l. m.

Salonis (III S. 8668 vidit Hirschfeld).

3042 Iovi | sereno | Nummius | Albinus[1] | ex voto.

Romae, nunc in Vaticano (VI 433 vidit Henzen). — 1) *Incertum num unus ex viris nobilibus (cf. supra N. 1149) huius nominis.*

3043 Iovi | pluvia[*li*].

Canusii, ut videtur, rep. est Neapoli (IX 324 vidit Mommsen).

3044 Iovi | tonanti.

Vernègues prope Aquas Sextias (XII 501 vidit Villefosse). Similis est IX 2162.

3045 I. o. m. | tonitra|tori T. Aur. | Maximus | ve[*t.*] Augg.

Prope Serajevo rep. (III S. 8374 cf. p. 2256 descr. Patsch).

3046 Iovi sancto brontonti Aur. Poplius *(deus, sed Apollo, non Iuppiter, sedens in rupe; adstant virgines duae altera urceum altera pateram tenens).*

Romae (VI 432 vidit Huebner; delineavit Gerhard ant. Bildwerke LXXXII 1 cf. p. 231).

3047 sacr. | Iovi | tonanti | fulminanti.

Prope Anguillaram ad lacum Sabatinum rep. (XI 3773 vidit Garruccius).

3048 Iovi | sacr. | fulminari | T. Trebius | T. f.

Prope Atestem (Este) rep. (V 2474 vidit Mommsen).

3049 I. o. m. fulm. ful.[1] | sacr. | Fl. Verus M[*y*]robala|nus[2] proc. Aug. n., prae|pos. splendidissim. | vect. ferr.[3], per | Asclepiadem | ark. stat. Sisc.[4], | v. s. l. m.

Sisciae (III 3953 cf. p. 1742 bis descripta saec. XVIII). — 1) *Iovi optimo maximo fulmini fulguri (cf. N. 3052/3).* — 2) Metrobalanus *traditur, correxit Froehner.* — 3) *Praepositus splendidissimi vectigalis ferrariarum.* — 4) *Arkarium stationis Sisciensis.*

3050 *(fulmen)* I. o. m. co.[1] | ex premissa | fulguris | potestate | Flavius Valens | v. c. ex d.[2] v. s. l. m. | D. p.

Galliani, inter Comum et Mediolanium, rep. (V 5670 vidit Mommsen) — 1) *Conservatori* (?). — 2) *Ex devotione* (?). *Mo.*

3051 aram Iovi fulge|ratoris *(sic)* ex precep|to deorum mon|tensium[1] Val. Cres|centio pater deoru | omnium[2] et Aur. Exu|perantius sacerdos | Silvani cun fratribus | et sororibu *(sic)* dedica|verunt.

Romae in colle Quirinali (VI 377 ad exemplum Smetii). — 1) *Intellege deos montium urbis cf. Mommsen hist. Rom. I p. 108 ed. 7.* — 2) *Patres ad mysteria Mithriaca pertinent; pater deorum omnium hac sola inscriptione commemoratur.*

3052 Iovi | fulmini fulguri[1] tonanti | [*L.*] Rustius L. f. [*C*]aepio[2] pont. | ex s. c. dedicavit.

Interamnae ad Narem (Terni) (XI 4172 semel ut videtur descripta saec. XVI). — 1) *Cf. praeter N. 3053 hemerologium Arvalium, ubi sub d. 7 Oct. recensetur sacrum* Iovi fulguri, Iunoni curriti *(CIL. I ed. 2 p. 331).* — 2) *Nomen restitutum ex alia inscriptione Interamnate eiusdem hominis (XI 4217).*

3053 Iovi | fulguri | fulmini.

Prope Viennam rep. (XII 1807 vidit Hirschfeld).

3054 fulgur dium.

Romae rep. in Esquiliis, in lapidum in arcae formam compositorum uno (VI 205 cf. 30714 aliquoties descripta saec. XVIII).

3055 fulgur | divom | conditum.
Nemausi (XII 3048 vidit Hirschfeld).

3056 de caelo | tactum | et | conditum.
Opitergii (V 1965 cf. p. 1066 habet solus Valvasonius auctor fidei suspectae).

3057 Iovi | summan. | T. Caecili|us | Sextio.
Veronae, sed fortasse alibi rep. (V 3256 vidit Mommsen).

3058 v. s. l. m. Iovi al|to[1] summ|ano Felici|anus Primi v. s. cu|m suis | d. d. d.
Barzanò, inter Comum et Bergomum (V 5660 vidit Mommsen). — 1) *Sic legit Mommsen;* alt. to. *legit Labus explicavitque: altitonanti.*

3059 Summanium fulgur | conditum.
Romae in Esquilino rep. (VI 30880 = Notizie degli scavi 1880 p. 465).

3060 I. o. m. | auctori | bonarum | Tempes|tatium, | Val. Iustus.
In Aquitania loco dicto Lescure (XIII 6 descr. Allmer).

3061 Iovi o. m. | Tempestatium | divinarum | potenti, | leg. III Aug. | dedicante | Q. Fabio Catullino | leg. Aug. pr. pr.[1]
Prope Lambaesim rep. (VIII 2609 vidit Renier). — Una repertus est titulus gemellus dedicatus Ventis bonarum Tempestatium potentibus (VIII 2610). — 1) *Vide supra N. 2487 not. 18.*

3062 Iovi optimó maximó | caelestíno, fontibus et | Minerváe et collegió | sanctissimó, quod consis|tit in práedís Larcí Mace|donis[1] | in curia, | Flavius Successus cum suis. *(In parte postica)* T. Flavius | Successus | d. d. *(In latere dextro Minerva libans ad aram; in sinistro fluvius urnae innixus).*
Romae rep. retro ecclesiam S. Balbinae (in Aventino), nunc Urbini (VI 404 cf. 30756 vidit Bormann titulum frontis). — 1) *Videtur esse idem qui fuit legatus Galatiae anno 122 et postea consul (cf. Prosopogr. imp. Rom. s. v.).*

3063 Iovi[1] | propagatori | conservatori | et Genio fontis, | exceptorium | quod [*L. F*]i[*g*]ilius | Felix v. e.[2] pater | extruxit, | [*F*]i[*g*]ilius Secun|dus[3] filius | v. s. l. a.
In Numidia prope Lambaesim (VIII 4291 p. 956 bis ut videtur vel ter descripta). — 1) *Sic unus auctor,* . . . o . . . *reliqui.* — 2) *Vir egregius; nisi forte in lapide fuit* vet. *(veteranus).* — 3) *Idem homo videtur memorari VIII 2631.*

3064 Iovei sacr. *(In postica)* hanc aram | ne quis dealbet. *(In latere intuenti dextro)* M. Blossius M. l. Agato | *(sequuntur alia nomina libertinorum decem).*
Capuae olim, nunc Neapoli (I 574. X 3785 Ritschl tab. LXIVe).

3065 Iovei Leibero[1] s. . . .
In Sabinis prope vicum Poggio Mirteto rep. epistylium (Iordan ind. lect. acad. Regiom. 1886/7 p. 3 descripsit parochus quidam regionis illius). — 1) *Titulum dedicationis aedis Iovis Liberi Furfone in Sabinis repertum dabimus infra inter acta sacra. Praeterea Iovi Libero videtur dedicatus esse etiam titulus Campanus X 3786. Cf. Preller R. Myth. ed. 3 I p. 145 cum notis Iordani.*

3066 [*I*]ovi Liberta[*ti*][1] | sacrum. | Positum aedil.[2] | P. Valeri Bassi | praef. fabrum.

Tusculi (I 1124. XIV 2579 Ritschl tab. LXXV l). — 1) *Cf. ad eam quae sequitur.* — 2) *Aedilitate.*

3067 cúratóres | Iovi Líbertati[1].

Olim Bagnacavallo inter Ravennam et Faventiam, iam Ferrariae (XI 657 vidit Mommsen). — 1) *Iovis Libertatis aedes etiam Romae fuit in Aventino, cf. mon. Ancyr. IV 6.*

3068 Iovi Iuventuti[1] | sacrum | Cn. Domitius Afri[2] libert. | Ingenuus, accensus.

Sutrii (XI 3245 vidit Bormann). — 1) *Alius titulus* Iovi Iuentuti *positus est IX 5574.* — 2) *Patronus fuit Cn. Domitius Afer celeber orator temporum Tiberii et Claudii.*

3069 Iovis tutelae | C. Hostilius | Aemilianus | vet. Augg. nn. | v. s. l. m.

Poncarale prope Brixiam, nunc Brixiae (V 4243 vidit Mommsen).

3070 Victoriae aeter|ni im|victi *(sic)* Iovis | optimi maximi | M. Val. Caminas | castelli restitutor. | Autolycu[*s*][1].

Ad oram Liguriae in vico Taggia (V 7809 vidit Mommsen). — 1) *Vocabulum alia litteratura adiectum.*

3071 C. Calvisio | L. Passieno cos.[1] | M. Menius M. f. Rufus [*s*]ac. VI[2], | [*L*]. Vibidius L. f. sac. II[3], | Iovi aer[*i*]s[4] et dis indigetibu[*s*] | cum aedicl[*a*] et base | [*et ae*]di et porticu d. s. [*p*].

Inter Soram et Verulas in viva rupe incisum litteris parvis (X 5779 Mommsen vidit eclypum). — 1) *A. u. c. 750.* — 2) *Videtur intellegendum esse: sacerdos sextum,* 3) *sacerdos iterum.* — 4) *Vocabulum non nimis certae lectionis (quarta littera periit, secunda incertum utrum fuit* E *an* I *an* T *cet.); neque de* et *quod sequitur constat.*

3072 L. Ru[*be*]lliu[*s*] | Geminus c[*os.*][1] | Iovi Latia[*ri*[2] | *vo*]tum.

In monte Albano rep. (XIV 2227). — 1) *Consul a. p. Chr. 29.* — 2) *Cf. supra ad N. 2990.*

3073 Iovi | Apenino[1] | T. Vivius C[*ar*]|mogenes [*et*] | Sulpicia Eu[*phro*]|syne coniu[*x*] | v. s. d. d.

Prope Sch(i)eggiam (non longe ab Iguvio), ubi via Flaminia transibat montem Appenninum, rep., est Veronae (XI 5803 vidit Mommsen). — 1) *Aedem Iovis Apennini prope Iguvium notat tabula Peutingerana. Cf. etiam vit. Claudii 10 et Firmi 3.*

3074 Iovi o. m. | Appennino | conserva|tori | dominor. | nn[*n.*][1] fortissimo|rum | felicissimo|rumque | imperatorum.

Rusicade (Philippeville) Numidiae rep. (VIII 7961 vidit Wilmanns). — 1) *Tertia* n, *pertinens ad Getam, scalpro deleta est.*

3075 I. o. m. | Appennino | M. Ulp. Valenti|nus dec. col.[1] | v. s. l. m.

Szent Györgyválya, inter Sarmizegetusam et Apulum Daciae (III S. 12576 = arch. ep. Mitth. 14, 1891 p. 110 vidit Cumont). — 1) *Decurio coloniae (Sarmizegetusae).*

3076 [*I*]ovi Cacuno f. c. . .
In Sabinis prope Canemorto (iam Urvinio) rep. (IX 4876 vidi).

3077 Iovis | Cacu|nus.
Romae in museo Kircheriano, lamina aenea, ubi reperta sit ignoratur (VI 371 descripsit Kiessling).

3078 aram | costituit | Iovi Cimi|nio A[*g*]i|leius[1] Pris|cus c. s. o. | v. l. s. o.[2]
Orvieti (XI 2688 vidit Bormann). — 1) *Nomen non certae lectionis est.* — 2) *Fortasse: cum suis omnibus votum liberis solvit (Bo.); sed lectio non est certa.*

3079 Iovi | Vesuvio | sac. | d. d.
Capuae (X 3806 semel descripta saec. XVII).

3080

Hercules (vultu adulescentis mortalis) cum pelle leonina et clava	*Iuppiter cum aquila, fulmine, sceptro; iuxta: quercus*	*Genius (barbatus) sedens in monte, laurum arborem amplectens*
Herculi	Iovi	Genio
Iuliano[1]	Caelio	Caelimontis[2]

Anna[3] sacrum

Romae, incertum quo loco urbis effossa, vix in Quirinali ut traditur, sed potius in monte Caelio (VI 334; Bull. comunal. 1887 tab. XIX p. 315 cf. p. 342). — 1) *Talia cognomina, derivata a nominibus dedicantium vel eorum in quorum praediis sacella extructa erant, et in aliis diis inveniuntur, et in ipso Iove (N. 3040) et saepius in Hercule (v. infra N. 3444. 3468).* — 2) *Cf. Iordan Top. II p. 259.* — 3) *Nomen dedicantis.*

3081 pro salute et red[*itu*] | imp. Caes. Traiani Hadri[*ani*] | Geminia Myrtis[1] cum Anici[*a Prisca f.*] | aedem cultoribus Iovis Axo[*rani*[2] *ded.*], | ut in memoriam Anici Prisci c[*oniugis*] sui in ea semper epulentur.
Terracinae ut videtur vel prope Terracinam (X 6483 ad exemplum Giovenazzii auctoris accurati). — 1) *Eadem Geminia Myrtis et Anicia Prisca imperante Traiano Bellonae aedem fecerant X 6482.* — 2) *Iovis Axur repraesentatur in nummis C. Vibii Pansae consulis a. 711 (Eckhel 5, 339); Iovem Anxurem Anxure (id antiquum Tarracinae vocabulum) cultum esse tradunt Vergilius Aen. 7, 799 cum Servio et Porphyrione ad Horat. sat. 1, 5, 26 cf. praeterea Mommsen X p. 623.*

3082 cultores Iovis Latii[1]: | M. Fremedius Severus et Blassia Vera patroni, | in dedicatione dederunt pane et vinu et X S[2]; | P. Seneka Cornelius patronus, aream d. d.; | M. Fremedius Iustus, et Iustinus; | T. Lurius Clemens, | T. Cossonius Severus, | *(sequuntur alia nomina plus viginti, sequebantur alia quae perierunt).*
Pisauri (XI 6310 vidit Bormann). — 1) *Iupiter Latius praeterea ignotus; incertum utrum componendus cum Latiare supra N. 3072.* — 2) *Denarios semisses.*

3083 Iovei Iunonei Minervai | Falesce quei in Sardinia sunt | donum dederunt; magistreis | L. Latrius K. f., C. Salv[*e*]na Voltai f., | coiraveront

(in parte aversa)

conlegium[1] quod est aciptum aetatei aged[*ai*][4],
opiparum ad veitam quolundam festosque dies,
quei soueis a[*rg*]utieis opidque Volcani[2]
condecorant[3] sai[*pi*]sume comvivia loidosque,
ququei[5] huc dederu[*nt i*]nperatoribus summeis[6],
utei sesed lubent[*es be*]ne iovent optantis.

Faleriis rep., lamina aenea (XI 3078 descr. Garruccius). Tractavit Buecheler carm. epigr. n. 2. — 1) gonl-, 2) Volg-, 3) gond- *incisum est in aere.* — 4) *Acceptum, utile gratumque (Bue.) ad aetatem agendam.* — 5) *Cocos esse primum vidit Buecheler. Volcano studere dicitur cocus apud Plautum Aulul. 359. Hos cocos diversos esse apparet a Faliscis in Sardinia degentibus qui titulum in parte opposita laminae incidendum curaverunt. Lamina igitur ad aliud donarium, in eadem tamen ut videtur aede (cf. not. 6), affixa est.* — 6) *Imperatores, quibus donum dederunt coqui, videntur intellegi Iuppiter Iuno Minerva etiam in parte opposita laminae memorati.*

3084 Iovi o. m., | Iunoni reg., | Minervae | ob restitutio|nem Capitoli | ordo spl. Flor.[2] | d. d.

Faesulis rep. a. 1879, arula (XI 1545 vidit Bormann). — 1) *Capitolium non Romanum (de cuius restitutione temporibus Flaviorum noli cogitare), sed Faesulanum. Una cum hoc titulo repertum esse fragmentum aeneae lupae auctor est Gamurrinius (cf. Kuhfeldt de Capitoliis imperii Romani p. 29).* — 2) *Ordo splendidissimus Florentinorum (non adeo mirum, Florentinos, cum Faesulis Capitolium restitueretur, donarium ibi posuisse. Varias necessitudines fuisse inter civitates propinquas probabile est. Eundem hominem pontificatu et Florentiae et Faesulis fungentem habuimus supra N. 1429).*

3085 I. o. m. | C. Caerellius | Sabinus[1] leg. | Aug. leg. XIII G. | et Fufidia | Pollitta eius | voto.

3086 Iunoni | reginae Po|puloniae[2] | deae patriae | C. Caerellius | Sabinus leg. | Aug. leg. XIII G. | et Fufidia | Pollitta eius | voto.

3087 Minervae | Iovis consili|orum partici|pi C. Caerellius | Sabinus leg. | Aug. leg. XIII G. | et Fufidia | Pollitta eius | voto.

Apuli in Dacia rep. (III 1074. 1075. 1076 secundam et tertiam vidit Domaszewski). — 1) *Legatus legionis XIII Geminae fuit sub Commodo (III 1092; cf. III 1111). Ad filium eius pertinet titulus supra N. 1160.* — 2) *Cf. infra N. 3106. 3112.*

3088 Iovi Augusto | Appuleia M. f. Quinta[1] | suo et L. Turpili Brocch[*i*] | Liciniani filii nomine t. [*p. i.*].

3089 Iunoni Augustae | Appuleia M. fil. Quinta[1] | suo et L. Turpilii Brocchi | Liciniani filii nomine | test. pon. iuss.

Iaderae (Zara) in Dalmatia (III S. 9994. 9982 vidit Hirschfeld). — 1) *Eadem mulier memoratur III 2940.*

3090 Mercurio[1], | aeterno deo I[*ovi*, | *I*]unoni regin., Min[*ervae*, | *So*]li, Lunae, Apol[*lini*, | *Dia*]nae, Fortuna[*e*], | . . nae, Opi, Isi, Pi[*etati*][2], | . . . Fatiís d[*ivinis*, | *quod bo*]num [*faustum* | *feli*]xque [*sit*] | imp. Caesari Augus[*to*, *imperio*][2] | eius, senati populi[*que Romani*] | et gentibus, nóno [*anno*][3] | introeunte felic[*iter*] | C. Caesare L. Pau[*llo cos.*][4], | L. Lucretius L. l. Zethus[5] | iussu Iovis aram Augustam | posuit. Salus Semonia. Populi Victoria[6].

Romae rep. in alveo Tiberis (VI 30975; delineavit Premerstein arch. ep. Mitth. aus Oestr. 15, 1892 p. 78). — 1) *Vocabulum postea additum; antea series deorum, quibus ara Augusta dedicata est, coepit a Iove Iunone Minerva.* — 2) *Supplementa non certa.* — 3) *Nonus annus fortasse ex quo magistri vici creari coepti sunt, in quo ara stetit et ex cuius magistris videtur fuisse Zethus. Circa anum a. 746 magistros singulorum vicorum in urbe legi coeptos esse novimus ex Dione 55, 8 et ex titulis compluribus (cf. infra N. 3308 not. 3).* — 4) *A. 754 (p. Chr. 1).* — 5) *Zethus hic libertinus videtur fuisse magister vici.* — 6) *Haec quoque vocabula postea addita. Salus Semonia memoratur Macrob. sat. 1, 16, 8.*

Iovi Iunoni Minervae Felicitati Romae divo Augusto titulum positum a. 65 habes supra N. 233.

3091 Iovi optimo | maximo, Iuno|ni reginae, Min|ervae sanctae, | Soli Mithrae, | Herculi Mar|ti Mercurio, | Genio loci, di|is deabusque | omnibus, M|arcus Aureli|us Decimus v. p., p. | p. N.[1] ex principe pe|regrinorum, | votum solvit.

Dianae in Numidia (VIII 4578 descr. Renier). — 1) *Vide supra N. 607 not. 4, item N. 2291.*

3092 I. o. m., | Iunoni regin., | Minervae, Nep|tuno, Libe. patr[*i*], | Dianae, ceterisq. | dibus L. Anton. Sa|binianus corni[*c.*] | leg. leg. I Ad. P. f. Se[*v.*][1], | templum vetust[*ate*] | conlapsum fa|ciundum cur., | cum Aur[*el. A*]elian. | con[*iuge*].

Arrabonae in Pannonia superiore (III S. 11079 vidit Hirschfeld). — 1) *Cornicularius legati legionis primae Adiutricis Piae fidelis Severianae.*

3093 ἀγαθ[ῇ] τύχ[ῃ] I. o. m. rector., | Iunoni Regin., | Miner., Victo., | Volk., Mercur., | Fatis divinis | Aur. Pudens | strat. cos.[1] v. l. p.

In Bulgaria loco dicto Vlaško Selo, provinciae Moesiae inferioris (III S. 13718 misit Škorpil). — 1) *Strator consularis.*

3094 Iovi o. m. summo | exsuperantissimo, | Soli invicto, Apollini, | Lunae, Dianae, Fortunae, | Marti, Victoriae, Paci, | [*Q.*] Antistius Adventus[1] | leg. Aug. pr. pr. | dat.

Prope Utrecht rep., est Leidae (Brambach 55 qui vidit). — 1) *Idem qui memoratur supra N. 1091, quem legatum Germaniae inferioris fuisse imperante Marco docet etiam cursus honorum eius nuper repertus in t. Thibilitano, quem dabimus infra in Additamentis.*

3095 I. o. m., | Iunoni, | Neptuno, | Marti, L. Val. | Italus opt|imo collegio negot|iantium | d. d.

Aquinci rep. (III S. 10430 vidit Domarzewski).

3096 Iunonei Quiritei[1] sacra[2] | C. Falcilius L. f. consol[3] | dedicavit. *(In latere)* ..... ti | .... leius L. f. pr.

Beneventi (IX 1547 servavit Verusius). — 1) De Iunone Quirite sive Currite, cui etiam in urbe sacrificatum esse constat ex hemerologio Arvalium (ubi est sub d. 7 Oct. [I]unoni curriti, *cum in alio hemerologio urbano sub eodem die sit scriptum* Iunoni Q. in campo, *cf. CIL. I ed. 2 p. 331) cf. infra ad N. 3111 et praeterea Preller-Iordan I p. 278. — 2) Similiter legitur* sacra *in aliis titulis valde antiquis, cf. infra N. 3099. 3188. — 3) Consul Beneventi.*

3097 Q. Caecilius Cn. A. Q. Flamini leibertus[1] Iunone Seispitei[2] | matri reginae.

Lanuvii rep., epistylium marmoreum (XIV 2090; Ritschl tab. LXIIa). — 1) Cn. et Auli Caeciliorum et Q. Flaminii servus fuerat hic ante manumissionem. Nullo cognomine quod utitur, indicat titulum antiquiorem esse temporibus Sullae (cf. de libertinis cognomine carentibus Mommsen Staatsr. III p. 425). — 2) De Iunone Sispite (sive Sospita) Lanuvii potissimum culta cf. CIL. XIV p. 192. Ad aedem eius Lanuvinam pertinuit etiam titulus quem supra dedimus N. 316.

3098 Iunoni Argeiae[1] C. Blandus[2] procos.

Tibure, basis ut videtur rotunda (XIV 3556 descripserunt ineunte saec. XVI Accursius et paullo ante auctor ignotus quidam sed accuratus). — 1) Sic Accursius in schedis autographis bibliothecae Ambrosianae, neque aliter videtur legisse ignotus ille auctor, cuius autographum non tenemus (Argiae, Argeiae, Argeivae *referunt qui schedas eius adhibuerunt). Aram illam probabile est fuisse restitutam tantum a Blando, positam autem fuisse ut tunc putabant ab Hercule Argivo (cf. infra N. 3405) cum Tibur venisset, similiter ut Hercules tunc posuisse dicebatur aram Iovis Tibure, quam idem Blandus restituit (cf. infra N. 3401 cum adnotatis). Inde et cognomen Argivae explicatur et vocabuli forma vetustatem simulans. — 2) De Blando cf. supra N. 196 et infra N. 3401. Hanc aram videtur posuisse aliquanto post aram Iovis N. 3401, scilicet factus iam proconsul (nescio cuius provinciae).*

3099 Iunone | Loucina | Tuscolana[1] | sacra[2].

3099a ... ole | [*Tusc*]olana[1] | sacra.

Prope Capuam rep., iam Neapoli (I 1200/1. X 3807/8 p. 976. Ritschl tab. XXXVI d. e). — 1) Videtur significari, sacra facta ex instituto Tusculanorum. — 2) Sacra *a summo deorsum scriptum a dextra reliquae inscriptionis.*

3100 Iunonei | Loucina.

Ad paludes Pomptinas rep., iam Neapoli, lamella aenea (X 6484. Ritschl tab. II d).

3101 *Iunone*[1] Loucinai | *Diovis*[2]; castud[1] facitud[3].

Romae, lamella aenea, pars extat Bononiae (VI 357; partem superstitem delineavit Ritschl priscae Lat. mon. ep. enarr. p. 98 = opusc. 4 p. 728). In parte aversa

litterae supersunt ex titulo antiquiore. — 1) Litteris inclinatis partem dedi quae iam non extat, quam habemus semel tantum a nescio quo descriptam. — 2) Diovis vocabulum iungendum cum iis quae praecedunt, ut suppleatur: coniugi (Momms. CIL. VI). — 3) Intellege: caste facito (Momms.).

3102 P. Servilio L. Antonio cos.[1] | a. d. IIII k. Sext. | locavit Q. Pedius[2] q. urb. | murum Iunoni Lucinae[3] | HS CCCLXXX[4] | eidemque probavit[4].

Romae rep. in Esquiliis (VI 358 viderunt de Rossi et Bormann; Ritschl tab. LXXXIX b cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 47). — 1) A. u. c. 713. — 2) Filius consulis a. 711. — 3) Aedem Iunonis Lucinae in Esquiliis memorat hemerologium Praenestinum (cf. CIL. I ed. 2 p. 310). — 4) Sestertium milibus trecentis octoginta.

3103 Iunoni Lucin. | Sulpicia Ser. f. pro | Paulla Cassia | f. sua | d. d. l. m.

Romae vel prope Romam rep. (VI 361 servavit Fabrettius). Titulus aut libera etiamtum re publica aut sub primis imperatoribus scriptus est.

3104 Bassa Vitelli[1] | [*p*]ro Q. Vitellio Q. f. filio suo | [*Iu*]noni Lucinae v. s. l. m.

Romae (VI 359 descr. Smetius). — 1) Fortasse hic Q. Vitellius quem memorat Tac. a. 2, 48. Alium titulum Iunoni Lucinae dedicatum dedimus supra N. 366.

3105 . . Mess . . . f. Stichus | . . nsor, abavos | patris mei[1], | [*Iu*]noni Populona[*e*][2] | sacrum.

Teani, litteris liberae rei publicae (I 1198. X 4780 descripsit Mommsen; imaginem Ritschl tab. LXXVIII c). — 1) Dedicationem factam aliquando ab abavo patris sui (sive ut postea dicebant atavo) restituit adnepos. Is ipse nomen suum tacuit (vel forte in alia inscriptione posuit). — 2) Sic hic et infra N. 3112, Populonia *scriptum est supra 3086. De ipsa dea cf. Preller ed. 3 I p. 279. Cultum eius Teanensem testantur etiam inscriptiones sacerdotum infra N. 3112. 3113.*

3106 Iunoni reginae | sacrum | Lic. Serenianus[1] v. c.[2] et | Varinia Flaccina c. f.[3] | pro salute filiae suae | Variniae Serenae | dicaverunt *(in utroque latere astrum).*

Alhanje prope Emeritam (Merida), intra provinciam Baeticam (II 1024 saepius descripta). — 1) Fortasse is qui Cappadociam rexit temporibus Maximini (III 6932 cet.; Cyprianus ep. 75, 10). — 2) Vir clarissimus, 3) clarissima femina.

3107 Iunoni reginae | Attius Epiicius[1] v. p.[2] praeses | prov. insularum[3]. *(In postica)* NII *(avis).*

In insula Samo, columna, cui videtur signum impositum fuisse, scriptum litteris informibus (III S. 7162 descr. Fabricius, Mommsen vidit ectypum). — 1) Sic male scriptum, fortasse pro Epinicius. *— 2) Vir perfectissimus. — 3) Provincia insularum instituta est a Diocletiano (cf. Marquardt Staatsr. I² p. 348).*

3108 Iunoni monetae regin. | sacrum | [*L.*] Antonius L. l. Euthetus | et Antonia Dionysia | vot. sol.

Romae (VI 362 descripsit saec. XVII Iac. Spon. auctor accuratus).

3109 Iunoni caelesti | Q. Caecilius | Rufinus Crepe|reianus cos., | leg. Augg. pr. pr.[1], | v. s. l. m.

Aquinci rep. (III S. 10407 Domaszewski vidit ectypum). — 1) Idem legatus Iovi optimo maximo posuit titulum III S. 10415.

3110 Iunoni | veridicae | *(sequuntur complures versus erasi).*

S. Nicola Manfredi prope Beneventum (IX 2110 cf. Eph. ep. 8, 103 Ihm vidit ectypum).

3111 Mammiae C. f. | Iustae | Q. Tullius Q. f. Horat. | Cincius Priscus | pontifex sacrarius | Iunonis | Quiritis[1], patronus | municipi, | testamento poni iussit.

In civitate Castellana, i. e. Faleriis (XI 3125 aliquoties descripta saec. XV. XVI). — 1) Alius pontif. sacr. Iun. Cu[*rritis*] *est in t. Faleriensi XI 3100. Praeterea lucus Iunonis Curritis memoratur in t. Faleriensi XI 3126, quem infra dabimus inter titulos memorabiles aedificiorum. Atque etiam Tertullianus apol. 24 indicat apud Faliscos coli Iunonem cognomine illo insignem.*

3112 Flaviae Coeliae | Anniae Argivae | sacerd. Iunonis | Populonae[1], | L. Fl. Coeli Prisci | IIvir., pont., | filiae, | Teanensis alumn. | et n[*ot*]arius patris | eius, | l. d. d. d.

3113 Vitelliae | Virgiliae | Felsiae[2] | [*m*]inistrae sa|crorum pu[*bl.* | *p*]raesidis Iu[*n*]o|nis populo[*n.*][3], | Virgilia Fi . . . a | [*m*]a[*te*]r, l. d. d. [*d.*]

Teani (X 4789. 4791 vidit Mommsen). — 1) Cf. supra N. 3105 not. 2. Ad aliam sacerdotem eiusdem dei Teanensem pertinet X 4790. — 2) Nomen non certum esse ait Mommsen. — 3) Praesidis vocabulum videtur pertinere ad ipsam Iunonem.

3114 Iun. Lun.
reg. sacr.
P. Vitullius | Philologus | VI vir Aug. | imperio.

Veronae (V 3233 vidit Mommsen).

3115 Iunonibus[1] | L. Clodius | Arbusculae l. | Auctus | v. s. l. m.

Brixiae (V 4223 vidit Mommsen). — 1) Iunones hae, in Gallia Cisalpina coli solitae, nihil aut non multum commune habuerunt cum Iunone Romanorum, et reperiuntur dictae Iunones Matronae (v. infra N. 3122), nempe non diversae a numinibus quae sub Matronarum nomine in hac ipsa regione et trans Alpes colebantur; cf. Ihm Ann. Rhenan. 83, 1887 p. 77 seq., et infra in capite de numinibus peregrinis.

3116 Iunonibus | Aug. | L. Licinius Hymnus | VIvir | v. s. l. m.

3117 Iunonibus | Aug. sac. | Metella *(sic videtur)* Ide nomine | suo et | T. Flavi Hermetis | viri sui | d. d.

Veronae (V 3239. 3240 vidit Mommsen). — Alios titulos Iunonibus dicatos ibidem repertos habes ib. n. 3234—3238.

3118 Iunonibus | Augustalib. | porticum et | maceriam, | Capito Luci f. | et Iulia uxsor | v. s. l. m.

Agen, ubi fuit Aginnum oppidum Nitiobrigum in Aquitania, rep. a. 1891 (XIII 914 ad ectypum).

3119 Iunonibus sacrum | M. Magius M. l. Amarantus | IIIIIIvir et | Magia M. f. Vera, Magia M. l. Ilias, | aedem, signa III, portic. cum maceris [*et*] | culina et locum in quo ea sunt, | votum solverunt, | loco privato.

Aquileiae (V 781 aliquoties descripta saeculis prioribus).

3120 Domnab.[1] | sacrum | Sex. Baebius | Bai. f. vet. ex classe | vestiarius | v. s. l. m.

Aquileiae (V 774 semel descripta saec. XV). — 1) DOMNA·B *traditur.*

3121 Iunonib. | montan. | Cinnamis | v. s.

Nemausi (XII 3067 Hirschfeld vidit ectypum).

3122 Iunonib. | Mátrón. | ex visu | C. Vir. Max. *(in utroque latere)* Iun. | C. V. M.

Comi (V 5249 vidit Mommsen). — *Alius titulus* Matronis Iunonibus *dedicatus est V 5450.*

3123

Genitor Iunonem dedicat
alteque Pompeiae locat.
Levamen hoc doloribus
lacrimisque pausam credidit.
At nunc videndo iugiter
et fletum et gemitus integrat.

Sufetulae (Sbîtla) in Africa (VIII 251 = 11405 vidit Wilmanns; Buecheler carm. epigr. n. 220). Versus sunt acrostichi nominis Gallae. Titulus pertinebat ad imaginem Pompeiae Gallae habitu Iunonis dedicatam, eodemque vel adeo potiore iure collocari potuit inter sepulcrales. — Titulos Iunonibus mulierum dedicatos vide infra inter sepulcrales (cf. item N. 116. 3644. 3645).

3124 Menerva sacru | Lr. Cotena Lr. f.[1] preto[*r*][2] de | zenatuo sententiad vootum | dedet[3]; cuando datu rected | cuncaptum[4].

Faleriis rep., lamina aenea, est Romae (XI 3081 vidit Bormann; imaginem dedit Zvetaieff inscr. Ital. med. dialectic. tab. VII n. 4 cf. p. 58 n. 68). Scripta est litteris non Latinis sed Faliscis. — 1) *Lars Cotena Lartis filius.* — 2) *Ultima littera* ᗡ, *errore fabri aerarii, qui Etruscam litteram pro Falisca* (Я) *huc intulit.* — 3) *Intellege: quod votum erat, dedit.* — 4) *Videtur significari, quocunque tempore dedicatum, recte dedicatum esse cf. Liv. 22, 10, 4; 36, 2, 5 (id autem repetitum ex formula voti concepti); quamquam concipiendi vocabulum quomodo hic adhiberi potuerit, obscurum (Mommsenus intellegit: aliquando, i. e. suo tempore, datum; recte conceptum).*

3125 . . . [*Me*]nerva dono de[*det*].

Romae rep. in Esquiliis, inter vias Macchiavelli et Buonarroti, ubi templum Minervae Medicae fuisse videtur, fragmentum vasis fictilis (VI 30980 vidit Huelsen; Gatti bull. comunale 1887 p. 154 cum imagine tab. IX).

3126 Pl. Specios | Menervai | donom | port.[1]

Florentiae, lamella aenea, incertae originis (I 191. VI 523; Ritschl tab. II c). — 1) *Sic videtur esse in aere. Portandi vocabulum mirum in dedicatione.*

Aliam dedicationem Minervae factam ante tempora Augusti dedimus supra N. 1851.

3127 Minervae d[*on. d.*] | fullones[1], | magistri quinque[*n.*] curavere, | L. [*F*]uuli[2]. C. l. Statius, | P. Oppi. L. l. Pilonicus, | L. Magni. L. l. Alaucus, | Pampilus Turpili T. s.[3]

Spoleti (I 1406. XI 4771 viderunt Mommsen, Bormann). — 1) *Ut reliqui artifices (fasti Praenestin. ad d. 20 Mart., CIL. I ed. 2 p. 312; cf. etiam titulum semel descriptum in insula Apsoro Dalmatiae III 3136:* Artifici|bus Miner. | Babullia | Sex. f. Maxi|[*m*]a), *ita etiam fullones et lotores Minervam colebant, cf. Ovid. fast. 3, 821.* — 2) Euuli. *lapis teste Bormanno, qui Fulii nomen, in aliis titulis Spoletinis repertum, intellegi putat* (Fuuli *legerat Mommsen).* — 3) *Cf. N. 3581 not. 1.*

3128 Minervae | Aug. sacr. | M. Valerius | Venustus | et Mulcedátia Tais | gentílibus[1] | Artorianis lotoribus[2] | aram d. d.

Aquileiae rep. (V 801 cf. Majonica Mitth. der k. k. Centralcomm. 1893 p. 60). — 1) *Cf. Hula arch. ep. Mitth. aus Oestr. 13, 1890 p. 100.* — 2) *Cf. ad eam quae praecedit.*

3129 Numini | evidentissimo | Minervae Aug. | sacrum, | conservatrici et | antistiti splendidis|simi corporis | stuppatorum[1], orna|tam omni cultu d. d. | Marcii Iulii Carpus patrn.[2], | Carpus [*f.*][3] corp.[4], Amat. Rufinian. | hon.[5], Firmus hon.[5]

In Portu Romano rep., deinde Romae (XIV 44 vidi). — 1) *Cf. VI 1649.* — 2) *Patronus (collegii stuppatorum).* — 3) *Filius (eius qui praecedit).* — 4) *Corporatus,* 5) *honoratus, scilicet in collegio stuppatorum.*

3130 Minervae | custodi.

Urbini, quo venit ex urbe Roma (VI 529 vidit Bormann).

3131 Minervae | victrici | C. Val. Pudens[1] | leg. Aug. pr. pr.

Aquinci rep. (III S. 10438). — 1) *Idem legatus Aquinci dedicavit etiam titulos III S. 10396. 10399. Provincias administravit sub Severo et Caracalla, cf. VIII S. 11999. Brambach 6 a.*

3132 simulacrum Minerbae, | abolendo incendio | tumultus civilis igni | tecto cadente confractum, | Anicius Acilius Aginatius | Faustus v. c. et inl., praef. urbi[1], | vic. sac. iud., in melius | integro proviso pro | beatitudine temporis restituit.

Romae, quo loco urbis reperta sit, incertum (VI 526 ad exemplum Pighii). — 1) *Videtur esse (ut coniecit de Rossi ann. inst. arch. 1849 p. 342) Faustus is qui consul fuit in Occidente a. 483 (Aginatius Faustus dictus in epitaphio urbano ap. Rossium inscr. chr. I 882; ad eundem pertinet titulus amphitheatri Flavii VI 1796, 31 = 32159); cf. Mommsen ind. in Cassiod. var. p. 492.*

3133 [*Min*]ervae Matusiae | [*Mem*]mius Caec[*il*]ianus | [*Plac*]idus cos.[1], aug[*ur*], | v. s.

In Umbria rep., prope Fabrianum loco dicto Nebbiano (XI 5740 vidit Bormann). — 1) *Eiusdem consulis est titulus urbanus VI 31737 = Bull. comunale 1877 p. 179; cf. supra N. 1231.*

3134 Minervae | memori | Coelia Iuliana | indulgentia | medicinarum | eius infirmitati | gravi liberatam *(sic)* | d. p.[1]

Travi in agro Placentino (XI 1297 vidit Bormann). Prope eundem locum repertus est titulus supra N. 2603 et praeterea alii multi Minervae dedicati, cf. XI 1292 seq. Apparet Minervae nomine hic celebrari deam aliquam salutarem, ut in Gallia Transalpina Minervam cognomine Belisamam. — 1) *Donum posuit.*

3135 Minervae | memori | Tullia | Superiana | restitutione | facta sibi | capillorum | v. s. l. m.

Placentiae, postea Mediolanii, reperta sine dubio eodem loco agri Placentini quo N. 3134 (XI 1305 aliquoties descripta).

3136 Minervae Aug. | L. Callidius Primus | Brixellanus ex arg. | lib. II[1], item L. Callidius | Primus aures argenteas[1] | v. s. l. m.

Placentiae olim, sed rep., ut videtur, ibi ubi N. 3134 (XI 1295 semel descripta saec. XVI). — 1) *Callidius Primus is qui primo loco nominatur signum Minervae ex argenti libris duabus dedicavit, alter, fortasse filius eius, aures argenteas, scilicet ope eius 'sanus ab auriculis', ut est in inscriptione Epidauria Aesculapio dedicata, quam infra dabimus.*

3137 Minervae | medicae | Cabardiac.[1] | Valeria | Sammonia | Vercellens. | v. s. l. m.

Placentiae olim, deinde Parmae (XI 1306 aliquoties descripta). — 1) Minervae Cabardiacensi *dedicatus est etiam titulus prope Travi rep. XI 1301. Nomen illud a loco; hodie quoque castellum prope Travi situm dicitur Caverzago. Cf. de sacrario hoc Minervae Bormann XI p. 253. 254.*

3138 deae Palladi[1] C. | Aur. Festinus 7 | strat.[2] CI . . . . EI|GNATIANI leg. | tabularium pensi|lem *(sic)* a solo fecit, | adiutore Cossio | Martino, Prae[s]|en[*t*]e et Extr[*i*]cato[3].

Moguntiaci rep. a. 1714 (Brambach 974 semel descripta). — 1) *Palladi inscriptiones dicatas alias nullas habemus (nam Cirtensis VIII 6958 non certae lectionis est et plane incerti supplementi).* — 2) *Centurio, strator (stratores praesidum centuriones habes supra N. 1102 fin. 1140 fin., cf. etiam 2418). Cf. Domaszewski Relig. des roem. Heeres p. 30 not. 130.* — 3) *Scilicet consulibus (a. 217).*

3139 Martei | M. Claudius M. f.[1] | consol dedit.

Romae rep. extra portam Capenam (vel potius extra portam hodie dictam S. Sebastiani), nunc Neapoli (I 531. VI 474 cf. 30774; Ritschl tab. La. Dedimus iam supra N. 13). Pertinet ad celebre templum Martis situm inter lapidem I et II viae Appiae (Huelsen). — 1) *Videtur esse Marcellus consul quinquies; basis fortasse eodem tempore ab eo posita quo N. 12.*

3140 P.[1] Corn[*elios*] | V.[2] f. coso[*l*][3] | proba[*vit*]. | Mar[*te sacrum*].

Romae in Quirinali videtur rep. (VI 475 cf. 30767a descr. Rycquius. In latere arae, sed vix eius arae in qua est N. 2994, extitisse ait Rycquius in schedis). — Supplevit Mommsen. — 1) P. *littera formae antiquae* (ΓΓ). — 2) *Non* V *fuisse sed* L *uncinatum* (L) *probabiliter statuit Mommsen.* — 3) *Quis ex Publiis Corneliis consulibus saeculorum ab u. c. quinti et sexti significetur, quaerit Mommsen CIL. 1 l. c. Pertinuisse videtur, ut ea quae sequitur, ad aedem Quirini, cf. Huelsen mus. Rhen. 1894 p. 406.*

3141 Quirino | L. Aimilius L. f. | praitor[1].

Romae rep. in monte Quirinali una cum N. 3140 (I 630. VI 565 descr. Iustus Rycquius). — 1) *Fortasse L. Aemilius Papus praetor a. 549 (Liv. 28, 38, 11) vel L. Aemilius Paullus postea bis consul, praetor a. 563, cf. supra N. 15 not. (Momms.).*

3142 M. Fourio C. f. tribunos | militare de praidad Maurte dedet.

Tusculi (I 63. XIV 2578; Ritschl tab. XLIXa). Plane gemellum titulum ab eodem Furio Fortunae positum habes I 64. XIV 2579; Ritschl tab. XLXb.

3143 C. Placentios Her. f. | Marte sacrom. *(A tergo)* C. Placentius Her. f. | Marte donu dede.

In agro Tiburtino ut videtur rep., iam Parisiis, lamina aerea (I 62. XIV 3563; Ritschl tab. XCVII enarr. p. 92).

3144 Mavortei.

Romae ad viam Appiam in vinea olim Amendola (I 808. VI 473 vidit Henzen).

3145 Marspiter.

Romae effossa in Palatino una cum N. 2985, columnula ex lapide Albano (I 809. VI 487 servavit Fabrettius).

3146 Martei | Q. Camurti. | P. f. d. d.

Pratae inter Beneventum et Abellinum (IX 1089 vidit Dressel).

3147 [*Nu*]misio Mar[*tio*][1] | M. Terebonio C. l. | donum dat liben[*s*] | meritod.

Florentiae in museo, Romae sine dubio rep., parva basis (I 190. VI 476; Ritschl tab. Ld). — 1) *Cf. ad N. 3148.*

3148 ... onius Q. f. | Numisio Martio[1] | donom dedit | meretod.

Romae, basis rep. in alveo Tiberis (VI 30986 vidit Huelsen; Gatti Bullett. comunale 1892 p. 76). — 1) *Idem numen in tribus his titulis N. 3147—3149 significari apparet, praeterea inauditum.*

3149 Marti sive | Numiterno[1] | Achilles Aug. lib. | proc., et Ulpia Nice | eiu[*s*] d. d., | l. d. d. d.

Atinae (X 5046 vidit Mommsen). — 1) *Cf. ad N. 3148.*

3150 P. Vibiedius | Tertius | Quirino | d. d.

In Sabinis, ad S. Vittorino, prope rudera Amiterni (Notizie degli scavi 1891 p. 239).

3151 [*M*]árti Cypriô[1] | [*L. I*]avolénus Apulus signum | marmoreum ex voto posuit et | aedem vetustate con[*lapsam*] | refecit, adiecto pronáo et co[*lumnis*]. . . .

Prope Iguvium rep., tabula marmorea, nuper Iguvio Florentiam translata (XI 5805 vidit Bormann). Una rep. est basis parva inscripta L. Iavolenus Apulus | votum solvit l. m. *(XI 5806). —* 1) *Vocabulum fortasse linguae Umbrorum, significans bonum, cf. titulum Umbrum prope Iguvium rep. 'Cubrar mater' cet. (Fabretti C. Inscr. Ital. suppl. 1 p. 14); et ait Varro de l. L. 5, 159 apud Sabinos ciprum bonum esse. Deam Cupram habes supra N. 313.*

3152 Marti | Gradivo | d. d. | L. Plutius Pius | aedilis, monitor[1], | augur, praef. sacror.

Apud Montem Portium in agro Tusculano, iam Romae in museo Vaticano (XIV 2580 vidit Henzen). — 1) *Tusculi fuit aedilis lustralis et monitor sacrorum, cf. supra N. 902 not. 3.*

3153 Marti Gradiv. | T. Árius Celadus | sacrum restituit.

Aquileiae rep. a. 1875 (V 8236 descr. Majonica).

3154 Mar[*ti*] Gra[*d*]|ivo sacr|um coh. | I sagitt. ∞[1] | Gordiana.

Turn-Severin, ubi fuit Drobeta Daciae (III 6279). — 1) *Cohors prima sagittariorum miliaria.*

Gradivo patri dedicatus est titulus supra N. 2399.

3155 Marti militari | coh. I Baetasio|rum c. R., | cui praeest U[*l*]pius Titianu[*s*] praef., v. s. l. l. m.

Maryport in Anglia rep. (VII 391 dedit Bruce). Plane similis est titulus VII 390 eodem loco eidem deo ab eadem cohorte positus, praefecto Attio Tutore (cf. supra N. 2734). Ad templum Martis militaris spectare videtur t. Coloniensis Brambach 467 (= Orell. 1356 sed cum supplementis noviciis).

3156 deo Marti arm.[1] | Iulius Emeri|tus mil. leg. VIII | Aug. Severianae | [*Al*]ex[*a*]n[*dr*]ian[*ae*][2], | exactus cos.[3] | Dedicata a.[4] | XIII k. Maias | Maximo et | Aeliano cos.[5] | V. s. l. l. m.

Moguntiaci (Brambach 996 qui vidit ectypum). — 1) *De Marte armato vel armigero cogitaverunt, fortasse recte. —* 2) *Vocabulum erasum. —* 3) *Cf. N. 2386 not. 1. —* 4) a. [d.] *(Br.). —* 5) *A. 223.*

3157 Marti | Aug. | et dis cam|pestribus | L. Aure[*l. Ma*]|xim[*us*] . . .

Lambaesi (VIII 2635 vidit Wilmanns). Marti campestri dedicatus est titulus supra N. 2416, deo Marti militiae potenti N. 2296.

3158 Marti | ultori.

Nesce in Aequiculis (IX 4108 vidit Dressel).

3159 Marti patr. | conservat|ori et bonae | Victoriae | L. Ael. Rufin|us pro se et | suos *(sic)* | v. l. p.

In Dacia, Apuli ut videtur, rep., est Vindobonae (III 1600 vidit Mommsen).

3160 Marti Aug. | conservatori | corporis sui, | Mercurialis Aug. | n. vi[*l.*][1] ex iussu numi|nis ipsius, sigillum | marmoreum posuit.

In valle Eisack fluminis inter Brixen et Bozen, prope Seben (V 5081 solus descr. saec. XVI Aventinus auctor accuratus). — 1) *Vilicus videtur fuisse stationis vectigalium illo loco constitutae, cf. supra N. 1859.*

3161 Marti amico | et consentienti | sacrum. | Hermias dedicavit | idemq. vovit.

In Dacia, Potaissae fortasse rep., nunc Vindobonae (III 897 vidit Mommsen). — Gemellus est titulus N. 3194 Mercurio consentienti ab eodem Hermia positus.

3162 Pacife|ro Marti | Elega Urba[1] pos|uit ex vo|to.

Ribchester in Anglia rep. (VII 219 servavit Camden). — 1) *Nomen corruptum.*

3163 Venerei Erucina . . .

In Sicilia in monte Eryce (X 7253 descr. Gualterus).

3164 . . . . . | [*Vene*]re | Erucinai | dono | dedet.

3164ª [*Ven*]erei Erucin. | [*s*]acrom | . . . ltinius P. f.

In monte Eryce (X 7254. 7255 vidit Mommsen). — Romae quoque aedes Veneris Erycinae fuit (Liv. 40, 34, 4; fast. Arval. ad d. 23 Apr., cet.). — Cf. etiam supra N. 939.

3165 Venerus Heruc.

Puteolis rep. dicitur, tegula (X 8042, 1 semel descripta saec. XVIII).

3166 Veneri felici sacrum | Sallustia Helpidus d. d.

Romae, basis cui impositae sunt statuae Veneris et Amoris (VI 782 vidit Henzen).

3167 Veneri | placidae | sacrum.

Romae, olim ad viam Appiam (VI 783 saepius descripta saec. XVI).

3168 Veneri pudicae | [*C*]laudia Maximill[*a*] | ex viso donum posuit.

Romae (VI 784 vidit Bormann).

3169 Veneri caelesti | Augustae sacr. | Nummia C. f. Dorcas | s. p. f. c. | eademque dedicavit. | L. d. d. d.

Boviani (IX 2562 vidit Mommsen).

3169ª Dexter | Veneri | opsequenti | l. m. don.

Terracinae rep. a. 1894 (Notizie 1894 p. 102). — Veneri obsequenti dedicatus esse dicitur etiam titulus XIV 3569. Aedem urbanam eius deae memorat Servius ad Aen. 1, 720 cf. Liv. 10, 31, 9.

3170 Veneri probae sanctiss. sacr. | Ti. Claudius Marcion. |
[*S*]alve, mille animarum inlustricenare[1] opus, salve |
[*p*]ulchri oneris portatrix inixuperabile[2] *(sic)* donum, |
rerum humanarum divinarumque magistra, |
satrix servatrix amatrix sacrificatrix, |
salve mille animarum inlustricenare opus, salve!

Cumis rep., nunc Neapoli (X 3692 vidit Mommsen. Buecheler carm. epigr. n. 255). — 1) *De hoc vocabulo cf. Buecheler l. c.* — 2) in ixuperabile *lapis; intellege: insuperabile.*

3171 Veneri Genetrici | Ἀφροδί[τῃ] Γενετείρᾳ.

Eresi in Lesbo (III S. 7157 vidit Cichorius). In basi gemella scriptus est titulus Iuliae Caesaris filiae quem supra dedimus N. 127, qui videtur una cum hoc dedicatus esse.

3171a deae Veneri | [*G*]enetric[*i*][1] | sacrum.

Beneventi (IX 1553 semel descripta saec. XVIII). — 1) C. Enetri C. l. *traditur.*

3172 Veneri | Genetrici, | Fortun[*ae*] | R . . . .[1] | Vibia Secund . . . . | l . . . .

Praeneste (XIV 2903 vidi). — 1) *Fortasse* r[educi].

3173 Veneri victrici | L. Apronius Amandus | VIvir Aug. | solo privato s. p. p.

Tiferni in Umbria (XI 5928 vidit Bormann). — 1) *De Venere Victrice, eademque Victoria, cf. Preller ed. 3 I p. 442, Mommsen in comm. ad hemerologia ann. Iulian. Iul. 20. 30 (CIL. I ed. 2 p. 322).*

3174 Veneri vic|trici pro sal. | imperi et s. p. q. R. | et ordinis col. | Apul., C. Iul. Va|les haruspex | col. s. s.[1] et antis|tes huiusce | loci[2] | [*v. l.*] p.

Apuli (Maros-Porto) in Dacia rep. (III 1115 cf. III S. p. 1390 integra bis descripta, partem vidit Mommsen). — 1) *Coloniae supra scriptae.* — 2) *Fortasse locus sacer erat Mithrae; una videtur stetisse t. III 1114 dedicatus Soli invicto.*

3175 Veneri victri|ci Aug. sacr. | in honorem Lu|ciliae Lepidinae | Flavia Titia filiae | pientissimae.

Merobrigae in Lusitania (II 23 semel ut videtur descripta).

3176 Veneri | victrici | in memoriam | Albuciae C. f. | Pontiae | uxoris | M. Marius Pau|lus. L. d. d. d.

Salonis (III 1965 vidit Mommsen).

3177 Veneri | victrici | Particae | Aug.[1] sac., | in memoriam | Antoniae | Dec. f. Paulae, | Dec. Antonius | Proculus, decur. | Salon., et Coponia | parentes. | L. d. d. d.

In Dalmatia rep. loco dicto Danillo (III 2770 semel descripta). — 1) *Ut Venus victrix eadem quae Victoria, sic Venus haec victrix Parthica Augusta eadem quae Victoria Parthica Augusta (cf. supra N. 305); cf. Mommsen l. c.*

3178 Vene|ri | victri|ci | Hyblen|si | C. Public. | Dona|tus | d. d.

Hyblae, cui cognomen maioris fuit (Paternò), in Sicilia, nunc Cataniae (X 7013 vidit Mommsen).

3179 Signia Ursa Signi | Symphor. f. templum | Veneri Pelagiae a solo fecit et signum | ipsius deae posui[*t*], | sac.[1] L. Cornificio Secundo k. Mais.

In insula Dalmatiae Nigra Corcyra (Curzola) (III 3066 cf. III S. 10083 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) Sacerdote.

3180 imperio Veneris fisicae[1] Iovi o. m. | Antistia Methe | Antisti Primigeni | ex. d. d.

Pompeiis rep. inter annos 1594 et 1600 cum aquaeductus fieret (X 928 servavit Capaccius auctor accuratus). — 1) Eadem Venus fisica memoratur etiam in duabus inscriptionibus parietariis Pompeianis (IV 1520 et ad X 928); Mefitis fisica est X 203. Vocabulum obscurum, de φυσικ- non cogitandum.

3181 Veneri Aug. | L. Iulius L. f. Q.[1] Martia|lis IIIvir[2], aed. et q. pot.[3], si|mulacrum aereum Veneris | cum aede sua et Cupidinibus | ex liberalitate L. Iuli Martialis | patris sui, super aliam libe|ralitatem Romae aeternae[4], | quam nomine Victoris fratris | [*su*]i posuisset, dedit. Dec. dec.

Cirtae (VIII 6965 vidit Wilmanns). — 1) Quirina (tribu). — 2) Triumvir, sc. coloniarum Cirtensium. — 3) Aedilis et quaestoriae potestatis. — 4) Praeter Veneris simulacrum et aedem Iulius Martialis etiam simulacrum Romae aeternae promiserat, nomine fratris.

3182 Iovi, Iunon., Miner., | Antonia M. lib. | Aphrodisia scyphos II, | Venerem, speculum | donum dedit.

Augustae Praetoriae (Aosta) rep. (V 6829 vidit Mommsen).

3182a Mescenia | Valentina | imperio | Veneris | Iunonem | d. d.

Salonis (III 1962 vidit Mommsen).

3183 Fedimus condit|or sacrari Veneris | Chendies[1] cum po|rticum et cocina|torium costitui | et ente[2] donavi.

Olim Romae ut videtur, iam Oxonii (VI 2273 vidit Huebner). — 1) Intellege: Cnidiaes (cultores [*Vener*]is Cnidiae *memorantur VI 4872; Bonae deae Veneri Cnidiae dedicatus est titulus infra N. 3515). — 2) Mommsen intellegit: et ent(h)ecam.*

3184 M. Aurelius Pacorus | et | M. Cocceius Stratocles, | aeditui Veneris hortorum | Sallustianórum[1], | basem cum | paimentó | marmorato | Deánae | d. d.

Romae, incertum qua regione urbis rep. (VI 122 saepius descripta saec. XVI). — Confictus est titulus Veneris hortorum Sallustianorum Orell. 1369 (= VI 667). — 1) Alius aedituus Veneris hortorum Sallustianorum est Eph. ep. 4, 869.*

3185 N. Pumidius Q. f., | M. Cottius M. f. | *(sequuntur alia nomina decem):* heisce magistreis[1] Venerus Ioviae murum[2] | aedificandum coiraverunt ped. CCↁXX et | loidos fecerunt Ser. Sulpicio M. Aurelio co[s.][3].

Capuae, nunc Neapoli (I 565. X 3776; Ritschl tab. LXIII a). Alterum exemplum eiusdem inscriptionis, sed mutilum, est in lapide bis tantum descripto X 3777 = Eph. ep. 8, 460. — 1) magistres *videtur esse in altero exemplo. Ceterum de his magistris fanorum in agro Campano ante conditam coloniam Capuam creari solitis cf. Mommsen CIL. X p. 367 et infra N. 3340. 3341. 3397, item inter titulos municipales. — 2) Postrema vocabuli littera, scripta in fine versus eius qui praecedit, per signum quoddam ad hunc versum revocata. — 3) A. u. c. 646.*

3186 Avillia[*e*] | Aeliane, m[*atri*] | Egnati Rufi | equitis Ro[*ma*]ni, sacerdot[*i*][1] | Iovia[*e*] V[*e*]ner[*iae*][2] | Abellanor[*um*] | . . . . | . . . . cie . .

Abellae (X 1207 semel descripta saec. XVIII). — 1) sacerdotis, 2) vi ner. *traditur.*

3187 Acca[1] Q. f. | sacerdos | Veneris[2].

Pratolae prope rudera Corfinii (IX 3166 descr. de Nino). — 1) *Mulierem Paelignam huius nominis nominari apud Silium 9, 117 monet Mommsen.* — 2) *In aliis quoque oppidis Italiae inferioris sacerdotes Veneris vel Veneriae creabantur, cf. IX 2358. 2569. X 5144; Eph. ep. 8, 577. Sacerdotes Cereris et Veneris vide infra N. 3350. 3351.*

3188 L. Pescenius T. f. | Mircurio[1] dono dedit mereto. *(Ab altera parte)* sacra Iovi[2] Stigio[3].

Prope Firmum Picenum rep. a. 1548, tabella aenea (I 181. IX 5350 descripta reperitur in actis quibusdam publicis civitatis Firmanae a. 1548 confectis; aliud apographum innotuit viris doctis tum Romae degentibus). — 1) Mercurio *acta. Sed* Mircur- *scribitur etiam N. 3189. 3206 et in vase aeneo Praenestino XIV 4106,* Mirqur- *XIV 4099.* — 2) Iovis *acta.* — 3) Stygio *vel* Stugio *in aere fuisse putat Mommsen (suspectam hanc partem inscriptionis reddit quod* sacra Iovi Stygio *hemistichium est Vergilii Aen. 4, 638).*

3189 [*L.*] Pontius Cn. f. | Mircurio *(sic)* | dedit. | *Λεύκιος* | [*Π*]*όν-τιος* | [*Γν*]*αίου υἱὸς* | [*Ἑ*]*ρμᾶι δῶρο*[*ν*].

In insula Issa (Lissa) Dalmatiae (III 3076 vidit Mommsen).

3190 Merqurio | M'. Rustius M. f. M'. n | duumvir[1] dat.

Romae in museo Capitolino, ara rotunda litteris fortasse liberae rei publicae (VI 518 cf. 30784, Huebner ex. script. epigr. n. 2). — 1) *Duovir Antii puto, ex quo oppido aram Romam adlatam esse suspicor collato titulo Antiate X 6680.*

3191 [*Merc*]urio August[o] . . . . | [*pro salute imper*]atoris Titi Caesaris [*Vespasiani Aug.*] | . . . . . . templum a fundament[*is*] . . . . . | . . . [*mace*]riem in circumitu et aedificis . . .

Coloniae Agrippinae rep. a. 1866 (Brambach 2040; Huebner ex. script. epigr. n. 394).

3192 Mercurio | Sex. Veracilius | Sex. f. Ouf. | Priscus IIIIvir i. d.[1] | ex voto don. ded. | dracones aureos | libr.[2] quinque | adiectis ornament. | [e]t cortina *(in latere herma Mercurii; iuxta aries; caduceus — in altero latere herma barbatus, ante quem mensa cum urceo).*

Mediolani, ara (Notizie degli scavi 1896 p. 446 seq.). — 1) *Quattuorvir iure dicundo.* — 2) *Librarum.*

3193 Mercurio caelesti fatali | Q. Munatius Trochorus | ex voto solvit | votum Munatiorum.

Romae (VI 521 bis descripta saec. XV/XVI).

3194 Mercurio | consentienti | sacrum | Hermias dedicavit | idemq. vovit.

Rep. una cum N. 3161 (III 898 vidit Mommsen).

3195 sacrum | Mercurió | epulóni | euphrosynó *(in lateribus cyathus, tibiae).*

Romae, nunc Parisiis (VI 522 vidit Henzen).

3196 Merc[*u*]rio sob[*rio*] . . .

In Africa loco dicto Henschir Bez, ubi fuit civitas Vazitana Sarra (VIII S. 12002 vidit Cagnat). Aedes Mercurii sobrii memoratur in inscriptione eiusdem loci VIII 12006; etiam Thuburnicae (in valle Bagradae), item Cirtae Mercurium sobrium cultum esse docent tituli VIII S. 14690. 19490. Romae quoque statua fuit eiusdem dei, cf. VI 9714: numularius a Mercurio sobrio, *ib. 9483* insul. [*a M*]ercurio sobrio. *Cf. Paulus Festi p. 296 s. v. sobrium vicum.*

3197 Mercur. invic.[1] sacr. | pro salute | Praesentis | n. | [*S*]agaris act.[2] e[*ius*].

Venusiae (IX 425 semel ut videtur, sed satis accurate, descripta). Initio fractam fuisse traditur. — 1) Mercurio invicto *praeterea dedicatus est titulus X 6219.* — 2) *Actor. Ab eodem homine pro salute eiusdem Praesentis eodem loco dedicatus est titulus hic* Ἡλίῳ Μίθρᾳ ὑπὲρ σωτηρίας Βρι[ττ]ίου Πραίσεντος Σάγαρις οἰκονόμος *(Inscr. Gr. Sicil. Ital. 688). Brittii Praesentes complures floruerunt saec. p. Chr. altero.*

3198 Mercurio | regi sive | Fortune, Blesio Bur|gionis fil. | v. s. l. m.

Nijmegen, ubi fuit Noviomagus, Germaniae inferioris (Brambach 70 qui vidit).

3199 Mercurio | lucrorum potenti[1] | et conservator. sacr. | C. Gemellius C. fil. | Ouf. Valerianus | IIIIvir a. p.[2], praef. i. d., | cum Cilonia Secunda | coniug. et Gemellis | Valeriana Secundo | Valeria l[*i*]beris suis | ex voto donum | posuit et dedicavit. | L. d. d. d. *(In latere)* dedicata | III k. Iunias | Dextro II | et Fusco cos.[3]

Fontaneti inter lacum Verbanum et Novariam, iam Mediolani (V 6596 vidit Mommsen). — 1) *Sic appellatur Mercurius etiam in alia inscriptione eiusdem regionis V 6594.* — 2) *Quattuorvir aedilicia potestate.* — 3) *Videtur significari annus 196; cf. ad V 6649.*

3200 Ἑρμῆς.

Lucri repertor atque sermonis dator, |
infas palaestram protulit Cyllenius |
Ἄρτις[1] τὸν Ἑρμῆν εἵσαθ᾽· Ἑρῆμς δ᾽ Ἀττίωι |
. . . . καὶ γένος φίλους θ᾽ ἅμα |
(sequuntur alii nonnulli versus Graeci desperatae lectionis).

(In latere sinistro)

interpres divum caeli terraeq. | meator, |
sermonem docui mortales atq. | palaestram.
. . . . [*toti*]usque terrae, |

sermonis dator atq. somniorum, |
Iovis nuntius et precum minister.

Romae in villa Albania, in herma Mercurii (VI 520 vidit Henzen; Graeca contulit Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. n. 978. Latina tractavit Buecheler carm. Lat. epigr. n. 1528). — 1) *῎Αττις mavult Kaibel.*

3201 *(Mercurius sedens, adsunt haedus, gallus, testudo)* i. honorem d. d. | Mercurio neg|otiatori.

Heddernheim rep., nunc in museo Wiesbadensi (Brambach 1460; imaginem dedit Lehner Westd. Zeitschr. 1898 p. 272). Titulum Brambach 1471 huius partem alteram esse putat Lehner l. c.

3292 *(Mercurius, Rosmerta?)* deo Mercur. | nundinatori.

Bierstadt prope Wiesbaden, iam in museo Wiesbadensi (Brambach 1508).

3203 Mercurio | cuius sedes*atep.[1] | sunt | Appius Cl. Lateranus | XVvir sacr. fac., | cos. design., | leg. Aug. pr. pr. | leg. III Ital.[2] | v. s. l. m.

Augustae Vindelicum (III 5793 vidit Mommsen). — 1) *Sic legit Mommsen* (t *et* e *litterae contignatae),* ater *priores quidam, unde nonnulli fecerunt* a tergo. *Quid subsit, ignoratur.* — 2) *Legatus fuit pro praetore provinciae Raetiae et legionis in ea tendentis tertiae Italicae, non ante Marcum imperatorem, qui legionem tertiam Italicam conscripsit et in Raetia collocavit (Dio 55, 24 cf. supra N. 2287 not. 2 et N. 2288 fin.).*

3204 deo Mercurio attegi|am[1] teguliciam comp|ositam Severinius | Satullinus c. T.[2] ex vo|to posuit l. l. m.

In Alsatia prope Niederbronn rep. (XIII 6054 vidit Zangemeister). — 1) *Cf. Iuvenal. 14, 196: dirue Maurorum attegias.* — 2) *Civis Tribocus (Zangemeister ann. Bonn. 76, 1883 p. 227; punctum inter* C. *et* T. *iam non agnoscitur).*

3205 Optatus Cassius | Optionis f.[1] |
Susceptum merito | votum tibi, | [*M*]ercuri, solvi, |
ut facias hilares | semper tua | templa colamus.

Novariae (V 6506 vidit Mommsen; Buecheler carm. epigr. n. 262). — 1) *Idem ut videtur memoratur V 6609.*

3206 L. Oppius L. f.[1], Min.[2] Staius Ov.[3] f., L. Vicirius [*Ti. f.*], | A. Plotius M. l.[4], C. Sehius C. l.[4], C. Claudius C. l., | magistres[5], Mircurio[6] et Maia donu. d. | s. | *Λεύκιος ῎Οππιος*[1] *Λευκίου,* | *Μίνατος*[2] *Στάιος Οὐίου*[3], | *Λεύκιος Οὐικίριος Τεβερίο*[*υ*], | *Αὖλος Πλώτιος Μαάρκου,* | *Γάιος Σήιος Γαίου, Γάιος Κλαύδ*[*ι*]|*ος Γαίου, οἱ Ἑρμαισταί, Ἑρμεῖ*[7] | *καὶ Μαίαι.*

Deli rep. (III S. 7218 Mommsen vidit ectypum). — 1) *In synopsi rerum sacrarum aedis Apollinis Delii scripta anno circiter 180 ante Chr., quam edidit Homolle bull. de corr. hellénique 6, 1882 p. 29 seq., repetivit Dittenberger syll. n. 367, recensentur inter donaria recens inlata (v. 147. 148, ap. Homolle p. 45): στέφανον χρυσοῦν ἐπιγραφὴν ἔχοντα ‘Μίνατος Μινάτου Τήιος Ῥωμαῖος ἐκ Κύμης ἀνέθηκεν’· ἄλλο στεφάνιον ἐπιγραφὴν ἔχον ‘Λεύκιος ῎Οππιος Ῥωμαῖος Ἀπόλλωνι χαριστήριον’. Sed ab hoc L. Oppio noster omnino diversus, quippe qui aliquantum postea vixerit, siquidem recte Homollius (bull. de corr. hellén. 8, 1884 p. 89) hunc*

titulum scriptum putat inter annos circiter 160—140 ante Chr. — 2) *Minatus praenomen praeterea reperitur IX 1140. 2809 et in titulo Deliaco, de quo vide not. 1 et apud Velleium 2, 16,* 3) *Ovius praenomen IX 438. XIV 3302. 4122, 1 et apud Livium 9, 7. 26. 10, 38.* — 4) *Liberti cognomine abstinentes vix reperiuntur post tempora Sullae (cf. supra N. 3097 not. 1).* — 5) *Magistri, scilicet collegii Mercurium et Maiam colentis (Graece igitur οἱ Ἑρμαισταί), mercatorum sine dubio. Alius similis titulus Deliacus est III S. 7217.* — 6) *Sic* (Mirc-) *etiam N. 3188. 3189.* — 7) *Ἑρμεῖ scriptum etiam III S. 7217.*

3207 Niger Sitti [*P. ser.*], | Salvius Arri Q. ser., | P. Sittius P. l. Suneros, | Albanus Numisi L. ser. | Merc. Maiae sacr., | ex d. d., iussu | M. Lucci Libella[*e IIvir i. d.*] | . . ceptum . .

In agro Pompeiano rep. (Notizie 1895 p. 215). Pompeiis Mercurio et Maiae a collegio quodam libertinorem et servorum ex decreto decurionum iussu duumvirorum sacra fieri solita esse etiam alii tituli declarant; ex iisdem colligitur, procedente tempore Mercurio et Maiae adiunctum esse Augustum. Nonnullos ex his ministrorum Mercurii Maiae Augustae titulis Pompeianis dabimus infra inter titulos municipales.

3208 Mercurio Augusto | et Maiae Augustae | sacrum ex voto | M. Herennius M. l. Albanus | aedem et signa duo cum | imagine Ti. Augusti | d. s. p. solo publico fecit.

Lugduni, arae tres iisdem verbis inscriptae (XIII 1769 vidit Hirschfeld).

3209 in ho. d. d. | Mercurio | et Maiiae ca|ducium et | aram Masc|lius Satto | [*f*]aber ex vo|[*t*]o v. s. l. l. | m.

Kreuznach (Brambach n. 721 vidit).

3210 Maiae | v. v.[1] s. l. mer. | C. Attius Atticus.

Grenoble, tabula ut videtur aerea (Revue arch. 29, 1896 p. 395 n. 81). — 1) *Fortasse: ut voverat (Cagnat).*

3211 deae | Maiiae | aedem a solo fe|cit G. Arrius Pa|truitus bf. | cos.[1] | v. s. l. l. m.

Germersheim rep. (XIII 6095 vidit Zangemeister). — 1) *Beneficiarius consularis.*

3212 Apoline | L. Carnius C. f.

Panormi, fortasse Halaesae rep. (X 7265 vidit Mommsen).

3213 Maxima Nasia Cn. f. Apoline dat.

In Piceno rep. loco dicto Morrovalle, lapis foramen habens, per quod nummi in vasculum cameramve suppositam demitterentur (IX 5803 Mommsen vidit ectypum).

3214 C. Hinoleio C. l. | Apolone dono ded.

In agro Caleno rep., iam Neapoli, cistellae fictili (fortasse acerrae) stilo inscriptum (X 4632; Ritschl priscae Lat. epigr. suppl. III = opusc. 4 tab. XVII fig. A cf. p. 520).

3215 L. Opio C. l. | Apolene | dono ded. | merito.

Prope Mosciano in agro Praetuttiorum rep. (Barnabei Notizie degli scavi 1891 p. 370).

3216 M. Mindios L. fi., | P. Condetios Va. fi., | aidiles, vicesma parti | Apolones dederi.

Romae, nunc Monachii, tabella aerea (I 182. VI 29; Ritschl tab. IIb).

3217 ... mpricius C. f. | .. aburcus q. | [*A*]polinei dat.

Faleriis rep., deinde Parisiis (XI 3073 vidit Mommsen).

3218 Apollini Genioque Augusti Caesaris sacrum | L. Apusulenus L. l. Eros magister puteum puteal laurus d. p. s.

Prope Bononiam rep. (XI 804 vidit Bormann).

3219 Apollini Augusto | sacrum | magister et minister | anni LII[1] d. d., | L. Laberius L. l. Felix, | Tertius Q. Q.[2] Nunniorum | Lunesis et Montani *(in latere: laurus; in altero latere: corvus.)*

Romae rep. a. 1562 inter Aventinum et montem Testaceum (VI 35 ad exempla complura accurata, facta saec. XVI. XVII). Ornamenta laterum sic ut supra unus tantum auctor enotavit, reliqui variant vel tacent. — 1) *Magister et minister fuerunt Laberius Felix et Tertius Nunniorum servus anno quinquagesimo altero ex quo constitutus est vicus in quo simulacrum Apollinis dedicatum est, id est ut videtur circa annum 45/6 p. Chr., nam vici ordinati et magistri annui creari (vel denuo creari) coepti sunt circa a. 747 u. c. (cf. ad N. 3613).* — 2) *Duorum Quintorum.*

3220 Apollini | Q. Lollius | Urbicus | praef. urb.[1]

Romae (VI 28 ter ut videtur descripta saec. XVI). — 1) *Cf. supra N. 1065.*

3221 Apollini sancto | L. Minicius Natalis[1] | cos., pró cos. | Africae, | augur, leg. | Aug. pro pr. | Moesiae inferioris.

Canino prope rudera Vulcentana rep. (XI 2925 vidit Bormann). — 1) *Cf. supra N. 1061, infra N. 3415.*

3222 Apollini sancto | Memmius Vitrasius | Orfitus v. c. | bis praef. urbi[1], | aedem providit, | curante Fl. Claudio | Euangelo v. c., comite.

Romae (VI 45 vidit Henzen). — 1) *Praefectus urbi iterum fuit a. 356/9, cf. supra N. 1243 not. 3.*

3223 deo sancto Apollini pacifero, ex voto libes solvit milex *(sic)* cortis X praetoriae centuria Dasi Aelius C . . . . ., libes votum reddedit.

Romae (VI 37 fortasse semel tantum descripta saec. XV).

3224 Apollini | salutari | et medicinali | sacrum.

Incertum quo loco, sed Romae ut videtur (VI 39 ad apographum quod Fr. Vettorius a. 1732 misit Gorio).

3225 Apollini | praestanti | C. H. M.[1]

Romae (VI 38 viderunt Smetius et nuper de Rossi). — 1) *Videntur indicari tria nomina dedicantis.*

3226 *(Apollo d. delphino innixus, s. lyram tenens; iuxta grypus, in globo stans; aquila)* deo Apollini praestantiss. | Aur. Vitalis pro se suisq. v. l. p.

Apuli (Carlsburg) in Dacia (III 991 vidit Mommsen).

3227 Apollini | sacrum | L. Statilius | Primus de sua p. p. | Hanc aram vetustate | labefactatam | L. Statilius | Pollio de sua pec. et | renovavit et restituit.

Prope Civitavecchia rep. in ruderibus Castronovanis, iam Romae (XI 3572 vidit Henzen).

3228 Hilarus | Syriaci Aug. lib. | tabul.[1] ser. |

Accipe, Phoebe, pre[*c*]or | T[*i*]ry[*nt*]hia munera[2] | pro me:
haec tibi quae | potui fortia dona[2] dedi. |
Hic orbem domuit, tu pacem, | Phoebe, dedisti:
utraq. | res votis annuat ista[3] | meis.

Aquileiae, in lapide qui arboris truncum imitatur (Majonica arch. ep. Mitth. 1896 p. 209; Buecheler carm. epigr. n. 1841). — 1) *Tabularii.* — 2) *Herculis arma.* — 3) *Utraque ista, scilicet victoriam et pacem, intellegit Hilberg Jahreshefte des oesterr. arch. Inst. II 1899 Anz. p. 50.*

3229 monitu Apollinis | P. Metilius Secundus | leg. Aug. pr. pr.[1]

Lambaesi (VIII 2591 vidit Renier). — 1) *Legatus pro praetore exercitus Africani fuit a. 123, cf. supra N. 1053 not. 4.*

3230 diis deabusque se|cundum interpre|tationem oracu|li Clari Apollinis | coh. I Tungrorum.

Housesteads in Anglia, ubi fuit Borcovicium statio valli Hadriani, iam Newcastle (VII 633 vidit Huebner).

3230[a] d. deabusque | secundum inter|petrationem *(sic)* Cla|rii[1] Apollinis.

Corinii in Dalmatia rep. (III 2880 vidit Mommsen). — 1) CLARI·I *lapis.*

3230[b] dis deabusq. | s[*e*]cundum | interpreta|tionem ora|culi Cla|ri Apollin.

In confiniis Numidiae et Mauretaniae, in regione Ferdjûa (VIII 8351 semel descripta).

Titulum Apollinis Pythii dabimus infra inter titulos numinum peregrinorum.

3231 Apollini | Aug. | in memoriam | M. Modesti M. f. | Repentini | M. Modestius | Repentinus | pater vet. ex dec. | al. I Aravacorum.

Ovilavae (Wels) in Norico (III 5629 semel descripta sub finem saec. XV).

3232 Apollini | Aug., ho|nori mem|oriaeque L. | Aemili L. fil. | Quir. Celati|ani, Porcia | Festa fili | karissimi. | L. d. d. d.

Rep. Caldas de Malavella prope Gerundam Hispaniae Tarraconensis (II S. 6181 vidit Huebner).

3233 Diana | M. Livio M. f. | praitor[1] dedit.

Prope oppidum Nemi rep., ubi fuit fanum et Nemus Dianae in agro olim Aricinorum, ara lapidis Gabini (XIV 4182[a]*).* — 1) *Incertum utrum Aricinus praetor an populi Romani.*

3234 Poublilia Turpilia | Cn. uxor | hoce seignum pro Cn. filiod | Dianai donum dedit.

Prope Nemi rep., tabula aenea (XIV 4270 ad imaginem photographicam).

3235 Diana mereto | noutrix Paperia.

Prope Nemi rep., in cuspide aenea (Notizie degli scavi 1895 p. 436). (Una rep. esse dicitur mamma aenea).

3236 Cn. Q.[1] et med[2] Diana.

In margine vasculi aenei prope Nemi rep. (XIV 4184a vidit Hirschfeld). — 1) *Nomen dedicantis.* — 2) *Fortasse intellegendum:* me *quoque; certe* med *videtur referri debere ad ipsum vasculum.*

3237 A. [*T*]i[t]inius A. [*f. Di*]anae | aidicolam votum | dedit meretod. | Αὖλος Τιτίνιος Αὔλω | υὸς Ἀρτάμιτι εὐχὰν | ναίσκον ἀπέδωκε.

Tarenti rep. (Notizie degli scavi 1896 p. 541).

3238 Dianai opifer. | Nemorensei | L. Apuleius L. l. Antio[c].

Tibure (XIV 3537 bis vel ter descripta saec. XVI).

3239 imp. Caesar | Augustus fines | Dianae restituit, | αὐτοκράτωρ Καῖσαρ | Σεβαστὸς ὅρους | Ἀρτέμιδι ἀποκατέ|στησεν.

Inter Ephesum et Tire oppidum, ad vicum Μεγάλες Κατεύχες (Ath. Mitth. 1896 p. 375 descr. Graecus quidam). — Ad Dianam Ephesiam pertinent etiam tituli supra editi N. 97. 111.

3240 imp. Caesar | Vespasianus Aug. | cos. VIII[1] fines locor.[2] | dicatorum Dianae | Tifat. a Cornelio Sulla[3] | ex forma divi Aug. | restituit. *(In summo cippo)* P. D. | T.[4]

Prope Capuam ad ecclesiam S. Angeli in Formis rep. (Notizie degli scavi 1893 p. 165). Alium cippum iisdem verbis inscriptum dedimus supra n. 251. — 1) *A. 77 (vel 78).* — 2) agrorum *exemplum supra N. 251* (locorum *etiam id quod viderat saec. XVI Metellus).* — 3) *Cf. Vellei. 2, 25.* — 4) *Praedia Dianae Tifatinae? (Ianellius).*

3241 Diane | Tifatine.

In signaculo aereo rep. prope Capuam (X 8059, 1 vidit Mommsen). Hoc signaculum argumento est, Dianae Tifatinae aedem suum tamquam patrimonium habuisse, cf. Mommsen CIL. X p. 367, item infra ad N. 3523.

3242 Dianae | [*Ti*]fatinae[1] | .... in .... cis | M. Icc|ius | Mumm|ius *(Dianae imago).*

Le Pègue in agro Vocontiorum rep., nunc Avennione (XII 1705 vidit Hirschfeld). — 1) Latinae *priores, male.*

3243 Dianae | Nemoresi Vestae | sacrum, dict.[1] | imp. Nerva Traiano Aug. | Germanico III cos.[2], praef.[3] | eius T. Voltedio Mamiliano, | quaestorib. | L. Caecilio Urso II, M. Lucretio | Sabino II, aedilib. Q. Vibenna Quieto, | Ti. Claudio Magno, | P. Cornelius Trophimus pistor | Romaniensis

ex reg. XIIII[4], idem cur. | vici quadrati, et Lania C. f. Thionoe *(sic)* coniux | eius, votum libens solverunt.

Apud lacum Nemorensem rep., est Romae (XIV 2213 vidit Henzen). — 1) *Dictatore (dictatura summus magistratus Ariciae, quo anno 100 functum esse Traianum apparet).* — 2) *A. 100.* — 3) *Praefecto.* — 4) *Ex regionibus quattuordecim (scilicet aliqua earum) urbis Romae.*

3244 Deanae *(sic)* | Nemorensi | sacrum | M. Acilius Priscus | Egrilius | Plarianus[1].

Romae, sed fortasse Nemore rep. (XIV 2212 descr. Henzen). — 1) *Ad hunc hominem pertinent tituli Ostienses XIV 72. 155. 156.*

3245 Dianae Nemores. | sacrum | Ti. Claudius Claud[*i*]|anus praef. co[*h.*] I | Bracar. August. | e[*x*] voto su[*s*]cep. de suo.

Naronae (Viddi) (III 1773 semel descripta).

3246 Dianae | Aug. sacr. | Q. Claudius | Severinus | IIIIIvir | Aquil. | voto suscept. | remonente | dea solvi.

Aquileiae rep. a. 1874 (V 8216 descr. Majonica).

3247 Dianae Lucif. *(Diana cum cane).* | *(In latere)* Lunae *(Luna stans cum velo supra caput). (In altero latere)* Sex. Ivent. Suavis *(vir pateram tenens).*

Cognolae prope Veronam, iam Veronae (V 3224 vidit Mommsen).

3248 Dianáe caelestí | sacrum | Q. Cornelius | Theophilus | cum Quintía M. f. | Luperca.

Tibure (XIV 3536 vidi).

3249 compotenti[1] | Dianae | Mummeius | Atticus et | Mumeia *(sic)* Felic[*l*]a | d. d.

Nepete (XI 3198 vidit Smetius). — 1) *Cf. infra ad N. 3438.*

3250 Dianae | conservatric. | pro salute . . . . . . ani[1] n̄. | cos., flamin. Aug., procos., | pontif., sodalis | Aureliani Antoniniani, | Hosius lib. v. s. l. m.

Veronae (V 3223 cf. p. 1074 vidit Mommsen). — 1) *Nomen erasum, fortasse Quintiani.*

3251 Dianae victrici | C. Jul. Maximus | proc. Aug., | praepositus limitis.

In Mauretania loco dicto Arbal (VIII 9790 vidit Wilmanns).

3252 Dianae | sacrum | domus Rub|eniorum[1].

Ateste (Notizie degli scavi 1885 p. 58). — 1) *Cf. infra N. 3443.*

3253 Diana | Cariciana[1] | M. Aurelius Caricus, | aquarius huius loci,| cum libertis et alum|nis sigillo[2] Dianae. | Dedic. idib. Aug.[3] | [*i*]m[*p.*] ! ! ! ! ! ! ![4] Aug. et | Oclatinio Adv[*e*]nto cos.[5]

Romae (VI 151 bis descripta saec. XVII). — 1) *Intellege: Dianae Caricianae.* — 2) *Sigillum.* — 3) *Haec a descriptoribus interponuntur inter nomina consulum.* — 4) *Apparet rasura periisse Antonini (Elagabali) vocabulum.* — 5) *A. 218.*

3254 P. Valerius Bassus | praefectus fabrum | et Caecilia Progne | Dianae Valerianae | d. d.

Romae (VI 135 aliquoties descripta saec. XVI).

3255 Dianae Aug. | colleg. lotor.[1] | sacr. | Primigenius r. p. | Aricinorum ser. arc.[2], | curator II, cum | M. Arrecino[3] Gelliano | filio curatore I, | d. d.[4]

Ariciae (XIV 2156 saepe descripta). — 1) *Collegii lotorum.* — 2) *Rei publicae Aricinorum servus arcarius.* — 3) *Libertus fuisse videtur rei publicae Aricinorum.* — 4) *Curatore primum dono dedit.*

3256 Graeceia P. f. Rufa Pompon. Dianae Loch.[1] s. p. s. c. p. s.[2]

Neapoli, iam in Anglia, puteal marmoreum, in quo sculpti Paris et Helena cum Venere et Musis tribus (X 1555 p. 971; Michaelis Ancient Marbles in Great Britain p. 517 n. 36). — 1) *De Diana Lochia vix cogitari potest (Mo.).* — 2) *Litterae incertae explicationis.*

3257 Dianae deae | nemorum comiti, | victrici ferarum, | annua vota dedi[1] | Fannius Iuli|anus praefectus | cohortis II | Sardorum.

Altavae (Lamoricière) in Mauretania rep. (VIII 9831 semel descripta). — 1) *Nota colon dactylicum.*

3258 [*um*]brarum ac nemo|rum incolam, | ferarum domitricem[1], | Dianam deam virginem, | Auxentius v. c., ubique | piu[*s*], suo numini sedi|que restituit.

Romae (VI 124 cf. 30700 viderunt Henzen et Huelsen). — 1) *Carmen facere temptavit (cf. Buecheler carm. epigr. n. 1520).*

3259 Dianae | sacrum | Q. Tullius | Maximus[1] | leg. Aug. | leg. VII Gem. | Felicis.

(in parte postica)

astrum *luna* *astrum*

Aequora conclusit campi | divisque dicavit |
et templum statuit tibi, | Delia virgo triformis, |
Tullius e Libya rector | legionis Hiberae, |
ut quiret volucris capreas, | ut figere cervos, |
saetigeros ut apros, ut | equorum silvicolentum |
progeniem, ut cursu certare, | ut disice[2] ferri, |
et pedes arma ferens et | equo iaculator Hibero. |

(in latere dextro)

Dentes aprorum, | quos cecidit, | Maximus |
dicat Dianae, | pulchrum vir|tutis decus. |

(in latere sinistro)

Cervom altifron|tum cornua |
dicat Dianae | Tullius, |
quos vicit in pa|rami[3] aequore |
vectus feroci | sonipede.

3260 *(in tabula, quae una reperta est)*

Donat hac pelli, D[*iana*],

Tullius te Maxim[*us*]
rector Aeneadum, [*gemella*]
legio quis est se[*ptima*],
ipse quam detrax[*it apro*]
laude opima p[*raeditus*].

Legione (Leon) in Hispania rep. (II 2660 cf. p. 912 vidit Huebner. Tractavit Buecheler carm. epigr. n. 1526). — 1) Videtur esse vir huius nominis qui legatus Thraciae fuit sub divis fratribus. — 2) 'Disicem' Buecheler putat deductum a disiicendo. — 3) Vocabulum ex Hispania lingua explicat Huebner.

3261 incola Tifatae, ve|natibus incluta virgo, |
haec, Latona[1], tuis statu|it miracula[2] templis |
cunctis notus homo, sil|varum cultor et ipse, |
laudibus inmensis vitae | qui servat honorem, |
Delmatius signo, prisco | de nomine Laetus. |
credo quidem donum nul|lis hoc antea natum |
collibus aut silvis: tan|tum caput explicat umbris |
(perierunt versiculi duo)
quae verum . . . . . v[*o*]ti | . . . .

Prope Capuam ad ecclesiam S. Angeli in Formis, iam Neapoli (X 3796 vidit Mommsen. Tractavit Buecheler carm. epigr. n. 256). — 1) Non Latonam, sed Latonae filiam virginem intellegi apparet. — 2) Videtur Delmatius cornua cervina deae dedicasse.

Eiusdem argumenti carmen est XI 5262 = Buecheler carm. epigr. n. 1800.

3262 Diane | venat|rici Ar|po Ur|e[*i*] f. Faus|tanus | ex pr.[1] | Victor | s.[1] pro s|al. sua.

In ora Callaeciae loco dicto Puerto del Son (II S. 5638 descr. Hispani quidam). — 1) Fortasse non omnia recte excepta.

3263 [*D*]iane Augus|te silvestri | [*e*]x iuso[1] posu|it Septimus | pro filio suo.

Salonis (III 1937 vidit Mommsen). — 1) Ex iussu.

3264 nomine | Q. Domitii Alpini | Licinia mater | signum Dianae et venationem | et salientes t. f. i.

Veronae rep. iuxta amphitheatrum (V 3222 vidit Mommsen). Aliud exemplum eiusdem tituli, sed mutilum, nuper prodiit Veronae (Notizie degli scavi 1893 p. 12).

3265 Deanae | sacrum | A. Titius C. f. | Pom. Sever|us Arretio | 7 leg. VI Vic. p. f.; | idemque vivari|um saepsit.

Coloniae Agrippinae (Brambach 336 vidit).

3266 Dianae | et Sil. silve. | dis presi|dibus v|enation. | M. Aur. Pompe|ius sacerdot.[1]

Aquinci rep. (III S. 13368 descr. Froehlich). — 1) Sacerdotalis.

3267 deae Diane | et Silvano | ursari[1] | posueru|nt ex voto.

Zürich rep. (XIII 5243 vidit Schmidt). — 1) Deo Silvano ab ursario quodam legionis positus est titulus Rhenanus Brambach 211. Praeterea ursarii memorantur in carmine Aquisextiensi XII 533 = Buecheler carm. epigr. n. 465.

3268 Silvano silves|tri et Dianae | M. Aur. Comat. | Super.[1] dec. an[*t*]is|tes pro salute | sua et Comatior. | Superiani Supe|res Exsupera|tiani Super|stitis filior. | v. s. l. m.

Carlsburg (Apuli) in Dacia (III 1154. III S. 7775 vidit Domaszewski). — 1) Eiusdem Comatii Superi sunt tituli qui sequuntur et praeterea III 1096.

3268^a^ Dianae | mellificae[1] | sacrum | Com. Su|per.

Carlsburg (III 1002 ad exemplum traditum ab Ariosto auctore incorruptae fidei). — 1) Agnomen deae fortasse corruptum.

3268^b^ Trif.[1] Liberae | M. Aur. Co|mat. Super. | antistes.

Carlsburg (III 1095 vidit Mommsen). — 1) Triformi.

3269 pro salu. Augg. n. n. | M. Aur. Sabinus d. d. d.[1], suppl.[2] | C. Iul. Calocaero ierof.[3] *(iuxta)* Fla. Procla Cal.[4] | et spira[5].

Romae, in basi statuae Dianae triformis (VI 261 viderunt Marinius et Bormann). — 1) Donum dat dedicat. — 2) Supplicante. — 3) Hierophanta. — 4) Intellege: Calocaeri, scilicet uxor. — 5) Cf. infra ad N. 3515.

3270 Dianae | Tifatinae | Triviae | sacrum.

Capuae, in quattuor lateribus basis (X 3795 aliquoties descripta saec. XVII).

3271 Triviabus | v. s. l. | L. S. Pudens[1].

Imoski in Dalmatia rep., iam Spalati (III S. 8511 ed. Bulič). — 1) Idem homo eodem loco etiam Cereri votum solvit (III S. 8508).

3272 pro salute et victoria M. Aur. | Antonini Aug. et Commodi Caes. toti|usq. domus eius, Gamianus Aug. lib. | [*adi*]u[*t.*] rat.[1] stat. signum Tribiae | posuit.

Romae (VI 31053 = Bull. comunale 1886 p. 181). — 1) Cf. N. 1480.

3273 Hecate | Augustae | Aurelii As|clepiodo|tus et Luci|us pro sal. | sua et suor. | v. s. l. m.

S. Oswald, ubi fuit Atrans, iam Laibach (III 5119 vidit Mommsen).

3274 deaé Heca|táe C. Can|didius Pis|cátor vísu | monitus.

Treveris rep. a. 1879 (Hettner Steindenkmäler des Museums zu Trier n. 83).

3275 L. Curius [***Eutrapelus***[1] ***et***] | Vargunt[*eia Nais*[1]] | Latona[*e*[2] *pro*] | Sex. Vibrent . . . . .

Ariciae rep. a. 1789 (XIV 2157 semel descripta). — 1) Nomina suppleta ex XIV 2214, quem titulum iidem homines videntur dedicavisse Dianae. — 2) Latona memoratur etiam in frustulo inscriptionis reperto in Nemore Aricino XIV 4187.

3276 Deanae sacrum | in memoriam Terentiae Cn. f. | Priscae | C. Decimius Ammonianus | Flavianus | uxoris, Ammonilla f.[1] | matris, fecer.

La Tolfa supra Civitavecchiam (XI 3552 vidit Zangemeister). — 1) Filia.

3277 *(in fronte)* ara Neptuni[1] *(infra: rostrum navis, imago Neptuni. A tergo)* ara | Neptuni.

3278 *(in fronte)* ara Tranquillitatis[1] *(infra: rostrum navis, nauta velo expanso navigans. A tergo)* ara | Tranquillita. *(sic)*.

3279 *(in fronte)* ara Ventorum[1] *(infra: rostrum navis et imago Venti. A tergo)* ara | Ventorum.

Antii rep., arae rotundae marmoreae tres, nunc in museo Capitolino (X 6642—6644 vidit Henzen). — 1) *His ipsis numinibus sacra fecit Caesar divi filius, cum kalendis Iuliis anni 718 Puteolis proficisceretur contra Sex. Pompeium (Appian. bell. civ. 5, 98 θύων ἅμα καὶ σπένδων ἀπὸ τῆς ναυαρχίδος νεὼς ἐς τὸ πέλαγος ἀνέμοις εὐδίοις καὶ ἀσφαλείῳ Ποσειδῶνι καὶ ἀκύμονι θαλάσσῃ). Trium ararum quae tunc Puteolis statutae esse putandae sunt, imagines videntur in suo portu posuisse Antiatini.*

3280 Neptuno | sacrum | *(tres versus erasi)* . . . us | votum in Siculo fretu *(sic)* | susceptum solvit.

Capuae (X 3813 vidit Mommsen).

3281 Neptuno | C. Iulius | Geminus | Capellianus[1] | leg. Aug. pr. pr.

Aquinci rep. ad Danuvium (III 3486 vidit Mommsen). — 1) *Legatus Pannoniae inferioris fuit temporibus Antonini Pii (dipl. mil.).*

3282 [*imp. Caes.*] divi Hadriani f., divi Traian[*i Parth.*] | [*nep., di*]vi Nervae pronepos T. Aelius | [*Hadri*]anus Antoninus Aug. Pius p. p., cos. IIII, | [*trib. po*]t. XXI[1], collectis fontibus et | [*scatu*]riginibus[2] aedem Neptuni | [*a*] solo fecit, | [*dedicante L. Matuccio Fuscino le*]g. Aug. pr. pr.[3]

Ain-Drinn prope Lambaesim (VIII 2653 vidit Renier). — 1) *A. 158.* — 2) *Supplevit Mommsen.* — 3) *Nomen legati quod periit suppletum ex VIII 2501. VIII S. 17858 cf. supra N. 342 not. 1.*

3283 Neptuno et | dis aquatilib. | pro salute et | incolumit. v. s. l. m. | C. Quart. Secundin.

Comi (V 5258 vidit Mommsen).

3284 Neptuno Aug. | et Nymphis | sacrum | T. Aelius Aug. lib. | Olympas próc. | votum s. l. m.

Romae, nunc Stockholmiae (VI 536 cf. 30786).

3285 Neptun. | et Nymph. | pro | Cassia | Cleme|ntilla | v. s. l. m.

Laibach (III S. 13400 ex Müllner Centralcomm. 1892 p. 63).

3286 in h. d. d. | d. Neptuno, | contubernio | nautarum | Cornelius | Aliquandus | d. s. d. *(Neptunus d. delphinum s. tridentem tenens; belua marina).*

Prope Ettlingen ut videtur rep., est Carlsruhe in museo (Brambach 1668. 1678 vidit).

3287 Neptuno sac. *(Neptunus stans in scapha, d. cornu tenens, s. tridentem)* | Maximus Teurius[1] | vicarius, Metela | Danius Carb.[2], | Vibius Velagenius, Peda | Parra, Enicius | Miranius Carb.[2], | Silvanus Velagenius,

Ebelin. | Lasser, Metela Edanius Car., | Maximus Minatius Carb., | Secundus Enicius Parrae f. Barg., | piscatores, l. m. *(In latere: concha; in alio latere: patera).*

Borgo S. Dalmazzo, iam Mondovi (V 7850 vidit Mommsen). — 1) *Nomina non Romana, sed Ligustica fortasse.* — 2) Carb. *fortasse munus aliquod significat, vel nomen vici alicuius est vel gentis.*

3288 Neptu. sacr. | molin.[1]

Prope Günzburg rep. in fluvio Günz, iam Augsburg (III 5866 vidit Mommsen). — 1) *Molinarii.*

3289 Neptuno sacrum | L. Valerius Nigri l. Menander | portitor Ocrisiva[1]. *(Neptunus dextra tridentem, sinistra piscem tenens; infra delphini. In postica arae eadem inscriptio, pro Neptuno tamen sacerdos sculptus sacrificans ad aram. In latere utroque homines terni navigantes in navicula).*

Interamnae (Terni), ara marmorea (XI 4175 vidit Bormann). — 1) *Nomen loci putat Bormann ablativo casu positum, derivatum fortasse perinde atque Ocriculum ab Ocre vocabulo Umbrorum quod videtur significare montem (Buecheler Umbr. p. 212).*

3290 Neptuno deisq. Aug. | T. Abudius Verus, | post subpraefect.[1] | classis Ravenn. | templo restituto, | molibus extruct., | domo exculta | in area d. d.[2] | concessa sibi | dicavit.

Parentii in Histria (V 328 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse: post subpraefecturam classis Ravennatis (dubitat tamen Mommsen).* — 2) *Decurionum decreto.*

3291 Neptuno | v. s. l. m. *(ab altero latere)* Viribus | v. s. l. m.

Gussagi agri Brixiani (V 4285 semel descripta circa a. 1700).

3292 Neptuno | adiutori | sacrum | M. Aemilius | Flaccus[1] q.[2]

Tibure, iam Romae (XIV 3558 vidi). — 1) *Idem homo eodem loco titulum posuit Iovi Custodi (XIV 3557).* — 2) *Quaestor.*

3293 H[*el*]vius Suavis et [*Ag*]r[*a*]|sia[1] Faustina coniunx eius | votum solverunt. |

Helvius haec voto suscepi munera divi, |
constituique larem sedibus in patr[*iis*]. |
Haec eadem coniunx mecum Faustina locavi[*t*] |
undarum domino Nereidumque patr[*i*].

Thuggae in Africa (Carton découvertes en Tunisie p. 159). — 1) .cr.|s.ia *traditur.*

3294 Severa Nigri f. | Volcano et Venti[s] | v. s. l. m. *(Volcanus, s. hastam, d. malleum tenens; humi forceps iacet. Iuxta mulier, cuius vestis vento inflata est, genibus nixa. A lateribus protomae duae barbata altera, altera imberbis: Ventorum scilicet).*

Nemausi (XII 3135 vidit Hirschfeld). — *Alios Vulcani titulos Gallicos habes XIII 3105–3107, item ib. 1677 et 2940, ubi Vulcano iungitur Vesta.*

3295 Volk. miti | sive Mulcibero[1] | Lucii Vetti | Telesphorus et | Chrysantus *(sic)* frat[*r.*][2], | VI vir. Aug., nomi[*ne*] | Vettiae L. f. Secundi[*nae*] | Telesphori fil. | L. d. d. d.

Brixiae (V 4295 vidit Mommsen). — 1) *Mulcibero Volcano dedicatus fuit etiam titulus Sentinas XI 5741 (sed mutilus et fortasse non bene descriptus). Cf. Preller R. Myth. 2³ p. 148.* — 2) *Fratres.*

3296 ara XI[1] | Vo[*l*]cano.

Romae ut videtur (VI 799 ex Passioneio). — 1) *Videtur cogitandum esse de aris duodecim deorum, quarum undecima ad Volcanum pertinebat (Henzen).*

3297 L. Helvaci. C. f. M. n. | Corbulo pr.[1], | Volkano don. | de sen. sent.

Albae ad Fucinum (IX 6349 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Praetor scilicet Albensium.*

3298 Q. Vibius Q. f. Maxumus, M. Varius L. f. | Capito pr. II vir.[1], aram Volcano maceriaq. | aream saepiendam piscinamque ex d. d. | de pecunia publica facieda *(sic)* coer. | Q. Vibius Q. f. Maxumus probavit.

Narbone (I 1488. XII 4338 vidit Hirschfeld). — 1) *Praetores duoviri Narbonensium.*

3299 deo patrio[1] | Cn. Turpilius | Cn. f. Turpili|anus aedil. et | pr. sac. Volk. fac.[2], | sigill. Volkani | ex voto posuit. | Arg. p. XV scrp. | IX[3].

Prope Ostiam rep. (XIV 3 semel sed accurate ut videtur saec. XVIII descripta). — 1) *Deus patrius non constat an idem sit atque Vulcanus.* — 2) *Aediles et praetores sacris Volkano faciundis saepe memorantur in titulis Ostiensibus, cf. infra inter municipales.* — 3) *Argenti pondo XV scriptula IX.*

3300 Volcano | Aug. | M. Mucius | Frontinus | et L. Valer. | Cyrillus | Augustal. | curator. | thermar.

Carnunti rep. (III 4447 vidit Mommsen).

3301 Volkano Aug. et cult[*oribus eius*] | C. Mascul. Lusor. titul. c[*um scr.*[1] *dedit*] *(sequuntur vel sequebantur nomina hominum plus nonaginta).*

Celeiae in Norico (III S. 11699 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Titulum cum scriptura (sic dubitans supplevit Hirschfeld, collata III 5196).*

3302 Volcano | Aug. sacr. | ex imp., vicus Fortun. a templ. | Fortunae ad horr. | m. p.[1]

Prope Poetovionem rep. (III S. 10875 vidit Hirschfeld). — 1) *Sic dubitans legit Hirschfeld, intellegens: mille passus,* p. p. *legit Gurlitt Jahresh. d. oesterr. arch. Inst. II 1899 Anz. p. 90.*

3303 in h. d. d. | Volkan. | sacrum | vicani | Murren|ses v. s. l. m.

Benningen (Würtemberg, ibi ubi N. 2604) rep., est Stuttgart (Brambach 1595 vidit).

3304 Volkano | et Erquli | C. Cassielcus | Martialis | voto.

Prope lacum Verbanum (l. Maggiore), in vico Besozzo (V 5510 bis descripta saec. XVII—XVIII).

3305 Volcano quieto Au|gusto sacrum mag. reg. | III[1] vic. Sabuci[2] ann. L . . . ., | C. Iulius C. l. Salvius, C. Flav. | *(reliqua corrupta).*

Romae rep. in Esquiliis (VI 801 solus descripsit Fr. Bianchini auctor accuratus). — 1) *Magistri regionis tertiae. —* 2) *Vicus aliunde non notus.*

3306 Volcano quieto Augusto | et Statae matri[1] Augustae | sacrum | P. Pinarius Thiasus et M. Rabutius Berullus | mag. vici armilustri[2] anni V.

Romae olim, sed incertum quo loco urbis rep., nunc Neapoli (VI 802 vidit Mommsen). — 1) *Cf. Festus p. 317 et praeterea Preller R. Myth. 2 p. 153 ed. Jordan. —* 2) *Vicus armilustri memoratur inter vicos regionis decimae tertiae in basi Capitolina VI 475, armilustrium in Notitia urbis reg. XIII Aventino.*

3307 Statae matri sac. | Q. Coelius Q. l. | Apollonides | mag. vici, | D. Laelio Balb., | C. Antistio Vet. cos.[1]

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 763 vidit Henzen). — 1) *A. u. c. 747.*

3308 Germanico Caesare | C. Fonteio [*Cap*]itone | cos.[1] | k. Ian., | Statae[2] Fortunae Aug. | sacr. | Sex. Fonteius Ɔ. l. Trophimus, | Cn. Pompeius Cn. l. Nicephor., | mag. vici | sandaliari[3] reg. | IIII anni XVIII[4], | d. d.

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 761 saepius descripta saec. XVI). — 1) *A. p. C. 12. —* 2) Sieiae *excepit Smetius, sed* Statae *auctor non minus accuratus Accursius aliique. —* 3) *Cf. infra N. 3614. —* 4) *Huius igitur vici magistri primi inierant anno u. c. 748; cf. infra ad N. 3613.*

3309 Statae matri | Aug. sacrum | mag. reg. VII | vico Minervi. | anni L, | Ap. Arrenus Appianus, | C. Cornelius Eutychus, | Sex. Plotius Quartio, | C. Vibius Phylades. | Dedicata est | XVII k. Sep. | lustratione.

Romae extra portam Pincianam rep. (VI 766 vidit Henzen).

3310 Statae.

Fiamignani in Aequiculis (IX 4113 vidit Henzen).

3311 Statae Augustae | matri sacrum | Opicernia Q. l. | Acris posuit.

Ad Forum Cassii, non longe a Sutrio, rep. (XI 3321 bis descripta).

3312 M. Lollius | Epinic[*u*]s[1] | aed. vovit, | IIvir | dec. dec. | Statae matr. | de sua pecun. | posuit | sacrum.

Kato-Achaia, quae Olenus fuit, sed videtur Patras pertinere (III 500. III S. 7256 vidit Duhn). — 1) EPINICYS *lapis.*

3313 *(sub imagine deae sedentis)* Vestae sacrum | C. Pupius Firminus[1] et | Mudasena Trophime.

Romae, iam Wilton-House in Anglia (VI 787 cf. 30832, delineavit Fabretti de column. Traian. p. 339, enarravit Wissowa ann. inst. arch. 1883 p. 162 cf. Michaelis Ancient Marbles in Great-Britain p. 676 n. 13ª). — 1) *Idem homo numinibus sanctis (Aesculapio et Hygiae) posuit titulum VI 546 = 30790. Anno 144 fuit quaestor corporis pistorum urbanorum (VI 1002).*

3314 [*Ve*]stae donum pro salute | Iuliae Aug. matris | M. Antonini Aug. n. p. m.[1], | Eutyches fictor[2] cum filii[s] | voto suscepto.

In foro Romano ad basilicam Iuliam rep. (VI 786 vidit Henzen). Lapidem stetisse olim in atrio Vestae coniecit Iordan Top. I 2 p. 297. — 1) *Pontificis maximi.* — 2) *De fictoribus pontificum cf. Marquardt Staatsr. II² p. 249 (item supra N. 456 sub fin., et infra inter titulos sacerdotum).*

3315 Vestae sacrum | antistiti | praediorum | Helvidianorum.

Romae in hortis quibusdam privatis, 'protome Vestae [?] colosseae magnitudinis' (VI 788 servavit Fabrettius).

3316 Vestae sacru[*m*] | P. Titius L. f., | P. Curtius P. f. Salas.[1] | IIIIvir., de munere | gladiatorio | ex s. c.

Canusii, basis quadrata (IX 326 vidit Mommsen). Gemellus est titulus basis, quam iidem quattuorviri ex senatus Canusini consulto posuerunt Vortumno (infra N. 3589). — 1) *Curtii Salassi memorantur ap. Ciceronem ad fam. 6, 18, 2 (a. u. c. 709). Hieronym. chron. ad a. Abr. 1976 (a. u. c. 713), in titulis parietariis Pompeianis IV 1886. 1919, denique III 546.*

3317 Vestae | Q. Cassius M. f. | Varus | v. s. l. m.

Castelrotto prope Veronam, nunc Veronae (V 3919 vidit Mommsen). Alius quoque titulus Vestae in eadem regione repertus est (V 3920).

3318 Vestae Aug. | sacrum | M. Iunius Quir. | [*Hi*]spanus | Segoviensis[1] | testamento suo | fieri iussit. | Huic ordo Naevens.[2] | decreto locum | dedit.

Hispali (Sevillae) rep., sed fortasse aliunde eo adlata (II 1166 vidit Huebner). Aliam dedicationem Vestae Augustae in Hispania factam habes II 3378. — 1) *Cf. Hirtius bell. Alex. 57, 6; Huebner l. c. et suppl. p. 841.* — 2) *Cf. II 1048 cum nota Huebneri p. 135.*

De Gallicis quibusdam titulis Vestae cf. ad N. 3294.

3319 Iano Ge|mino | Consuti. | Ianuarius | v. s. l. m.

Rep. prope Wolfsberg in Carinthia in imo monte Saualpe (III 5092^a vidit Wilmanns).

3320 Iano patri | Aug. sacrum | C. Iulius C. f. Ser.[1] | Aetor[2] aed., | donatus ab Ti. Caes. | Aug. f. Augusto torq. | maiore bello Delma|tico, ob honorem | IIviratus cum liberis | suis posuit.

Patavii certe inde a saec. XVI, sed videtur adlata esse ex Dalmatia; iam Ateste (III 3158 vidit Mommsen). Etiam alias dedicationes Iano patri factas habemus ex Dalmatia (III 2881. 3030). — 1) *Sergia tribus passim reperitur in Dalmatia (cf. Kubitschek imp. Rom. trib. descr. p. 232).* — 2) *Cognomen alibi non repertum.*

3321 Iano Aug. | sacrum | Cinius Genial|is pro salute o|rdinis sui et civi|um suorum si|mulacrum ti.[1] | reformavit ad|que restituid.[1]

Aenonae (Nona) in Dalmatia (III 2969 servavit Cyriacus). — 1) *Sic traditur.*

3322 Pannicus | Phospori, | Primigenius | Primi | aram | Ianipatri | sua pec. f.

Asisii (XI 5374 vidit Bormann).

3323 Iano patri Aug. sac. | L. Atrilius L. f. Felix | votum sol. l. animo | s. p. f. et dedicavit.

Dianae in Numidia (VIII 4576 vidit Wilmanns).

3324 Iani patro *(sic)* | L. Bennius | Primus | sacerdos | cum Bennio | Fortunato | filio | v. s. l. a.

Prope Lambaesim (VIII 2608 vidit Renier). — Titulum Musti in Africa [*I*]ani *(sic)* patri Aug., *simul autem Nutrici et Frugifero diis dedicatum, dabimus infra inter titulos numinum Afrorum.*

3325 M. M. et | I. P. Aug.

Mactari (VIII S. 11797 vidit Cagnat). — Matri Magnae et Iano patri Augusto.

3326 senatus populusque Romanus | incendio consumptum restituit.

Romae in foro, in epistylio aedis octo columnarum ad imum clivum Capitolinum, litteris olim aere incrustatis (VI 937; Huebner ex. scr. epigr. 469). Aedem, quae per tria saecula Concordiae fuisse putabatur, iam constat (praesertim post effossa rudera verae aedis Concordiae) fuisse antiquissimam aedem Saturni (cf. Iordan Top. I 2 p. 360 seq.), quam restituit L. Munatius Plancus consul a. 712 (cf. supra N. 41. 886). Hic titulus ad aliam restitutionem spectat, factam eam vix ineunte saeculo p. Chr. tertio, ut plerique putant (cf. Iordan Top. l. c. p. 361 not. 69), nam illis temporibus imperatores templa urbis Romae restituere solebant, neque potuit omnino sileri de imperatore in titulo illo loco proposito, sed potius labente saec. tertio, cum imperatores administrationem urbis Romae paulatim senatui relinquerent, vel etiam saec. IV.

3327 Saturno | Aug. sac. | Claudia | Aesernina | sacerdos | divae Augustae | t. p. i.

Naronae in Dalmatia (III 1796 bis descripta).

3328 Saturno | conserv[*atori*] | . . . .

Veronae (V 3293 vidit Mommsen). Alias dedicationes Saturno (Saturno Augusto) factas Veronae habes V 3291. 3292. 8844.

3329 Opi divinae | P. Aruntius | P. f. | Aeserninus IIII|vir | p. v.

Prope Aeserniam (IX 2633 ad exemplum auctoris paene ignoti et fidei incertae).

3330 ex impe[*rio*] | Opi et | dibus et | deabus, | Vettia | . . . . .[1] | d. d. l. m.

Prope Albam Fucentem, non longe a Tagliacozzo, rep. (IX 3912 vidit Mommsen). — 1) *Cognomen Vettiae recte legi non potuit.*

3331 [*Opi*] Opifer. sac.[1] D . . . | . . . . ius.

Prope Fidenas rep., fragmentem vasis quadrati (Eph. 7, 1268 = Notizie 1889 p. 109 descr. Lancianius). — 1) *Opis Opiferae sacra urbana memorat hemerologium fratrum Arvalium sub d. 23 Aug. (cf. CIL. I ed. 2 p. 326), aedem eiusdem deae memorat Plin. h. n. 11, 174; cf. Iordan eph. ep. I p. 229, Top. I 2 p. 43. Ceterum etiam alia numina opifera dicebantur (Diana, v. supra N. 3258; Fortuna XIV 3539, cet.).*

3332 Opi Aug. sac. | A. Pompeius Dativus | numini sanctissi|mo, per antistitis *(sic)* | iussus, de suo | fecit.

Theveste (VIII S. 16527 vidit Schmidt). — Fortasse in hoc titulo Africano Opis nomine intellegitur numen a Romanorum dea Ope plane diversum. Titulum Saturno domino et Opi reginae sacratum Lambaesi (item complures Saturni) dabimus infra inter titulos numinum Africanorum.

3333 [*C*]ereres ca . . . .

Parisiis in museo, tabella aenea litteris antiquissimis (I 811. VI 87 vidit Huebner). Supplendum: Cereres castae, vel potius, similiter ut supra N. 3101: Cereres; cas[*te facito*]. *Castus Cereris memoratur ap. Festum p. 154 s. v. minuitur. Cf. etiam Pascal Herm. 30, 1895 p. 549 seq.*

3334 Cereri sacr. *(vir bovem ducens, vir tibiis canens, mulier stolata ad tripodem stat sacrificans. In latere dextro urceus, infra sus; in sinistro patera, infra ovis. In postica truncus lauri).*

Carseolis rep. (IX 4051 vidit Stevenson).

3335 Cereri August. | matri [*s*]a[*c*]r.[1] | L. Bennius Primus | mag. pagi, | Bennia Primigenia | magistra, fecer. | Germanico Caesare II, | L. Seio Tuberone cos.[2] | Dies sacrifici XIII k. Mai.[3] *(In lateribus videntur fuisse spicae et taedae).*

Incertum quo loco rep., fortasse ibi ubi N. 3336, una cum qua proponitur a quibusdam (XI 3196 semel descripta saec. XVI). Ornamenta laterum similia videntur fuisse etiam in inscriptione Cereri dedicata X 467. — 1) *In apographo videtur fuisse* agr. — 2) *A. p. C. 18.* — 3) *19 Apr., postremus dies ludorum Cerialium urbanorum, cf. CIL. I ed. 2 p. 315.*

3336 Cereri | frugif. | sacr. | L. Veianius Cosmus | p. p.

Nepete (XI 3197 vidit Bormann).

3337 *(caput capri; iuxta culter, patera)* Cereri | Vert.[1] sac. | Bovia | Maxima | sacerdos | XV viral.[2] | *(sequuntur litterae complures dimidiatae non certae lectionis).*

Potentiae in Lucania (X 129 vidit Mommsen). — 1) *Cognomen deae obscurum.* — 2) *Sacerdotes quindecimvirales praeterea non novimus nisi Matris magnae Idaeae, cf. Marquardt Staatsv. III ed. 2 p. 395 not. 4 et infra inter titulus numinum peregrinorum.*

3338 Claudia Attica | Attici Au[*g.*] lib. a rátiónib., | in sacrario Cereris Ántiatínae | deos sua impensa posuit, | sacerdote Iulia Procula, | ímp. Caésar. Dómitiano | Aug. Germanic. XI cos.[1]

Antii rep., est Veronae (X 6640 vidit Mommsen). — 1) *A. 85.*

3339 monitu sanctissimae Cereris et Nympharum hic puteus factus omni sumptu[1] | C. Caecili Onesimi | patro. et qq. p. p. c. m. adiutor.[2], | et L. Hortensi Galli | qq. nauticariorum[3], | et N. Treboni Eutychetis | qq. II acceptorum.[4] | Ded. X k. Sept. Laterano et Rufino | cos.[5]

Ostiae rep., nunc Romae in Vaticano, puteal rotundum marmoreum (XIV 2

vidit Henzen). — 1) *Hucusque litterae scriptae in margine superiore putealis, reliquae in fronte.* — 2) *Patroni et quinquennalis perpetui corporis mensorum adiutorum,* 3) *quinquennalis nauticariorum,* 4) *quinquennalis iterum acceptorum. De his corporibus Ostiensibus vide supra N. 1431 et infra inter titulos municipales.* — 5) *23 Aug. 197.*

3340 Ser. Sueti. Ser. l. Bal., | P. Babrius L. l., | M. Sexti. N. M. l., | N. Sexti. N. M. l., | L. Hordioni. L. l. Lab. *(sequuntur alia nomina libertinorum octo).* Heisce magistreis[1] Cererus murum | et pluteum[2] long. p. ⊥XXX, alt. p. XXI, | faciund. coiravere[1] eidemq. loid.[1] fec., | C. Atilio Q. Servilio cos.[3]

3341 . . . nius L. f., | . . . . ius L. f.[4] | *(sequuntur nomina decem, ingenuorum omnia).* [*Heisce magistreis*] Cererus múrum[5] et | [*pluteum long. p.*] . . XII, altum XXII, faciundum coiraver., [*C. Fl*]avio C. f., C. Mario C. f. cos.[6]

Capuae (I 566. 568. X 3779. 3780; Ritschl tab. LXIII b. c.). — 1) *In titulo eodem anno eodemque loco et ab hominibus eiusdem fere condicionis posito infra N. 3397 scriptum est* magistrei, coeravere, loedos. — 2) *Etiam Castoris et Pollucis magistri qui eodem anno fuerunt praeter ludos exhibitos murum et pluteum faciundum curaverunt (N. 3397).* — 3) *A. 648.* — 4) *Nota, cum a. 648 duodecim magistri fuerint libertini, a. 650 omnes fuisse ingenuos.* — 5) *Apicis ad designandam vocalis longitudinem positi antiquissimum hoc exemplum.* — 6) *A. 650 (C. Marius hoc anno iterum consul fuit, sed iterationis nota omissa est).*

3342 Favonia M. f., | sacerdos Cereris | publica p. R. Q.[1]

Romae (I 1106. VI 2182 Ritschl tab. XC j). — 1) *Populi Romani Quiritium. Ceterum cf. N. 3343 not.*

3343 Casponia P. f. | Maxima | sacerdos Cereris | publica populi | Romani Sicula[1].

Romae (VI 2181. 32443 nuper paene totam vidit Gatti). — 1) *De sacerdotibus Cereris e Graecia (magna) Romam accitis et civitate donatis agit Cic. pro Balb. 24, 55. Cf. Marquardt Staatsv. III ed. 2 p. 364.*

3344 Munniai C. f.[1] | sacerd. Cer.[2] *(culter, scrofa).*

Atinae in Campania (I 1176. X 5073 Ritschl tab. LX f). — 1) *Fieri potest ut perierit aliquid in fine singulorum versuum.* — 2) *Ut Romae (v. N. 3342. 3343), ita in oppidis quoque Italiae inferioris sacerdotes publicae Cereris creari solebant, ut Puteolis (IX 1812) et Pompeiis (X 812. 1074), cf. praeterea inscriptiones quae sequuntur.*

3345 Lolliae | Primae | sacerdoti | Cereria *(sic).*

Prope Aeclanum (IX 1058 vidit Dressel). Ad aliam sacerdotem Cereriam spectat IX 3358 = Buecheler carm. epigr. 1125.

3346 . . | . . . . .[1] | sacerdos Cereris | publica summa.

3347 Staiae M. f. | Pietati | sacerd. Cerer[*is*] | publ. primae. | L. d. d. d.

Teani (X 4793. 4794 hanc vidit Mommsen, illam solus vidit Fabius Giordanus saec. XVI). — 1) *Nominis ut videtur vestigia haec* Macqui ... *enotavit Giord.*

3348 ... icuria M. f. sacerdos | Cerialis mundalis[1] | d. s. p. f. c.

Capuae (X 3926 vidit Mommsen). — 1) *Mundum sacrorum Romanorum proprie Cereri sacrum fuisse ex Festi loco p. 142 licet male hiante efficitur. Propterea sacerdos Cereris recte appellatur item mundalis (Mommsen l. c.).*

3349 viva fecit | Suellia C. f. | Consanica | sacerdos | Cerialis | deia Libera.[1] | H. m. h. n. s.

Aeserniae (IX 2670 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Sacerdos Cereris et dei Liberi videtur sic appellari potuisse (cf. N. 3343. 3348).*

3350 Agria Sueia N. f. | sacerdos | Cerer. et Venerus.

Casini (I 1183. X 5191 bis descripta).

3351 Mamia V. f. | sacerdos | Cereris et Veneri[s].

Pratolungi prope Sulmonem rep. (IX 3090 vidit Dressel). Aliae sacerdotes Cereris et Veneris Sulmonenses sunt IX 3087. 3090. Surrenti quoque Ceres et Venus sacerdotem mulierem habebant (X 680. 688). Cf. Nissen Pomp. Stud. p. 328.

3352 Flaviae | Ammiae | sacerdoti | Cereris | ob honorem | caerimoniorum | honestissime | praebitorum, | decreto ordinis.[1]

Leprignani in agro Capenate (XI 3933 vidit Bormann). — 1) *Scilicet municipis Capenatium.*

3353 Serviai C. f. | sacerdotis Liberi | publicai Aquinatis.

Aquini (I 1182. X 5422 Ritschl tab. LXXg).

3354 P. Annaeus Q. l. | Epicadus[1] | aedem Leiberi | patrus faciund. | coir. lub. mer.

Prope Naronam Dalmatiae rep. (I 1469. III 1784 vidit Mommsen). — 1) *Idem Epicadus memoratur I 1471 = III 1820.*

3355 Libero patri | sancto sacr. | Sex. Caelius | Primitivus et | Publicia Antulla | voto suscepto | d. d. *(In parte aversa)* dedicávérunt | idib. Octobr. | Cn. Pompeio Feroce | Liciniano | C. Pomponio Rufo | cos.[1]

Romae, nunc Florentiae (VI 468 vidit Henzen). — 1) Cos. *vocabulum ad prioris consulis nomen adscriptum. Consules illi fuerunt suffecti, anno incerto, saec. p. Chr. I sine dubio.*

3356 I. o. m. c.[1] | et Libero | patri vini|arum *(sic)* con|servatori | Verus et Va|lerius Vale|ri Maximini | v. s. l. m.

Prope lacum Verbanum (l. Maggiore) loco dicto Mezzana rep. (V 5543 vidit Mommsen). — 1) *Iovi optimo maximo conservatori (?).*

3357 Libero | Gratilliano.

Aeserniae (IX 2631 vidit Mommsen).

3358 ... Kalandio pro sua salute donum | *(vestigia duorum pedum circumdata a serpente)* | [*L*]ibero Kalliniciano[1].

Romae (VI 463 vidit Henzen). — 1) Agnomen hoc, ut etiam Liberi patris Procliani N. 1930, ductum ab eo qui primus sacellum instituit (cf. N. 3253).

3359 Libero | Pantheo[1] | sacr.

Pentimae (IX 3145 descr. Accursius aliique). — 1) Signum Liberis *(sic)* Panthei *memoratur XIV 2865.*

3360 deo sancto numini | deo magno Libero | patri et adstatori | et conserbatori h. l.[1] coll. | Velabrensium | Domitius Secundus curat. | et instaurator fratrib. suis.[2]

Romae in Velabro rep. (VI 467; Gatti Notizie degli scavi 1892 p. 345). — 1) *Huius loci. —* 2) *Fratres videntur dicti esse pro collegis.*

3361 pro salutem et victorias | dd. nn. | impp. Severi et Antonini Augg. | et Iuliae Aug. matri Augg. totiusq. | domus divinae eorum, | ex concessu in praediis suis sacrarium | dei Liberi cum aedicula et colum|nis suis inpendis marmora[*r*]un[*t*][1] | et aream et ortulum super Nym|phis qui locus appellatur Memphi[2], | donum dederunt spirae.[3]

Romae (VI 461 semel, sed accurate, descripta saec. XVIII). — 1) marmora nunc *traditur. —* 2) *Locum qui appellatur Memphi, suspicatur Marini Arv. p. 628 in memoriam itineris per Aegyptum facti a Severo nominatum esse; cf. vit. Sev. 17.* — 3) *Cf. N. 3270. 3367. 3369/70.*

3362 corpus fullon|um qui in aedifi|cium contulerunt *(sequuntur nomina corporatorum viginti duo. Deinde sculpta aedicula cum imagine Bacchi, qui manu dextra videtur tenuisse cantharum)* Libero Aug. sac. | in columna corpo.[1] | Sex. Nonius Iuvena|lis nomine s. et fil. suor. | Noni et Luci, Liberum fun|dente vinu p. s. f.[2] idemq. d.

Mactari in Africa, columna (Bull. du comité des travaux hist. 1893 p. 124). — 1) *Corporatorum (?). —* 2) *Fundentem vinum pecunia sua fecit.*

3363 Tullius | Zoticus VI|vir Aug. ad | Liberum patrem | cum redimiculo | auri III[1] et thyrso | et cantaro arg. p. IIS[2] | testamento | ....

Arimini (XI 358 semel descripta saec. XV). — 1) *Ante* III *videtur excidisse scripulorum signum. —* 2) *Argenti pondo* $2^1/_2$.

3364 Libero patri | sacrum | T. T. Flavii Ecle|ctianus et Olym|pianus fil. eius, | sacerdotes | orgiophantae.

Puteolis (X 1583 saec. XVI bis ut videtur descripta).

3365 Libero patri sa|crum XXannale[1] | T. Fl. Eglectiani sacerd., | Aurel. Aug. lib. Draco | parastata consacravit.

Neapoli, Puteolis ut videtur oriunda (X 1584 vidit Mommsen). — 1) *Vicennale.*

3366 [*pro salute? imp. Caesaris L. Septimii Severi Pii* | *P*]ertinacis Aug. et [*M. Aureli Anto*]|nini Pii Aug. et P. Sept[*imi Getae nobi*]|lissimi Caes. et Iuli[*ae Domnae mat. Augg.*] | et kastrorum, Stla[*ccia*] . . . . . . sacerdos Cererum introit[*us causa*] . . .| thiaso Placidiano donavit . . . . . .| [*F*]lavio T. f. Eclectiano sace[*rdote*] . . . . . | [*e*]t Stlacciis Sotere et Repar[*ato*] . . . . .

Puteolis rep., est Neapoli (X 1585 vidit Mommsen).

3367 Libero patri | spira Ulubrana | d. s. p. f.

Corae (X 6510 ab incolis quibusdam Corae oppidi descripta).

3368 Liber[*o*] pat[*ri*] Aug. sacrum. | L. (*vel* T.) Calpurnius Fortunatus cistifer[1] pedisequarius[2] et Iulia | Pattara uxor pedisequaria[2] et Calpurnius Restutus fil. cistifer pedisequa|rius[2] et Calpurnia Fortunata fil. pedisequaria[2] et Calpurnii Fortunatii[3] | filii cistiferi pedisequari, votum solverunt *(ad marginem et inter vocabula saepius signa ⊤ et Π|.)*

Prope Thamugadem (Gsell mél. d'arch. et d'hist. 13, 1893 p. 477). — 1) *In inscriptione item Africana VIII 10627 = 16532 reperitur* coronatus cistifer. — 2) *Pedisequarii fortasse sunt qui ἀκόλουθοι dicuntur in inscriptione Samothracia I 581 = III 715 (ubi recensentur post symmystas).* — 3) *Scr.* Fortunati.

3369 Pontius da|duchus spi|rarches Li|beris[1] patris | stibadium res[*tit*]|uit loco suo.

3370 Achilleus | spirarch[*es Li*]|beris[1] pat[*ris*] | stibadium [*res*]|tituit loco [*suo*].

Romae rep. (VI 2251. 2252 semel iterumve descriptae saec. XVII). — 1) *Sic videtur in utroque lapide fuisse.*

3371 L. Aemilio Ad|iutori antisti|ti sacrorum Li|beri patris curi|ae Aug. anni [1], | curia Aug. pa|trono ob meri|[*t*]a sua pecunia | posuit.

Lepti minore rep. (Revue arch. 27, 1895 p. 402 n. 184 descr. Gauckler). — 1) *Numerum omissum esse apparet.*

3372/3 Ti. Claudio Ner. P. Quintilio | Varo cos.[1], | L. Octavius Charito operis *(sic)* | faciundo praefuit et parietem | supra arcus de suo fecit, | signu[*m L*]iberi et Priapisci[2] | [*pos*]uit.

Prope Telesiam in Samnio (IX 2197 vidit Mommsen). — 1) *A. u. c. 741.* — 2) *Sigilla Priapi et Liberi memorantur etiam VI 564.*

3374

Alfeno Fortunato |
visus dicere somno |
Leiber pater bima|tus[1],
Iovis e fulmine | natus,
basis hanc no|vationem
Genio | domus sacrandam. |
Votum deo dicavi
praef.[2] | ipse castris.

Ades ergo | cum Panisco
memor | hoc munere nostro |
natis sospite matre; |
facias videre Romam |
dominis[3] munere hono|re
mactum corona|tumque.

Lambaesi (VIII 2632 vidit Wilmanns). Cf. Buecheler carm. epigr. n. 1519. — 1) *Videtur scribendum* bimater *(quadratarius aberravit in versum sequentem), ut Bacchus vocatur etiam ab Ovidio met. 4, 12 et alibi.* — 2) *Praefectus.* — 3) *Fortasse M. Aurelius et Verus, quorum aetati carmen optime convenit.*

3375 fecerat Eufranor Bacchum, | quem Gallus honorat |
fastorum consul[1] carmine | ture sacris.

Romae in monte Aventino rep., litteris non bonis (VI 48 vidit Henzen; cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 1141). Buecheler carm. epigr. n. 889. — 1) *Significatur Gallus aliquis consul ordinarius, fortasse is qui consul fuit a. 298.*

3376 Bacchum | et Sylenum *(sic)* | sobrios | vides: | sic cocum | decet.

Romae (VI 49 vidit Henzen). Cf. Buecheler carm. epigr. 1798.

3377 hic fuit horridus | ante locus, |
Asteri[1] consilio coe|ptus, Liberi ter Bromio.[2] |
Silvigeri[3] dei auxilium | renovatum in urbe.

Romae (VI 462 viderunt de Rossi et Henzen; Buecheler carm. epigr. n. 894). — 1) *Videtur esse unus ex Turciis cognomine Asteriis supra N. 1229. 1230, fortasse Apronianus praefectus urbi a. 363.* — 2) *Liber videtur dici ter Bromius, sed quam ob causam, obscurum (cf. Buecheler l. c.). Pro* Bromio *scribi debuisse* Bromiq., *ut vocabulum cohaereat cum iis quae praecedunt, putat Henzen. (Significari, filios filiasve tres Asterii dedicavisse vino et ture, nuper coniecit Momms.)* — 3) *Intellegi videtur Silvanus. Titulum prostitisse in aedicula Liberi et Silvani probabiliter statuit Henzen.*

3378 pro salute | P. Betuleni | Apri liberis|que[1] eius Iovi | o. m. Libero Lib.[2], | Niceforus act.[3] | v. s.

In Sabinis, prope locum dictum Lavarete, agri ut videtur Amiternini (IX 4513 vidit Dressel). — 1) *Requiritur* liberorumque. — 2) *Liberae.* — 3) *Actor.*

3379 Liberae | sacr.

Romae, ara (VI 469 cf. add. p. 3005 vidit Henzen).

3380 Libero pa|tri et Liberae | M. Ulp. Fir|minus im|m. librar. | p.[1]

Potaissae (Torda) in Dacia (III S. 7684 vidit Domaszewski). — 1) *Immunis librarius (cf. supra N. 2427) posuit. Alium titulum a milite quodam exercitus Dacici positum Libero patri et Liberae habes supra N. 2439. De Libero Dacorum cf. Domaszewski Rel. des roem. Heeres p. 54. Liberi Thracici titulos nonnullos dabimus infra in capite de numinibus peregrinis.*

3381 templum Liberi | patris et Liberae vetus|tate dilabsum restituit | coh. I Belg.[1] adiectis por|ticibus, curam agente | Fl. Victore 7 leg. I Ad. p. f.[2] | Severo et Pompeiano | II cos.[3]

Humač prope Ljubuški, in provincia Dalmatia (III 1790 = III S. 8484 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. supra N. 2579.* — 2) *Centurione legionis primae Adiutricis piae fidelis (de centurionibus legionariis cohortium auxiliariarum curam agentibus cf. supra N. 2612 seq.).* — 3) *A. 173.*

3382 Libero | [*p*]atri et Li[*b*]|ere, et Herclia[*n*]|is et cervabu[*s*][1] | Romanus Au[*g.*] n. | et Aur. Creste vo[*t.*] | posuerun[*t*].

Ampeli (Zalatnae) in Dacia (III 1303 vidit Mommsen). — 1) *Hercliani et cervae fuerunt fortasse collegia duo virorum feminarumque cum Liberi et Liberae cultu nescio quo modo coniuncta (Momms.).*

3383 I. o. m. Fu[*l.*][1] | et Iun. Re[*g.*] | et deo Lib. | et Hilare, | G. Iul. Serv[*an*]|dus vet. [*et*] | Fl. Numisi[*us et* | *N*]umisia[*nus*] . . . . .

Naissi (III 1680. III S. 8248 vidit Domaszewski). — 1) *Cf. N. 3047 seq.*

3384 deae Semelae et | sororibus eiius | deabus ob honorem | sacri matratus | Reginia Paterna | mater nata et | facta aram po|suit | sub sacerdota[*le*] | Seranio Catullo | patre.

Coloniae Agrippinae rep. a. 1674 (Brambach 313 qui vidit).

3385 litoribus vestris quoniam certamin[*a*][1] laetum
ex[*h*]ibuisse iuvat, Castor venerandeque Pollux[2],
munere pro tanto faciem certaminis ipsam,
magna Iovis proles, vestra pro sede locavi,
urbanis Catius[3] gaudens me fascibus[4] auctum
Neptunoque patri ludos fecisse Sabinus[3].

Ostiae (XIV 1 semel descripta saec. XV, a Cyriaco ut videtur). — 1) certamine *traditur.* — 2) *Ludos Castorum Ostiae a magistratibus urbanis (quarto p. Chr. saeculo a praefecto urbis) celebrari solitos memorant Polemius Silvius in fastis sub die 27 Ian. (cf. CIL. I ed. 2 p. 308), et Aethici quae dicebatur cosmographia (Geogr. Lat. min. ed. Riese p. 83), cf. praeterea Ammian. Marc. 19, 10, 4.* — 3) *Videtur esse Catius Sabinus qui consul iterum ordinarius fuit a. 216 (cf. supra N. 453).* — 4) *Significari videtur praetura urbana, in qua Catius Sabinus etiam Herculi carmen dedicavit infra N. 3402. Praetor Sabinus videtur fuisse sub Commodo.*

3386

. . Calvius P. f. P. n., C. Geminius C. f. Mateiclus aedem
Castoris Pollucis de s. s. faciendam pequn. sac. coeravere.
[*M.*][1] Calvius M. f. P. n., C. Crassicius P. f. C. n. Verris, d. s. s. probaver. [*q.*]
b[*aver. d*]edicar. [*q.*]

Corae (I 1150. X 6505 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXVIII a). Alterius exempli eiusdem tituli (in quo tamen nomina propria alio ordine videntur fuisse collocata) fragmenta sunt I 1151 = X 6506. — 1) *Praenomen suppletum ex altero exemplo tituli.*

3387 . . . . . | sacr[*um*] | Castori et Pol[*luci*] | Merula IIvir. *(in utroque latere pileus stellatus et hasta).*

Veiis rep., est Romae (XI 3777 vidit Bormann).

3388 Casto|ribus | Q. [*Fl.*][1] | Balbus cos.

Tusculi rep. (XIV 2576 bis ut videtur descripta). De cultu Castorum Tusculano cf. CIL. XIV p. 254 et infra ad N. 3396. — 1) EI, ET *apographa.*

3389 Casto|ribus | Aug. sacr.

Ampeli (Zalatna) in Dacia (III 1287 vidit Mommsen).

3390 Castori Augusto sac. | L. Calpurnius L. fil. Quir. | Successianus curator | dendrophorum v. s. | lib. animo.

3391 Polluci Aug. sacr. | L. Calpurnius L. fil. Quir. | Sucessianus *(sic)* curator | dendrophorum | v. s. lib. animo.

Cirtae rep. (VIII 6940. 6941 cf. p. 1847 huius ectypum vidit Renier).

3392 Castori | deo | ex visu | S[*e*]x. Sext. | Epagat[*h*]us.

Visani inter Cremonam et Brixiam (Pais n. 1266 descr. da Ponte Brixianus).

3393 Castor. | sacr. | Ti. Iul. | Sanct. | filius | Celsus | voto.

Mandeure, ubi fuit Epamanduodurum (XIII 5409 semel descripta saec. XVII).

3394 in honorem | domus divin. | Concordiae | civit., Castori | et Polluci | M. Petronius | . . . .[1]

Metz rep. a. 1700 (Orell. 1564; descriptam a Gallandio ex codice Traiectino n. 56 ed. Brambach mus. Rhen. 20, 1865 p. 623). — 1) *Infra mutilam fuisse non traditur.*

3395 sacrum | Polluci | Sex. Quintius | Sex. Q. Succes|sini lib. Fortu|natus ob hono|rem VIvir. ex d.[1] | ordinis soluta pe|cunia petente po|pulo donum de | sua pecunia, | dato epulo ci|vibus et incolis et | circensibus factis, | d. d.

Menjibar ad Baetem fl., ubi videtur fuisse Ossigi Baeticae (II 2100 cf. p. 885 Huebner vidit ectypum). — 1) *Decreto.*

3396 permissu | aedituum | Castoris et | Pollucis, | L. Volumnio | Amerimno | curatori | . . . . . d | . . .

Romae (XIV 2639 vidit Henzen). — Tusculi collegium aedituorum (aedis) Castoris et Pollucis fuisse constat ex lapide Tusculano XIV 2637 (cf. infra inter municipales); hunc quoque lapidem Tusculo Romam asportatum esse crediderim.

3397 T. Iunius N. f., | C. Numolei. Cn. f., | M. Fisius M. f., | M. Fufius L. f., | C. Tittius C. f., | Q. Monnius N. f., | D. Rosci. Q. l. Lin[*t*]io, | D. Iteius Cn. l., | M. Valerius M. l., | Q. Fulvius Fulviae l., | P. Pactumeius C. l., | L. Pomponius C. l.[1] | Heisce magistrei[2] Castori et | Polluci murum et pluteum[3] faciundu. | coeravere eidemque loedos | fecere, Q. Servilio C. Atilio cos.[4]

Capuae (I 567. X 3778 vidit Mommsen). — 1) *Dimidia pars magistrorum ingenui fuerunt, dimidia libertini. Cf. similes titulos Campanos N. 3185. 3340. 3341. 3609. 3770.* — 2) *Cf. supra N. 3340 not. 1.* — 3) *Cf. ib. not. 2.* — 4) *A. 648.* — Signa marm. Cast. et Pol. *memorantur in inscriptione eiusdem loci eiusdemque fere aetatis (a. 655) X 3781.*

3398 Gal. Tettienus Pardalas[1] et | Tettiena Galene tetrastylum | sua pecunia fecerunt item simulacra Castoris | et Pollucis municipibus Asisinatibus don. deder. | et dedicatione epulum decurionibus sing. X V[2], sexvir. X III, | plebei X IS dederunt. | S. c. l. d.[3]

Asisii (XI 5372 vidit Bormann). — 1) *Libertus videtur fuisse Galeonis Tettieni Petroniani consulis a. 76 (cf. supra N. 1995) aut Galeonis Tettieni Severi (cf. Prosopogr. imp. Rom. s. v.).* — 2) *Singulis denarios quinos.* — 3) *Senatus consulto locus datus.*

3399 M. Ael. M. f. Rusticus rector, | imm. II, hón. III[1], | in diem vitae suae | mesoribus mach. f. p. | quib. ex s. c. coir. lic.[2], | Castores d. d. | et ob dedicatione | dedit sing. X II[3], | L. Faenio Fidele | qq. II.[4] | Dedic. XV kal. Iún. | Saturnino et Gallo cos.[5]

Romae (VI 85; in gemello lapide eadem paene est inscriptio, utramque vidit Henzen). — 1) *Immunis iterum, honoratus tertium, scilicet in corpore mensorum, cuius et rector fuerat.* — 2) *Mensoribus machinariis frumenti publici, quibus ex senatus consulto coire licet.* — 3) *Singulis denarios binos.* — 4) *Quinquennale iterum.* — 5) *A. 198.*

3400 d. d. flaminica Viennae | tegulas aeneas auratas | cum carpusculis et | vestituris basium et signa | Castoris et Pollucis cum equis | et signa Herculis et Mercuri | d. s. d.

Viennae Allobrogum, litteris primi p. Chr. saeculi ineuntis (XII 1904 vidit Hirschfeld). — *Tabula cum integra esse videatur — certe fractam eam esse nemo adnotavit, initium inscriptionis (cum nomine flaminicae) fortasse in alio lapide scriptum erat.*

3401 Iovi praestiti | Hercules Victor dicávit, | Blandus pr.[1] restituit.

Tibure, ara marmorea litteris pulchris (XIV 3555 vidi). — *Romae erat ara, quam Διὶ Εὑρεσίῳ (sic Dionysius; inventorem Iovem, appellant Solinus et auctor de orig. gentis Rom., quod versum puto ex Graeco) id est nisi fallor Iovi Praestiti posuisse ferebatur Hercules propter boves a Caco recuperatas (Dionys. 1, 39, Solin. 1, 7, auctor libelli de orig. gentis Rom. c. 8). Similis ara fuisse videtur Tibure quae urbs praecipue Herculi sacra credebatur (cf. CIL. XIV p. 367 et infra N. 3414—3418); eam aram temporibus Augusti vel Tiberii restituit Blandus nobilis Tiburtinus (cf. not. 1).* — 1) *Est C. Rubellius Blandus, qui supra N. 196. 3098. Tiburtinum eum fuisse indicat Tacitus ann. 6, 27. 14, 22.*

3402 Hercules invicte, Catius[1] hoc tuo donu[*m libens*]
numini sancto dicavit praetor urbis[2], ...
cum pia sollemne mente rite fecisset [*sacrum*],
tradidisti quod Potitis[3] Euandreo [*saeculo*]
administrandum quodannis hic ad a[*ram maxim*]am.

Romae rep. una cum iis quae sequuntur prope ecclesiam S. Mariae in schola Graeca (sive in Cosmedin), ubi hodie dicitur 'piazza Bocca della Verità' (VI 313 vidit Bormann imminutam, pleniorem descripserunt Iucundus aliique. Buecheler carm. epigr. n. 228). Pertinent hi tituli ad aram Herculis in foro Boario sitam,

quae maxima appellabatur fanumque contiguum 'quae praesenti Herculi Arcas Euander sacraverat' (Tac. ann. 15, 41), monumentaque sunt sacrificiorum a praetore urbano quotannis ibi factorum (cf. not. 2), cf. de Rossi ann. inst. arch. 1854 p. 28 seq.; Iordan Top. 1, 2 p. 481 (accuratius nuper locum definivit Huelsen diss. acad. pontif. archaeol. Rom. scr. 2 vol. 6, 1896 p. 242 seq.). — 1) *Cf. supra N. 3385 not. 3. 4.* — 2) *A praetore urbis quotannis Herculi iuvencam immolatam esse tradit Varro de l. L. 6, 54.* — 3) *De Potitiis cf. Liv. 1, 7, 12. 9, 29, 9. Dionys. 1, 40 cet.*

3403 Te precor, Alcide, sacris, | invicte, peractis |
rite tuis laetus dona | ferens meritis. |
Haec tibi nostra potest | tenuis perferre camena, |
nam grates dignas tu | potes efficere. |
Sume libens simulacra, | tuis quae munera Cilo[1]
aris urbanus[2] dedicat | ipse sacris.

Romae rep. ibi ubi N. 3402, deinde translata in Capitolium (VI 312 vidit Henzen. Buecheler carm. epigr. n. 868). — 1) *L. Fabius Cilo consul suff. a. 193, cf. supra N. 1141. 1142.* — 2) *Intellege: praetor urbanus. Cilonem urbana praetura functum esse, paullo ante a. 193 sine dubio, constat etiam ex aliis titulis eius (not. 1).*

3404 Alcide, sacri generis | decus, hoc tibi | praetor |
et Iovis antistes[1] | dedico Perpetuus[2].

Romae rep. una cum N. 3402, deinde translata in Capitolium (VI 316 vidit Henzen. Buecheler carm. epigr. n. 869). — 1) *Quod sacerdotium significetur, nescio.* — 2) *Fortasse Marius Perpetuus consul ord. a. 237.*

3405 Argive victor | Hercules, |
donum hoc | tibi urbanus | praetor
Veldumnianus | Iunius[1].

Romae, rep. sine dubio ibi ubi N. 3402, quamquam id non traditur (VI 319 vidit Henzen; cf. Buecheler carm. ep. n. 22 p. 853). — 1) *Fortasse Veldumnianus consul ord. a. 272. Ceterum lapidem in fine mutilum esse crediderim.*

3406 Annaeus | Placidus[1] | Herculi | donum | dedi.

Romae in aedibus privatis (VI 271 saepius descripta saec. XV/XVI, cf. Buecheler carm. epigr. n. 21). — 1) *Fortasse is qui memoratur supra N. 1127 fin.*

3407 Herculi in|victo | M. Cassius | Hortensius | Paulinus pr. urb., | XVvir sacris | faciundis, | donum dedi.

3408 deo Herculi | invicto | C. Iul. Pomponius | Pudens | Severianus | v. c., praet. urb.

Romae rep. una cum N. 3402 (VI 318. 317 saepius descriptae saec. XV/XVI).

3409 deo Herculi inv. | M. Iun. Caesonius | Nicomachus Anicius | Faustus Paulinus | c. v., p. u.[1], d. d. *(In latere)* d. d.[2] | XII kal. Octob. | Crispo et Constanti|no Caess. II cons.[3]

Romae rep. una cum N. 3402 (VI 315 inscriptionem lateris descr. Henzen, inscriptionem frontis Iucundus). — 1) *Clarissimus vir, praetor urbanus.* — 2) *Dedicatum.* — 3) *20 Sept. 321.*

3410 Sancte,
De decuma, Victor, tibei Lucius Munius[1] donum
Moribus antiqueis pro usura[2] hoc dare sese[3] —
Visum animo suo perfecit, tua pace[4] rogans te
Cogendei dissolvendei[5] tu ut facilia faxseis[6],
Perficias decumam ut faciat verae rationis[7],
Proque hoc atque alieis doneis des digna merenti.
(iuxta videtur sculptum fuisse sacrificium).

Reate ante ecclesiam cathedralem (I 542. IX 4672 descr. saec. XV Pomponius Laetus, a quo acceperunt plurimi, saec. XVI complures viri in describendo accurati et exercitati, ut Accursius et Budaeus, ita ut de lectione constet). Buecheler carm. epigr. n. 248. — 1) Munius *qui viderunt omnes (unus Pomponius quid hoc loco legerit non satis constat), neque inauditum Muniorum nomen in Sabinis (IX 4274); Mummii nomen introduxit primus editor, quem secuti sunt reliqui omnes, cogitantes de L. Mummio consule a. 608 (supra N. 20 seq.). Sed in privatum hominem, mercatorem potissimum, congruere omne argumentum huius carminis iam Ritschelius observavit (opusc. 4 p. 103).* — 2) *Sic omnes qui viderunt;* promiserat *olim coniecit Mommsen* (quod *post* hoc *inseruit Ritschl opp. 4, 111). Decima, quam mercatores re bene gesta Herculi reddere solebant (Macrob. sat. 3, 6, 11), apte dici potuit deo reddi pro usura.* — 3) *Sententia hiat, culpa sine dubio poetae.* — 4) *Te non invito (Bue.)* — 5) disolvendei *refertur ex Pomponii schedis.* — 6) *Precatur Herculem Munius, ut facultatem sibi praebeat cogendi et dissolvendi, in quibus rebus negotiatio consistit.* — 7) *Dei auxilium invocat in computanda decuma, ne error in hac re admissus fraudi sibi fiat (Mo.).*

3411 M. P. Vertuleieis C. f.[1] |
Quod re sua di[*f*]eidens asper *(sic)* | afleicta
parens timens | heic vovit voto hoc | solut[*o*,
de]cuma facta | poloucta leibereis lube|tes *(sic)*
donu danunt | Hercolei maxsume | mereto.
Semol te | orant se voti crebro | condemnes.

Sorae (I 1175. X 5708 Ritschl tab. LII a). Sunt versus Saturnii interstitiis in ipso lapide separati. Cf. Buecheler carm. epigr. n. 4. Ex simili carmine Saturnio, dedicato ab Aufidio quodam cum Herculi iterum decumam redderet, superest IX 3569 (= Buecheler carm. epigr. n. 5). — 1) *M. et P. Vertuleii, Gaii filii.*

3412 Herculei | C. Antestius Cn. f. | cens. | decuma facta iterum | dat.
Tibure (XIV 3541 bis vel ter descripta saec. XVIII).

3413 P. Ateius P. l. Regillus fecit | sibi et | P. Ateio P. l. Salvio, patron., | pomario; is ter Herculi decumam fecit; | vixit ann. CII, et | Primae l. suae carissimae et | Ateiae Iollae patroni filiae.
Prope Capuam, nunc Neapoli (X 3956 vidit Mommsen).

3414 Pomponia L. f. Nunnulei Herc. Vict. C. Nunnuleio C. f. Núdo leg. |pro praét.
Pomponia L. f. uxor posuit.
Tibure (XIV 3546 vidi). Tabula videtur sustinuisse donarium a Pomponia Herculi simul et memoriae vel honori mariti sui dedicatum.

3415 Herculi | Tiburt. vict. | et ceteris dis | praet. Tiburt.[1] | L. Minicius | Natalis[2] | cos., augur, | leg. Aug. pr. pr. | provinciae | Moesiae infer., | vot. suscep.

Tibure (XIV 3554 vidi). — 1) Dis praetoriis (?) Tiburtibus (Fortuna Praetoria est in t. Tiburtino XIV 3540). — 2) Cf. supra N. 1061. 3221.

3416 H. v. v. s.[1] | C. Iulius C. f. | Pal. Rufus | trib. militum bis, | fani[2] curator, | v. q.[3] ab aerario Saturni.

Tibure, nunc Romae (VI 3544 vidit Henzen). — 1) Herculi victori votum solvit. — 2) Fani Herculis. Curatores fani Herculis Victoris Tiburtini, qui Romae senatorii ordinis honoribus functi erant, habes supra N. 1044 (not. 4). 1061 (not. 3). 1101 (not. 2). 1104. — 3) Viator quaestorius (cf. supra N. 1926 seq.).

3417 M. Caerellius | Iazemis[1] qq. | pistorum III | et perp.[2] et | codicarius, item | mercator | frumentarius | invicto | Herculi | ex voto d. d.

Tibure (XIV 4234 vidit Gatti). — 1) Idem cognomen in titulo Magnesiae ad Maeandrum rep. Bull. de corr. hell. 1894 p. 10, simile VI 6476. — 2) Quinquennalis pistorum ter et perpetuus (scilicet post ter gestam quinquennalitatem honore perpetuae quinquennalitatis a pistoribus exornatus), Ostiae puto.

3418 Herculi Victori | Certenciino *(sic)* | M. Aurelius Aug. lib. | Zoticus | nom.[1] a censibus | d. d. | Gregorius. | *(In latere)* dedicata id. Ian. | Iuliano II et Crispino | cos.[2]

Tibure (XIV 3553 vidi). — 1) Nomenclator. — 2) A. 224.

Praeterea titulos Herculi invicto Tibure dedicatos dedimus supra N. 2642. 2706.

3419 L. Gemenio L. f. Pelt . .[1] | Hercole dono | dat lubs merto | pro sed sueq.[2] | Ede leigibus | ara Salutus[3].

Praeneste rep. a. 1882, cippus tofaeus (XIV 2892 imaginem dedit Stevenson bull. Inst. arch. 1883 ad p. 9). — 1) Lectionis non omnino certae. Ad Pel, *quod certum est, adiunctae sunt in versu sequenti, scilicet ad hunc revocatae per lineolam obliquam, litterae duae, quarum prior videtur fuisse* T, *secunda fortasse fuit* E *vel* D. *Subest fortasse cognomen Geminii. — 2) Pro se suisque. — 3) Esdem, i. e. iisdem, legibus (dedicata est) ara Salutis.*

3420 Q. K. Cestio. Q. f. | Hercole donu | [*d*]edero.

Praeneste rep. una cum N. 3419 (XIV 2891 vidit Stevenson).

3421 L. Seius[1] C. f. | Hercolo | donum | dat Burus[2].

Prope Castelvecchio Subequo, ubi videtur fuisse Superaequum Paelignorum (de Nino Notizie degli scavi 1898 p. 76). — 1) Selus *legit de Nino, sed delineatio quam edidit videtur etiam* Seius *admittere. — 2) Videtur cognomen Seii.*

3422 M. C. Pomplio. No. f. | dedron | Hercole.

Romae rep. in alveo Tiberis (VI 30898 = Notizie 1890 p. 33 viderunt Vaglieri et Huelsen).

3423 Publicia L. f., | Cn. Corneli A. f. uxor, | Hercole aedem | valvasque fecit eademque | expolivit aramque | sacram Hercole restitu. | Haec omnia de suo et virei ⟨fecit⟩[1] | faciundum curavit.

Romae in Esquilino, sed de loco ubi reperta sit, non satis constat (Eph. ep. 4, 734 vidit Henzen). — 1) fecit *vocabulum erasum.*

Titulos duos a magistratibus liberae reipublicae Romae Herculi dedicatos dedimus supra N. 11. 20.

3424 Herculi invicto sacr. | Hermeros Aug. lib. tab.[1] | thensauror.

Romae extra portam Tiburtinam (VI 30737 vidi). Iisdem verbis inscripta est VI 325, quae dicitur reperta esse ante portam Esquilinam (Maiorem), VII fere mil. pass. ab urbe. — 1) *Tabularius (ut est perscriptum in titulo gemello).*

3425 Herculi . . . | Fl. Lollianus v. c., praef. . . .

Romae rep. in Esquilino prope ecclesiam S. Luciae in Selci (Gatti Bull. comunale 1889 p. 42, Notizie 1889 p. 14). In margine inferiore dicitur esse IIII, *quod vix ad hanc inscriptionem pertinet.* — 1) *Cogitavi de Flavio Lolliano Mavortio (supra N. 1223 seq.), qui praefectus urbi fuit a. 342, sed editor litteras tituli ait esse saeculi p. Chr. tertii potius quam quarti (Lollianus praefectus urbis a. 254 Egnatius fuit, non Flavius).*

3426 P. Egn[*atius*] . . . s v. c.[1] | pon[*tifex*] Herculis | et rector decuriae | Herculeae[2] curavit.

Romae rep. in regione urbis nona, ubi iam dicitur Piazza Cairoli, litteris quae saec. p. Chr. quartum indicant (VI 30893 vidit Huelsen; Gatti Notizie 1892 p. 21, Bull. comunale 1892 p. 57). — 1) *Vir clarissimus.* — 2) *Videtur esse idem sacerdos qui in titulis et ipsis quarti p. Chr. saeculi supra N. 1259 dicitur curialis Herculis, N. 2942 sacerdos Herculis.*

3427 Herculei | sacrum | C. Marci. C. l. Alex. fecit, servos | vovit, liber solvit. *(Ab altera parte eiusdem lapidis)* Herculei | sacrum | C. Marci. C. l. Alex. | dat.

Prope Puteolos (I 1233. X 1569 bis descripta).

3428 Herculi | sancto sac. | P. Pomponius Noe|tus votum sol., | amicos acc.[1] bene. | L. Eggio Marullo et | Cn. Papirio Aeliano cos.[2], | l. d. d. d., k. Iul.

Casini, in cantharo magno lapidis Tiburtini (X 5160 vidit Mommsen). — 1) *Accepit.* — 2) *A. 184.*

3429 Herculi | scyphos | votum posuit | C. Clodius | C. lib. Laetus | Augustalis.

Taurinis (V 6952 vidit Mommsen).

3430 II Aug. | cos.[1] | k. Apri|lib. | T. Fl. Eros | Hercu|lem | pueri|num | cum basi | Deanae | d. d.

Romae (VI 126 vidit Marinius). — 1) *Duobus Augustis consulibus (a. 161?).*

3431 T. Vetio | duno | didet | Herclo | Iovio | brat | data.

Loco dicto Navelli in agro Vestinorum ut videtur (IX 3414 vidit Mommsen; imaginem exhibet Zvetaieff inscr. Ital. mediae dialectic. tab. II n. 4 cf. p. 15 n. 9). — *Sermo videtur mixtus inter Latinum et Oscum; cf. Buecheler l. c.*

3432 Herculi Iovio sacrum | C. Voltilius Alexander fec.

Romae rep. extra portam Maiorem, sub statua parva Herculis (VI 30906 = Bullettino comunale 1880 p. 286). — In titulo item urbano VI 291 = 400 cf. add. p. 3014 .... | sacrum Iovis | Herculi voto *legit Henzenus, sed* Iovio Herculi *unus eorum qui saec. XVI titulum viderunt*, Iovi o. m. Herculi *alius sed fide parum dignus (Boissard)*, Iovi d. *Seguier auctor accuratus.*

3433 *(aquila)* Herculi | Primigenio | sacrum, | C. Petronius | C. f. Vel. | Paetus f.

Romae (VI 30907 vidit Huelsen = Bull. comunal. 1888 p. 405). Aliae dedicationes factae Herculi Primigenio sunt II 1436. XI 5954 = Or. 1545 (ubi Accursius legit Hercoli Primogenio sac.). Menestrator ab Hercul. primig. *est VI 9645.*

3434 Herculi victori | pollenti potenti | invicto d. d. l. m. | C. Vibius[1] Fronto | viator q.[2] | Dedic. III k. Iul. | L. Vettio Paullo | T. Iunio Montano cos.[3] *(In latere Hercules Cerberum ducens, in altero latere sus.)*

Romae, ara magna rotunda marmorea (VI 328 vidit Henzen). — 1) *Nomen nunc plane evanidum suppletum ex apographis antiquioribus.* — 2) *Quaestorius.* — 3) *Consules suffecti fuerunt anno p. Chr. 81 (act. Arv.).*

3435 Herculi in|victo inpetrabi[*li*] | C. Valerius Vale|rianus aram | constituit cum | suis omnibus | v. s. l. m.

3435a Herculi inpetra. sacr. | C. Calvisius Secundinus | VIvir iun., decur., item q., aram v. s. l. m.

Mediolani (V 5769. 5768 haec semel, illa bis vel ter descripta).

3436 εὐχὴ | Ἡρακλῇ ϑαλλοφόρῳ | ἱερῷ εὐακούστῳ | *Λ.* Κορνήλιος *Λ.* Κορνη|λίου Πρειμιγενίου | υἱὸς Παλ. Τερεντιανὸς | καὶ Λήμνιος ἀπελεύϑερος | ἐποίησαν. | Herculi pacifero | invicto sancto | sacr. | voto suscepto | L. Cornelius L. f. | Pal. Terentianus | et Lemnius libertus | merito libentes | fecerunt.

In oppido Pontecorvo ad Lirim (X 5385 vidit Mommsen).

3437 Herculi | salutifero | Q. Vib. Amillus | Aug. col. Dac.[1] | pro salute | Iuliani fili sui.

Mehadiae in Dacia (III 1572 bis fortasse saec. XVIII descripta). — 1) *Augustalis coloniae Dacicae, i. e. Sarmizegetusae.*

3438 [*H*]erculi | compoti[1] | L. Masuvius | Bassus | d. d.

In Piceno prope Tavignano vicum in abbatia S. Victoris (IX 5731 semel descripta ab homine fide digno). — 1) *Idem cognomen in Bona dea infra N. 3505, cf. etiam supra N. 3249.*

3439 Herculi | defensori | M. Silius | Messalla | consul.[1]

Romae rep. (VI 308; Huebner ex. scr. ep. 479). — 1) *Fortasse is qui fuit consul suffectus a. 193 (Dio 73, 17).*

3440 Herculi | conserbatori | A. Sergius | Megalensis | curator II | sociis cultor. | Larum et imag. | August.[1] dedit. *(In latere)* idibus Nove. | Quintilio *(sic)* | et Prisco cos.[2]

Romae (VI 307 vidit de Rossi). — 1) *Curator iterum sociis cultoribus Larum et imaginum Augusti (cf. infra N. 3543 not. 1).* — 2) *A. 159.*

3441 Herculi | restitutori[1] | C. Iulius Hilario.

In Pisidia, ibi ubi fuit Tymandus (III S. 6867 vidit Ramsay). — 1) *Idem cognomen in Silvano infra N. 3564, item in Iove supra N. 3002.*

3442 Herculi domestico[1] | T. Aeli Rubri Superstitis.

Tibure rep., basis in cuius superficie supererant vestigia pedum, clavae, pellis leoninae (XIV 3542 saepius descripta). — 1) *Vocabulum non omnino certum* (d... stico *similiterque apographa accurata).*

3443 Herculi | tutori | domus | Novelliana[1] *(In postica: Hercules cum leone pugnans. In latere: arbor Hesperidum. In altero latere: clava et pharetra).*

Capuae rep. (X 3799 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 3252.*

3444 Herculi | Aeliano[1] | sacrum, | quem consacra|vit Sammius | Tertullinus | ex maioriario[2].

Mirabellae, ubi fuit Aeclanum (IX 1095 vidit Mommsen). — 1) *Similia cognomina Herculis supra N. 3080, infra N. 3468.* — 2) *Officii vel potius militiae quoddam genus videtur significari; cf. supra ad N. 2148.*

3445 numini domus Aug. | sacrum. Herculi salutari[1], | quod factum est sodalic. horr. Galban. cohort. . .[2] | A. Cornelius Aphrodisius quinquenn. | aediculam novam a solo sodalibus suis pecun[*ia*] | sua donum dedit. | Dedicavit k. Iunis Quintillo et Prisco cos.[3]

Romae rep. sub Aventino, est Neapoli (VI 338 cf. 30744 recognovit Huelsen ad ectypum). — 1) *Herculem salutarem ab horreariis cultum habemus etiam VI 339 (cf. not. 2), cf. item infra titulum Genio horreorum Leonianorum dicatum.* — 2) *Sodalicio horreorum Galbanorum, cohortis (sequebatur numerus). A simili sodalicio horreariorum cohortis secundae positus est titulus supra N. 1622, a collegio Herculis cohortis primae VI 339.* — 3) *A. 159.*

3446 sanctissimo Herculi | invicto | corpor. custodiarior. | L. Curtius Abascantus, cum | Curtio Gaudente fil. | imm. a. IIII[1], | crateram argyrocorintham | cum basi sua et hypobasi | marmorea | sua pecunia donum | dederunt. | Dedicat. VIIII k. Iun. | Ser. Scipione Orfito Q. Non.[2] Prisco cos.[3]

Romae (VI 327 vidit Henzen). — 1) *Immuni annorum quattuor.* — 2) Non. *postea additum (Huebner ex. scr. ep. 285), vide an manu recenti.* — 3) *A. 149 (alter consulum praeterea dicitur Sosius Priscus).*

3447 Herculi bull.[1] | M. Ulpius | Aug. lib. | Timocrates | aeditus | d. d.

Romae (VI 302 vidit Henzen). — 1) *Bullato, intellegit Mommsen, cogitans de Hercule puerino (cf. N. 3430).*

3448 Hercoli celeri dat | A. Rutilius P. l. Antiocus.

Romae (VI 304 cf. add. p. 3012 vidit Stevenson).

3449 Herculi Fundanio[1] | Ti. Claudius Habitus | libens votum solvit.

Romae, postea Parisiis, basis statuae parvae aeneae (VI 311 cf. mus. Rhen. 20, 1865 p. 623 descr. Galland). — 1) *Templum Herculis Fundani memoratur in vita Floriani imp. c. 4.*

3450 [*C. Ae*]milius C. l. Eleuther Herculi Gallico v. s. m.[1] *(sic).*

Piedimonte prope Allifas in finibus Samnii et Campaniae (IX 2322 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Votum solvit merito.*

3451 Herculi | ponderum | Q. Aemilius | Vibianus | b[*f.*][1] trib. coh. III . . . | o. v.

Romae (VI 336 ter descripta saec. XVII). — 1) *Beneficiarius (traditur* b, *probabile est* b *et* f *fuisse contignatas).*

3452 Hérculi Saxáno sacrum | Ser. Sulpïcius Trophimus | aedem zothecam culínam | pecuniá suá á soló restituit | idemque dedicávit k. Decembr. | L. Turpilio Dextro M. Máecio Rufo cos.[1] | Eutychus ser. peragendum curavit.

Tibure (XIV 3543 saepe descripta a saec. XV ad XVIII). — 1) *Consules suffecti videntur fuisse temporibus Flaviorum (nam alter eorum videtur esse M. Maecius Rufus quem nummi proconsulem Bithyniae fuisse a. 79 perhibent), certe non postea, cum postea homines privati suffectos consules in annis indicandis neglegerent.*

3453 Herculi Saxsano et | imp. Vispasiano *(sic)* | Aug. et Tito imp. et | Domitiano Caesari | M. Vibius Martialis | 7 leg. X Gem. et commili|tones vexilli leg. eiusd. | qui sunt sub cura eius | v. s. l. m.

3454 I. o. m. et Her|culi Saxa. | sacrum | P. Talpidius | Clemens 7 leg. VIII Aug. | cum mil. leg. eius | v. s. l. l. m. *(In latere dextro clava).*

Ad Norroy-sous-Prény (prope Pont-à-Mousson), ad Mosellam, rep. in lapicidinis, arae duae, haec nunc in museo Sangermanensi, illa Bruxellis (delineavit Robert Mélanges Graux p. 332. 334). In iisdem lapicidinis extabat rupi incisus titulus ap. Robert l. c. p. 330, quem alio loco dabimus.

3455 Herculi | Saxsano | C. Mettius | Seneca 7 | leg. XV[1] et | vexillari | leg. eiusdem | v. s. l. m.

Schweppenburg (prope Brohl) rep. in lapicidinis (Freudenberg ann. Rhen. 50/51, 1871 p. 192). Eodem loco etiam alius titulus Herculi Saxano dedicatus a militibus prodiit (Brambach 672). — 1) *Centurio legionis quintae decimae. Significatur legio XV Primigenia. Titulus igitur est antiquior anno p. Chr. 70 (cf. supra N. 2275).*

3456 Herculi Saxsano | sacrum Iulius Vi|ctor 7 pro se et co|militones si|ngulares pedite|s[1] Acili Straboni[*s*][2] | leg. Aug. v. s. l. m.

Brohl rep. in lapicidinis, iam Bonnae (Brambach 663, explevit Zangemeister Westd. Zeitschr. 1892 p. 282). — 1) *De peditibus singularibus praesidis cf. supra N. 2416 not. 1.* — 2) *Acilium Strabonem eundem putat Zangemeister quem memorat Tac. a. 14, 38.* — *Eodem loco multi alii tituli Herculi Saxano vel Iovi et Herculi Saxano a militibus positi prodierunt (Brambach 651 seq.; Klein Ann. Rhen. 81, 1886 p. 112. 115), quorum nonnullos alio loco dabimus.*

3457 Herculi Saxan[*o*] | Lubiamus Endruri | Quintalli | v. s. l. [*a.*]
Tridenti (V 5013 vidit Mommsen).

3458 Herculi Aug. | sac. Val. Vale|rianus mil., | cum insist|erem ad cap|itella colu|mnarum[1] ad ter|mas Licinan|s[2] *(sic)* q. a. se *iune S|irmi, v. l. s.

In insula Brazza Dalmatiae rep. ad lapicidinas vetustas, nunc Salonis (III S. 10107 vidit Hirschfeld). — 1) *Thermae Licinianae, fortasse appellatae a Licinio imperatore.* — 2) *Hirschfeld (arch. ep. Mitth. aus Oestr. 9, 1885 p. 21) confert Passionem Sanctorum quattuor Coronatorum (ap. Buedinger Unters. zur roem. Kaisergesch. 3, 1870 p. 325), ubi Diocletianus narratur praecepisse ut 'ex metallo porphyretico capitella columnarum inciderentur'.*

3459 Herculi | lapidari | Alman[*t*]i|censes[1] | p.
S. Ponzio prope Nizzam rep. (V 7869 semel descripta saec. XVII). — 1) *Cf. XII 732.*

3460 Herculi | barbato | sacrum | M. Hellius | Secundus | tubicen | leg. X G. p. | f. | v. s. l. m.
Brohl rep. a. 1840 (Brambach 653 ex Lersch Centralmuseum rheinl. Inschr.).

3461 Herculi et | Alcmenae | C. Materni|us Primus | v. p. l. m.
Goyer sive Jeuck, qui vicus est a Leodio (Lüttich s. Liège) inter septentriones et occidentem versus (Orell. 1556 cf. Brambach mus. Rhen. 20, 1865 p. 627, Schuermans bull. des commissions d'art et d'archéol. de Belgique 7, 1868 p. 68: semel videtur descripta esse saec. XVII).

3462 Camurii Taci[*t*]inus[1] | et Hermes lib., VIvir Aug., | sign.[2] abacum cum signis II | Hercule et Amphale[3] colleg.[4] | dendrofor. d. d.

Veronae (V 3312 semel descripta saec. XV). — 1) C. amurii *et deinde* taciinus *traditur.* — 2) *Signum (cuius dei, non traditur).* — 3) amphale *traditur, quod non mutandum. In tabula marmorea, quae olim Romae fuit, nunc est Neapoli (edidit eam Piranesi raccolta di vasi antichi tab. 87), in qua sculpti sunt duodecim labores Hercules et in medio ipse Hercules cum Omphale, infraque arcus et pharetra, quasillum et colus, inter quae interpositus est titulus hic* Cassia | Mani filia | Priscilla fecit, *in ea tabula ad imagines Herculis et Omphales adscripta sunt vocabula* Hercules, Omphale *(VI 3473* inter falsas, non recte ut mihi videtur; cf. Stephani der ausruhende Herakles p. 203). Videtur pertinuisse tabula ad sepulcrum (iudice Stephanio Omphale habet vultus mulieris mortalis).* — 4) *Collegio.*

3463 Herculi | iussu Silvani | dei, | Cn. Sentius Carpus | fec.
Romae, nunc Florentiae (VI 288 vidit Henzen).

3464 Herculi Libero Silvano | diis sanctis Ti. Iulius Alexander d. d.
Romae, deinde Oxonii (VI 294).

3465 Herculi s. s.[1], | Silvano s. s.[1], | M. Ulpius | Apollonius | Aug. l. preco | familiae castresis | posuit.
Romae rep. trans Tiberim (VI 30911 vidit Gatti). — 1) *Sancto sacrum.*

3466 Herculi | defensori | Papirii. *(in lateribus porca, culter; scyphus, clava; a tergo)* Ἡρακλεῖ | ἀλεξι|κάκωι | Παπειρί|οι.

3467 Silvano | custodi | Papirii. *(a tergo)* Σιλβανῷ | φύλακι | Πα-πειρίοι.

Romae, arae duae (VI 309 vidit de Rossi, 310 vidit Henzen).

3468 Silvano Naeviano | et Herculi | Romanilliano | Calvius | Iustus[1] | d. d.

Romae (VI 645 vidit Henzen). — 1) *Fortasse idem qui supra N. 1470.*

3469 Hercules | [*i*]nvicte, san[*c*]|te Silvani ne|pos[1],
hic adve|nisti; ne quid | hic fiat mali[2]. |
G. p. R. f.[3]

Romae rep. ad viam Appiam (VI 329 correxit Bormann Eph. ep. 4, 736. Buecheler carm. epigr. n. 23). — 1) *Respici fabulam quandam ignotam, qua Herculis mater diceretur filia fuisse Silvani, statuit Mommsen.* — 2) *Expressi sunt versus Graeci:* ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν. *Qui et alibi reperti sunt et Pompeiis in pariete inscripti (cf. Kaibel epigr. Gr. ex lap. conl. n. 1138; exc. de sent. sub Commodo, in Dionis ed. Dindorfiana V p. 208).* — 3) *Genio populi Romani feliciter.*

3470 Hercul. | et Silva|no vex|ilatio l. XIII G. An|[*t.*][1], Aur. Ari|mo v. m. p.[2], | immuni.[3]

In Dacia ad Bezsan montem prope Devam rep. in lapicidinis vetustis (III S. 12565 = arch. ep. Mitth. 13, 1890 p. 196 ed. Téglas). — 1) *Vexillatio legionis XIII Geminae Antoninianae.* — 2) *Votum merito posuit.* — 3) *Immunis.*

3471 dibus | Herculi | et[1] | Silvano | fe.[2] | Primus cu. ar.[3] | pro se et | vexilatione | v. s. l. m.

In Anglia, Hale prope Moresby non longe a vallo Hadriani (Eph. ep. 7, 968). — 1) e t, 2) f e *(cum punctis inter litteras) traditur.* — 3) *Custos armorum.*

3472 Semoni | Sanco | sancto deo Fidio[1] | sacrum | decuria sacerdot. | bidentalium[2].

Romae, incertum quo loco urbis rep. (dicebatur rep. esse inter colles Quirinalem et Pincium, sed cf. Huelsen mus. Rhen. 1894 p. 410), basis quae sustinebat deum Apollini similem (VI 30994 = ann. inst. arch. 1881 p. 38 descr. Dressel; cf. Iordan ann. inst. arch. 1885 p. 108). — 1) *De hoc deo cf. Preller ed. 3 II p. 270 seq.* — 2) *Decuria sacerdotum bidentalium non memoratur nisi in titulis Sanco dedicatis hoc et iis qui sequuntur, et in fistulis plumbeis repertis in monte Quirinali forum Traianum versus (id est non longe a templo Sanci), quibus inscriptum est* dec. sacerdotium videntalium *(praeterea numeri quidam, in una etiam plumbariae nomen; cf. XV 7253).*

3473 Sanco sancto Semon. | deo Fidio sacrum, | decuria sacerdotum | bidentalium reciperatis | vectigalibus.

Romae rep. in Quirinali apud ecclesiam S. Silvestri, est Neapoli (VI 568 vidit Mommsen). Aedem Sanci vel aedem dei Fidii in monte Quirinali, a qua aede nomen habebat porta Sanqualis, memorant Varro l. L. 5, 52; Liv. 8, 20, 8; Paul. Festi p. 345. Cf. Huelsen mus. Rhen. 1894 p. 409.

3474 Semoni | Sanco | deo Fidio | sacrum[1] | Sex. Pompeius Sp. f. | Col. Mussianus | quinquennalis | decur. | bidentalis[2] | donum dedit.

Romae rep. in insula Tiberina ad S. Bartholomaei, nunc in Vaticano (VI 567 vidit Henzen). — 1) *Hanc similemve aram Semoni in insula Tiberina dedicatam quidam ex veteribus Christianis miro errore Simoni mago dedicatam esse sibi persuaserunt, cf. Iustinus martyr Apol. 1, 26: ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς θεὸς τετίμηται, ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαικὴν ταύτην· Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ, cf. c. 56; Tertullian. apol. 13.* — 2) *Idem homo memoratur XIV 2839 (ubi est* [*quinque*]nnalis decuriae [*sacerdo*]tium videntalium).

3475 .... | Phileros | ex decreto XXX virum[1] | sacellum Semoni | Sanco de sua | pecunia fecit.

In agro suburbano ad viam Appiam (XIV 2458 descripsit Petrus Rosa). — 1) *Trigintaviri videntur esse decuriones Castrimoeniensium (cf. XIV 2466 ad v. 41), intra cuius oppidi fines hic lapis potest stetisse.*

3476 Sanco deo | Fidio | d. d.

Romae, tabella aenea (VI 30995 = Bull. com. 1892 p. 184 descr. Gatti).

3477 Hedone | M. Crassi ancilla | Feroniae v. s. l. m.

Florentiae olim in museo quodam, iam in museo Britannico, tabella aenea (VI 147 = 30702; Huebner ex. scr. epigr. n. 889).

3478 Sex. Audienus C. l. | Feroniae | d. l. m.

Trebulae Mutuescae in Sabinis rep. inter rudera aedis quae Feroniae creditur (VI 146. IX 4873 servavit Fabretti).

3479 Q. Pescenn[*ius*] . . [*f.*] | colomnas III | de suo dat | Feroneae, | et crepidinem | ante colomnas | ex lapide | . . . .

Trebulae Mutuescae (Monteleone), columna (I 1307. IX 4875 bis descripta). Puncta (vel certe partem punctorum) quadrata fuisse, ut in aliis quibusdam inscriptionibus valde antiquis, indicatur in altero apographo. Mutilam fuisse in fine non traditur.

3480 itus actusque est | in hoce delubrum | Feroniai ex hoce loco | in via poplicam | campanam qua | proximum est | p. ⵀCCX . . .

Coppito prope rudera Amiterni (I 1291. IX 4321 vidit Ritschl tab. LXII b). Alius titulus eiusdem regionis dedicatus Feroniae est IX 4180; tertius supra N. 973.

3481 Hermeros | Ti. Claudii Caisaris Aug. | Germanici ser. | Thyamidianus[1] ab marmorib.[2], | magister[3], | Feroniae aras quinque | d. s. d. d.

Nepete (XI 3199 vidit Bormann). — 1) THꟵAMIDIANVS *lapis, tertia littera Claudiana, cf. supra N. 210 not. 4.* — 2) *Alii Augustorum servi et liberti a marmoribus sunt supra N. 1598. 1600.* — 3) *Magister collegii alicuius.*

3482 Iunoni Feron[*iae*] | Barbia L. f. Secun[*da*] | aedem, signum, por[*ti*]|cus d. p. s. d.

Olim Villanuovae in Histria, est Veronae (V 412 vidit Mommsen).

3483 ar . . . . . | Feroniae sac., | in memoriam[1] | . . Minei Prisci fil. | T. Kanius Ianuar.[2] | sac. gratuitus | anno XXXX | d. d.

Aquileiae rep., extat Veronae (V 776 vidit Mommsen). — 1) *In memoriam mortalium tituli diis dicati multi Aquileiae reperti sunt, cf. infra N. 3550.* — 2) *Idem homo Fonti B. dedicavit titulum V 755.*

3484 Q. Murrius Cn. f. | Vacunae vot. | dat lubens merito.

In Sabinis prope vicum Laculo (IX 4636; de visu Persichetti Notizie degli scavi 1891 p. 342). Loco illo, ubi lapis ecclesiae cuidam inaedificatus est, extitit certe iam saec. p. Chr. XVII. Non recte Martellio homini levissimo crediderunt lapidem extare prope vicum eiusdem regionis Bacugno, quem sane a Vacuna nomen habere nihilominus potest verum esse. — De Vacuna cf. Preller 1 (ed. 3) p. 408 seq.

3485 . . Esuvius | Modestus Vacun[*ae* | *p*]ro valetudine pat[*ris*] | v. *(corona lemniscata)* [*s.*].

3486 pro reditu L. Acesti ex Africa | vovi Vacunae Aredia Daph[*ne*] | et C. Pomponius, | *(palmae duae, corona lemniscata)* v. s. l. m.

Poggio Fidone in Sabinis, non longe a Reate (IX 4752. 4751 ab incola quodam regionis illius descriptae, satis accurate ut videtur).

3487 Matri [*Ma*]tutae | Magia Prisca | signum Iovis | d. d.

Corae (X 8416 Barnabeius vidit ectypum). — Praeter hunc et eos qui sequuntur, item antiquissimum supra N. 2974, Matri Matutae dedicatus videtur esse etiam titulus, cuius exiguum fragmentum prodiit loco dicto Conca, inter Antium et viam Appiam (Notizie degli scavi 1896 p. 102 et melius p. 195), ubi Satricum fuisse videtur (cf. CIL. X p. 661). Fuit Satrici celebre Matris Matutae templum (Liv. 6, 33, 4. 7, 27, 8. 28, 11, 2). De effossionibus ruderum huius templi cf. Barnabei Notizie degli scavi 1896 p. 23 seq. 99 seq. 190 seq., Graillot Mélanges de l'Ec. fr. de Rome 16, 1896 p. 131 seq., Petersen Roem. Mitth. 1896 p. 157 seq.

3488 Cervaria Sp. f. Fortunata | magistra | Matri Matutae | d. d.

Corae (X 6511 referunt Iucundus et post multum temporis Fea). In eodem lapide videntur extitisse haec multo antiquiora et omnino ab illis aliena Paul. Toutia M. f. et | consuplicatrices *(I 1155 = X 6518).*

3489 Publiciae L. f. | Simili | magistrae | Matris Metut. *(sic)*, | M. Aemilius M. f. | Ulpianus | uxori | sanctissimae. | [*L.*] d. d. d.

Praeneste (XIV 2997 vidi). — Ad aliam magistram Matris Matutae Praenestinam videtur pertinere XIV 3006.

3489 Matri Matutae | Flavia T. fil. Nicolais | Saddane L. Antisti Veteris[1] ex responso | deae Iunonis aram | fecit dedicavitque.

Supra Berytum prope vicum Beit-Meri in ruderibus dictis Dêr-el-kala, ubi

fuit templum Iovis Balmarcodis, cuius inscriptiones dabimus infra (III S. 6680 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Vix unus ex nobilibus huius nominis, quos novimus consulatibus functos esse circa a. p. Chr. 28 et anno 55. Ceterum Antistii memorantur in titulo eiusdem loco III 153.*

3491 Q. Mucius Q. [*l.*] | Trupho ser. | vovit, leiber solv. | l. m. | Bonae deae | sacr.

Romae, bis descripta (VI 59 cf. add. p. 831).

3492 [*lu*]cus Bone dee | dedicatus, ut liceat | per masculos rem|undari, permit. Pom . . | com[*magi*]s[*t*]r.[1], ara. posu. | Ren. Maxim. uxsor Umbr[*o*]|nis p. p.[2], posit. in va[*cuo*][3] | suo.

Prope Spoletium rep. (XI 4767 descripsit Bormann). — 1) *Permittente Pompeia (?) commagistra (?).* — 2) *Primipilaris.* — 3) *Supplevit Mommsen intellegens de loco profano.*

3493 Septimia Galla, | Alennia Sabina, | Petronia Tertulla, | Bonae deae | d. d.

Prope Tuder rep. loco dicto Elci, lamina aenea (XI 4636 = Bull. Inst. arch. 1881 p. 9 vidit Gamurrinius).

3494 Quieta Aties | Pieridis | ministra Bone die *(sic)* | proma[1] posit d. d.

Prope Tuder rep. una cum ea quae praecedit, basis, quae videtur sustinuisse statuam muliebrem (XI 4635 vidit Bormann). — 1) *Promae vocabulum similiter hic usurpari ut alibi saepe masculine promi vocabulum, putant Gamurrinius et Bormann.*

3495 Aurunceia Sp. f. | Acte mag. | Bone deae tunicas | duas et palliolum, | rasas caleinas[1], et | lucerna aeria d. d.

Signiae (Eph. ep. 8, 624 descr. Gatti bull. Inst. 1883 p. 190). — 1) *Callainas lacernas memorat Martialis 14, 139, vestis serica callaina memoratur XIV 2215 (*galbinas *in lapide fuisse coniecit Mommsen conferens Iuvenal. sat. 2, 97).*

3496 Bonae deae | Caiena Priscae lib. Attice | ministra *(corona querna vittata, in qua duae aures inauribus ornatae cernuntur; in lateribus: patera, in qua caput virile cornutum insculptum est; urceus).*

Arelate (XII 654 vidit Hirschfeld).

3497 Auribus | B. d. d.[1] | Petrusia | Proba | magistra | Galgesti | Hermerot.

Aquileia ut videtur Patavium delata (V 759 descripserunt Patavini complures saec. XVI/XVII). — 1) *Auribus Bonae deae dedit. Cf. infra N. 3848.*

3498 Bonae deae paganae[1] | Rufria C. f. Festa, | Caesilia Q. l. Scylace, | magistrae, d. p. s. — Decidia L. f. Pauli[*na*] | et Pupia L. l. Peregrin[*a*] | ministrae | Bonae deae | aedem fecerunt | d. p. s.

Aquileiae (V 762 bis ut videtur descripta saec. XV vel ineunte XVI). Tituli duo, qui videntur in eodem lapide (iuxta positi) fuisse. — 1) pagaiae *pars codicum per quos apographa illa ad nos pervenerunt.*

3499 Augustae Bonae deae | Cereri[*a*]e[1] sacrum | .... ystis l. T[y]che[2], aedem | ....i de pecunia sua fecit; | Faustus Barbonius IIIIvir d. d.[3]

Aquileiae (V 761 semel descripta saec. XVII ab auctore satis accurato Capodaglio). — 1) Cererie *traditur. Idem cognomen Matris deum est in titulo item Aquileiensi V 796.* — 2) Tiche *traditur.* — 3) *Fortasse non integra fuit in fine.*

3500 Bonae deae | sacrum | M. Vettius Bolanus[1] | restitui iussit.

3501 B. d. r.[2] | Cladus | d. d.

3501[a] Bon. deae restitu[*t*]. | simulacr. in tut.[3] insul. | Bolan. posuit, item aed. | dedit Cladus l. m. *(in latere)* Bol.

Romae trans Tiberim (VI 65—67 vidit de Rossi). — 1) *Huius nominis viros duos novimus; alter consul fuit sub Nerone (Stat. silv. 5, 2, 167; Tac. hist. 2, 64 cet.), alter consul ord. a. 111.* — 2) *Bonae deae restitutae.* — 3) *Sic Amatius,* in tui *Rossius; intellege: in tutelam insulae Bolanianae.*

3502 Venustus | Philoxeni | Ti. Claudi Caesaris | servi | dispensatoris | vicarius | B. d. v. s. l. m.

Romae, iam Florentiae (VI 64 vidit Henzen).

3503 ex visu iussu Bonae deae | sacr. | Callistus Rufinae n. act.[1]

Albani, sub simulacro mulieris cornu copiae tenentis (XIV 2251 imaginem edidit Marucchi bull. arch. municip. 1879 tab. XXIII). — 1) *Nostrae actor.*

3504 Bona[1] diae[1] | castresi s. | Gemellus Au[*g.*][2].

In castello quodam Scotiae, tabella marmorea, adlata sine dubio ex urbe Roma (VI 30854 = Eph. epigr. 4, 723 vidit Michaelis). — 1) *Sic traditur.* — 2) *Ultimum elementum non certum. Videtur intellegendum esse: Augusti (servus).* Bonae diae *(sic traditur)* castr. *dedicatus est etiam titulus VI 70. Bonae deae Galbillae a vilico horreorum Galbianorum dedicatus est titulus supra N. 1621.*

3505 Bonae deae | conpoti[1] | sacrum | fecit | Antonia Hygia | d. s. d. d.

Romae (VI 71 ex schedis Hieronymi Amati). — 1) *Idem cognomen in Hercule supra N. 3438.*

3506 Bon. deae | luciferae | Antistia Veteris[1] lib. Eur. | d. d.

Romae (VI 73 vidit Kiessling). — 1) *Antistios Veteres novimus complures (cf. supra N. 3489 not. 1), nullum post C. Antistium Veterem consulem a. 96.*

3507 Bonae deae | nutrici d. d. | Onesimus | Caesaris n. | ser. Faustinus et | Valeria Spendusa et | Valeria Pia filia.

Romae (VI 74 bis descripta).

3508 Anteros | Valeri Bonae | deae oclatae *(sic)* | d. d. l. a. *(In aversa):* C. Pae[*ti*]|nius et . .

Romae rep. trans Tiberim (VI 75 vidit Detlefsen).

3509 D. Rupilius L. [*f.*] O . . . | Bonae deae regi[*nae*] | triumphali v. s. l. [*m.*]

Sutrii (XI 3243 vidit Bormann).

3510 Bonae deae | Arcensi triumphal. | Valeria Amaryllis | v. s. l. a.

Massae prope Albam Fucentem rep., tabella aenea (Eph. ep. 8, 183 Ihm vidit ectypum).

3511 C. Tullius Hesper | et Tullia Restituta | Bonáe deae Annia|nensi sanctissim. | donum | posuerunt.

Romae olim, nunc Londinii (VI 69 cf. Eph. ep. 4, 722 vidit Huebner).

3512 Bonae deae sanctissimae | caelesti L. Paquedius Festus, | redemptor operum Caesar.[1] | et puplicorum, aedem diritam | refecit, quod adiutorio eius | rivom aquae Claudiae August.[2] | sub monte Aeflano[3] consumma|vit, imp. Domit. Caesar. Aug. Germ. XIIII cos., V non. Iul.[4]

Olim in vico S. Gregorii inter Tibur et Praeneste, quo adlata esse dicebatur ex monte S. Angeli sito inter vicum illum et Tibur (XIV 3530 partem Romae vidit Bormann). — 1) *Caesaris (vel Caesarianorum).* — 2) *Cf. supra N. 218.* — 3) *Aefulam oppidum, a quo nomen sine dubio habuit mons Aeflanus, memorant Horat. carm. 3, 29, 6 et Liv. 26, 9, 9 (cf. CIL. l. c.).* — 4) *3 Iul. 88.*

3513 Felix publicus | Asinianus pontific.[1] | Bonae deae agresti Felicu.[2] | votum solvit iunicem[3] alba *(sic)* | libens animo ob luminibus | restitutis, derelictus a medicis post | menses decem bineficio *(sic)* dominaes medicinis sanatus per | eam. Restituta omnia ministerio Canniae Fortunatae.

Romae, rep. ut videtur ad lapidem tertiae viae Ostiensis (VI 68 vidit Henzen). — 1) *Pontificum. Servus publicus fuerat a sacris pontificalibus.* — 2) *Fortasse: Feliculae, ut nomen Felix indiderit Bonae deae a nomine suo.* — 3) *Cf. infra N. 3824.*

3514 Bonae deae | Hygiae.

Romae, basis statuae parvae mulieris sedentis, cuius pars superior periit (VI 72 vidit Henzen).

3515 Bonae deae Veneri Cnidiae | D. Iunius Annianus Hymenaeus et invicta spira [*P*]haedimiana[1].

Romae olim, nunc Oxonii (VI 76 vidit Huebner). — 1) et haedimiana *legit Huebner cum plerisque. Spirae sodalicia Bacchica dicta (cf. supra N. 3367. 3369. 3370, item infra inter numinum Thracicorum titulos), sed etiam aliorum deorum (N. 3270), Phaedimiana haec spira appellata fortasse a conditore, ut supra N. 3366 thiasus Placidianus. Spirae mentio in dedicatione donarii adiuncta ad nomen hominis est etiam supra N. 3270 (Mommseno videtur retinendum* et, *et intellegendae duae spirae, invicta et Phaedimiana).*

3516 Bonae deae | et Panthaeo *(sic)*, | Diane, Silvana|bus[1], | G. Iul. Valens | praef. leg. II Adi. | . . . .[2] | p. f. ex voto.

Aquinci rep. (III S. 10394 vidit Domaszewski). — 1) *Cf. infra N. 3571 seq.* — 1) *Erasum agnomen legioni in honorem imperatoris impositum.*

3517 collegium | cultorum | Bonae deae | caelestis.

Venafri (X 4849 fortasse semel tantum descripta).

3518 Bonae deae sacr. | C. Valerius C. f. Martialis.

3519 Silvano | sacr. | C. Valerius C. f. | Martialis.

Minturnis (X 5998. 5999 semel descriptae).

3520 imperio Silvani | ni qua mulier velit | in piscina virili | descendere, si minus | ipsa dé se queretur, | hoc enim signum | sánctum est.

Romae rep. trans Tiberim (VI 579; Huebner ex. scr. epigr. n. 1158).

3521 Silvano sacrum | Tychicus | Glabrionis n. ser. | vilicus hortorum | v. s.

Romae in colle hortorum (monte Pincio) rep. (VI 623; Huebner ex. scr. epigr. n. 1155). De hortis Acilianis, quos propter hunc titulum credunt illo loco fuisse, dixit Lancianius Bull. arch. comunale 1891 p. 132 seq.

3522 Communis C. Petroni | saltuarius[1] votum | Silvano solvit libes | merito.

In monte Vesuvio supra Herculaneum rep. (X 1409 Nissen vidit ectypum). Nissen litteras iudicavit saeculi p. Chr. alterius. Nomen domini tamen videtur indicare aetatem antiquiorem. — 1) *Alios titulos Silvano dedicatos a saltuariis habes infra N. 3524 et V 5548. IX 3421.*

3523 Silvano sac[*r.*] | Ursulus vil. Dian[*ae*][1] | et candidati[2]: | Threptus, Trophi[*mus*], | Alcides, Eutych[*us*], | Sumphor., Herme[*s*], | C[*os*]mus, Faustus, | ex viso.

Prope Capuam ad S. Angeli in Formis (cf. supra N. 3240) rep. (X 8217 vidit Dressel). — 1) *Servus fuit vilicus Dianae Tifatinae. Ancilla quae fuerat eiusdem ut videtur Dianae Tifatinae, deinde liberta, memoratur in hoc lapide sepulcrali originis ut videtur Campanae:* M. Orfio M. f. Fal. | Rufa Dianaes | l. sibi et coiiuci *(sic)* | suuo *(sic)* fecit. — 2) *Candidati servi hi, quos apparet sub Ursulo vilico fuisse, fortasse ideo appellati, quod destinati erant ad successionem officii eius (Mo.).*

3524 S. Aug. s.[1] *(Silvanus iuvenis, d. falcem, s. pinum tenens; iuxta sedet canis)* C. Ingenuvius Helius | saltuar. Virtutis | v. m. l. p.[2]

In agro Ferrariensi rep., est Ferrariae (V 2383 vidit Mommsen). — 1) *Silvano Augusto sacrum.* — 2) *Votum merito libens posuit.*

3525 S. s. s.[1] | Sex. Scutari|us Aethrius | et fili sui et | Heracla | cognatus | dedicarunt.

Romae, in museo Vaticano, truncus arboris marmoreus vite cinctus, infra animalia varia, in spatio quadrato in tabellae modum laevigato incisus est titulus (VI 687; imaginem dedit Reifferscheid ann. inst. arch. 1866 tab. L fig. 1 cf. p. 222). — 1) *Silvano sancto sacrum.*

3526 sancto | Silvano vo|tum ex viso | ob libertatem | Sex. Attius Dio|nysius sig.[1] cum | base d. p.[2]

Prope monasterium Sublacense, retro Tibur, rep. (XIV 3456 vidi). — 1) *Signum,* 2) *donum posuit.*

3527 Silvano | sanc. sac. | Dorothe|us Aug. | lib. proc. | massae | Marian.[1] | s. d. d.

Ostiae rep., est Romae (XIV 52 descripsi). — 1) Cf. Hirschfeld Verwaltungsg. I p. 78 not.

3528 Silvane, sacra semicluse fraxino |
Et huius alti summe custos hortuli, |
Tibi hasce grates dedicamus musicas, |
Quod nos per arva perq. montis Alpicos |
Tuique luci suave olentis hospites[1], |
Dum ius guberno remq. fungor Caesarum, |
Tuo favore prosperanti sospitas. |
Tu me meosque reduces Romam sistito |
Daque Itala rura te colamus praeside: |
Ego iam dicabo mile *(sic)* magnas arbores. |
T. Pomponi Victoris proc. Augustor.[2]

Aximae, hodie Aîme, in Alpibus Graiis (XII 103 vidit Hirschfeld). Buecheler carm. epigr. n. 19. — 1) Feras silvarum incolas (Bue.). — 2) Idem T. Pomponius Victor memoratur in titulo infra N. 3823: videtur fuisse procurator Alpium Graiarum et Poeninarum temporibus divorum fratrum.

3529 Silvano sacr., | M. Vicirius Rufus v. s.[1] |
Quod licuit Iunianos | reparare penates
quod|que tibi vovi, posui, de | marmore signum.

Non procul ab Abellino Beneventum versus rep. (X 1114 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. n. 258. — 1) Votum solvit.

3530 S[*ilvano sac*]rum Athe[*naeus*] . . nii Laterani | lib. proc.[1] et Eutyches disp.[2]

Magne deum, Silvane potens, | sanctissime pastor,
Qui nemus | Idaeum Romanaque castra[3] | gubernas,
Mellea[4] quod docilis iunctast tibi fistula cera.[5] |
Namqe *(sic)* procul certe vicinus | iungitur amnis,
Labitur | unda levi per roscida prata Tirinus[6] |
Gurgite non alto nitidis argenteus undis[7], |
Et teneram ab radice ferens, Silvane, cupressum:[8] |
Adsis huc mihi, sancte, favens numenq. reportes, |
Quod tibi pro meritis simulacrum aramq. dicavi |
Haec ego quae feci dominorum causa salutis |
Et mea proque meis orans: vitamq. benignam |
Officiumque gerens fautor tu dexter adesto, |
Dum tibi, qui refero quaeq. aris, inclute, reddo, |
Ex voto meritoque libens mea dicta resolvo: |
Ille ego qui inserui nomen in ara meum. |

Nunc vos o laeti bene gestis corpora rebus |
Procurate viri et semper sperate futurum![9] |

D. d. *(in latere)* Silvano | et Augurino | cos.[10] | XVI k. April.

In agro Vestinorum prope oppidum Capistrano (IX 3375 viderunt Brunn et Dressel). Buecheler carm. epigr. n. 250. — 1) *Libertus, procurator,* 2) *dispensator.* — 3) *Cf. infra N. 3554.* — 4) *Casus est sextus.* — 5) *Cf. Verg. ecl. 3, 25.* — 6) *Id nomen fluvio qui nunc appellatur Tritanus fuisse apparet.* — 7) *Cf. Ovid. met. 3, 407.* — 8) *Verg. georg. 1, 20.* — 9) *Cf. Verg. Aen. 9, 157. 158.* — 10) *A. 156.*

3531 . . | d. d. | T. Flavius | Sabinus | Silvano | sancto.

Romae rep. in Quirinali (VI 31021 = Notizie degli scavi 1887 p. 109, vidit Gatti). Una prodierunt alii tituli nonnulli Silvano sacri (Notizie l. c. = VI 31020. 31022). Illo fere loco fuisse donum Flavii Sabini fratris Vespasiani monuit Huelsen, qui hunc cippum coniecit fortasse ab ipso fratre Vespasiani dedicatum (Mus. Rhen. 1894 p. 400).

3532 imp. *!!!!!!!!!*[1] Aug. | Germanico XV, | M. Cocceio Nerva II cos.[2], | Thallus[3] agitator, L. Avilli Plantae ser., | dominum Silvanum de suo | posuit item dedicavit.

Romae (VI 621 servavit Fabrettius). — 1) *Erasum nomen Domitiani.* — 2) *A. 90.* — 3) *Auriga memoratus a Martiale 4, 67, 5 et in titulo Dioclis aurigae, quem dabimus infra (= VI 10048) v. 14.*

3533 *(Silvanus, stans intra aediculam, corona pinea redimitus sinistra ramum pineum dextra falcem tenens, in sinu chlamydis gestans poma; adstat canis.)* T. Flávius Euaristus et Ti. Claudius Sostratus[1] aéditui port. Crep.[2] | et Sex. Caélius Encolpius et Ti. Claudius Herma aédituus dé | monéta Silvánum monolithum sanct. d. s. d. d. sodal. b. m.[3]

Romae, incertum qua regione urbis rep., est in aedibus Doria (VI 675 cf. 30810; imaginem dei edidit Reifferscheid ann. inst. arch. 1866 tab. T fig. 1 cf. p. 211). — 1) *Cognomen plenum ex delineatione Peruzzii.* — 2) *Aeditui porticus Crepereiae, vel similiter, intellegendum erit cum Huelseno (quamquam porticus talis nominis praeterea non memoratur); porticum (et) crepidinem intellexerat Mommsen.* — 3) *De suo donum dederunt sodalibus bene merentibus.*

3534 imperio | domini Silvani | C. Cossutius C. lib. Epaphroditus | aram Silvano marmoravit, item | simulacrum Herculis restituit, item | aediculam et aram eiusdem corrupta ref.[1] | Dedicavit k. Martis | P. Calvisio Rusone L. Caesennio Paeto cos.[2]

Romae (VI 597 ad exemplum Pighii). — 1) *Refecit.* — 2) *Consules suffecti fuerunt sub Vespasiano.*

3535 pro salute et | incolumitate | indulgentissimorum | dominorum[1], | Marcio lib. proc., sacris eorum | iudiciis gratus, | Silvano deo praesenti | effigiem, loci ornatum, | religionem instituit | consecravitque | libens animo.

Romae (VI 648 vidit Henzen). — 1) *Sc. imperatorum.*

3536 sancto Silvano | Abascantus Aug. lib. Atimetianus | ampliato podio marmora reliq. quae defuer. | adiecit, et aedem opere signin. inposuit, in qua | consacravit signa Silvani Iovis Volcani | Apollinis Asclepi Deanae, item typum et | pavimentum Graecense[1] ante podium eius d. p.[2] XXIV.

Romae ut videtur, quamquam de loco non traditur (VI 656 solus servavit Sirmondus). — 1) Pavimentum Graecense id esse quod Plinio Vitruvioque dicitur Graecanicum, monuit Mommsen. — 2) Pedum.

3537 Silvano Flaviorum | Cassianus T. Flavi Aug. lib. | Celadi libertus fecit una | cum Flavis Cassiano et | Amando filis. Inchoata | Antonino Aug. Pio p. p.[1], | dedicata XV k. April. | Scipione Orphito[2] et | Sosio Prisco cos.[3]

Romae rep. ad tertium lapidem viae Labicanae (VI 644 vidit Henzen). — 1) Intellegendum videtur: Antonino Aug. consule, fortasse quartum consule (a. 145). — 2) Plerumque scribitur Orfit-. — 3) *A. 149.*

3538 Silvano | Caeserianensi | Trophimus | act.[1]

Prope Beneventum ad S. Maria Tuori (IX 2113 vidit Dressel). — 1) Actor.

3539 Silvano Pegasiano[1] | D. Fonteius Frontinianus | L. Stertinius Rufinus leg. | Augustor. pr. pr., cos. des.

Lambaesi rep. in templo Aesculapii, cf. supra N. 3034, infra N. 3841 (VIII 2579e vidit Wilmanns). — 1) A quo Pegaso hic Silvanus nomen traxerit, nescimus (vix licet cogitare de Pegaso iuris auctore temporibus Flavianis, quem sane plurimis provinciis praefuisse traditur).

3540 Silvano dendrophoro sacrum, | M'. Poblicius Hilarus margar.[1] qq. pp.[2] cum liberis | Magno et Harmoniano dendrophoris M. d. m. de suo fecit.

Romae in aedibus privatis (VI 641 vidit Kiessling). — 1) Margaritarius. — 2) Quinquennalis perpetuus scilicet collegii dendrophororum Matris deum magnae. Titulum statuae, quam huic ipsi Hilaro collegium dendrophorum posuit infra dabimus.

3541 Silvano sacrum, sodal. | eius et Larum[1] donum | posuit Ti. Claudius Aug. | lib. Fortunatus a | cura amicorum | idemque dedicavit | et epulum dedit | decuris n. IIII, | k. Augustis C. Mini|cio Fundano et | C. Vettennio Se|vero cos.[2]

Romae, iam Oxonii (VI 630 vidit Huebner). — 1) Sodalicio eius, sc. Silvani, et Larum. — 2) A. 107 (cf. supra N. 2002).

3542 [*T*]rypho templum | [*Silvano*] ex viso a solo inpendiis | [*suis*] restituit, Colonus Al|[*c*]es nutricis fecit conserv.[1] | Silvano | sancto sacro *(sic)* | Larum Caesaris | n. et collegi ma|gni[2], Cn. Turpilius | Trophimus voto | succepto aram | de suo d. d.

Romae rep. in regione Transtiberina (VI 692 descripserunt Smetius aliique). — 1) Conservis. Ceterum haec (in plintho basis ut videtur) postea addita. — 2) Vide ad N. 3543.

3543 sancto Silvano sacr. | Eutyches, collegi | magni Lar. et imag.[1] | domn. | invicti | Antonini Pii | Felicis Aug. | p. p.[2] | ser. actor, d. d. | hortis Aponianis[3] | aram marmorea | cum suo sibi sigillo | Silvani.

Romae (VI 671 cf. 30808 ad Fabrettium). — 1) *Collegium hoc, pleno nomine appellatum collegium magnum Larum et imaginum domini nostri Caesaris (sic etiam in titulo Poetovionesi III 4038), iam habuimus supra N. 1502. 1534. 1752.* — 2) *Intellegitur Caracalla.* — 3) *Sic ex alio apographo* (Abon- *Fabretti).*

3544 numini domus August. et san[*cti Silvani*] salutaris sacr. | imp. Caesar. Nervae Traiani optimi [*Aug. Germ. Da*]cici imagine arg.[1], | parastaticas cum suis ornamentis et regulis et .... [*e*]t concameratione ferrea, | C. Iulius Nymphius dece-annalis[2] sua [*pecunia posui*]t donumque dedit | in templo sancti Silvani salutaris, quod est in ho[*rtis*] .... [*e*]t praedio suo, dedicavitque | idibus Ianuaris L. Vipstano Messala [*M. Pedone*] cos.[3]

Romae rep. in monte Aventino (VI 543 ter ut videtur descripta saec. XVII). — 1) *Intellegendum videtur: imaginem argenteam.* — 2) *Vocabulum formatum ad exemplum quinquennalis.* — 3) *A. 115.*

3545 Silvano deo | sacr. | Q. Vibiedius Philargyrus | minist. Lar. Aug. et Aug. | Merc.[1], tectum, mensam | lapid., aram voto susc. | e. m. d. s. p. f.[2]

Grumenti in Lucania (X 205 vidit Mommsen). — 1) *Minister Larum Augustorum (cf. infra N. 3623) et Augustalis Mercurialis (alius Mercurialis Augustalis Grumenti est X 232).* — 2) *E monitu (?) de sua pecunia fecit.*

3546 Silvano sacrum, voto | suscepto pro salute Domitian[*i*] | Aug. n., L. Domitius Phaon ad cultum | tutelamque et sacrficia *(sic)* in omne | tempus posteru *(sic)* iis qui in collegio | Silvani hodie essent quique postea | subissent, fundum Iunianum et | Lollianum et Percennianum et | Statuleianum suos cum suis villis | finibusque attribuit, sanxitque uti | ex reditu eorum fundoru *(sic)* q. s. s. s.[1] k. Ianu., | III idus Febr. Domitiae Aug. n. natale[2], et | V k. Iulias dedicatione Silvani, et XII k. | Iulias Rosalibus[3], et IX k. Novembr. natal. | Domitiani Aug. n.[4], sacrum in re praesenti | fieret, convenirentque ii qui in | collegio essent ad epulandum, cura|ntibus sui cuiusque anni magistris. Huic | rei dolum malum afuturum quominus | ea quae supr. scripta sunt fiant, | manifestum est, cum pro salute optum[*i*] | principis et domini i. s.[5] fundi consecrat[*i*] | sint diesque sacrificiorum conpre|hensi. Praet[*e*]rea locus sive ea pars | agpi *(sic)* silvaequ[*e*] est, in vivario[6], quae cippis | positis circa Silvanum determinata | est, Silvano cedet, et via aditus ad Silvanu *(sic)* | per fundum Qaesicianum *(sic)* omnibus patebit. | Lignis quoque et ex fundo Galliciano | et aqua sacrifici causa et de vivario | promiscue licebit uti. Haec sic dari | fieri praestari sine dolo malo iussit | permisitque [*L.*] Domitius Phaon, | cuius omines *(sic)* locus fuit.

In Lucania prope Caposele (X 444 recognovit Brunn). — 1) *Qui supra scripti sunt.* — 2) *Cf. supra N. 272.* — 3) *De Rosalibus cf. Marquardt Staatsv. III² p. 311.* — 4) *Cf. Sueton. Domit. 1.* — 5) *Infra scripti (expectaveris: supra scripti; fortasse in archetypo nomina fundorum subscripta erant).* — 6) *Cf. supra N. 3264.*

3547 Silvano | sacr[*u*]m | sectores | materiarum | Aquileienses | et incolae | posuerunt | et mensam[1].

Aquileiae rep. a. 1772 (V 815 semel a nescio quo descripta). — 1) *In fine videtur fuisse mutila, quamquam id non traditur.*

3548 deo sancto | Silvano ve|natores | Bannies.[1] s.

In Britannia rep. ad vallum Hadriani loco dicto Birdoswald (VII 830 vidit Huebner). — 1) *Venatores hos a ludis circensibus vel arenae fuisse cum Brucio putat Huebner; sed cf. N. 3562. Bannieses dicti a Banna castello vicove, qui memoratur etiam VII 1291.*

3549 deo Silvano | Aug. | Tib. Cl. [*C*]hres|tus clavic. | carc. p. Lug.[1] | aram et sig|num inter | duos *(sic)* arbo|res[2] cum ae|dicula ex vo|to posuit.

Lugduni (XIII 1780 vidit Hirschfeld). — 1) *Clavicularius carceris publici Lugdunensium.* — 2) *Cf. N. 3528 v. 10.*

3550 Silvano | Aug. | in honor. | L. Titi Ismari | et in memor. | L. Titi Epagathi | Hermetis fil., et | L. Titi Epagathi sen., | L. Titius Onesimus | Ismari lib., | IIIIIIvir Aquil. | d. d.

Aquileiae rep., est Vindobonae (V 829 vidit Mommsen). Alios titulos in honorem memoriamve hominum privatorum Silvano positos Aquileiae (ubi tamen nec alia cultus Silvani monumenta desunt, V 815 seq.) habes V 821. 822. 824. 825. 828. 830; similes titulos Beleno vel Apollini Beleno dedicatos V 744. 749 cet., Dianae unum V 772, Veneri V 836, Feroniae supra N. 3483.

3551 Silvano | Aug. sacr. | in honor. | L. Stati Onesimi | IIIIIIvir. et | in memor. C. Stat[*i*] | Primigeni Aug. d. d.[1], | L. Stati Hermetis, | L. Statius | Encolpus | IIIIIIvir.

A litore Veneto traducta Opitergium, deinde Veronam, reperta videtur esse Aquileiae (V 827 vidit Mommsen). — 1) *Augustalis decreto decurionum.*

3552 S. A. s.[1] | in honor. | L. Valeri | Nymphodot. | VIvir. et d. d. Aug.[2], | et C. Stati Primig. | et | in memoria *(sic)* | C. Stati Heuret. | VIvir. et d. d. Aug.[2], | Alypus | lib.

Aquileiae (V 832 cf. CIL. suppl. Ital. I 68 vidit Pais). — 1) *Silvano Augusto sacrum.* — 2) *Seviri et decurionum decreto Augustalis. In honorem memoriamque eorundem hominum ab alio liberto positus est titulus V 833 quem nuper Venetiis vidit Pais (l. c.), cui tamen nullum dei nomen videtur fuisse praescriptum* (in honorem | L. Valeri | Nymphodoti et | C. Stati Primigeni | et in memoriam | C. Stati Heureti | Eupor. lib.).

3553 pro salute | et reditu | L. Turseli [*M*]ax|imi L. Tursel|ius Restu[*t*]us l., | Silvano ca|sanico vot. | lib. solvit.

Non longe a Benevento loco dicto Piano di Cubante (IX 2100 semel ut videtur descripta).

3554 Silv[*ano*] | castren[*si*[1] *sac.*], | Carpo[*phorus*] | Gaetulici [*Aug. n.*] | dispens. vic.[2] | d. d.

Romae in Aventino (Eph. ep. 4, 755 vidit Gatti). — 1) *Silvano castrensi dedicatus est etiam titulus Tergestinus V 324.* — 2) *Intellege: Augusti nostri dispensatoris vicarius.*

3555 [*S*]ilvano | conser|vator[*i*] | Felicissi|mus acto[*r*] | d. d.

Sulmone (IX 3076 vidit Antinorius Aquilanus auctor bonus).

3556 Silvanus custos *(Silvanus pineis coronatus d. falcem, s. ramum pineum tenens, fructus et uvas in veste sub ala gerens. Adsidet canis arrectis auribus).*

Romae, aedicula marmorea (VI 640 vidit Zangemeister; Schreiber Villa Ludovisi p. 195 n. 187).

3557 Silvano d[*om.*] | ϑ. *(sic)* Cornelius | Genetivos | decurio ex sing. | v. l. m. | II Silanis cos.[1]

Budae (III 3494 vidit Mommsen). — 1) *A. 189.*

3558 Silvano | domestico | pro s.[1] T. Flavi | Crescentis | praef. n. m. Hisp.[2] | T. Fl. Felicianus | domus illius alumnus.

In vico Boros-Botsard prope Karlsburg (Apulum) Daciae (III 1149 bis descripta). — 1) *Pro salute.* — 2) *Praefecti numeri militum Hispanorum.*

3559 [*Silva*]no | domest[*i*]|co et Lar|...

Budae (III 3491 semel descripta).

3560 Silva|no erba|rio[1] Sep|timia | Consta|ntina | v. s. l. m.

Budae (III 3498 vidit Mommsen). — 1) *Herbario.*

3561 Silvano fel.[1] | P. Falerius | Trophimus | venator | ornamentis | decurional.[2]

In agro Veronensi loco dicto Mezzane rep., iam Veronae (V 3302 vidit Mommsen). — 1) *Felici.* — 2) *Idem homo eodem aut fere eodem loco agri Veronensis Parcis sacrum fecit, infra N. 3767.*

3562 Silvano invicto sac. | C. Tetius Veturius Micia|nus praef. a[*l*]ae Sebosia|nae ob aprum eximiae | formae captum, quem | multi antecesso|res eius praedari | non potuerunt, v. s. l. p.

Stanhope prope Lanchester (VII 451 vidit Bruce).

3563 pro salute Hadriani Aug. | et Sabinae Augustae n. | Silvano Pantheo Autarces | Sabina[*e*] Aug. n. lib. | ex voto.

Italicae in Hispania rep. a. 1896 (Eph. ep. 8 p. 521 n. 305). — *Silvano Pantheo dedicati sunt etiam tituli urbanus VI 695 et Britannicus VII 1038.*

3564 sancto | Silvano | restitutori[1] | Valeri | Euphranides | et Pergamus | vilici | d. d.

Romae, nunc in Anglia (VI 696 cf. p. 3006). — 1) *Cf. supra N. 3441.*

3565 Silvano | sacratis|simo | d. d. | Iulius | Ambicas.

Romae (VI 650 vidit Henzen).

3566 *(Silvanus falcem gerens, adstantibus cane et gallo)* Silvano salutari | T. Severinius Speratus | veteranus Aug. | coh. VI pr. | consacravit | Mamertino et Rufo cos.[1]

Romae rep. prope aggerem Servii in sacrario domus antiquae (VI 3716 = 31013 viderunt Henzen et Huelsen). — 1) *A. 182.*

3567 Silvano | silvestr. | sacru. | Mestr. Flor.[1] | v. s. l. m.

Mursae (Eszeg) (III 3277 cf. p. 1976 vidit Kubitschek). — 1) *Plane incertum num hic Mestrius Florus, amicus Plutarchi qui consul fuit (Plut. Oth. 14) et proconsul Asiae temporibus Flavianis (cf. Prosograph. imp. Rom. s. v.).*

3568 Silvano sil|vestri Aug. pr|o sal. imp. d. n.[1] | que precepis|ti votum tib|i solvimus[2] | M. Rubrius | Felix et C. Iu|lius Ianua|rius lib. | animo.

In Numidia loco dicto Aziz ben Tellis Numidiae (VIII 8248 vidit Wilmanns). — 1) *Pro salute imperatoris domini nostri.* — 2) *Hexameter imperfectus.* — *Silvano silvestri et Dianae dedicatus est titulus supra N. 3268.*

3569 Valentio | Silvano | A. Plutius | Athenaeus | v. s. l. d. d.

Romae, rep. in via Labicana (VI 698 vidit Henzen).

3570 Silvano | Lari agresti, | A. Larcius Pro|culus d. d.

Romae (VI 646 vidit Henzen).

3571 [*Sil*]vanab. | Flavia | Donata v. s. | l. m.

Veronae in museo (V 3303 semel descripta).

3272 *(Silvanus cum tribus Silvanabus)* Silvanis | Silves|trib. | . . . .

Scharfenegg ad Leitham fl., non longe a Carnunto, rep., est Vindobonae (III 4534 vidit Mommsen; cf. Schneider arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 9 p. 35 not. 2). — *Alius titulus Silvanis Silvestribus dedicatus Carnunti rep. est III 4442.*

3573 *(Silvanus cum cane, Silvanae tres)* Sil. et Silva|nis sa., Fla. | Secundina | v. s. l. m.

Aquinci rep. (III S. 10460 vidit Domaszewski).

3574 Silvanab. et | quadribis Aug. sacrum, | C. Antonius Valentinus | vet. leg. XIIII G.[1], murum a fu|ndamentis cum suo int|roito *(sic)* et porticum cum | accubito vetustate conla|bsum impendio suo restitu|it, Gentiano et Basso cos.[2]

Carnunti (III 4441 vidit Mommsen). — 1) *Veteranus legionis quartaedecimae Geminae.* — 2) *A. 211.*

3575 Silvano | et Silvanis | et Quadrubis | sacrum | L. Minicius | Honorat[*us*] | sig. leg. X G.[1] v. s. l. [*m.*].

Vindobonae rep. a. 1893 (III S. 13497 descr. Kubitschek). — 1) *Signifer legionis decimae Geminae.*

3576 Silvano, Maglae, | Longinia | Ingenua.

Sisciae rep. (III 3963 vidit Mommsen).

3577 Matronis sac. | Varius [*Te*]nax | v. s. l. m. *(deae tres).*

3378 Silvano sac.[1] | Varius | Tenax | v. s. l. m. *(Silvanus cum cane; in latere animal in rupe iacens, in altero latere arbores).*

In vico Pedemontii Morozzo, deinde Taurinos asportatae arae duae (V 7703. 7704 hanc vidit Mommsen). — 1) u *littera inter hunc et sequentem versum interposita, nescio quid sibi velit.*

3579 Silvano deo et | montibus Numidis | Q. Iul. Iulianus et Publici|us Crescentinus qui pri|mi hinc columnas vice|narias[1] celaverunt et | et *(sic)* exportaverunt, | v. s. l. m.

Olim Marignac prope St.-Béat in saltu Pyrenaeo, iam Tolosae (XIII 38 vidit Hirschfeld). — 1) *Intellege columnas vicenos pedes altas. Vestigia lapicidinarum antiquarum illo loco extare refert Barry apud Henzenum bull. Inst. arch. 1862 p. 142.*

3580 Fauno Aug. sacr., | Epitynchan|us Philostor|[*g*]i Aug. arkar. | [*vik.*][1], v. s.

Thabracae in ora Africae rep. (Gauckler Bull. archéologique du comité des travaux hist. 1894 p. 241). — 1) *Intellege: Augusti arkarii vicarius (in fine traditur* arkar. | ... ius ...*).*

3581 Faustus Versenni P. ser.[1] | Priapum et templum | d. s. peculi. f. c.[2]

Pisauri (XI 6314 vidit Bormann). — 1) *Faustus Versenni, Publii servus. De hac antiquiore nominis servilis forma (quam habes etiam supra N. 3127. 3207, infra N. 3609. 3683ᵃ. 3819 cet.) cf. Momms. Staatsr. III p. 207 not 1; Marquardt Privatleben p. 20.* — 2) *De suo peculio faciendum curavit.*

3582 Priepo | Pantheo | P. P. Aelii | Ursio et An|tonianus ae|diles col. Apul. | dicaverunt | Severo et [*Q*]uin[*t*]iano cos.[1]

Albae Iuliae, i. e. Carlsburg sive Apuli in Dacia (III 1139 semel descripta saec. XVI). — 1) *A. 235.*

3583 L.[1] Granius Fru|gi ara Priapo | de suo fecit ma|iorio[2] suo.

In Africa, loco dicto Sidi Ali Ben Kassem (VIII S. 14691 vidit Cagnat). — 1) *Incertum utrum* L. *an* T. — 2) *Vocabulum ignotum, quo dominum vel patronum significari putat Mommsen. (Maioriarius est supra N. 2148, ex maioriario N. 3443).*

3584 .... saepe Priápus
.... [*lact*]ea melca[1] datur
.... astra fuisset.

Romae, pictum in fragmento tectorii (VI 30993 vidit Huelsen). Buecheler carm. epigr. n. 862. — 1) *De melca cf. Buecheler mus. Rhen. 37, 1882 p. 520.*

3585 custos sepulcri pene destricto deus |
Priapus ego sum. Mortis et vitai locus.

Romae rep. ad viam Appiam inter sepulcrorum rudera, nunc Parisiis (VI 3708 = 3173 = 30992 vidit de Rossi). Buecheler carm. epigr. n. 193. Alia carmina Priapea lapidibus inscripta (V 2803 = Buecheler 861; XI 3862 cf. Buech. 1505; XIV 3565 = Buech. n. 1504) hic non repeto.

3586 dis manib. | C. H. C.[1] | Locus adsignatus | monimento in quo est | aedicla Priapi. | In fr. p. LXX, in ag. p. LXX.

Veronae (V 3634 vidit Mommsen). — 1) Tria nomina defuncti.

3587 Vortumno | sacrum.

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 803 vidit Bormann).

3588 Vortumnus[1] | temporibus | Diocletiani et | Maximiani.

Romae rep. in. a. 1549 prope forum, inter columnas templi Iulii (i. e. aedis Castoris), ecclesiam S. Theodori, hortos Consolationis, i. e. in vico Tusco medio (VI 804 descripsit Smetius). — 1) Vortumni signum quod fuit in vico Tusco memorant Varro l. L. 5, 46; Propert. 4, 2, alii; cf. Iordan Top. 1 2 p. 373 not. 82.

3589 Vortumno sacrum | P. Curtius P. f. Salassus[1], | P. Titius L. f. IIIIvir., | de munere gladiatorio | ex s. c.

Canusii (IX 327 vidit Mommsen). In eodem lapide multo postea incisus est titulus IX 6027. Gemellus est titulus Vestae positus supra N. 3316. — 1) Cf. N. 3316.

3590 Genio | munic. Segu[*s.*] | ex testam[*e*]nto | Miniciae P. f. | Sabinae | de pecunia quae | superfuit ope|ris Vertumni, | C. Pinar. Taurus | heres f. c.

Segusione (Susa) in Alpibus Cottiis (V 7235 vidit Mommsen).

3591 Florae | Ti. Plautius Drosus | mag. II | v. s. l. m.

In agro Sabino apud Licentiam dicebatur rep., tabella aenea, nunc ut videtur Oxonii, complura extant exempla falsa (XIV 3486 vidit Huebner).

3592 A. Herennuleius Sotericus voto su[*c*]|cepto basim posuit deae Florae Fortunae Panthea[*e*].

Romae (VI 30867 = Eph. epigr. 4, 725 et Bull. comunale 1882 p. 150, partem maiorem vidit Huelsen, integram semel nescio quis descripsit saec. XVI).

3593 T. Tettienus Felix[1], Augustalis, | scriba librar. aedil. curull. *(sic)*, | víator aedil. plebis, accensus | consulí[2], HS L m. n. legavit | ad exornandam aedem Pómónis[3], | ex quá summá factum est fastígíum | inauratum, podium pavimenta marm., opus tectorium.

Salerni (X 531 vidit Mommsen). — 1) Libertus ille videtur fuisse T. Tettieni Sereni consulis temporibus Flaviorum (supra N. 2118 not. 2). — 2) Cf. N. 1946 seq. — 3) Videntur intellegi Pomonae plurali numero.

3594 I. o. m. | et dis Pe|natibus | Scauria|nus[1].

Carlsburgi, ubi fuit Apulum Daciae, iam Vindobonae (III 1081 vidit Mommsen), — 1) Videtur esse D. Terentius Scaurianus legatus pro pr. Daciae a. 110 (supra N. 2004).

3595 Iovi et | dis Penatibus | P. Nanoni Dio|phanti, Augusta|les Atinates.

Atinae in Lucania (X 331 vidit Mommsen).

3596 deis Penatibus familiaribus | M. Fulvius M. f. Gillo cos.[1] fecit.
Montebuono in Sabinis (IX 4776 vidit Stevenson). — 1) *Consul suffectus a. 76, cf. supra N. 1993.*

3597 diis deabus | Penatibus | familiaribus | et Iovi ceteris|[*q*]ue diibus[1] | . . . . .
Romae rep. in monte Caelio (VI 30991 = Grut. 2, 9 semel vel bis descripta saec. XVI). — 1) *Sic traditur, deinde lapidem ruptum fuisse non adnotatur.* (Dis deabus et deis Penatibus *dedicatus est etiam titulus V 514.)*

3598 I. o. m. | dis | deabusque | hospitalibus[1] Pe|natibusq. ob con|servatam salutem | suam suorumq. | P. Ael. Marcian|us praef. coh. | aram sac. f. nc. d.[2]
Eburaci rep. (VII 237 principium vidit Huebner). — 1) *Quae sequuntur, dudum perierunt.* — 2) *Postrema incertae lectionis (non consentientibus testibus).*

3599 . . . . [*et diis P*]enatibus sacrarium . . . | . . . . anus pontif. min., patron. . . . | . . . . . . [*feci*] | reique publicae do[*navit*].
Praeneste (XIV 2900 vidit de Rossi).

3600 T. Annius L. f. Larg[*us*][1] | dibus Penatibus | ob rem militarem[2] | votum solvit l. m.
Prope Perusiam rep. (XI 1920 Bormann vidit partem). — 1) Largi *is qui solus hanc partem lapidis saec. XVII descripsit Ciattius. L. Annios Largos ordinis senatorii complures novimus saec. p. Chr. II (cf. Prosopogr. Rom.).* — 2) *Hoc quoque vocabulum (praeter duas primas litteras quae extant) servavit Ciattius.*

3601 ita mihi deos Penátés | propitios, ut ego hoc | monimentum | non violabo.
Placentiae (XI 1286 vidit Bormann).

3602 Draco mag. aediculam | sigilla ornamentaque omnia | Lar. fam.[1] d. s. p. f. c.[2] e[*i*]demque dedicavit.
Anxani in Frentanis, epistylium scriptum litteris pulcherrimis aetatis fere liberae rei publicae extremae (IX 2996 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Laribus familiaribus.* — 2) *De sua pecunia faciundum curavit.*

3603 Anteros l., Heracleo summar.[1], | mag.[2], | Larib. et famil.[3] d. d.
Stabiis rep., nunc Neapoli (X 773 vidit Mommsen). — 1) *Summarum (scilicet vilicus).* — 2) *Magistri.* — 3) *Laribus et familiae.*

3604 C. C. N.[1] | Suavis l. et | Faustus vilic. Lar. et Genium | cum aedicula prim.[2] in familia d. s. d. d.
Abderae (Adra) in Baetica (II 1980 Huebner vidit ectypum). — 1) *Tria nomina heri significari putat Mommsen.* — 2) *Primi.*

3605 Laribus et [*Tu*]|telae, Genio L. | n.[1], Telesphor. | et Plate donum | dederunt.

Tarracone (II 4082 cf. p. 972 vidit Huebner). — 1) *Genio Luci nostri (cf. infra N. 3640). Similiter Lares et Genius heri coniunguntur infra N. 3641.*

3606 T. Flavio Phileto et Statiliae | Paulae et Statiliae Spatale, | vixit ann. XX, iussu decur. | Larum Volusianorum[1].

Romae (VI 10266 vidit Henzen). — 1) *Decurio Larum Volusianorum est etiam VI 10267.*

3607 Laribus | domest. | sac. | v. s. l. m.

Savariae (III 4160 semel descripta).

3608 C. Salvius | Eutychus | Lar. cas.[1] | ob redit. | Rectinae n.[2] | v. s.

Morrone prope Larinum (IX 725 vidit Dressel). — 1) *Laribus casanicis. Cf. supra N. 3553.* — 2) *Nostrae.*

3609 hisce ministris Laribus faciendum coe[*rarunt*]: | C. Terenti. C. l. Pilomus., | Pilemo Helvi A. s.[1], | Helenus Hosti Q. s.[1], | *(sequuntur alia nomina servorum duodecim).* | Haec[2] pondera et pavimentum faciendum et . . . ., | Q. Caecilio Q. f. Q. n., T. D[*e*]idio[3] T. f. co[*s.*][4].

Capuae (X 3789 bis descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Cf. N. 3581 not. 1.* — 2) Haec *alter tantum auctorum legit; expectaveris* hisce. — 3) DIIDIO *vel* DI·IDIO *traditur.* — 4) *A. u. c. 656.* — *Alios antiquos titulos Laribus a servis dedicatos invenies V 792. 4087 (hanc anni a. u. c. 695).*

3610 magistri: | M. Licinius M. f. Pusillio, | Sex. Vipsanius M. f. Clemens, | Q. Cassius C. f. Niger; | ministri: | Blandus C. Afini Asclae ser., | Murranus P. Clodi Turpionis ser., | Auctus M. Fabrici Hilari ser., | compitum refecerunt, tectum | parietes allevarunt, valvas | limen de sua pecunia Laribus dant, | Cosso Cornelio Lentulo L. Pisone | Augure cos.[1]

Veronae (V 3257 semel descripta saec. XV). — 1) *A. p. u. c. 753.*

3611 C. Caesare Aug. f. L. Paullo cos.[1] | Lares Augustos | Q. Numisius Q. l. Legio, | L. Safinius L. l. Hilarus, | Sodalis C. Modi Cimbri ser., | Aeschinus Octavi M. ser.[2] | magistr. de suo f. c.

Neapoli (X 1582 vidit Mommsen). — 1) *A. u. c. 754.* — 2) *Cf. N. 3581 not. 1.*

3612 Larib. Aug. | ministri[1] | qui k. Aug. primi[2] inierunt: | Antigonus M. Iuni Erotis, | Anteros D. Poblici Barnai, | Eros A. Poblici Damae, | Iucundus M. Ploti Anterotis.

3612ª Larib. Aug. | ministri | qui k. Aug. primi inierunt: | Anteros D. Poblici Barnai, | Eros A. Poblici Damae, | Iucundus M. Ploti Anterotis, | Antigonus M. Iuni Erotis.

Romae rep. in insula Tiberina, bases marmoreae (VI 446. 447 vidit de Rossi). — 1) *Ministri vici eius in quo arae steterunt. Ministri hi, servi omnes, adiuncti fuisse putandi sunt magistris vicorum qui posuerunt titulos N. 3613 seq.* — 2) *Circa annum u. c. 747, circa quod tempus magistri plerorumque vicorum in urbe inierunt, cf. N. 3613 not. 3.*

3613 Laribus Augustis G[*enis Caesaru*]m[1] sacr[*um*].
Q. Rubrius Sp. f.[2] L. Aufidius Cn . . . . iciniu[*s*]
Col. Pollio Felix P . . . . [*P*]hileros
[*m*]agistri qui k. Augustis primi[3] mag[*isterium ini*]erunt.
Lares duo rhyta tenentes, et praeterea homo caput toga involutus, d. pateram tenens. In utroque latere: duo homines libantes ad aram; adstat tibicen. In postica: corona querna et lauri duae.

Romae, ara marmorea (VI 445 vidit Henzen). — 1) *Supplementum non certum, cum etiam littera* m *non omnino certa videatur.* — 2) *Magistros vicorum e plebe cuiusque viciniae lectos esse testantur Suet. Aug. 30 et Dio 55, 8, libertinos plerumque fuisse apparet ex inscriptionibus quae sequuntur (cf. etiam VI 33. 34); hic quoque non fuit ingenuus, sed incerto patre natus (ita enim accipiendum* Sp. f., *cf. Mommsen Staatsr. III p. 72 not. 4. De tribu Collina spuriorum cf. Mommsen ib. p. 443).* — 3) *Magistros vicorum instituit (vel restituit) Augustus circa annum u. c. 747 (certe sub hoc anno rem narrat Dio 55, 8). Et ipso anno 747 inierunt vicomagistri, ad quorum fastos pertinet VI 2222; in aliis vicis magistros primos repperimus iniisse a. 742 (infra N. 3620), a. 745 (infra N. 3617), a. 746 (supra N. 3090), a. 748 (supra N. 3308, item VI 343). Ab aliquo ex primis illis vicomagistris positus est etiam titulus VI 128 Dianae.*

3614 Laribus Augustis *(Lares duo saltantes, rhyta tenentes). In latere sin.:* imp. Caesare Augusto XIII, M. Plautio Silvan. cos.[1], *(vir togatus caput toga involutus; alius similis lituum tenens, inter hos gallina vescens; mulier velata pateram tenens)* D. Oppius Ↄ. l. Iasó, D. Lucilius D. l. Salvius, L. Brinnius Ↄ. l. Princeps, L. Fúrius L. l. Salvius, | mag. vici[2] sandaliari[3]. *In latere dextro corona querna (civica) inter duas lauros infra recisas. In postica Victoria clipeum ad tropaeum adportans.*

Romae, nunc Florentiae, ara magna marmorea (VI 448 vidit Henzen praeter paucas litteras nunc deperditas. Cf. Dütschke Uffizien p. 120 n. 218). — 1) *A. u. c. 752.* — 2) *Magistri huius vici creabantur inde ab a. 748, cf. supra N. 3308.* — 3) *Vicus regionis quartae urbis Romae, cf. supra N. 3308. Nomen habuit ab Apolline sandaliario (Notit. urb. reg. IV), quem Augustus dedicaverat (Suet. Aug. 57).*

3615

(in latere sinistro)	Larib. August[*is*]	*(in latere dextro)*
P. Clodius P. l.	. . [*R*]oscius C. M	. . . s L. l. Salvius
Lar	. . manius C. [*l.*] . . stus	*Lar*
	mag. vici anni noni	
	sacrificium	

(in pavimento ante aram) [*ma*]g[*i*]stri vici Aescleti[1] anni VIIII.

Romae, ara, rep. non multum a Tiberi, ubi iam dicitur 'via Arenula', translata in museum Capitolinum (VI 30957 Huelsen Roem. Mitth. 1889 p. 266; Gatti bull. comunale 1889 tab. III cf. p. 69 seq.). — 1) *Vicus Aescleti praeterea non memoratur, memoratur Aesculetum a Varr. de l. L. 5, 152 et a Plin. h. n. 16, 37.*

3616 [*Laribu*]s Aug. | [*aed.*][1] reg. I | [*vi*]co III ararum[2], | iussu | C. Ponti Faustini | Graniani pr.[3], | mag. fecerunt: | Valerius Onesimus, | L. Pompeius Euphrosyn., | D. Granius Augustinus, | Ti. Claudius Hermes.

Romae rep. ad ecclesiam S. Gregorii in monte Caelio (VI 453 vidit Henzen). —

1) *Aediculam.* — 2) *Vicus trium ararum memoratur inter vicos regionis primae urbis Romae in basi quam magistri vicorum posuerunt Hadriano nunc Capitolina VI 975.* — 3) *Praetoris. Augustum instituisse, ut quattuordecim regionum urbis tutelam praetores et tribuni plebis quotannis inter se sortirentur, indicant Dio 55, 8, Suet. Aug. 30, confirmant tituli N. 3616—3620. 3772.*

3617 Laribus Aug. et Genis Caesarum, [*imp. Caes. Domitiano Aug. cos. IX*] | desig. X[1] p. p., permissu A. Anni Camartis tr[*ib. pleb.*[2], *aediculam reg. I vici Honoris*] | et Virtutis[3] magistri anni LXXXXII[4] a s[*olo impensa sua restituerunt*]: | C. Iulius C. l. Zosimus, M'. Birrius M'. l. Hierus, M'. B[*irrius M'. l.*] ....

Romae, incertum quo loco urbis rep., iam Veronae (VI 449 vidit Mommsen). — 1) *A. 83.* — 2) *Cf. N. 3616 not. 3.* — 3) *Vicus Honoris et Virtutis memoratur etiam inter vicos regionis primae urbis Romae in basi Capitolina (cf. N. 3616 not. 2). Nomen sine dubio habuit ab aede Honoris et Virtutis, quam Marcellus voverat (Liv. 27, 25 cet.).* — 4) *Huius igitur vici primi magistri videntur iniisse a. u. c. 745 (ante Chr. 9).*

3618 Laribus Augustis | imp. Nervae Caesaris Traiani Aug. Germ. cos. II[1], permissu Ti. Allieni Sicini Quintiani tr. pl.[2], | idem probavit, aediculam regionis VI vico Portae Collinae vetustate | conlapsam a solo sua impensa restituerunt magistri anni CI..[3]: | Ti. Sicinius T[*i.*] l. Receptus, A. Varro A. l. Felix, P. Vettius P. l. Posidonius, C. Turranius C. l. Geni[*alis*].

Romae in monte Quirinali (VI 450 cf. 30768 integram nescio quis descripsit saec. XV exeunte, quod exemplum referunt Iucundus et Manutius, partes unus alterve descripsit saec. XVI. XVII). — 1) *A. 98 vel 99.* — 2) *Cf. N. 3616 not. 3.* — 3) *Apographa variant inter* anni CV *et* anni CI..

3619 Laribus Augustis et Genis Caesarum, | imp. Caesari divi Nervae filio Nervae Traiano Aug. Germ. pontifici maximo trib. pot. IIII cos. III desi[*g. IIII*[1]], | permissu C. Cassi Interamnani Pisibani Prisci praetoris[2], aediculam reg. XIIII vici censori[3] magistri anni CVI.. | vetustate dilapsam inpensa sua restituerunt, idem pr.[4] probavit: L. Cercenius L. lib. Hermes, M. Livius Ɔ. lib. Donax, | P. Rutilius P. f. Priscus, L. Coranius L. lib. Euaristus. | Dedic. | IIII k. Ian.[5] | L. Roscio Aeliano | Ti. Claudio Sacerdotae *(sic)* cos.[6]

Romae rep. in insula Tiberina, nunc in museo Capitolino, epistylium aediculae marmoreum (VI 451 vidit Henzen). — 1) *A. 100.* — 2) *Cf. N. 3616 not. 3.* — 3) *Vicus censorius memoratur etiam in basi Capitolina (cf. N. 3616 not. 2) et VI 821.* — 4) *Praetor.* — 5) dedic. IIII k. Ian. *a dextra,* 6) *quae sequuntur a sinistra nominum quattuor magistrorum incisa sunt, vocabulum* cos. *tractum ad prioris consulis nomen (consulum hoc par praeterea non notum).*

3620 [*Laribus A*]ugust. vici Iovis fagutal[*is*[1] *et* | *Genis Caesarum, i*]mp. Nerva divi Nervae f. Traian[*o* | *Aug. Germanico Dac*]ico pont. max. trib. pot. XIII[2] imp. VI [*cos. V,* | *permissu*] ..... Pollionis trib. pleb.[3],

aed.[4] reg. III vetusta[*te* | *dilapsam a solo ma*]gistri anni CXXI[5] sua inpensa restitu[*er.*] | . . . . Phoebus, A. Nonius A. l. Onesimus, | . . . . Callistus, L. Valerius L. l. Eutichus.

Romae, olim in horto quodam in Quirinali, sed incertum num ibi rep., est in museo Capitolino (VI 452 vidit Henzen). — 1) *Sacellum Iovis Fagutalis memorant Varro de l. L. 5, 152; Plin. h. n. 16, 37. Cf. Iordan Top. II p. 253.* — 2) *A. 109.* — 3) *Cf. N. 3616 not. 3.* — 4) *Aediculam.* — 5) *Huius igitur vici primi magistri videntur iniisse a. 742 (ante Chr. 12).*

3621 Laribus Aug. et [*Genio* | *im*]p. Caes. ///////////////////////[1] [*P*]ii Felic[*is Aug. pont. max., trib. pot. II, cos., p. p.*], | aediculam reg. VIII vico Vestae[2] v[*etustate conlapsam*] | a solo pecunia sua restituer[*unt magistri anni CCXX . . .*[3]]: . . .|nius Pius, L. Calpurnius Felix, ... [*per*] | C. Iulium Paternum praef. vigil.[4] em. [*vir.*[5], *L. Mario Maximo II*] | L. Roscio Ael[*iano cos.*[6]], | curantibus M. Servilio Crispo et M. Serv[*ilio*] . . . . . .

Romae rep. a. 1878 ad ecclesiam S. Pauli extra muros (VI 30960 = Eph. ep. 4, 746 vidit Henzen). — 1) *Erasa sunt nomina Severi Alexandri.* — 2) *Vicus hic praeterea ignotus videtur nomen habuisse a celeberrimo templo Vestae, quod, situm in foro Romano, pertinuit ad regionem octavam urbis. Illo loco lapidem hunc antiquitus stetisse patet (cf. Iordan Top. I 2 p. 297 not. 126).* — 3) *Annus, quo hic titulus positus est, p. Chr. 223, fuit vici ducentesimus tricesimus, si sumimus, in hoc vico magistros primos iniisse anno u. c. 747.* — 4) *Antea procurator fuit in Dacia (III 1565).* — 5) *Alium praefectum vigilum eminentissimum virum habuimus supra N. 465 (not. 3); cf. quae exposui Eph. ep. 7, 1207.* — 6) *A. 223.*

3622 Laribus | Agusto|rum *(sic)* do|minoru|m nostro|rum et Ca|sarum *(sic).*

Veronae (V 3259 vidit Mommsen).

3623 C. Marcius Apilus[1], | magister Larum | Augustor.[2] et Genii | Caesaris August., | hic situs est. | In f. p. XX, in ag. p. XX.

Italicae in Baetica (II 1133 saepius descripta saec. XVI—XVIII). — 1) *Cognomen non certum (variant descriptores).* — 2) *Magistri Larum Augustorum, ordinis libertini ut videtur, fuerunt et Tarracone (II 4293. 4297; magistri Larum II 4304. 4306. 4307. II S. 6106) et in aliis oppidis Hispaniae.*

3624 C. Laetilio M. f. A[*palo*] | IIvir. quinq.[1], | Lares Augustales et | Mercurium piscatores | et propolae de pecun. sua | f. c. i. q. p.[2]

Carthagine nova (II S. 5929 Huebner vidit ectypum; ex. scr. epigr. 227). — 1) *Intellegendum, aut: cum duovir esset Laetilius, aut in honorem Laetilii. Laetilius ille collega fuit regis Ptolemaei, Iubae filii, in quinquennalitate, vivo etiamtum Augusto, testibus nummis (Eckhel 4, 160), ex quibus etiam cognomen supplevimus.* — 2) *Faciundos curaverunt idemque probaverunt.*

3625 Genio domnor., Cereri, | T. Publicius Crescens Laribus | publicis dedit imagines argent. duas[1] | testamento ex HS ∞ ∞.

Patavii fuit inde a saec. XVII, sed fortasse oriunda ex Dalmatia, basis (V 2795 vidit Mommsen). — 1) *Scilicet alteram Genii dominorum, alteram Cereris, quarum imaginum sunt vestigia in basi relicta.*

3626 Onesimus Aug. lib., | proc., | fecit imaginibus et | Laribus[1] cultoribus | Fucini.[2]

Ad lacum Fucinum rep., iam Neapoli (IX 3887 vidit Mommsen). — 1) *Imagines in titulo dedicato a liberto Augusti sine dubio sunt imagines domus divinae. Lares et imagines Caesaris saepe una colebantur, cf. supra N. 3543 not. 1.* — 2) *Onesimus in aedicula sacraverat donoque dederat collegio cultorum dei Fucini imagines Caesaris et Larum.*

3627 P. Flavius Sp. f. Cam. Decimus, | P. Flavius Palestricus H. A.[1], | M. Trebienus Tiburtinus H. A.[1], | cur., | cultoribus domus divinae | et Fortunae Aug. Lares | Augustos d. d.

Tibure (XIV 3561 tota semel descripta saec. XVII, fragmentum etiam postea). — 1) *Herculaneus Augustalis (de hoc collegio Tiburtino cf. CIL. XIV p. 367 et infra inter municipales).*

3628 Larib. d. d., Romano | more dedicata.

Ad S. Victorini ecclesiam prope Aquilam, ubi fuit Amiternum (IX 4185 vidit Brunn).

3629 L. Minicio Paullino | M. Papuleio Latrone q.[1], | Lar. pub.[2] repositi.

Bononiae, tabulae duae eadem inscriptione inscriptae (XI 697 vidit Bormann). — 1) *Quaestoribus.* — 2) *Laribus publicis aram in urbe dedicatam habes supra N. 99; cf. item N. 3625.*

3630 Laribus | salutaribus | Reginus nost. | cos.[1]

Romae rep. in Esquiliis, ara in utroque latere eodem titulo inscripta (VI 459 vidit Henzen). — 1) *Reginus noster consul. Ara videtur dedicata a servis nomine domini consulatum adepti. Reginos honoribus functos novimus complures.*

3631 Lari victori | sacr. | Gavia Statuta | v. s. l. m.

In agro Clusino rep., est Perusiae (XI 2096 vidit Bormann).

3632 . . . . . . | sevir . . . . . . | C. Salius Ste . . . . . | Laribus magn[*i*]s et viator. | de suo restitu[*it*].

Narbone (XII 4320 semel descripta saec. XVIII).

3633 Maxsu|mus [*L*]ov|essi f. La|ribus vi|alibus | v. s. l. m.

In Callaecia prope locum dictum Celanova (II 2518 semel descripta c. a. 1600).

3634 voto suscepto | Laribus | conpitalibus | vialibus | [*s*]emitalibus | sacrum.

Prope Falerios (XI 3079 vidit Bormann).

3635 Laribus | competali|bus sive | quadrivi| . . .

Zahlbach prope Moguntiacum rep., iam Cassel in museo (Brambach 1139 a prioribus).

3636 Fortunae | reduci, Lari | viali, Romae | aeternae, | Q. Axius Aelia|nus[1] v. e.[2], proc. | Aug[*g*.] | Ioni.[3]

Sarmizegetusae in Dacia (III 1422 semel descripta saec. XVI). — 1) *Cf. supra N. 1371.* — 2) *Vir egregius.* — 3) *Cf. infra N. 3849 not. 2.*

3637 I. o. m. et La. | mil.[1] ceteris|que dis | C. Iul. Pisiban. | Maxim. | Aemil. Papus[2] | tr. lat. leg.[3] II Ad., | v. s. l. m.

3338 Hammoni[4] | I. o. m. et Lar. | mil.[1] ceterisq. | dis | M. Caec. Rufinus | Marianus | tr. lat. leg.[3] IV [*F.*] | v. s. l. m.

Aquinci (Alt-Ofen) rep. (III 3460. 3463 hanc vidit Mommsen). — 1) Lares militares memorantur etiam in actis Arvalium anni 213 (supra N. 451 versus fin.). — 2) Fortasse C. Iulius Pisibanus consul suff. a. inc. (fasti fer. Lat., CIL. I ed. 2 p. 59). — 3) Tribunus laticlavius legionis. — 4) Si significatur Iuppiter Hammon, mirum est Hammonis vocabulum primo loco positum. Possis cogitare de signo Hammonii, quo Rufinus Marianus usus sit.

3639 diis Laribus | Gapetico|rum[1] gen|tilitatis[2].

Inter Salamancam et Meridam, loco dicto la Oliva, ubi fuit Capera Baeticae (II 804 descr. Accursius aliique). — 1) Sic Accurs., Capet- *alii. — 2) Cf. ad II 2633.*

3640 Genio L.[1] nostri | Felix l.

Pompeiis rep. in atrio aedium L. Caecilii Iucundi coactoris, in hermae aerei stipite marmoreo (X 860 p. 968 vidit Mommsen). — 1) Lucii.

3641 Genio M. n.[1] et | Laribus[2], | duo Diadumeni | liberti.

Pompeiis in domo Epidii Rufi, tabula aediculae podio inserta (X 861 vidit Mommsen; cf. Overbeck et Mau Pompeji p. 299 cum tab.). — 1) Marci nostri. — 2) Cf. N. 3605 not. 2.

3642 Genium | Clodi Romani, | Hermes ser. fec.

Romae, parva basis (VI 258 vidit Henzen).

3643 Genio | Similis[1] | familia.

Romae, nunc Urbini (VI 259 vidit Bormann). — 1) Nomen domini (num significetur C. Sulpicius Similis praefectus praetorio Traiani, plane incertum).

3643[a] Ixus l. | Genio domini | v. s. l. m.

Concordiae (Portogruari), arula (V 1868 vidit Mommsen).

3644 Genio mitissimi amantissimiq. | coniu[*gis*] et Iunoni suae, Horatia | Q. fil .... ria faciendum cura., | L. Spellati Saturnini[1].

Prope Lambaesim (VIII 3695 vidit Renier). — 1) Nomen mariti, inserendum fuit post coniu[*gis*].

3645 Iunoni Iusta[*e*] | n.[1], | voto suscepto | pro salute eius, | Cleanthus l.[2] | Prixus Helle[3], | Lar. d. d.[4]

In ruderibus Lunae rep., una ut videtur cum protome muliebri (XI 1324 semel ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Nostrae (Iusta nomen fuit mulieris). — 2) Libertus. — 3) Servorum nomina, qui una cum Cleantho protomen dominae dedicaverint, putat Bormann fortasse recte. — 4) Lares dono dant. Nota imagines Larum dedicatas esse Iunoni dominae (de Iunonibus mulierum cf. Preller R. Myth. ed. 3 I p. 87. 271 II p. 196, item supra ad N. 3123).

3646 Genio | loci.

Ostiae (XIV 11 vidi).

3647 deo | Genio | loci | v. s. l. m.

Eburaci (Eph. 3, 78. 180).

3648 Genio loci | restituto | a L. Egnatu|leio Romulo | tribuno.
Romae (VI 247 vidit Bormann).

3649 Genius | huius loci | montis[1] *(ara, circa quam volvitur serpens cibos in ara positos gustans; iuxta puer nudus ramum tenens).*
Herculanei rep. a. 1749, pictum in pariete (IV 1176 ex 'Pitture antiche d'Ercolano' I p. 207). — 1) *Vocabulum num recte exceptum sit, dubito.*

3650 Genio loci | feliciter.
Eburaci (VII 235 vidit Huebner).

3651 feliciter sit | Genio loci. | Servule, utere | felix tabern|am aurefi|cinam.
Norton, prope Eburacum, rep., titulus margine inclusus in formam tabellae ansatae, nunc Eburaci (VII 265 cf. Eph. ep. 7, 939 vidit Haverfield).

3652 Euphrates Aug. lib., | proc., ob effecta sibi | in hac statione | annua centena, | Genio huius loci | d. d.
Lanuvii dicitur rep., est Romae (VI 246. XIV 2087 vidit Henzen).

3653 Tutelae et | Genio lo|ci Agatho|dorus ac|tor.
Carnunti rep. (III 4445 vidit Mommsen).

3654 diis deabusq. | Genioque loci | *(complura perierunt)* | M. Aur. Valenti|nianus[1] v. c., leg. | Aug. p[*r.*] pr.
Aquinci (III 3418 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 599.*

3655 [*Silv*]ano Aug. | Genio | loci pro | salute | C. Vettii | Sa[*b*]inian[*i*][1] | leg. Aug. pr. p[*r.*], | Nymphicus | lib. eius | [*a*]ediculam | ex voto | rest.
Carnunti (III 4426 cf. 11089 vidit Mommsen). — 1) *Idem videtur memorari VIII 823 et fortasse apud Dionem 72, 3.*

3656 [*G*]enio loci | et Fortuna[*e* | *c*]onservatri|ci pro salute | d. n. Claudi Aug. | Aur. Superinu[*s* | *p*]|[*e*]f. leg. I Adi. | a. v. l.[1] ex voto | po[*s*]uit, d. n. i.[2] | Claudio Aug. [*et*] | Paterno [*cos.*][3]
Brigetione (Szöny) rep., est Pestini (III 4289 vidit Mommsen). — 1) *Agens vices legati.* — 2) *Invicto* (?). — 3) *A. 269.*

3657 Genio loci, | Fortun. reduci, | Romae aetern. | et Fato bono | G. Cornelius | Peregrinus | trib. cohort. | ex provincia | Maur. Caesa. | domo . . . | dec . . . *(supra caput viri barbati, Fati boni, ut puto, caput feminae galeatae, Romae sine dubio. In postica)* Volanti | vivas *(ascia, culter; supra protomae duae, fortasse Genium loci et Fortunam repraesentantes. In latere d. patera et urceus, in latere s. paterae duae et fructus nescio quis).*
Ellenborough prope Maryport rep. (VII 370 cf. Eph. ep. 3 p. 129 Huebner vidit ectypum).

Genium loci habes etiam supra N. 2320. 2556; cf. etiam N. 2013, item N. 1597.

3658 deo loci, ubi | auspicium dignita|tis[1] tale municipes Api|[*senses*] . . . . *(in utroque latere fulminis dimidia pars).*

Henschir Ain Tarf esch Schna, ubi fuit municipium Apisa maius provinciae Africae, iam Tunete (VIII 774 cf. p. 1260 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Anaglypha laterum ad fulminis nuntiationem in ineundis magistratibus sollemnem refert Mommsen.*

3659 ex imperio | Geni Alotiani[1] | Euaristus servi|tor deorum ex vi|so lib. an.

Neapoli olim, nunc Florentiae (X 1560 vidit Henzen). — 1) *Fortasse ab Haloto quodam nomen ductum.*

3660 Genio domi[1] | suae | Sex. Pompo|nius Caeci|lianus vet., | ex strat., | aram res|tituit.

Lambaesi (VIII 2597 vidit Wilmanns). — 1) *Genio domus sacrum titulum Africanum habes supra N. 1091, alium VIII S. 21605 = Eph. ep. 5, 1053; cf. etiam supra N. 3374 v. 6.*

3661 Genio | macelli | Flavius | Urbicio | ex voto | posuit | sacrum.

Bracarae Augustae (II 2413 semel descripta).

3662 *(Iuppiter sedens. A dextra eius Minerva versa ad marmorarium in scalpendo capite columnae occupatum; iuxta grandis machina qua columna erigitur. A sinistra Iovis Diana; deinde figura habitu ut videtur muliebri, manu sin. cornu copiae tenens, libans ad aram; postremo ingens serpens, crista barbaque insignis. Supra eum serpentem et caput figurae illius incisum est)* Genius [*the*]atri[1]. *(In margine inferiore tabulae)* Lucceius Peculiaris redemptor prosc[*a*]eni | ex biso *(sic)* fecit.

Capuae, tabula marmorea sculpta (X 3821 vidit Mommsen. Imaginem dedit A. S. Mazochius in mutil. Campani amphitheatri titul., et ex hoc Millin Galerie myth. tab. XXXVIII fig. 139, aliique). — 1) *Dubitari potest, utrum hoc ad serpentem pertineat (ut sub eius imagine Genius repraesentatus sit) an ad figuram adstantem, quam, cum muliebris esse videatur, Fortunam esse putarunt nonnulli (Iahn Berichte der sächs. Ges. d. W. 1861 p. 304). Qui saeculis prioribus tabulam viderunt Mabillonius et Mazochius, iis figura illa mascula visa est.*

3663 pro salute | dominorum | Genio horreorum | Saturninus et | Successus | horreari | donum dederunt, | Caesare Vespasiano VI | Tito Caesare imp. IIII | cos.[1]

Romae (VI 235 vidit Henzen). — 1) *A. 75.*

3664 Genio horreorum | Leonianorum et | Herculi salutari[1] | Luci Scanti Gemelli | Musaeus libertus.

Romae (VI 237 servavit Accursius). — 1) *Cf. N. 3445.*

3665 Genio | horreor. Seian. | L. Volusius Acindynus p.[1] | et L. Volusius Acindynus f.[2], | signum Aesculapi | sua p. d. d.

Romae (VI 238 saepius descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Pater,* 2) *filius.*

3666 Genio Larum | horrei Pupiani | L. Lepidius Politicus, | C. Pupius Blastus | [*d.*] d.

Arimini (XI 357 vidit Bormann fractam, quae perierunt supplevit ex apographo facto saec. XV).

3667 Genio | tutelae | horreorum | A. Annius | Eucharistus | ex voto.

Caesaraugustae (Zaragoza) Hispaniae Tarraconensis (II 2991 semel descripta saec. XVI).

3668 Num. dom. Aug. | sacrum, | Genio conservato|ri horreorum Gal|bianorum[1], | M. Lorinus | Fortunatus | magister | s. p. d. d. *(In parte opposita)* num. dom. Aug. | sacrum, | Fortunae conser|vatrici horreor. | Galbianorum[1], | M. Lorinus Fortuna|tus magister | s. p. d. d. *(In latere altero Fortuna diademata, d. gubernaculum supra orbem, s. cornu copiae tenens; in altero sacerdos imberbis [Genius] velatus, libans ad aram.)*

Romae, ara marmorea, rep. inter montem Testaceum et Tiberim (VI 236 vidit Smetius). — 1) *De horreis Galbianis, sitis eo ipso loco ubi haec ara reperta est, cf. supra N. 1621 not. 2.*

3669 Iovi optimo maxi|mo, Genio areae fru|mentariae Aug. sac., | P. Marcius P. f. Q.[1] Cres|cens. mag.[2] ob statuam, | quam ob honorem ma|gistratus sui die III no|narum Ianuariarum | in Capitolio promiser., | inlatis r. p. summis ho|noraris decurionatus | et mag. s. p. f. et eodem an|no die XVI k. Octobr. | dedicavit. L. d. d. d.

Uzeli (hodie Udjel) agri Cirtensis (VIII 6339 vidit Wilmanns). — 1) *Quirina (tribu).* — 2) *Magister.*

3670 Iovi custodi | et Genio | thesaurorum | aram | C. Iulius Aug. lib. | Satyrus | d. d. *(In latere)* dedic. XIII k. Febr. | M. Civica Barbaro | M. Metilio Regulo cos.[1]

Romae, nunc Parisiis (VI 376 vidit Henzen). — 1) *A. 157. Quomodo cum hoc anno conciliari possit dedicantis nomen derivatum aut ab Augusto aut a Caligula, ignoratur.*

3671 I. o. m. et Genio | venalic.[1] | P. Acilius Cerdo | votum solvit | Nerone Caesare[2] | Aug. IIII, | Cosso Lentulo Cossi f. cos.[3]

Romae rep. in Aventino, ara in fronte et a tergo eodem titulo inscripta (VI 396 cf. 30753 vidit Boissevain). — 1) *Ut supra N. 1855 habuimus Genium publici portorii, ita hic et N. 3666—3668 videtur intellegendus esse Genius vectigalis alicuius, scilicet Genius vicesimae quintae, quae aerario populi Romani pendebatur ex pretiis mancipiorum venalium. Qui dedicant titulos hos, aut mercatores fuisse crediderim aut mancipes.* — 2) *Verba* Nerone Caesare *rasura temptata.* — 3) *A. 60.*

3672 I. o. m. et | Genio p. R. et venalici[1], | C. C. Lappi Mutilus et | Rufus et | L. L. Rubri Antiochus | et Hymnus | votum solverunt l. m., | L. Verginio Rufo | C. Memmio Regulo | cos.[2] *(In parte opposita)* [*I.*] o. m. et | Genio p. R. et venalic.[1] | L. L. Rubri Antiochus | et Hymnus et | C. C. Lappi Mutilus et | Rufus | votum solverunt l. m., | L. Verginio Rufo | C. Memmio Regulo | cos.[2]

Romae, in arae, rep. cum ea quae praecedit, duabus frontibus (VI 397 descripserunt saec. XVI auctores idonei). — 1) *Cum Genio populi Romani et venalicii conferri potest Genius populi Romani et commercii (supra N. 1860).* — 2) *A. 63.*

3673 I. o. m. | et Soli divino | et Genio | venalici | Q. Iulius Maximi | lib. Felix | cum Iulia | Q. f. Romana | coniuge libens anim. | vot. solvit, | imp. //////////[1] | Caesar. Aug. Ger. XII, | Ser. Cornelio Dolabella cos.[2]

Romae rep. una cum iis quae praecedunt (VI 398 vidit Henzen). — 1) *Domitiani nomen abrasum.* — 2) *A. 86.*

3674 Iovi o. m. | et deae Suriae | et Genio venalici | C. Granius Hilarus | cum Lissia Sabina | v. v.

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 399 aliquoties descripta saec. XVI).

3675 Genio | Noricorum[1] | L. Iulius Bassus | stationarius[1] | eorum | d. d.

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 250 vidit Henzen). — 1) *Stationes municipiorum ad forum Romanum memorat Plinius h. n. 16, 44, 236, 'tabernas circa forum civitatibus ad stationem locatas' Suet. Ner. 37. Eo loco, ubi haec ara dedicata erat, civitates Norici stationem suam habuisse, stationario eorum curam agente, probabiliter putat Mommsen.*

3676 Genio | senatus.

Siccae Veneriae (Kef) in provincia proconsulari Africa (VIII S. 15848 vidit Schmidt). — *In provincia Asia non rarae dedicationes sunt θεᾷ συγκλήτῳ factae.*

3677 Genio | plebei.[1]

Romae rep. ad Appiam, nunc Mediolani (VI 249 vidit Mommsen). — 1) *Potest spectare ad plebem collegii alicuius. Naronae in Dalmatia Genio plebis dedicatus est titulus III 1775.*

3678 Genius | populi | Romani.

Romae, rep. ad sacram viam inter clivum Capitolinum et basilicam Iuliam, saxum quod videtur fuisse pars pavimenti basilicae Iuliae, inscriptum ab otioso quodam, aetate labente (vix ante saec. p. Chr. quintum); nunc in museo thermarum Diocletianarum (VI 248 vidit Henzen cum amicis). Per longitudinem eiusdem lapidis iisdem plane litteris inter duas phallorum figuras scriptum est: Orfite | cinede, qui | [*b*]is promisisti pedi|care et non biti dare (= *vis te dare*). *Priora qui scripsit, in mente (et ante oculos) habuisse videtur Genium populi Romani ab Aureliano in Rostris dedicatum (cf. Jordan Top. I, 2 p. 377). Titulus est similis eorum quos composuit Huelsen CIL. VI 29849[a] seq.*

3679

P. Tullius Felus
G. p.[1] fecit oficinator R. f.[1]
insule Vitaliane
donum fecit
(serpens).

Romae in Esquilino (via delle Sette Sale), in pariete quodam pictum (Gatti Notizie 1895 p. 80). — 1) *Genio populi Romani feliciter (Gatti).*

3680 .... ico ... | quis hanc ara[*m*] | laeserit, habeat | Genium iratum | populi Romani | et numina divo|rum.

Romae, nunc Urbini (VI 29944 vidit Bormann).

Praeterea inscriptiones Geniorum passim reperiuntur per totum hoc opus (cf. in indice).

3681 Fortunai | poblicai | sacra[1].

Beneventi, tabella aenea (IX 1543 viderunt Mommsen aliique). — 1) *Cf. N. 3096 not. 2.*

3682 Forte Fo[*rtunai*]
violaries, [*m*]a[*gistres*]
rosaries, co[*iravere*].
coronaries;

Romae rep. trans Tiberim, V m. pass. a porta Portuensi (VI 169 cf. 30707 vidit Huelsen). Sacrarium Fortis Fortunae situm trans Tiberim ad miliarium sextum memorat hemerologium Amiterninum sub d. 24 Iun.; ex hoc sacrario videntur prodiisse lapides hi et VI 168 (cf. CIL. I ed. 2 p. 320).

3682a [*F*]orte For[*tunai*] | donum dant | conlegiu lani[1] | Piscinenses[2]. | Magistreis | coiraverunt | A. Cassi. C. l., | T. Corneli. Ɔor.[3] l., | . . . . .

Romae rep. ibi ubi ea quae praecedit (VI 167 cf. 30707 viderunt Henzen et Huelsen). — 1) lanii *excepit Henzen; sed lineola quae extat post* lani *non videtur esse* I *littera.* — 2) *Piscinenses lanii hi dicti a piscina publica, quae postea regionis urbi duodecimae nomen dedit.* — 3) *Corneliae.*

3683 cisiariei Praenestinei F. P. d. d.[1] Mag. cur.[2] *(sequuntur nomina corrupta).*

Praeneste (XIV 2874 semel descripta saec. XV). — 1) *Fortunae Primigeniae donum dant.* — 2) *Magistri curaverunt.*

3683a coques atriensis[1] [*F. P. d. d.*] | Magistres: Rodo Or[*cevi*] . . . [*s.*], | Artemo Dind.[2] Q. s., Apoli[*naris* . . . . *s.*], | Protus Ae[*mili* . . *s.*]

Praeneste (XIV 2875 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Atrienses cur dicti sint hi coqui, latet.* — 2) *Cf. supra N. 3581 not. 2.*

3683b . . . . fabres F. P. d. [*d.*]

Praeneste (XIV 2876 vidit Stevenson).

3683c conlegiu mercator. | pequarioru, mag. coir. | [*L.*] Muuci. P. f., C. [*V*]atroni. C. l., | F. P. d. d. l. m.

Praeneste (XIV 2878 bis descripta saec. XVI).

3683d M'. Obelli. M. f., Vo . . . ., | aurufic. de sacra v[*ia*] |, Apella l., F. P. d. [*d.*]

Praeneste (Notizie degli scavi 1896 p. 52).

3683e lani dant, mag. coeravere: | L. Ligurius L. l. Antiochus, | P. Dindius P. l. Davos Calidus, | Q. Petronius Q. l. Salvius, | Sex. Pontius Sex. l. Stabilio.

Praeneste (XIV 2877 integram solus descr. Smetius).

3684 Orcevia Numeri | nationu gratia[1] | Fortuna Diovo fileia[2] | Primogenia[3] | donom dedi.

Romae empta a Dutuit Rothomagensi, sed reperta sine dubio Praeneste, tabella aenea (XIV 2863 ad ectypum; imaginem Froehner collection Auguste Dutuit, Paris. 1897 n. 77 tab. 74). Tractaverunt Mommsen Herm. 19, 1884 p. 453; Iordan symbolae ad historiam religionum Italicarum alterae (ind. lect. Regiomont. 1885) p. 3 seq. — 1) CRATIA *aes. Intellege: nationis gratia, i. e. propter*

feturam pecorum; cf. Festus p. 167: in pecoribus bonus proventus feturae bona natio dicitur (Mo). — 2) De fileia forma cf. I. Schmidt Herm. l. c. p. 454 not. 3. Iovis filia Fortuna Primigenia praeterea non dicitur nisi in N. 3685 ut videtur. — 3) PRIMO·ƆENIA *aes.*

3685 Fortunae | Iovis puero[1] | Primigeniae | d. d. | ex sorte compos | factus | Nothus Ruficanae | L. f. Plotillae.

Praeneste (XIV 2862 cf. p. 494 quater descripta saec. XVI/XVII). — 1) *Sic traditur. Pueri vocabulum feminino sensu adhibitum putat Mommsen, citans Charisium qui tradit apud antiquos id ita in usu fuisse, ut apud Graecos ὁ παῖς et ἡ παῖς, et ipsam Fortunam dici Iovis puerum, i. e. filiam (Mommsen Herm. 19, 454).*

3686 Fortunae | Iovi[1] puero | ex testamento | Treboniae | Sympherusae | P. Annius Herma | heres. | L. d. d. d.

Praeneste (XIV 2868 septies descripta saec. XVI/XVII). — 1) Iovis *unum ex septem apographis).*

3687 Fortun. Primig. | signum Aequi|tatis Nigrinia | Auxesis cum | Felice Aug. lib. et | suis d. d. d. d.

3688 Fortunae | Primigeniae | Ti. Claudius | Thermodon et | Mettia M. f. | Lochias eius | simulacra duo | Spei | corolitica[1] d. d.

Praeneste (XIV 2860. 2853 saepius descriptae saec. XVI). — 1) *Corolitica videntur dici signa ex marmore corolitico (Plin. h. n. 36, 62).*

3687 L. Sariolenus | Naevius Fastus | Consularis[1], | ut Triviam in Iunonario, | ut in pronao aedis | statuam[2] Antonini August. | Apollinis Isityches[3] *(sic)* Spei, | ita et hanc Minervam | Fortunae Primigeniae | dono dedit | cum ara.

Praeneste (XIV 2867 vidi). — 1) *Fastus Consularis cognomen reperitur etiam in alia Praenestina XIV 2921.* — 2) *Requiritur:* statuas. — 3) *Numen videtur conflatum ex Iside et Fortuna. (Etiam in titulo Delio aetatis Romanae Bull. de corr. hellén. 6, 1882 p. 339 n. 43 memoratur Ἶσις Τύχη Πρωτογενεία.)*

3688 Fortúnáe | Primigeniae | ex voto | D. Poblicius | Comicus | manceps aedis | per annos XIII, | Poblicia Quinta f., | Fresidia Palmyris uxór. | Cellareis[1] | Amoeno, Dionysio, | Lino.

Praeneste (XIV 2864 vidi). — 1) *Significari, titulum positum esse cum cellarii essent servi tres Amoenus, Dionysius, Linus, putat Henzen.*

3689 Fortunae sanctae | Atinia Tyrannis | seminaria a porta | triumphale[1], | P. Terentius Fortunatus | vir carissimus, | cui gratias maximas | semper egi[2], | cum | Terentia Faustina | filia | donum dedit. | L. d. d. d.

Praeneste (XIV 2850 descr. Smetius aliique). — 1) *Videtur intellegi porta quae dicebatur triumphalis urbis Romae (Iordan Top. I 1 p. 240 n. 76).* — 2) *Mariti mentionem postea intrusam esse apparet.*

3696 *(modii duo spicis repleti; spicarum manipuli duo)*

tu, quae Tarpeio coleris vicina Tonanti[1],
votorum vindex semper, Fortuna, meorum,

accipe, quae pietas ponit tibi dona merenti,
effigiem nostri conservatura parentis.
Cuius ne taceat memorandum littera nomen,
Caesius hic idemq. Titus Primusq. vocatur:
qui largae Cereris messes fructusq. renatos
digerit in pretium; cui constat fama fidesq.
et, qui divitias vincit, pudor; ire per illos
consuetus portus cura studioq. laboris,
litor. qui praestant fessis tutissima nautis;
notus in urbe sacra; notus quoq. finibus illis,
quos Umber sulcare solet, quos Tuscus arator.
Omnibus hic annis votorum more suorum
centenas adicit numero crescente coronas,
Fortunae simulacra colens et Apollinis aras
Arcanumq. Iovem[2], quorum consentit in illo
maiestas, longae promittens tempora vitae.
Accipe, posteritas, quod per tua saecula narres:
Taurinus, kari iussus pietate parentis,
hoc posuit donum, quod nec sententia Mortis
vincere nec poterit Fatorum summa potestas,
sed populi salvo semper rumore, manebit.

(In latere intuenti dextro) L. Ceion[*i*]o Comm[*odo*, | *S*]ex Vetul[*e*]nio Civii *(sic)* | Pompeiano c[*os.*][3] | L. d. d. d.

Praeneste (XIV 2852 vidi. Buecheler carm. epigr. n. 249). — Statuam (vv. 3. 4: dona conservatura effigiem) T. Caesii Primi (v. 6) mercatoris frumentarii (vv. 7—13; eodem spectant etiam spicae super inscriptionem repraesentatae) Fortunae dicavit Caesius Taurinus filius (v. 20). — 1) *Significatur aedes Fortunae Primigeniae sita Romae in Capitolio; cf. Plutarch. de fortuna Rom. c. 17.* — 2) *Iuppiter Arkanus memoratur etiam in aliis quibusdam inscriptionibus Praenestinis (XIV 2937. 2972).* — 3) *A. 136.*

3697 M. Ofasius | Firmus Marus | Cornelius Mari f. | Clu. Cossinus[1] | praefectus fabrum, | tribunus militum | leg. XIIII Gemin Victric., | curator lusus iuven., | IIvir, patronus colon., | Fortunis Antiatibus[2] | d. d.

Velitris (X 6555 vidit Stevenson). — 1) *Fortasse idem ad quem spectat fistula urbana in urbe reperta, inscripta* Mari Corneli Cossini f. [?] *(XV 7490).* — 2) *Cultum Fortunae Antiatem testantur Horat. carm. 1, 35, aliique (cf. Preller-Iordan Myth. II p. 192). Duas fuisse Fortunas Antiates apparet ex nummo Q. Rustii (Eckhel 5, 298). Titulus qui praeter hunc Fortunis illis dedicatus putabatur, suspectus est (Orell. 1738 = X 964*).*

3698 numini For|tis Fortune, | M. Aurelius | Marinus mil. | coh. VII pr. p. v.[1] | Severiane 7 | Serotini, | libens cum | suis votum | solvit.

Romae, nunc Neapoli (VI 170 vidit Mommsen). — 1) *Praetoriae piae vindicis.* — *Aquileiae repertus est titulus* M. M. *(Matri magnae?)* Forti Fortunae *dedicatus (V 8129).*

3699 *(Fortuna inter duas mulieres; et harum et illius non extat nisi pars inferior)* s. d.[1] Fort. Felicit. d. d.[2]

Inter montem Albanum et Tusculum rep. (XIV 2568 delineavit de Rossi ann. inst. arch. 1873 tab. TU fig. 3 cf. p. 179). — 1) *Sanctae deae.* — 2) *Dono dedit, scilicet is, cuius nomen periit cum parte superiore tabulae.*

3700 Felicitatei | T. Cauponius T. f., | C. Aufestius C. f. | aed.

Tibure (XIV 3538 descr. Zoega aliique).

3701 T. Vinio Rufo, T. Titsieno oct. vir.[1], | Q. Orfio Fulcinio, C. legio aed.[2], | praefectura Amiternina pro reditu | imp. Caesaris Augu[*sti*] | Fortunai . . .

Aquilae (IX 4182 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Octoviros summum magistratum in praefectura Amiternina fuisse etiam ex aliis titulis constat.* — 2) *Aedilibus.*

3702 pro salute imperat. | Hadriani Aug. p. p. | Fortun. red., decreto Cv.[1] | pec. publ. ex arg. p. X=–=[2], cur. ag.[3] | P. Aburtennio Prisco P. Aburtennio Restituto | IIIIvir.

Romae in museo Vaticano, non traditur ubi reperta sit, stetit sine dubio Curibus Sabinis (IX 4952 vidit Mommsen). In aversa dicitur extitisse titulus Curensis supra N. 262. — 1) *Decreto centumvirum (centumviri ordo Curibus, cf. supra N. 460).* — 2) *Ex argenti pondo (libris) decem unciis quinque.* — 3) *Curam agentibus.*

3703 Fortunae Au[*gg.*] | pro salute et reditu | dominorum n[*nn.*] | Severi Pii et | Antonini Pii Augg. et | *//// //////*[1] | et Iuliae Aug. matris | Augg. *///////*[2], | Antonius lib., | proximus a libellis, | voto suscepto | d. d. *(In latere dextro)* Romuli[3], | euhemeri[4]! *(In latere sinistro)* salvis Augg. | et *////*[1] Caes. | felix | Romulius[3].

Romae, nunc Londinii (VI 180 vidit Huebner inscriptionem frontis). — 1) *Erasa esse apparet nomina Getae,* 2) *item Plautillae.* — 3) *Agnomen eius qui titulum dedicavit.* — 4) *I. e. εὐημερεῖ, i. e. bonam vitam agas. (Alibi, ut in N. 3657. 3718, ad talia signa 'vivas' adscriptum reperitur.)*

3704 Fortunae | Augustae | praesenti | M. Aur. Ctesias | iunior exs visu. ‖ Fortunae | Augustae | respicie[*nti*][1] | M. Aur. Ctes[*ias*] | iunior exs visu.

Romae, in duobus lateribus eiusdem basis (VI 181 saepius descripta saec. XVI). — 1) *Fortuna respiciens est etiam XI 6307, item supra N. 2613 (t. XI 347 suspectus est).*

3705 For[*t.*] Bonae | dom[*e*]stic. sacr. | [*Q.*] Paetin. Senilis[1] | v. s. l. l. m.

Apuli in Dacia (III 1009 descr. Bongarsius a. 1585). — 1) *Idem homo est III 998.*

3706 Fortunae | duci *(in lateribus patera, speculum* [?]*).*

Telesiae in Samnio (IX 2194 vidit Mommsen).

3707 Iovi o. m. | Fortunaeque | maeliori *(sic)* Aug. | [*e*]t dis daeabus|-[*q*]uae *(sic)* commun|[*i*]bus M. Gellius | Stephanus iun. | cum Stephano patre | domu Tettiana ex | dirution. restit. dedicaruntq.

Spoletii (XI 4770 = Orell. 1749 vidit Bormann).

3708 Fortunae opse[*q*.] | P. Peilius L. f., C. Calvius P. f. | cens.

Corae, basis rotunda litteris antiquis (I 1153. X 6509 vidit Mommsen; imaginem Ritschl tab. L f).

3709 Fortunae | obsequenti | ord. Comens. | voto pro | salute civium | suscepto.

Comi (V 5246 vidit Mommsen).

3710 Fortunae | conserva|trici pro | salute Marci | Aureli Iuli v. c., | auguri *(sic)*, praesi|dis provinciae, | Dassius no|tarius | votum solvit.

Salonis (III 1938 vidit Mommsen).

3711 Fortunae | salutari | C. Val. Tertius | fisci curator[1] v. [*s*.]

Romae (VI 202 vidit Henzen). — 1) *In cohorte aliqua praetoria vel urbana, cf. supra N. 2079—2081. 2116. 2117.*

3712 Fortunae | stabili | pro salute domino|rum nn. | impp. L. Septimi Severi | [*Pi*]i Pertenacis *(sic)* et | M. Aur. Antonini Augg. | . . . .[1] | Ulp. Valerianus 7 leg. X G.

Celeiae rep. a. 1869 (III 5156[a] vidit Wilmanns). — 1) *Erasum Getae nomen.*

3713 Fortunae | supere | Aug. | sacrum | cum aede | v. s. l. l. m.

Apuli in Dacia (III 1014 aliquoties descripta). — Fortuna supera est etiam in t. Moguntiacensi Brambach 1033 = Henzen 7593 (titulus Orell. 1768 = 1886 spurius est).

3714 pro salute | et reditu et victoria | imp. Caes. M. Aurelli Seve|ri Alexandri Pii felic. Aug., | aram Fortunae Crassian. | Fabricius Iustus cum | Iusta et Iusto filis d. d.

Romae, nunc Florentiae (VI 186 vidit Henzen paene totam).

3715 Fortuna | Iuveniana | Lampadia|na.

Romae (VI 189 vidit Henzen).

3716 Fortunae | Pientianae | feliciter.

Romae (Eph. ep. 4, 727 descr. Tomassetti).

3717 *(adulescens sacrificans)* Ti. Claudius Aug. l. | Docilis | aeditus aedis | Fortunae Tullianae.

Romae ut videtur rep., est in castello quodam Britanniae (VI 8706 descripsit Michaelis).

3717[a] Fortunae | Veruniensi[1] | imper.[2] Octavia | Quinta l. l. p.[3]

Aquileiae rep. (V 778 non plus semel ut videtur descripta). — 1) Virunensi *in lapide fuisse coniecit Kellermann.* — 2) *Imperio, id est iussu eius (Fortunae).* — 3) *Laeta libens posuit.*

3718 numini | Fortunae Folianensi[*s*][1], | pro salute Liberal[*is*][2], | Umbr. Polytimus ac[*tor*] | haram *(sic)* donum dedit. | Verzobi[3], vivas! [*t*]ibi et | tuis omnibu[*s*].

Vitulani inter Beneventum et Telesiam (IX 2123 vidit Dressel praeter paucas itteras nunc deperditas). — 1) *Extat prope Vitulanum vicus Foglianise, quem nomen suum ex Romana aetate traxisse iam apparet.* — 2) *Dominus Umbrii Polytimi. Est C. Umbrius Liberalis commemoratus in alio titulo eiusdem regionis IX 2132.* — 3) *Idem agnomen legitur etiam in titulis Beneventanis IX 1640. 1685; collegium aliquod Martense Beneventi Verzobianum dicebatur (IX 1684 cet.; cf. infra inter titulos municipales et collegiorum).*

3719 Fortunae | balneari | T. Pompeius Pe|regrinianus | pro salute | sua et suorum | dicavit.

In oppido Asturiae Gijon, non longe inde rep. (II 2701 saepius descripta).

3720 Fortunab. | bal. Verul. | C. Hostilius | Agathopus | d. d.

Romae (VI 182 vidit Henzen). — Titulum quem Fortunae Augustae perfecto a solo balneo *aliquis dedicavit habes III 1006. Alius titulus Fortunae in balneo dedicatus nuper prodiit Walldürn ad limitem Germanicum (Limesblatt n. 24, 1897 p. 659).*

3721 L. Dunius Apella, | C. Annius Tyrannus, | mag. prim. | Fort. horr. d. d.[1] *(urceolus et patera. In parte opposita)* C. Annius Tyraanus *(sic)* | et L. Dunius Apella | mag.[2] | primi | For. hor[*r*]. d. d.[1] *(duo copiae cornua cum frugibus et vomere. In lateribus: gubernaculum; globus).*

Romae (VI 188 vidit Bormann). — 1) *Magistri primi Fortunae horreorum donum dant.* — 2) mag. *vocabulum adiectum ad v. 1.*

3722 deae Fortunae Tutelae | L. Baburius Iuvenis.

Romae (VI 178 servavit Marinius).

3723 Fortunae adiutri|ci et Tutelae Val. | Florentinus | v. l. s.

Romae (VI 179 bis descripta saec. XVI).

3724 *(dea sedens, manu s. cornu copiae gerens; a d. gubernaculum et globus)* Tutele | sancte | Aurelius Urbanus | ex voto *(puer libens ad aram).*

Romae in museo Vaticano (VI 31054 vidit Huelsen; delineavit Reifferscheid ann. inst. arch. 1866 tab. K fig. 4 cf. p. 227).

3725 Fuscus Augg. | nostrorum | verna | vilicus | Tutelae | votum | reddidit.

3726 *(dea habitu Dianae simili sin. arcum tenens, dextra gubernaculo innitens; iuxta anguis et rota)* Fuscus Augg. nn. verna | vilicus votum posuit.

Romae (VI 774. 842 illam servavit Sirmondus; hanc Berolini vidit Bormann; cf. Mus. zu Berlin Beschreibung der ant. Skulpturen [*1891*] *p. 253 u. 683).*

3727 Tutele Candidiane | Constantius Augg. | et Caes.[1] tabul. s. c.[2] | una cum Sergiam | Siricam coniugem | suam caelum | cum columnis et | velis et aram | odoribus re|pletam, erga suo|rum sanitatem[3] d. d.

Romae inter thermas Titi et aedem S. Clementis (VI 776 servavit Fabrettius) — 1) *Augustorum duorum et Caesaris (Severi ut puto filiorumque).* — 2) *Tabularius summi choragi (Mo.).* — 3) *Intellege: sanitatis suorum causa.*

3728 Tute[*lae*] | dom[*us*] | Rupil[*ianae*] | M. Here[*nnius*] | Restit[*utus*] | memo . .

Veronae, nunc Parmae (V 3304 p. 1074 vidit Bormann).

3729 Pan[*th*]eo Tutelae | ob legationes in | concilio p. H. c.[1] | aput An[*toni*]num | Aug. prospere | gestas | m . . . . ien.

Dertosae (II 4055 cf. p. 1044 ter descripta saec. XVIII). — 1) *Provinciae Hispaniae citerioris (deinde fortasse excidit* et*).*

3730 Tutelae Aug. | sacrum | C. Terentius Onesimus | ob honorem seviratus | sui et in honorem | C. Terenti Ursi fili.

Sagunti vel Dertosae (II 4056 cf. p. 972 saepius descripta saec. XVI).

3731 Numinibus | Aug. | Tutelae opti|mae prout la|tum accip[*e*]re[1] | Q. Iul. Optatus, | Sulp. Eutyches l. p.

Romae in aedibus privatis (VI 30984 vidit Huelsen). — 1) *Non intellegitur; de lato clavo non cogitaverim.*

3732 Tútelae Aug. | Lascivos Canti l. | ex vóto. | L. d. ex d. d.[1]

Tonneins ad Garumnam rep. (XIII 583 vidit Iullian). — 1) *Locus datus ex decreto decuriorum.*

3733 Tútéláe | Aug. | C. Octávius | Vitális | ex vótó posu|it. | L. d. ex d. d. | Dédic. X k. Iúl. Iúliáno | II et Crispino cos.[1]

Burdigalae (XIII 584 vidit Hirschfeld). — 1) *22 Iun. 224.*

3734 Tutelae Aug., | Ussubio[1], labrum | Silvinus Sci|pionis f. an|tistes d.

In Aquitania loco dicto Le Mas d'Agenais (inter Agen sive Aginum et Bordeaux) (XIII 919 vidit Iullian). — 1) *Ussubium statio viae Burdigala Aginum ducentis, teste it. Ant. (cf. Iullian Bordeaux 2 p. 222). Intellegitur Genius loci illus.*

3735 Tutelae Aug. | Vesunniae[1] | Secundus | Sotti l. d. d.

Périgueux, ubi fuit Vesunna Petrucoriorum (XIII 956 vidit Hirschfeld). — 1) *In alio titulo eiusdem loci (XIII 949), quem item vidit Hirschfeld, est* Tutelae Vesunnae.

3736 deae Neme|si sive For|tunae | Pistorius | Rugianus | v. c., legat. | leg. XIII G. | Gord.[1]

Apuli in Dacia (III 1125 semel descripta saec. XVI). — 1) *Legatus legionis decimae tertiae Geminae Gordianae.*

3737 *Δεσποίνῃ Νεμέσει | καὶ συννάοισι θεοῖσιν |*
Ἀῤῥιανὸς βωμὸν | τόνδε καθειδρύσατο. |
Iustitiae Nemesi | Fatis quam voverat aram, |
numina sancta colens, | Cammarius[1] posuit.

Capuae (X 3812 vidit Mommsen). — 1) *Nota hominem in Graeco epigrammate iusto cognomine usum esse, in Latino signo (Mo.)*

3738 *μεγάλη Νέμεσις ῾ι* | *βασιλεύουσα τοῦ κόσμ.*, | magna ultrix regina urbis *(sic)*! | Ex visu | Hermes Aug. lib. vilicus | eiusdem loci aram et | crateram cum basi bicapite | d. d.

Romae (VI 532 vidit Henzen).

3739 Virgini vic|trici sancte *(sic)* | deae Nemesi | M. Aurelius | Romanus | optio karc.[1] | cohor. XII urb. Gordianae | d. p. *(In latere):* ded. | kal. Ian.

Romae (VI 531 vidit Henzen). — 1) *Cf. supra N. 2126.*

3740 Nemesi | omnipoten|ti Aug. | M. Ulpius | Zosimus, | XII k. Sept. Rus|tico II et Aquilino[1].

3741 pro salute d. n. | imp. M. Aurel. An|tonini Aug., | Aureli Florus et M|ercator IIvir. qq. | c[*ol.*] Aq.[2] tempulum | [*Ne*]mesis vetustate | [*con*]lapsum restituer. | [*Messalla*] et Sabi. cos. VIII k. Iul.[3] | [*D. d. A*]ur. Suro sala.[4]

3742 deae Dianae Nemesi Aug.[5] | honoribus et faoribus[6] *(sic)* | C. Iul. Victorini eq. p.[7], aedili, | IIvirali[8], et T. Fl. Luciano | q., IIvirali, pontificibus[8], | qq. col. Aq., | Pupili(us) Hyliatianus | antesstis *(sic)* numini eius | deae posuit, V kal. Iulias | Aemiliano | et Basso cos.[9]

Aquinci rep. in ruderibus templi Nemesis, quod repperit Carolus Torma cum amphitheatrum Aquincense effoderet muro ipsius amphiteatri adplicatum (III S. 10441. 10439. 10440 vidit Domaszewski). — 1) *21 Aug. 162.* — 2) *Duoviri quinquennales coloniae Aquincensis.* — 3) *24 Iun. 214. Monuit Momms. diem 24 Iun. antiquitus sacrum fuisse Forti Fortunae (cf. supra ad N. 3682), indeque intellegi Nemesin habitam esse ipsam Fortunam (cf. N. 3736).* — 4) *Salariario, legionis ut putat Mommsen.* — 5) *De Nemesi Diana cf. infra N. 3745 et Premerstein Philol. 53, 1894 p. 407 seq.* — 6) *In honorem mortalium diis dicati tituli non raro reperiuntur; neque aliud hic intellegendum (similiter ut videtur Brambach 340).* — 7) *Equo publico.* — 8) *Requiritur casus secundus.* — 9) *27 Iun. 259.*

3743 Iunoni | Nemesi | Eppius Martinus | et Mem. Esper tub. | leg. XIIII G. et Iul. | Rodo et *(reliqua non perscripta).*

Carnunti rep. a. 1888 in orientali amphitheatri introitu (III S. 11121 vidit Hirschfeld; imago est Bericht des Vereins Carnuntum 1895/6 p. 50 fig. 16ᵃ). — *Etiam in occidentali eiusdem amphitheatri Carnuntini ostio fuit sacellum Nemesis, ex quo prodierunt tituli III S. 10471—10479.* — *Etiam Sarmizegetusae Nemesis colebatur ad amphitheatrum, cf. III S. 13777—13779. Cf. Premerstein Philol. 1894 p. 412.*

3744 *(mulier d. tignum quadratum, s. libram tenens; ad pedes grypus stat rotae pedem imponens)* Nemesi exaudientis|sime Cl. Marcellus Au.[1]

Apuli (Carlsburg) in Dacia (III 1126 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse: Augustalis (Mo.).*

3745 *(mulier Dianae similis, cum arcu et pharetra, libans ad aram, in qua scriptum)* Nem|esi | Aug. *(iuxta bestiarii tres pugnantes cum urso; supra)* Syrasc. Valerian. Eutyches Alb. Ma.[1]

Teurniae in Norico rep. (III 4738 vidit Mommsen; cf. A. v. Premerstein Philol. 53, 1894 p. 408). — 1) *Albii Maximi, scilicet servi, videntur fuisse venatores illi tres (Albii Maximi alii servi sunt III 4876).*

3746 *(mulier stans veste curta cum caligis et subligaculo, capite nudo, dextra flagellum monstrans draconi ad pedes iacenti, laeva parmam tenens formae quadratae cum face lauro tridente ibi insculptis; ad pedes est rota)* Nem. reg. Aug.[1] sac. | .. Iul. Victorinus vet., | [*c*.] mun. And.[2] cum suis | v. s. l. m.

In parte aversa lapidis in quo est titulus N. 1005, sed litteris multo minus bonis (III 4008 vidit Mommsen; imago deae repraesentatur Bericht des Vereins Carnuntum 1895/96 p. 76). — 1) *Nemesi reginae Augustae. —* 2) *Veteranus, civis municipii Andautoniae.*

3747 deae Nemesi | Ael. Diogenes | et Sil[*i*]a Valeria | pro salute sua et | filiorum suorum | mater et pater | ex voto a solo | templum ex suo | fecerunt colle|gio u[*t*]riclari|orum.

In Dacia, inter Sarmizegetusam et Tibiscum, ad pagum Marga Transsilvaniae, ubi videtur fuisse Pons Augusti (III 1547 descr. a. 1690 Marsilius).

3747[a] Nemesi | Aug. s. | C. Iulius | Chryso|gonus[1] | voto fecit.

3747[b] daeo *(sic)* san|to *(sic)* Silva|no sacr|um C. Iu|lius Cry|sogonus | v. s.

Polae rep. a. 1875 in fullonicae vestibulo (V 8135. 8136 descr. Majonica). — 1) *Videtur vixisse aetati Severi, cf. V 61.*

3748 in h. d. d. | Adrastiae, | colleg. | utriclariorum.

In Transsilvania prope Maros Vasarhely rep. (III 944 semel vel bis descripta).

3749 Bono | Evento.

Veronae (V 3218 vidit Mommsen).

3750 Bono Eventui *(puer chlamydatus d. pateram, s. spicas tenens).*

In museo Britannico, Romae sine dubio rep. (VI 144 vidit Huebner).

3751 Bono Even|tui sacr. | ex testamen|to Q. Iuli Li|bonis h. m. v.[1] | per Annios | Titianum Iu|niorem et Feli|cem heredes | eius ex HS quin|que milibus n.

Thibili in Numidia (VIII S. 18890 Schmidt vidit ectypum). — 1) *Honestae memoriae viri.*

3752 Bonum | Eventum | municipio, | municipibus | et incolis Asi|sinatibus | Q. Tiresius | Primigeni | lib. Campan|us VIvir Aug. | S. c. l. d.[1]

Asisii (XI 5371 vidit Bormann). — 1) *Cf. N. 3389 not. 3.*

3753 deo sa|ncto Ev|ento Fl. | Fronto | ex prae|cepto.

Bracarae Augustae (II 2412 semel descripta).

3754 die bono *(sic)* | M. Allecinus Athictus | dedit libens animo *(puer).*

Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (VIII 9323 cf. VIII S. 20938 viderunt Wilmanns et Schmidt).

3755 Tempori Bon|o pro salute | dominorum | [*im*]p. nn. L. Septimi | Severi Perte|nacis et M. | Aurel. Anton|ini Augg. et | L.[1] Septimi .... | ..... II | *(reliqua perierant).*

Tyrae (prope Akerman) rep. (III S. 12510 ex actis societatis histor. et arch. Odessitanae a. 1890; ib. 13747 ex Latyschev inscr. de Russie 1889/91 p. 60). — 1) P. *altera edita.*

3756 deo | magno | et Fato | bono | Val. Valens | v. p., praefect. classis Mis. | p. v.[1] Gordianae | votum solvit.

θεῷ μεγίστῳ καὶ καλῇ Μοίρᾳ | Οὐάλης
ἀρχὴν λαχὼν ἔπαρ|χον Μεισηνῶν στόλου
ἔστη|σα βωμὸν ἐκτελῶν εὐχὴν | ἐμήν.

Cumis (vel Miseni) rep., est Neapoli (X 3336 Inscr. Gr. Ital. 873 viderunt Mommsen et Kaibel). Titulus Latinus in quattuor, Graecus (posteriore ut videtur tempore additus) in tribus lateribus arae legitur (Graeci tituli versus in singulis lateribus aliter divisi). — 1) *Vir perfectissimus, praefectus classis Misenensis piae vindicis. Idem Valerius Valens est supra N. 2159 (not. 8).*

3757 Fatis divinis C. Clod[*ius*] .... anus | ex viso vo[*tum*] solvit *(pedum plantae sex).*

Romae ut videtur (VI 145 servavit Marinius). — Fata divina *tria picta sunt in sepulcro infra N. 3961.* Fata deum tria *habes Eph. ep. 8, 128 = Buecheler carm. epigr. 1169.*

3758 Fatis divin.[1] | et barbaric. | v. s. l. m. | Postumia P. l. | Cal|lirhoe.

Aquileiae rep. (V 775 vidit Mommsen). — 1) '*Fata vel potius Fati barbarici non videntur esse posse nisi numina eius generis in barbarico culta, id est peregrina, quibus opponi Romana tamquam vere divina notabile est' Mommsen.*

3759 Fatis mas|culis sacr. | Staumus Ve|sumi Britti[1] et | Cornelia S. fil. | Prisca | ex voto posuer. | ......

Vezzani (inter Tridentum et lacum Benacum) rep., deinde Tridenti (V 5002 vidit Mommsen). — 1) *Nomen barbaricum.*

3760 Fatabus | Deico | Biei f. | v. s. l. m.

Prope Brixiam rep. (V 4209 cf. p. 1079 vidit Mommsen).

3761 Fatis Fata[*bus*] | Druinus M. No[*ni*] | Arri Muciani[1] c. [*v.*][2] | actor praedioru[*m*] | Tublinat.[3], tegurium[4] | a solo inpendio suo fe|cit et in tutela eius | HS n̄. CC conlustrio[5] | fundi Vettiani[3] dedit.

Castel Doblino inter Tridentum et lacum Benacum (V 5005 vidit Kiepert). — 1) *Consul fuit anno p. Chr. 201; cf. supra N. 1148.* — 2) *Clarissimi viri.* — 3) *Praediorum Tublinatium nomen servavit Castel Doblino, fundi Vettiani nomen vicus Vezzano.* — 4) *Ita dictum pro tugurio (non recte vocabula distinguere conatus est Labusius).* — 5) *Collegium rusticorum, agrorum lustrationis causa constitutum.*

3762 Fatis | Dervonibus | v. s. l. m. M. Rufinius | Severus.

*Calvazesii in agro Brixiano, nunc Brixiae (V 4208 vidit Mommsen). — Comi nuper prodiit titulus dicatus [F]*atis .. ixibus *(Pais n. 739).*

3463 *(tres mulieres sedentes)* Fatis Tenati[s][1] | [*T*]rio Diaspr ... | [*et*] Tenatia | .. dido ... *(reliqua legi non potuerunt).*

Steinamanger (III S. 10907 vidit Domaszewski; aliter Kubitschek arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 16, 1893 p. 29). — 1) *Intellege Fata familiae Tenatiorum (Dom.) (sed fortasse rectius cum Kub.* Tenati[a] *legendum et deinde* Rhodias).

3764 dis deab. | fatalibus | conserv.[1] V[*et*]|tius Secund|us memor.

Prope Bellunum rep. a. 1870 (V 8802 descr. Franc. Pellegrini). — 1) *Conservatoribus.*

3765 Parcis | L. Valerius Hybr[*ida*] | v. s. l. m.

Nemausi (XII 3111 partem vidit Seguier).

Titulos Parcis dedicatos non inveniri fere nisi in solo olim Gallico notaverunt Zangemeister (cf. ad N. 3766) et Ihm ann. Rhen. 83, 1887 p. 67. 180; Parcarum nomine numina quaedam Gallica intellegenda esse videntur.

3766 deabus | Parcis | [*C*]aeson[*i*|*u*]s Libera|lis [*v*]et.

Wies-Oppenheim prope Wormatiam rep. (Korrespondenzbl. d. westd. Zeitschr. 2, 1883 p. 42 Zangemeister vidit ectypum).

3767 Parcis Aug. | P. Falerius | Trophimus[1] | ornamentis | decurionalib.

Villae novae inter Veronam et Vicetiam, nunc Veronae (V 3282 vidit Mommsen). — 1) *Idem Silvano posuit titulum supra N. 3561. (In fine tituli nonnulla adiecta videntur esse manu recenti.) — Praeter hunc Veronae extat titulus Parcis Augustis positus V 3281.*

3768 Parcis dea|bus et nu|minibus Aug. | C. Antistius | Frontinus | curator ter | ar. d. s. d.[1]

Lindi (Lincoln) Britanniae (Eph. ep. 7, 916 vidit Haverfield). — 1) *Curator ter (tertium) aram de suo dedicavit.*

3769 Decidia Egloge | aram Parcabus | et Bonae deae | phialam arg. p. I S⌣[1] | dono dedit.

Aquileiae (V 8242 descr. Majonica). — 1) *Intellege: phialam argenteam pondo librae unius et dimidiae et unciae.*

3770 ...... | C. Maius N. f.[1], | M. Vibius M. f. Ru., | L. Pomponi. L. f. F., | L. Olienus L. f. .. | [*He*]isc. mag.[2] Spei Fidei Fortunae mur[*um*] | faciundu coiravere, M. Minu[*cio*] | S. Postumio cos.[3]

Capuae (X 3775 vidit Mommsen). — 1) *Aliorum nominum quae praecesserunt reliquias plus minus certas omisi. Videntur autem fuisse nomina magistrorum duodecim, ingenuorum omnia, ut supra N. 3185. 3341.* — 2) *Cf. N. 3185 not. 1.* — 3) *A. u. c. 644.*

3771 Spei | Teucus | Mulvio | don. d.

Genzani inter Ariciam et Lanuvium (XIV 2158 servavit Fabrettius). Priscae aetatis esse (dummodo recte excepta sit) putat Mommsen.

3772 Spei Aug. sacr. | Cn. Geminius Cn. l. Nymphius, | [*Q.*] Granius Q. l. Eutactus, | A. Cornelius A. A. l. Epagathus, | A. Cornelius A. l. Conditus[1], | sua pec. d. d., | permissu T. Catii Catullini | Sest[*i*] Secundini pr. urb.[2] reg. XII[3].

Romae rep. ad Tiberim, sub Aventino ut videtur ('incontro Ripa di qua dal Tevere per andar a S. Paolo'), nunc in insula maiore Balearium (VI 760 vidit Huebner). — 1) *Videntur esse magistri vici alicuius (cf. supra N. 3613 seq.).* — 2) *Cf. supra N. 3616 not. 3.* — 3) XII *Huebner,* XIII *priores paene omnes, fortasse recte.*

3773 Spei Aug. | sacr. *(In latere)* Spes | posita sum, | felix viciniae | dedicatum.

Romae (VI 759 viderunt Smetius et Metellus, sed fortasse inscriptionem lateris tantum, utramque inscriptionem habet Iucundus).

3774 Spei Aug. | gabatham[1] arg. p. II £[2] | ....

Concordiae (Portogruari) rep., pars superior tabulae aeneae (Pais n. 410 qui vidit). — 1) *Cf. Mart. 7, 48, 3. 11, 31, 18; Marquardt Privatl. (ed. 2) p. 655.* — 2) *Argenti pondo libras duas et sextulam.*

3775 ....ius tr. mil., praef. fabr., pr.[1], | [*rei p. reliquit*] HS ꝍ[2] et fundum Hermedianum | [*et praedia duo*] Herenniana, ex quo reditu quo[*t*|*annis*] .... daretur hostiaque Fidi *(sic)* Augustae inmol.

Auximi (IX 5845 vidit Mommsen). — 1) *Praetor (Auximi).* — 2) *Sestertium quinquaginta milia.*

3776 P. Cornelius | Thallus, | P. Corneli Architecti fil., | mag. quinq. coll. fabr. | tignar. lustri XXVII, | nomine | P. Corneli | Architectiani fil. sui, | allecti in ordinem decurion.[1], | Fidei signum[2] donum dedit.

Romae, sed fortasse Ostiae rep. (VI 148. XIV 5 vidit Smetius). — 1) *Ostiensium puto.* — 2) *Sustinebat basis signum Fidei a Cornelio Thallo collegio fabrum tignuariorum dono datum.*

3777 Fidei | publicae | C. Publicius | Melissus | ob honorem | IIIIIIviratus | d. d. d.

Barcinone (II 4497 ter quaterve descripta saec. XV. XVI).

3778 Fidei suae | sacrum | Aspania Q. f. Polla, | Q. Petronius | Irenaeus | sacrarunt.

In agro Anagnino, deinde Romae (X 5903 vidit de Rossi).

3779 Libertatis | Aug. | signum cum | sua basi | C. Fabius C. f. Quir. | Fabianus | pecunia sua | d. d.

Anticariae (Antequera) in Baetica (II 2033 saepius descripta).

3780 [*s*]enatus populusque R[*omanus*] | Libertati[1].

Romae olim in aede S. Martinae ad forum fragmentum tabulae marmoreae litteris magnis inferioris aetatis (VI 470 descripsit Smetius). — 1) *Titulus videtur pertinuisse ad atrium Libertatis (et ita, Libertatis atrium, fortasse supplendum in fine), cf. supra N. 825. Atque etiam titulum Libertati dicatum supra N. 274 illo loco fori Romani, non in Capitolio, prostitisse putat Huelsen Roem. Mitth. 1889 p. 240.*

3781 s. p. q. R. aedem Concordiae[1] vetustate conlapsam in meliorem faciem opere et cultu splendidiore restituit.

Romae (VI 89 cf. p. 831 semel descripta ante saec. nonum, quod exemplum exhibet vetus codex Einsidlensis, de quo cf. supra p. 28 not., et quod ex simili codice habuit etiam Poggius. Adiungitur ad inscriptionem aedis divi Vespasiani supra N. 255, cuius pars adhuc prostat Romae sub Capitolio. Cf. Iordan top. I 2 p. 193 not. 31). — 1) *Cf. ad N. 3782.*

3782 M. Artorius Geminus[1] | leg. Caesar. Aug., praef. aerar. mil., | Concordiae.

Romae effossa a. 1817, cum pars fori Romani quae est inter arcum Severi et tabularium ruderibus superingestis liberaretur (VI 90 vidit Henzen). Iisdem effossionibus etiam alii tituli Concordiae dicati prodierunt (VI 92—94, item ut videtur supra N. 153), unde iam constat illo loco fuisse celeberrimam aedem Concordiae. Cf. Iordan top. I 2 p. 333 seq. — 1) *Cf. supra N. 953.*

3783 pró salúte | Ti. Caesar[*is Au*]g[*u*]st. | pontifi[*cis maxi*]mi, | princi[*p*]is [*optimi*] et | ius[*tissimi* | *ex*] v[*oto suscep*]to, | C. Fulviu[*s*] . . . . . us | procos., [*pr.*, *prae*]f. | frum. da[*nd.*] ex s. [*c.*, *le*]g. pro pr., ... q. | pro pr., tr. mil. leg. IX Hisp., | Concordiae. | Auri p. V, arg. p. XXIII.

Romae rep. a. 1872, cum fori Romani margo orientalis terra purgaretur (VI 3673 correxit Huelsen VI 30856).

3784 M. Papius M. f., L. Matrius L. f. | duoviri i. d. | signum Concordiae ex c. c.[1] restituendum | coeraverunt eidemq. dedicarunt | et basim, gradum, aram sua pecunia | faciunda coer. eidemq. probaver., | a. d. IIII eid. Oct. Cn. Domit. C. Asinio cos.[2]

Prope S. Germano, ubi fuit Casinum (X 5159 descr. Smetius). — 1) *Ex conscriptorum consulto. —* 2) *A. u. c. 714.*

3785 Eumachia L. f.[1], sacerd. publ., nomine suo et | M. Numistri Frontonis[2] fili, chalcidicum, cryptam, porticus[3] Concordiae | Augustae Pietati[4] sua pequnia fecit eademque dedicavit.

Pompeiis rep. humi iacens a latere aedificii magni, quod foro adiacet a parte orientali, nunc collocata supra portam lateralem eiusdem aedificii, quo loco videtur antiquitus stetisse (X 810 vidit Mommsen). Similis titulus, sed cuius partes tantum repertae sunt, stetit in fronte eiusdem aedificii (X 811). — 1) *Eidem Eumachiae in eodem aedificio a fullonibus positus est titulus X 813. —* 2) *M. Numistrius Fronto, qui duovir iure dicundo fuit Pompeiis a. p. C. 3 teste titulo X 892, vix hic fuit, sed potius pater eius, maritus Eumachiae. —* 3) *Enumerantur partes singulae ex quibus aedificium constabat, ut etiam alibi. Quo nomine fuerit ipsum aedificium et quibus usibus inserviverit, neque ex hoc titulo discimus neque coniectura reperiri potuit. Cf. Nissen pomp. Studien p. 287 seq., Mau pomp. Beiträge p. 255 et apud Overbeck Pompeji ed. 4 p. 131 seq. De structura aedificii nuper egit Mau Roem. Mitth. 1892 p. 113 seq. —* 4) *Concordiam et Pietatem regnantium celebrari vidit Nissen pomp. Studien p. 290. Pietati Augustae ara Romae decreta est anno p. Chr. 22 pro salute Liviae, cf. supra N. 202. Eadem Livia Concordiae novam aedem fecerat, veterem refecerat Tiberius. Circa hoc tempus videtur hic titulus esse statutus (de Neronis et Aprippinae temporibus cogitaverat Nissen; sed picturas parietum aedificii antiquiores esse observat Mau pomp. Beiträge).*

3786 Augusto, | Paci perpetuae et Concordiae | Augustae | Q. Vibius Felicio sevir et | Vibia Felicula ministra Tutelae | Augustae d. s. p. d. d.

In oppido Andalusiae Mancha Real (II 3349 Huebner vidit ectypum).

3787 Paci August. | sacrum | decuriones populusque | coloniae Praenestin.

3788 Securit.[1] Aug. | sacrum | decurion. populusque | coloniae Praenestin.

Praeneste (XIV 2898. 2899 vidi). — 1) *Statua Securitatis saeculi memoratur supra N. 2933.*

Titulos Paci Augustae positos a tribu Sucusana iuniorum alio loco dabimus.

3789 *(in clupeo intra coronam quernam)* Paci Aug. *(infra)* T. Domitius Rómulus | votum posuit, quod | fidecommissum Phoebum liberu | recepit[1]. *(In lateribus rami laurei; in postica sertum quernum.)*

Narbone (XII 4333 vidit Hirschfeld). Aram esse saeculi p. Chr. primi ineuntis et propter ornamenta (cf. mon. Ancyr. 6, 17 seq.) et propter litteras putat Hirschfeld. — 1) *Mommsenus coniecit Phoebum fuisse Romuli filium naturalem eumque a domino patri ita legatum esse, ut eum per fideicommissum manumitti iuberet itaque patrem eum patroni iure quodammodo recepisse.*

3790 Gen. Pacis.

Thamugade, basis semicircula (VIII S. 17832 vidi).

3790a Iust[*itiae*] Augu[*stae*].

Anconae (IX 5890 semel descripta). Statua Iustitiae Augustae videtur memorari IX 4133.

3791 Pietatis | sacrum *(serta ex pomis frugibus floribus, quattuor citharis suspensa; infra: incus, malleus, forceps, pileus ornatus virgula oleagina).*

Veiis rep., ara rotunda marmorea, est Romae in museo Lateranensi (XI 3779 vidit Bormann; imaginem dederunt Canina monum. inst. arch. IV tab. XXXVI cf. ann. inst. 1846 p. 46, item Iahn Berichte der sächs. Ges. der Wiss. 1861 tab. VIII fig. 4 p. 311). Eadem ornamenta fuisse in puteali Libonis quod fuit in foro Romano collatis nummis Libonis et Paulli Aemilii Lepidi, in quorum parte aversa puteal illud expressum est (Momms. Roem. Münzw. p. 632), perspexit Canina. In parte adversa eorundem nummorum repraesentatur modo Bonus Eventus, modo Concordia; in Pietatis ara quomodo factum sit ut ornamenta putealis Liboniani repetita sint, latet. (Mirum est a Ligorio notissimo falsario proponi titulum, falsum sine dubio, putealis Liboniani dedicatum Bon. Evento Concordiae Pietati p. R.; *VI 145*)*

3792 [*Pie*]tati | et | [*P*]udicitiae | . . . . .

Gerasae, hodie Djerâsch, trans Iordanem, in confiniis provinciarum Syriae et Arabiae (Revue biblique 1899 p. 8). — *Infra fractam fuisse non traditur.*

3793 Providentiae | Augustae sacr.

Interamnae ad Narem (Terni) (XI 4171 vidit Bormann). — *Alios titulos Providentiae imperatoris positos habes supra N. 157. 282.*

3794 M. Bicoleio V. l.[1] Honore | donom dedet merito.

Romae rep. ad bivium viarum Salariae et Nomentanae, ubi fuit porta Collina (VI 3692 vidit Henzen). Aedem Honoris extra portam Collinam memorat Cicero de leg. 2, 23, 58. — 1) *Intellege: M. Bicoleius Vibi libertus.*

3795 Virtuti | et | Honori | L. Ulpius | Marcellus[1] | leg. Aug. | pr. pr. | Pannon. inf. | v. s. *(In latere sin.: mulier [Virtus] alata, d. coronam, s. pateram tenens, insistens globo; in latere dextr.: vir armatus [Honos] sinistra scutum imponens militi prostrato).*

Fünfkirchen Hungariae, ubi fuit oppidum Sopianae (III 3307 III S. 10285 viderunt Mommsen et Domaszewski). Aquinco ablatam putat Domaszewskius Relig. des roem. Heeres p. 43. — 1) *Videtur is qui sub Commodo legatus fuit Britanniae (Dio 72, 8); cf. Prosopogr. imp. Rom. s. v.*

3796 honori Visentium | sacrum, | M. Minati M. f. Sab. Galli | IIvir. | i. d. quinq.[1], | Artoria Auxesis | uxor viri sui | h. c.[2]

3796a Virtuti Visenti | sacr., | M. Minati M. f. Sab. Galli | IIvir. i. d. quinq., | Maternus f.[3] patris | sui h. c.[2], et ob dedica|tionem honorariam | vicanis epulum, popu|lo crustulum et | mulsum dedit.

Ad lacum Volsiniensem, ibi ubi fuit Visentium hodieque quoque locus dicitur Bisenzo (XI 2910. 2911 hanc vidit Bormann). — 1) *Duoviri iure dicundo quinquennalis.* — 2) *Honoris causa.* — 3) *Filius.*

3797 deo Soli, | Honori et | Virtuti | pro salute | . . . .

In Africa non longe a Sicca Veneria in ruderibus oppidi Ucubitani (VIII S. 15665 aliquoties descripta).

3798 Honori et Virtuti | imp. Caes. M. Aure|[*l*]ii Cari p. f. invicti | *(reliqua legi non potuerunt).*

Siccae Veneriae (VIII 1626 cf. 15829 viderunt Wilmanns et Schmidt).

3799 Gloriae | Aug. | sacrum.

Cirtae (VIII 6949 semel descripta).

3800 *(Virtus galeata hastata)* deae Virtuti | Fatalis, | Negalaeti | Grati lib., v. s. l. m.

Prope Coloniam Agrippinam rep., est Darmstadt (Brambach 446 vidit).

3801 Virtuti deae sanctae | Aug. P. Caelius Victor | sacerdos cum Aurelia Ger|manilla coniuge tribunal | operae *(sic)* quadratario in suo | solo fecerunt et d. d.[1], prov.[2] CCII[3].

Auziae (Aumale) in Mauretania (VIII 9026 vidit Wilmanns). — 1) *Dedicaverunt.* — 2) *Anno provinciae.* — 3) *Significatur annus p. C. 241.*

3802 Virtuti Ro|manae pr. sa[*l.*] | imper. et s. [*p. q. R.*] | et ord. co[*l. Apul.*, | *C. Iul.*] Vale[*ns*][1] *(reliqua evanuerunt).*

Apuli (Carlsburg) in Dacia (III 1116 vidit Mommsen). — 1) *Idem homo videtur posuisse III 1114. 1115, unde et munera eius suppleri possunt.*

3803 Virtuti | Bellonae | L. Petronius | Callistratus | visu iussus.

Novariae (V 6507 bis descripta).

3804 deae pedi|sequae | Virtutis Bel|lonae lecti|cam cum su|is ornamen|tis et basem | C. Avianus Aman|dus augur d. d. | et consecravit.

Aquis Calidis (Hammam Rirha) in Mauretania (Revue arch. 32, 1898 p. 465; Bull. des antiq. 1898, 205).

3805 in h. d. d. deae Virtuti Bello|ne montem Vaticanum[1] | vetustate conlabsum | restituerun *(sic)* hastiferi ci|vitatis Mattiacor.[2], X kal. | Sep. imp. d. n. Maximino Au[*g*.][3] | et Africano cos.[4], hi quorum no|mina i. s. ta[5] sunt: | G. MeÐDignatius[6] Severus cur. bis, | L. Levinius Quetus, | *(sequuntur alia nomina sedecim).*

Castelli Mattiacorum (Kastel) rep. (Brambach 1336; Huebner ex. scr. epigr. n. 1101; vidi ectypum). — 1) *Sic mons ille — sive aedificium fuit, utpote quod vetustate collapsum restitui potuerit —, sine dubio appellatus propter montem Vaticanum urbis Romae, in quo sacra Matris deum praecipuam sedem suam in urbe videntur habuisse (cf. N. 4131 not. 3). Bellona igitur haec cognata Matris deum, cf. ad N. 3806.* — 2) *Cf. Mommsen Herm. 22 p. 557.* — 3) *Haec (inde a* d. n.) *erasa, sed leguntur.* — 4) *A. 236.* — 5) *Infra scripta.* — 6) *De* Ð *littera cf. N. 2626 not. 1.*

3806 T. Statilio Tauro, | M'. Aemilio Lepido cos.[1], | Tricunda[2] Ti. Claudi Neronis[3] ser. vilic., | magist.[4] Bellonae lucerna[5] cum | suis[6] ornament. libens animo donum | dat, idib. Iun., in Ligures Baebianos.

Morcone in agro Ligurum Baebianorum in Samnio, tabella aenea utrimque scripta, una reperta cum lucerna aenea, ad quam erat suspensa, nunc Oxonii (IX 1456 cf. Eph. ep. 8, 90; imaginem et tabellae et lucernae dedit Evans Proceedings of the Society of antiquaries of London ser. II vol. 14, 1891/3 p. 156). — 1) *A. p. Chr. 11.* — 2) *Nota nomen servi Isauricum.* — 3) *Filius Drusi, is qui postea imperavit, natus a. u. c. 744, adulescens igitur tunc viginti annorum.* — 4) magister, 5) lucernam *in altero latere tabellae, cet.* — 6) SVES *videtur esse certe in altero latere tabellae. — Ceterum haec Bellona, a servo Asiano ut puto (cf. not. 2) culta, videtur non Romanorum Bellona fuisse, sed dea peregrina, ex Asia oriunda, cognata Matris deum (cf. infra N. 4107, supra N. 2959, et praeterea Preller ed. 3 II p. 386); sacerdotum eius deae titulos dabimus infra post titulos sacerdotum Matris magnae (N. 4180 seq.).*

3807 Geminia Myrtis et Anicia | Prisca[1] | pro salute imp. Caesaris | Nervae Traiani Aug. Ger. Dac. | ex imperio aedem Bellonae | s. p. f.

Ad Forum Appii (X 6482 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. supra N. 3081. In eadem regione repertus est alius titulus Bellonae dicatus Notizie 1898 p. 66.*

3808 Marti et Bellonae | Sestius Nigrinus ex | ius[*s*]u reposuit.

Alesiae rep., est Dijon (XIII 2872 vidit Hirschfeld).

3809 Dis|cipli|nae | mili|tari.

Altavae in Mauretania, ara (VIII 9832 vidit Wilmanns). — Similis ara reperta est Bir Umm Ali prope Thevestem (VIII 10657 = 17585). — Discipulinae [*A*]ug[*gg*.] *(Augustorum trium) dedicatus est t. Britannicus VII 896.*

3810 ara | disciplinae.

Lambaesi ad praetorium rep., ara (VIII S. 18058 vidit Schmidt).

3811 Victori|ae divinae, | Virtutis | comiti | Auggg., | r. p. c. L.[1]

Lambaesi (VIII S. 18240 vidit Purgold). — 1) *Res publica coloniae Lambaesitanae.*

3812 Victoriae Aug. | Augustales *(in lateribus corona laurea; palma).*

Nolae (X 1237 vidit Mommsen).

3813 imp. Caesar Vespasianus | Aug. pontifex maximus, trib. | potestatis, censor aedem Victoriae[1] | vetustate dilapsam sua impensa | restituit.

In Sabinis, in valle rivi Digentiae (iam Licenza), ad vicum Rocca Giovine (XIV 3485 vidi). — 1) *Hanc aedem nonnulli putarunt esse 'fanum putre Vacunae, post' quod Horatius scripsit epistulam 1, 10 (v. 49); et sane locus fere idem est; et eandem esse Vacunam et Victoriam tradiderat Varro (cf. Preller R. Myth. I³ p. 409).*

3814 vecos Supn.[1] | Victorie Seinq.[2] | dono dedet | lubs mereto; | queistores | Sa. Magio St. f., | Pac. Anaiedio St.[3]

In Marsis loco dicto Trasacco, ubi vicum Supinatem fuisse ex hoc titulo colligi potest (IX 3849 vidit Mommsen; Ritschl tab. XCVIII d p. 94). — 1) *Intellege: vicus Supinas (cf. infra N. 3829). Supinates sunt etiam in titulo eiusdem regionis infra N. 4022, civitas Supinum dicitur memorari in instrumento quodam scripto a. 1008.* — 2) *Agnomen Victoriae obscurum.* — 3) *Salvius Magius Statii filius, Paquius Anaiedius Stati (filius).*

3815 P. Pacil[*ius*] . . [*f.*] . . . Zenon Laetus p. p. bis, | aedil., praef. iur. dic. et sacris faciundis, | aedem Fortunae et Victoriae sua pec. ref. communivitq.

Prope Romam rep. ad viam Nomentanam ut videtur ibi ubi fuit Ficulea (XIV 4002 descripsit Hieronymus Amati, partes viderunt de Rossi et Detlefsen cf. VI 2314, Eph. ep. 7, 1266).

3816 *(dea ornata diademate lunato, d. aristas demittens in vas et ipsum aristis plenum, s., ad quam gubernaculum supra orbem positum est, cornu copiae erigens)* Annonae sanctae | Aelius Vitalio | mensor perpetuus | dignissimo | corporis[1] pistorum | siliginiariorum | d. d.

Romae (VI 22 descr. Smetius). — 1) *Sic traditur; requiritur* corpori.

Statua Annonae urbis dedicata in theatro Rusicadensi memoratur VIII 7960.

3817 Nicomacus Saf. L. s.[1], | Paapia Atiedi L. s., | Dorot. Tettien. T. s., | Menti Bonae | basim don. dant.

Albae ad lacum Fucinum (I 1167. IX 3910 vidit Mommsen; Ritschl tab. LX h). — 1) *Cf. N. 3581 not. 2.*

3818 *(sub imagine mulieris scopulo insidentis, cui caput et brachia deerant)* Menti Bonae d. d. Surus Tettieni C. s., | Philonic. Marciae s., Nicomac. Albi M. s.

Prope Albam Fucentem ut videtur (I 1168. IX 3911 servavit Accursius).

3819 [*Mentei Bo*]nae[1], serveis contul. HS | . . . . . . ΦΦΦↁV[2], mag. X[3] | . . . . ded. HS V;[4] | . . . us Saleivi P. s.[5], leiber coeravit; | . . . . . Timotheus Poplili L. M. s., Antio|[*cus*] . . . . us pop. s.[6], leiber coeravit; | . . . . . . Petro Furi L. s., Ra.[7] Furi L. P. C. s.; . . . . Antiochus Utili Cn. s., leiber coeravit.

Corae (I 1156. X 6514 ad exempla duo facta saec. XV. XVI). — 1) *Alias dedicationes Menti Bonae Corae factas habes X 6512. 6513, unde hic quoque videtur Mentis mentio suppleri posse.* — 2) *Pro ↁ, quod clare adest in altero apographo (in altero eius loco est Φ) antiquae editiones exhibent Ψ, quod olim ansam erroribus*

dedit (cf. Momms. Herm. 22, 599 not. 1). Intellege: sestertium ... tria milia et quinquaginta quinque. — 3) *Magistri decem (in alia inscriptione Corae Menti dicata, semel tantum descripta (X 6513) dicitur fuisse:* maag. Ment. dant decem). — 4) *Hic numerus vix plene exceptus.* — 5) *Cf. N. 3581 not. 2.* — 6) *Populi servus.* — 7) *Nomen vix recte exceptum (omissum in altero apographo).*

3820 C. Petronius Optatus | mag. Ment. Bon. | statuam basim pluteum | sacr.

Paesti, nunc pars Neapoli (X 472 cf. Sogliano Notizie 1889 p. 348). Bonam Mentem Paesti cultam esse docent etiam nummi Paestani, in quibus cernitur dea sedens in aede, adscripto nomine Mens Bona *(Carelli num. Ital. veteris p. 70 n. 114 tab. 131 n. 32—34, Garucci monete dell' Italia antica tab. CXXII, 36. 37; Greek coins in the Brit. Museum, Italy p. 280 n. 56).*

3821 Menti Bonae Saluti | Q. Caecilius Q. l. Philadelphus, | P. Aquillius P. l. Dacus | mag. quinq. ex pec. conl. f. c.[1] | idemque signum dedicarunt.

Tibure (XIV 3564 semel descripta saec. XVI). — 1) *Magistri quinquennales ex pecunia conlegii (vel: conlata) faciundum curaverunt.*

3822 Salutei | sacrum.

Pompeiis pictum in pariete angiportus cuiusdam (Roem. Mitth. 1889 p. 121; Notizie degli scavi 1891 p. 265).

3823 Saluti sacrum | Foroclaudien|ses Vallenses | cum | T. Pomponio | Victore[1] | proc. [*Augusto*]|rum.

Martigny rep., ubi fuit Octodurus Varagrorum, postea Forum Claudium Vallensium, ex quattuor civitatibus vallis Poeninae, cf. supra N. 169, una (Bull. des antiquaires de France 1898 p. 136). — 1) *Cf. N. 3528.*

3824 Saluti Aug. | pro incolu|mitate Piquent.[1] | L. Ventinaris | Lucumo[2] | adiect. iunic.[3] | v. l. l. s.

Prope Piquentum (Pinguente) Histriae rep. (V 428 vidit Mommsen). — 1) *Piquentinorum.* — 2) *De nominibus usitatis in Histria mediterranea cf. Mommsen CIL. V p. 44.* — 3) *Adiecta iunice; cf. supra N. 3513.*

3825 Saluti | vicinia[1] | Capere|nsis.

Caperae in Hispania, ibi ubi N. 3639 cf. N. 3881 (II 806 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Videtur intellegendum: vicinitas.*

3826 Saluti publicae | sacrum | . . Quintius C. f. | [*Pa*]latina | Cestianus | Ducenius | Proculus.[1]

Ferentini (X 5821 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse homo nobilis; cf. Prosopogr. imp. Rom. s. v.*

3827 Saluti ge|neris hu|mani | Sergius | Primus | posuit | merito. *(In parte aversa)* Saluti gene|ris humani | L. Sergius Pri|mus meri|to posuit | deae s.[1]

St.-Paulien (prope Le Puy) rep. (XIII 1589 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Aut titulus non perscriptus, aut evanuerunt nonnulla.*

3828 dis man. | sacrum | Plaetoriae | Secundae | ministrae Salutis | ann. XIII, vixit XXX.

Preturi prope Amiternum rep. (IX 4460 vidit Dressel).

3829 Aninus[1] | vecus[2] | Valetudne | donum | dant.

3830 V. Vetius Sa. f. | Valetudne | d. d. l. m.[3]

In Marsis prope Castelluccio di Lecce, litteris vetustis (IX 3813. 3812 vidit Mommsen). — 1) *Nomen vici praeterea ignotum.* — 2) *Cf. supra N. 3814.* — 3) *Hanc Mommsen propter litterarum formam etiam antiquiorem iudicat quam priorem.*

3831 Bonae Valetu|dini sacrum | ex responso | Herculis | L. Pesc. Ho|noratus | sac. eius d. d. | d. *(sic)*, p. CCXXII[1].

Milianae in Mauretania rep. (VIII 9610 vidit Wilmanns). Alius titulus Valetudini in eadem provincia dedicatus est VIII S. 20747 (= Eph. ep. 5, 1299). — 1) *(Anno) provinciae CCXII, i. e. p. Chr. 261.*

3832 . . . . . . | [σ]τρατηγοῦν[τος] | ἐπὶ τοὺς ὁπλείτ[ας] | Θεοπει-θου[ς] | Βησαιέως[1] | L. Aufidius Bassus M . . | maior | Aesculapio et Valetudi]*ni*].

Athenis rep. in clivo arcis ad meridiem in ruinis Asclepiei (III S. 7279 vidit Koehler). — 1) *Idem fortasse praetor C. I. Att. III 458, qui titulus positus est a. p. Chr. 41.*

3833 Aiscolapio dono[*m*] | L. Albanius K. f. dedit.

Romae rep. in alveo Tiberis, basis (VI 30846 vidit Vaglieri; Notizie degli scavi 1890 p. 33).

3834 Aescolapio | donom dat | lubens merito | M. Populicio M. f.

Romae rep. in alveo Tiberis prope pontem Cestium, videtur olim stetisse in templo Aesculapii in insula Tiberina (VI 30849 vidit Muenzer; Borsari Notizie degli scavi 1892 p. 267). — Alius titulus valde antiquus Aesculapio dedicatus sed mutilus, et ipse in alveo Tiberis repertus, est VI 30850.

3835 C. Bruttius | Aescolapio | dono dedit | meritod.

Romae apud privatum quendam, basis (VI 30847 vidit Vaglieri).

3836 . . . . | A. L. . . . . s L. f. Flaccus | aid. d[*e*] stipe[1] Aesculapi | faciundum locavere, | eidem pr.[2] probavere.

Romae in insula Tiberina ante ecclesiam S. Bartholomaei (VI 7 semel ut videtur descripta circa a. 1500). — 1) *Aes deo conlatum (cf. Varro l. L. 5, 182; supra N. 92, infra N. 4119 cet.).* — 2) *Iidem praetores. — De templo Aesculapii ibi sito ubi nunc est ecclesia S. Bartholomaei, cf. Becker top. p. 652.*

3837 Aisculapio | Augusto sacrum, | Probus M. Fictori Fausti[1], | minister iterum anni XXXI.

Romae rep. in insula Tiberina (VI 12 vidit Henzen). — 1) *Sc. servus.*

3838 Esculapio | dictu et factu | Isochrysus.

In agro Praenestino, ut dicitur, rep., lamina aenea, nunc Neapoli (XIV 2846; Huebner exempl. scriptur. epigr. n. 894).

3839 Asclepio salutari Aug. sacr. | in honore patris Pyrgensis[1] | L. Volumnius Carus de suo fecit. | Locus attributus ex d. d.

Pyrgis (S. Severa) in ora Etruriae, nunc Romae (XI 3710 vidit Bormann). — 1) *Conditor vel genius oppidi. Cf. infra N. 4032. 4033.*

3840 numini domus Aug. sacrum. | Aesculapio et Saluti Aug. collegium salutar., | loco adsignato ab proc. patr. Cae. n.[1], a solo | fecerunt: Felix ver.[2], Aspergus Regianus, Vindex | ver.[2], vilici prediorum *(sic)* Galbanorum, et plebs: | imm. Actalius Ianuarius, Ulpius Sextianus, Cluturius Secundus. | *(Sequuntur secundum ordinem litterarum per quinque paginas disposita nomina quinquaginta tria.)*

Romae rep. prope montem Testaceum (VI 30983 = Bull. archeolog. comunal. rom. 1885 p. 51 tab. VI). — 1) *Procurator patrimonii Caesaris nostri.* — 2) *Verna.*

3841

Iovi valenti	Aesculapio et Saluti	Silvano
has aedes	imp. Caes. M. Aurelius Antoninus Aug. [pont. max. et	per leg. III[1] Aug. fe- [cerunt
	imp. Caesar L. Aurelius Verus Augustus	

Lambaesi in templo Aesculapii, titulus medius in fronte ipsius templi, reliqui duo in aediculis ad dextram et ad sinistram sitis (VIII 2579 a—c cf. VIII S. 18089 viderunt Wilmanns et Schmidt). Ad aediculas Iovis Valentis et Silvani pertinebant etiam inscriptiones eodem loco repertae N. 3034 et 3539. Eodem loco videntur stetisse inscriptiones quae sequuntur N. 3842—3844. 3893. — 1) leg. III *vocabula rasura temptata.*

3842 Aesculapio et | Hygiae | M. Aur. Comi|nius Cassianu[*s*][1] | v. c., leg. Augg.[2] | pr. pr., | cos. desig.

Lambaesi (VIII 2589 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. supra N. 1154.* — 2) *Altera* g *erasa.*

3843 Hygiae | T. Caunius | Priscus[1] leg. | Aug. pr. pr., cos. | des., cum Ve|ra uxore et Fir|mino et Prisca fil.

Lambaesi rep. non longe a templo Aesculapii (VIII 2588 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. infra N. 3893.*

3844 Aescul|apio et | Hygiae | dis bonis | sacrum. | Pelusii.

Lambaesi (VIII 2590 vidit Wilmanns).

3845 diis magnis | et bonis Aescu|lapio et Hygiae | Marc. Aur. Vete|ranus praef. leg. | XIII G. Gallenian. *(sic)* | v. l. m. p.

Mehadiae in Dacia rep., est Vindobonae (III 1560 vidit Mommsen).

3846 Aesculap. | et Hygiae | pro salute Iuniae | Cyrillae quod a | longa infirmita|te virtute aqua|rum numinis sui | revocaverunt, | t. b. a.[1] eius v. s. l. m.

Mehadiae in Dacia (III 1561 descripserunt Arneth aliique). — 1) *Litterae singulares significationis obscurae (Mo.).*

3847 Aesculapio | et Hygiae ce|terisq. diis dea|busq. huiusq. | loci salutarib. | C. Iul. Fronto|nianus vet. ex | b. f. cos. leg. V M.[1], p.[2] | redditis sibi lumi|nibus grat. age., ex | viso pro se et Carteia | Maxima coniug. et Iul. | Frontina filia | v. s. l. m.

Apuli in Dacia (III 987 bis ut videtur descripta saec. XVI). — 1) Veteranus ex beneficiario consularis legionis quintae Macedonicae. — 2) Pro.

3848 Auribus[1] Aesc[*u*]|lapi et Hygiae | et Apollini et | Dianae C. Iu|lii Dius Far|nax Irenicus | fratres, Aug. | munic. Aur. Apli[2], | p. s. s. p.[3], Pres. | II et Condi. cos.[4]

Apuli rep. (III 986 vidit Mommsen). — 1) Cf. N. 3497. — 2) Augustales municipii Aurelii Ap(u)li. — 3) Pro salute sua posuerunt. — 4) A. 180.

3849 [*Aesculapio et Hygiae dis conservatoribus?*] | Q. Axius Ae|lianus iuni|or[1] votum pro | patris inco|lumitate suscep|tum cum gratula|tione libens sol|vit. Ioni. Ionius[2].

Sarmizegetusae rep. (III S. 7899 vidit Domaszewski). — 1) Filius Q. Axii Aeliani eius qui supra N. 1371. 3636. — 2) Signa ut videtur Aeliani patris et Aeliani filii; cf. N. 3636.

3849a *Ἀσκληπίῳ καὶ* | *Ὑγιείᾳ θεοῖς* | *φιλανθρώποις* | *Ἄξιος Αἰλιαν[ό]ς* | *ὁ νεώτερος εὐ|χαριστήριον.* | *Ἰόνιος.*[1]

Sarmizegetusae rep. (III 1422 not., vidit Mommsen). — 1) Cf. ad eam quae praecedit.

3850 I. o. m., Iunoni, Mi|nervae et Aescu|lapio domino | Septim. Ascl.[1] Her|mes libertus | numinis Aes|culapi, habens | ornamenta dec. | col. Apul.[2], et Aug.[3] | col. eiusdem, | v. p.

Hermannstadt, Apuli sine dubio rep. (III 1079 vidit Mommsen). — 1) Septimius Asclepius. — 2) Ornamenta decurionalia coloniae Apulensis. — 3) Augustalis.

3851 domino Aesculapio | et Hygiae ex permissu | eorum negotiationis | fabariae gratias | agentes numini | et aratis *(sic)* eorum[1], | T. Iulius Genesia|cus et Caecilia | Balbilla ceri|olaria duo Satu|ri[2] et Antiotes *(sic)* | libentes donum | dederunt.

Romae (VI 18 vidit Henzen). — 1) Non intellegitur. Mommsenus coniecit, in lapide incidi debuisse paratis, *ut intellegantur opes ex negotiatione fabaria paratae. — 2) Intellege ceriolaria duo, habentia effigies Satyri (cf. VI 9254:* cum basi marmorea et ceriolarib. duobus aereis habentibus effigiem Cupidinis tenentis calathos) *et Antiopae.*

3852 T. Flavius | Antipater | una cum | Flavia Arte|misia uxore | et Alcide lib. | Asclepium et | Hygiam | Ióvi Flazzo[1] | votum | [*libens solvit*]. *(In postica):* T. Flavius Anti|pater una | cum Flavia Ar|temisia uxore | Iovi Flazio[2] vo|tum libes solvit.

Neapoli (X 1571 inscriptionem frontis vidit Mommsen). — 1) Sic potius quam Fiazzo *lapis. — 2) Sic legerat Accursius,* eiazio, iazio *alii. Iuppiter hic praeterea ignotus.*

3853 *(aures duae)*

Cutius has auris Gallus tibi voverat olim, |
Phoebigena, et posuit sanus ab auriculis.

Epidauri (III S. 7266 ex Eph. archaeologica Atheniensi 1883 p. 199, ubi datur ligno incisa).

3854 Aescul. Pergam. | et Hygiae | sacrum | C. Spedius Hermias | flamen col. Sarm. | pos.

Sarmizegetusae rep. (III 1417a semel descripta).

3855 deo Aesculapio | Val. Symphorus et Protis | signum Somni aereum, | torquem aureum ex dracun|culis duobus p.[1] Ɔ)[2], enchiridium[3] | argent. p. ꞆꞆ‹£[4], anabolium[3] ob in|signem circa se numinis eius | effectum v. s. l. m.

Reiis (Riez) in provincia Narbonensi rep., iam Aquis Sextiis (XII 354 p. 810 vidit Hirschfeld). — 1) *Pondo.* — 2) *Sic fere has notas excepit Hirschfeld; priore semunciam, altera sextulam significari putat Mommsen.* — 3) *Enchiridium et anabolium pro instrumentis chirurgicis habuerunt nonnulli; alia temptavit Mommsen (XII l. c.).* — 4) *Sic fere unum ex apographis antiquis (hodie haec pars deest); significatur sine dubio: uncias quinque et semunciam.*

3855[a] divo | Traian. | C. Quintius | Abascantus | test. leg.[1] | medicis Taur. | cultor. | Asclepi et | Hygiae.

Taurinis (V 6970 vidit Mommsen). — 1) *Testamento legavit.*

3856 Ti. Ti. | Iulii | Staphylus | et Nymphius | p. et f.[1] | d. s. p. | Diutur.[2]

Romae in museo Vaticano, incertum quo loco urbis rep., labrum ex lapide Tiburtino, inscriptio bis repetita (VI 3700 vidit de Rossi). — 1) *Pater et filius* (p. et f. *omissum est in altero exemplo).* — 2) *De Diuturna sive Iuturna nympha cf. Mommsen Eph. ep. I p. 36 = CIL. I ed. 2 p. 326ᵇ.*

3857 Lumpheis Dian.[1] | reducis sacr., | imp. Caesare XII | L. Cornelio Sulla cos.[2], | Synhistor | Sabidiae C. f. disp.[3]

In Sabinis prope Velinum amnem, ad Borghetto sive Borgo Velino (IX 4644 vidit Stevenson). — 1) *Vocabulum integrum esse, nullam litteram periisse, ait Stevenson (*Dianae *priores nonnulli).* — 2) *A. u. c. 749.* — 3) *Dispensator.*

3858 L. Rantius L. f. Tro. Lumphieis *(sic)* | *(puer hedera coronatus).* | Λεύκιος Ῥάντιος Λευκίου | υἱὸς Νύμφαις *(In latere dicuntur fuisse litterae* Lum.).

Neapoli, fortasse Ischiae rep. (X 6797 vidi).

3859 Nymphis Lymphisq. | Augustis ob reditum | aquarum | P. Pomponius | Cornelianus c. i.[1], | ut vovit.

Schio prope Vicetiam, nunc Vicetiae (V 3106 vidit Mommsen). — 1) *Clarissimus iuvenis.*

3860 Satyr[1] libert. | Nymphabus[2] | sacrum | instituit, | l. a. d. s. f.[3]

Romae ad viam Appiam, deinde in museo Capitolino (VI 553 vidit Bormann). — 1) SATFR, 2) NFMPHABVS *scriptum est in lapide, littera Claudiana (cf. supra N. 210 not. 4).* — 3) *Libens animo de suo fecit.*

3861 *(pedes et crura duarum Nympharum, fluente ad pedes aqua)* Oarinus[1] Augustor. n. ser. ped[*iseq.*] | Nymphas posuit, puteum inst[*ituit et col*]|legis d. d.; quod dedicatum e[*st*] . . . . . | M. Pompeio Macrino P. Iuven[*tio Celso cos.*[2]]

Romae in museo Vaticano (VI 552 vidit Henzen). — 1) *Sic videtur esse in lapide (duabus primis litteris contignatis), requiritur* Earinus *(incertum num hic Earinus Caesaris servus pedisequus VI 8992).* — 3) *A. 164.*

3862 *(Nymphae vel potius Gratiae tres sese amplectentes, quarum duae extremae spicas manibus tenent; Fluvius barbatus humi stratus; Hylas a Nymphis raptus; praeterea Hercules, Mercurius)* Epitynchanus, M. Aureli Caes. lib. et a cubiculo, Fontibus | et Nymphis sanctissimis titulum ex voto restituit.

Romae rep. sub hortis Matthaeis ad viam Appiam, est in museo Capitolino (VI 166 vidit Henzen; imaginem post alios dedit Iahn arch. Beiträge tab. IV). De Nymphis Gratiarum habitu sculptis dixit Iahn Entführung der Europa p. 39.

3863 Nymphis aeter|nis sacrum, | Ti. Cl. Praec. Ligar. | Magonianus per | Praecilium Zoticum | patrem aqua *(sic)* induxit.[1]

Supra Casinum prope S. Eliae oppidum, in vivo saxo incisum, ubi supra currit aquaeductus Casinum pergens (X 5163 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 3866.*

3864 Q. Hortensius Hymnus Nymphís dívínis v. s. compote[1] factus l. a., | et Cascellia Arethusa, permissú Ti. Latíní Pandúsaé[2].

Sutrii rep., nunc Romae, basis, in cuius superficie supersunt vestigia pedum trium Nympharum (XI 3247 vidit Bormann). — 1) *Compotis sive compote antiquior forma, unde natum compos (Bo.).* — 2) *Fortasse is qui fuit legatus Moesiae initio principatus Tiberii (Tac. a. 2, 66), cf. Prosopogr. imp. Rom.*

3865 Nymphas salutares | M. Rutilius Lupus[1] tr. mil. | leg. XXII, q., tr. pl., | leg. Aug. leg. XIII Gem.

In Pannonia superiore ad thermas Varasdin-Töplitz rep. (III S. 10893 vidit Swobada). — 1) *Rutilii Lupi complures innotuerunt. Hic videtur vixisse primo p. Chr. saeculo.*

3866 Nymphis Geminis | sacrum | C. Fufius Gemini[1] l. | Politicus, | idem aquam perduxit.

Firmi in Piceno, fortasse aliunde eo adlata (IX 5744 vidit Mommsen). — 1) *C. Fufius Geminus fuit consul a. p. Chr. 29. Ab eo Nymphis nomen indidisse libertum apparet.*

3867 pro salut. domini | nostri sa|nctissimi | Antonini | Pii Augusti | Nymphis | novis sacrum | Rufrius Sulpicia. | leg. leg. XIII G. Anto.

Apuli in Dacia, iam Vindobonae (III 1129 vidit Mommsen).

3868 Nymphis sanct.[1] novis repertis | in villam Surdinianam Amempti | Caes. l. et Orciviae Phoebes et Rhodini lib. | eorum, deduct. ad eam villam quae et ipsae | maiestati suae[2] se dederunt | imp. Caesare Vespasiano III M. Cocceio Nerva cos.[3]

Mondragone in litore Campano, ubi fuit Sinuessa (X 4734 bis vel ter descripta saec. XVIII). — 1) *Vix intelleguntur aquae celebres Sinuessanae, de quibus infra ad N. 3893.* — 2) *Incertum cuius maiestas; an ipsarum Nympharum?* — 3) *A. 71.*

3869 Nymphis Aug. sacrum | C. Raecius Leo aquam quam nul|lus antiquorum in civitate | fuisse meminerit, inven|tam impendio[1] ex volu[*n*]|t[*ate*] C. Raeci Rufi c. v. patron. | [*sui de*]dicavit, | [*Severo e*]t Pompeiano II cos. VI idus | Nov.[2]

In insula Dalmatiae Arba (Arbe) rep., hodie Legnari (III 3116 vidit Mommsen). — 1) *Inserendum* suo, *aut mox pro* ex *scribendum* et *(Mo.).* — 2) *8 Nov. 173.*

3870 Nymphis et V[*i*]ribus[1] | Augustis | L. Granius L. f. [*P*]riscus | VI[*vi*]r Aug., IIIIvir a. p., | pr[*ae*]f. i. d.[2], fontem | et omnem *(sic)* opu[*s*] | d. [*s.*] f. | idemq. dedic.

Veleiae rep., est Parmae (XI 1162 vidit Bormann). — 1) *Cf. N. 3871.* — 2) *Sevir Augustalis, quattuorvir aedilicia potestate, praefectus iure dicundo.*

3871 Lymfis, Virib.[1] | Q. Vibius Severus | v. s.

Villincini in agro Comensi (V 5648 vidit Mommsen). — 1) *Eaedem Vires videntur intellegendae esse in titulis Transpadunis omnibus supra N. 3291 (ubi coniunguntur cum Neptuno), V 1964. 5798. 8247. 8248. Aliter Virium vocabulum videtur accipiendum esse V 6961. 6962.*

3872 [*Ny*]mphis Lauren|[*tib*]us pro salute | [*imp. C*]aes. M. A. [*Seve*|*ri Ale*]x[*a*]ndri[1] p. [*f.* | *Aug.*] Sext. Cat .... | .. ntin ....[2] | ... sa ...

Gonsenheim prope Moguntiacum rep. (Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschrift 6, 1887 n. 132 p. 190 vidit Zangemeister). — 1) *Alexandri nomina erasa.* — 2) *Fortasse Sex. Catius Clementinus consul a. 230.*

3873 *(Apollo inter duas Nymphas)* Argenne, Poppaeae Augustae Augusti[1] liberta, | Apollini et Nymphis votum l. d.

3874 *(Apollo, Nymphae tres, earum una aquam effundens in concham alterius)* Apollini et Nymphis Nitrodibus[2] | C. Metilius Alcimus v. s. l. a.

3875 ... vius Leítus[3] Nymphís Nitródis[2] | vót. sol. l. ani. *(Erotes duo).*

In insula Aenaria (Ischia) rep., iam Neapoli (X 6787. 6786. 6789 vidi). — 1) *Scilicet uxoris.* — 2) *Praeter hos extat titulus* Nymphis Nitrodiaes *(sic) X 6790 Petropoli, et ipse sine dubio Aenariae rep.* — 3) *Fortasse M. Fulvius Leitus libertus Fulvii Gillonis consulis a. 76 (IX 4794); cf. Prosopogr. imp. Rom. s. v. Leitus.*

Nymphis Griselicis dedicatus est titulus supra N. 1114.

3876 Apollini et Nymphis Domitianis | Q. Cassius Ianuarius d. d.

3876a Apollini sancto et Nymphis voto suscep|to Gavia Rhodine d. d. calicem argenteum p. s.

3877 Apollini, Silvano, Nymphis Q. Licinius Nepos d. d.

Vicarelli ad lacum Sabatinum rep. in aquis calidis, vasa argentea, nunc Romae in museo Kircheriano (XI 3286—3288 vidit Bormann).

3878 Apollini, Silvano, Asclepio, Nymphis sacrum, [*L.*] Aiatius Phoebus, decurialis decuriae Iuliae praeconiae consularis[1], voto suscepto d. d. con Phoebiano filio.

Vicarelli rep. (XI 3294 semel descripta saec. XV). — 1) *Cf. supra N. 1935.*

3879 numini | [*Ny*]mpharum | et Draconi | Abidius Bassus | trib., cur. m. M.[1] | votum dedit.

Ad Aquas Flavianas (Henchir Hammam) Numidiae (VIII 17722 Cagnat vidit ectypum). — 1) *Curator municipii Masculitani (ad cuius rempublicam Aquae Flavianae pertinebant).*

3880 Nymphis | fontis Amev. | Cn. L. Terentius | L. f. Homullus | Iunior leg. | leg. VII G. f. | l. v. m. s. | . . .

Legione (Leon) rep. (II 5084 cf. p. 913 vidit Huebner). Ex alio exemplo eiusdem tituli videtur superesse II S. 5676.

3881 Nymphis C|aparensium | Aelius | Epinicus | v. s. a. l.

3882 Fontanae | [*A*]el. V[*e*]rinus | Eme.[1] pro sa|lute Comodi | v. s. libes m.

3882[a] Saluti | Privata | l. a. v. s.

Rep. in Hispania loco dicto Baños de Montemayor, inter Caperam (cf. N. 3825) et Salmanticam (Eph. ep. 8 p. 378 n. 71. 76. 78 descr. Fita). — 1) *Emeritensis.*

3883 Fontano | et Fontanae | pro salut. Al|bi Fausti Albia | Pacina v. s. a. l.

Prope Villaviçosam Portugalliae (II 150 semel descripta). Titulos Endovellico deo dicatos eodem loco repertos infra dabimus inter titulos numinum epichoriarum.

3884 L. Fufius L. l. | Alexsander | magisster *(sic)* | quinqueannalis, | interrexs[1], Fontano | de sua pecunia[2] | ara *(sic)* posit lib. m., | collegiu decretu *(sic)*.

Prope Formias (X 6071 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Interrex collegii (nam non ad rempublicam Formiarum hoc munus pertinere patet) nullus praeterea notus. 'Ordo' quoque 'regalium' fuit Formiis, ut monuit Mommsen (X 5094).* — 2) *Quae sequuntur, litteris deterioribus adiecta.*

3885 Fonti divino | aram | L. Postumius Satul[*l*]us | ex voto d. d.

Nescaniae (Escaña) in Baetica (II 2005 saepius ut videtur descripta saec. XVI—XVIII).

3886 Fonti | perenni | M. Ant. | Victori|nus dec. | col. Aq., aed.

Aquinci in mithraeo rep. (III S. 10462 vidit Domaszewski). — *Titulos diis Cauti et Cautopati ab eodem Victorino positos infra dabimus (N. 4253) inter Mithriacos.*

3887 Fonti | sanctissimo | sacrum | P. Cornelius | Synethus et | M. Varius | Epitynchanus | d. d.

Romae (VI 153 descr. Fabrettius).

3888 L. Venuleio Aproniano, | Q. Articuleio Paetino cos.[1], | mag. et minis. Fontis: | Ti. Claudius Salvius IIII[2] | *(sequuntur alia magistrorum nomina tria),* | Zosimus Aqulli *(sic)* II | *(sequuntur alia servorum nomina tria).* Dedic. V k. Aug.

Romae (VI 154 vidit Henzen). — 1) A. 123. — 2) Quarto (scilicet magister). — Alios titulos a magistris et ministris Fontium positos habes VI 155 seq.

3889 M. Gavio Orfito, L. | Arrio Pudente cos.[1], | Fonti Scauriano sac. | Mag. | G. Antonius Hymnus, | G. Valerius Hilarus, | G. Fufius Fileros, | P. Caecilius Agatyrsus; | min.: Epitynchanus Bassi, Euty|ches Corneliaes, Acribes Don|ati, Facundus Zotici. Kal. Septe.

Romae in Aventino ut perhibetur rep., postea Florentiae, deinde Perusiae (VI 164 aliquoties descripta). Una prodiisse dicuntur similes tituli VI 163. 165, quos solus Ligorius videtur vidisse. — 1) A. 165.

3890 Fontibus | div|inis | sacr. | M. Antonius | Sp. f. Stephon | v. s. l. m.

In vico Berzo vallis Camunnorum (Val Camonica), iam Bergomi (V 4938 vidit Mommsen).

Iovi caelestino, Fontibus, Minervae dedicatus est titulus supra N. 3062.

3891 Herculi, Genio | loci, Fontibus | calidis, Calpur|nius Iulianus | v. c., leg. leg. V Mac., | leg. Aug. pr. pr. | [*prov.*] Moes[*i*]ae i[*nferiori*]s | v. l. s.

Mehadiae in Dacia (III 1566 cf. p. 1419 partem vidit Hirschfeld, reliqua sumpta ex apographo facto saec. XVIII).

3892 Aquis Albulis | sanctissimis | Ulpia Athenais, | Glypti Aug. | lib. ab epistu|lis uxor, | libens | d. d.

Romae, sed rep. sine dubio ad Aquas Albulas sub Tibure (XIV 3909 saepius descripta saec. XVII. XVIII). De aquis Albulis cf. CIL. XIV l. c. (p. 435). Alias inscriptiones Aquis iis dedicatas habes XIV 3908. 3910. 3911, in his carmen Buech. 865.

3893 [*Aquis Sin*]uessanis[1] ob . . | . . . . . i T. Caunius Pris[*cus* | *leg. Aug. pr.*] pr., cos. des.[2], cum V[*era* | *uxore et Fir*]mino et Prisca filiis.

Lambaesi ad templum vel in ipso templo Aesculapii (VIII 2583 vidit de la Mare auctor accuratus). — 1) Supplevit Mommsen. Aquas calidas Sinuessanas memorant Tac. ann. 12, 66, hist. 1, 72 aliique; cf. Mommsen CIL. X p. 464. Pertinet ad eas carmen Graecum ipso illo loco repertum Kaibel ep. Gr. 810 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 889, Cf. etiam supra N. 3868. In Africa iis Aquis titulum dedicatum esse non est mirum, si suminus Caunium Priscum antea usum esse aquis Sinuessanis vel oriundum fuisse Sinuessa. — 2) Idem legatus cum suis posuit titulum supra N. 3843 (eiusdem nomen plane incerta coniectura restitutum est in titulo anni 186 VIII 2697).

3894 C. Acutius | C. f. Maturus | A. A.[1] v. s. l. m.

Abani prope Patavium rep., est Patavii (V 2783 vidit Mommsen).

3494ᵃ C. Cassius | Severus | missus ex pr.[2] | speculator, | A. A.[1] v. s. l. m.

Patavii olim, sed rep. sine dubio ibi ubi ea quae praecedit (V 2784 aliquoties descripta saec. XVII). — 1) Aquis Aponi, vel Apono Augusto. De Aquis illis prope Patavium cf. CIL. V p. 271. Alios titulos iisdem Aquis (A. a.) *dedicatos habes V 2785 seq. 8990. — 2) Praetorio (cf. supra N. 2022. 2014 seq.).*

3895 Numini aquae | Alexandrianae[1]. |

Hanc aram Nymphis extruxi, | nomine Laetus, |
cum gererem fasces patriae | rumore secundo. |
Plus tamen est mihi gratus | honos, quod fascibus annus |
is nostri[2] datus est, quo sanc|to nomine[3] dives |
Lambaesem largo perfu|dit flumine Nympha.

Lambaese (VIII 2662 cf. 18106 vidit Wilmanns). Buecheler carm. epigr. 252. — 1) *Vocabulum in litura repositum.* — 2) *Scr.* nostris *(Buecheler tuetur* nostri*).* — 3) *Scilicit nomine Alexandri.*

3896 dis et numinib. | aquarum | Ulp. Secundinus, | Marius Valens, | Pomponius Haemus, | Iul. Carus, Val. Valens, | legati Romam ad | consulatum Seve|riani c. v.[1] missi, incolu|mes reversi ex voto.

Mehadiae in Dacia (III 1562 descr. Arneth aliique). — 1) *M. Sedatius Severianus legatus Daciae (III 1575) temporibus ut videtur Antonini Pii; cf. Prosopogr. Imp. Rom. s. v.*

3896a Carpus Aug. lib. | Pallantianus[1] | sanctis | Draconibus[2] | d. d.

Romae (VI 143 vidit Henzen). Hic collocavi dubitans collata N. 3879 (Νύμφη Δράκαινα mulier quaedam defuncta appellatur VI 27285. De Draconibus memoratis a Tac. ann. 11, 11 cogitaverat Lupius). Cf. etiam VIII S. 15247. 15378. — 1) *Cf. supra N. 1535.* — 2) *Longe alii Dracones sunt infra N. 4080.*

3897 St.[1] Staiedi., | V.[2] Salviedi., | Pe.[3] Pagio. | Foucino[4] | aram.

Trasacci in Marsis ad lacum Fucinum (IX 3847 cf. p. 770 vidit Mommsen). — 1) *Statios,* 2) *Vibios,* 3) *Pettios* (?) *(cf. Bull. de corr. hellénique 6, 1882 p. 326).* — 4) C *et* I *litterae ita contignatae, ut a* G *non differant. Intellegitur Fucinus lacus.*

3898 C. Gavius L. | f., C. Veredius[1] | C. f. Mesalla[2] | Fucino v. s. | l. m.

Pescinae in Marsis, non procul a lacu Fucino (IX 3656 aliquoties ut videtur descripta saeculis prioribus). — 1) *Nomen non certum; variant auctores.* — 2) *Sic traditur.* — *Cultores Fucini memorantur supra N. 3626.*

3899 ...clo[1] et Lac. | Benaco, | Successus Q. | Samici Myrini | v. s. l. m.; | Q. Samicius | Suc[*cessu*]s iter.[2]

Rep. ad lacum Benacum in vico S. Vigilii, est Veronae (V 3998 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse numen epichorium.* — 2) *Successus votum solvit servus, iteravit post libertatem adeptam (Momms.). Ab eodem Q. Samicio Successo positus est titulus V 3219.*

3900 Ti. Poppai. | Ti. f. | Temavo | d. d. l. m.

In vico Montereale rep. ad fluvium Celina, ubi is ex Alpi Veneta prorumpit, ara litteris vetustis (Pais 380 descr. Bertolini). Timavus fons sive fluvius prope Aquileiam saepe memoratur apud antiquos, cf. Mommsen CIL. V p. 75. Titulus, qui scriptus videtur vix post tempora Sullana, dedicatus est in regione aliquanto a Timavo remota, fortasse a negotiatore Aquileiensi (Momms.).

3901 P. Mevius | Eutychus | aediculam rest. | Sebetho[1].

Neapoli (X 1480 descripta saec. XVI a compluribus viris fide dignis). —

1) *In nummo Neapolitano (apud Sambon monnaies de la presqu'île Italique p. 141, 4) ad caput iuvenile cornutum (fluvii) adscriptum est* Σέπειθος. *Nympham Sebethidem memorant Vergil. Aen. 7, 734 aliique.*

3902 Tiberino | sacr.

Baschi inter Ameriam et Tuder, supra Tiberim (XI 4644 Giovanellius quidam descripsit a. 1714). — Tiberinum habes praeterea supra N. 626. 2152. — Volturno flumini videtur dedicatus fuisse titulus Eph. ep. 8, 576.

3903 Pado patr[*i*].

Pigognagae prope Gonzagam, 10 chil. ab alveo qui nunc est fluminis Padi (Bull. inst. arch. 1876 p. 85 descr. Attilius Portioli Mantuanus).

3904 Duri[1] | C. Iulius | Pylades.

Prope Portum (O Porto) Portugalliae (II 2370 semel descripta saec. XVI). — 1) *Significatur sine dubio Durius fluvius.*

3905 Genium Baetis, | sig[*num aere*]um | L. Iulius . . . . s | [*voto*] susc[*epto*] | . . . . rinorum | de salario suo annuo | ex X[1] LXII cum base | d. d. d.

Prope Hispalim, iam in ipso oppido Sevilla (II 1163 vidit Huebner). — 1) *Denariis.*

3906 [*G*]eni[*o*] numinis | Caput-amsagae[1] | sacrum, | C. Arruntius | Faustus, Arrunti | Proculi filius, | magistratus[2] | permisso ordinis | suis pecunis fecit | itemque dedicavit | libens animo.

In pago agri Cirtensis Sila (VIII 5884 vidit Wilmanns). — 1) *Ampsaga fluvius Cirtam praeterfluit, hodie dictus Rumel. Pro eius parte superiore ab antiquis habitum esse rivum Bu Mersug, qui prope Cirtam in illum incidit, hic titulus docet.* — 2) *Magister pagi.*

3907 Savo et Ad|sallutae | sacr. | P. Ant. Secundus | v. s. l. m.

Ad Savum, non longe a loco ubi in eum influit fluvius Sann, prope Saudörfel rep. (III 5138 vidit Mommsen). Tituli Savo et Adsallutae vel etiam soli Adsallutae dicati eodem loco complures alii prodierunt (III 5134 cf. 11680. 5136. III S. 11684. 11685; item sine dubio eodem loco rep. III 5135). Adsallutae vocabulo significare fluvium Sann recte sine dubio coniecit Knabl Gratzensis.

3908/9 Savo Aug. | sac. | M. Iuentius | Primigenius | et soci v. s. l. m.

Scitarjevi in Croatia, in Savi alveo ut videtur antiquo rep., nunc Agram (III 4009 p. 1746 vidit Mommsen).

3910 Vidaso | et Tianae | sacr. | Q. . . . llius | [*F*]ulvus | v. . . . s.

Topusko in Croatia (III S. 10819 descr. Kalinka et Swoboda). Iisdem ut videtur numinibus dedicatus est lapis eodem loco rep. III 3941. Fluviorum numina fuisse coniecit Ihm arch. ep. Mitth. 1896 p. 78.

3911 Danuvio | defluenti | Ti. At[*e*]rius Ca[*l*]|linicus v. s.

Aquinci (Ofen) rep. (III 3416 vidit Mommsen).

3912 in h. d. d. | I. o. m. et Danu|vio ex vot|o Primanus | Secundi v. s. l. l. | Muciano et Fabi|[*ano cos.*[1]]

Ad Danuvium loco dicto Risstissen (inter Ulm et Biberach) (III 5863 aliquoties descripta). — 1) *A. 201.*

3913 I. o. m. | et Genio lo|ci et Rheno Cl. Mar|cellinus b. [*f.*] | cos.[1] v. s. l. m., | imp. Commodo | VI cos.[2]

Remagen rep. (Brambach 647 semel descripta). — 1) *Beneficiarius consularis.* — 2) *A. 190.* — *Alius titulus* [*f*]lum. Rheno *dicatus est XIII 5255 = Inscr. Helv. 271.*

3914 Abnobae | Q. Antonius | Silo 7 leg. I A|diutricis et | leg. II Adiutri|cis et leg. III Aug. | et leg. IIII F. f. | et leg. XI C. p. f. | et leg. XXII P. f. D.[1] | v. s. l. l. m.

Prope Roethenberg (a Rottweil sive Aris Flaviis inter septr. et occidentem versus) rep., nunc Stuttgart (XIII 6357 = Brambach 1626 vidit Zangemeister). — 1) *Piae fidelis Domitianae (cf. supra N. 2279 not. 2).*

3915 in h. d. d. | Deanae Abn|obae Cassia|nus Casati | v. s. l. l. m. | et Attianus | frater, Fal|con. et Claro | cos.[1]

In monte Abnoba (Schwarzwald) prope Mühlenbach (inter Haslach et Hornberg) rep., nunc Freiburgi (XIII 6283 = Brambach 1683 descr. Buecheler). — 1) *A. 193.*

Alias deae Abnobae vel Dianae Abnobae inscriptiones in eadem regione repertas habes ap. Brambach 1654. 1680. 1690 (= XIII 5334. 6326. 6332). — *Arduinnae dicatos titulos vide infra in capite de numinibus peregrinis.*

3916 Vosego | Maxsii|minus (*sic*) | v. s. l. l.

Bergzabern (Bayr. Pfalz) rep. (XIII 6080 = Brambach 1784 semel descripta saec. XVI).

3917 Vo[*seg*]o sil. s.[1] Adnam|us Nertomari fil. | v. s. l. m. *(imago dei arcum ut videtur et pharetram tenentis).*

Zinsweiler in Alsatia rep. (XIII 6027 = Études dédiées à Mr. Leemans p. 246 descr. Zangemeister). — 1) *Vosego silvestri sacrum. In alio lapide eiusdem regiones extat* Vosego sil. *(Zangemeister l. c. p. 239).*

3918 Carminia L. f. | Prisca | Histriae Terrae | v. s. l. m.

Parentii in Histria (V 327 vidit Mommsen).

3919 Histriae fánum | ab C. Vibio Varó patre inchóatum | Q. Caesius Macrinus perfecit et dedicavit.

Rovigni in Histria rep., est Veronae (V 309 vidit Mommsen). Gemellus est titulus Fortunae eodem loco ab eodem Q. Caesio Macrino positus (V 308).

3920 Daciis | tribus et | Genio leg. XIII G. | M. Caelius | Iulianus | tr. l. c.[1] d. d.

Apuli (Carlsburg) rep., nunc Clausenburg (III 995 vidit Mommsen). — 1) *Tribunus laticlavius.*

Terram Daciam habes etiam supra N. 1860.

3921 diis deabus | Daciarum | et Terr[*ae*] . . .[1]

Apuli (Carlsburg) rep. (III 996 p. 1390 vidit Domaszewskius). — 1) *Titulus imperfectus relictus.*

3922 I. o. m. | et ceteris diis | deabusque im|mortalibus et Da|ciae, | pro salute domi|ni n. M. Aur. Antoni|ni Pii Felicis Aug. n., | C. Aur. Si-

gillius trib. | leg. XIII G.[1] Antonini|anae, prid. non. April. | Laeto II et Cerialae *(sic)* | cos.[2]

Apuli (Carlsburg) (III 1065 vidit Mommsen). — 1) *Tribunus legionis decimae tertiae Geminae.* — 2) *4 Apr. (natalis Caracallae) 215.*

3923 Caelesti Augustae | et Aesculapio Au|gusto[1] et Genio | Carthaginis et | Genio Daciarum | Olus Terentius | Pudens Uttedi|anus leg. Augg. | leg. XIII Gem., leg. | Augg. pro praet. | [*pr*]ovinciae Re|tiae *(sic)*.

Apuli (Carlsburg) rep., est Vindobonae (III 993 vidit Mommsen). — 1) *Caelestis et Aesculapius dii sunt proprie Carthaginienses (Mo.).*

3923[a] dis et Genio | provinciae | Pannoniae | C. Val. Pudes *(sic)* | leg. Aug. pr. pr.[1]

Aquinci rep. (III S. 10396 vidit Domaszewskius). — 1) *Cf. supra N. 3131.*

3924 Numini Mau|retaniae et | Genio ther|marum gra|tias ago.

Saldis (Bougie) in ora Mauretaniae (VIII 8926 vidit Wilmanns).

3925 Urbi Rome | L. Cassius | Marcelli|nus[1] leg. | Aug. pr. pr., | cos. des.

Aquinci (III S. 10470 Domaszewski vidit ectypum). — 1) *Fortasse idem Cassius Pius Marcellinus, qui fuit quaestor designatus et quindecimvir sacris faciundis a. 204 (act. lud. saec. Sever., cf. eph. ep. 8 p. 292).*

3926 Urbi Romae aeternae Aug. | resp. municipi Severiani Anto|niniani liberi Thibursicensium | Bure.

Thibursici Bure provinciae Africae (VIII 1427 partem dimidiam vidit Wilmanns).

3927 Iovi opti|mo maximo, | diis deabus|que inmor|talibus et | Romae | aeternae | Locrenses.

Locris (Gerace) (X 16 vidit Mommsen).

3928 I. o. m. | et viis semit|ibusque | pro salute sua | Q. Sabinius | Asclepiades | v. [*s.*] l. m.

Prope Radstadt loco dicto Taurach, iam Salzburgi (III 5524 vidit Mommsen).

3929 deo qui vias | et semitas com mentus est[1] T. Ir|das[2] s. c.[3] f. v. l. l. m.[4] | Q. Varius Vita|lis [*b. f.*] cos.[5] aram | sacram resti|tuit, | Aproniano et Bra|dua cos.[6]

Apud Thornburgh (Thornborough) super Swale comitatus Eburacensis rep. a. 1620 (VII 271 semel descripta). — 1) *Versus est senarius, cf. Buecheler carm. ep. n. 25.* — 2) *Nomen fortasse non recte exceptum.* — 3) *Singularis consularis.* — 4) *Fecit votum libens laetus merito.* — 5) *Beneficiarius consularis* (b. f. *in apographo corruptum, sed agnoscitur).* — 6) *A. 191.*

3930 Biviis Triviis | Quadruviis | ex voto suscepto | posiit Primius | Victor | v. s. l. l. m.

Spirae olim, postea Rottweil (XIII 6096 = Brambach 1643 descr. Haug). Praeterea iisdem numinibus dicati sunt tituli Aventicenses XIII 5069. 5070 (= inscr. Helv.

157. 158), Lingonensis XIII 5621 = Orell. 2105, Rhenani non pauci; solis Quadriviis III 1140. 1440 cet. Rhenani Brambach 166. 550. 1419 cet. cf. etiam supra N. 3574. 3635.

3930[a] Bibis Tribis Quadr[*i*]vii[*s*] | Iul. Bellicus v[*et*]e|ra leg. XXII P. p. f. | v. s. l. l. m.

Moguntiaci (Brambach 1107 vidit).

3930[b] diis Quadrubis vica|ni Bibienses[1] | d. s. p.

Sandweier (prope Baden-Baden), iam Carlsruhe (XIII 6315 = Brambach 1676 vidit Zangemeister). — 1) *Vicani hi Bivienses praeterea non memorantur.*

3931 Quadrivi[*is*] | circumsaeptum | et portam ex vo|to suscepto | C. Crispinius | Cladaeus publi|canus[1] v. s. m.

Coblenz (Eltester Ann. Rhenan. 50/51, 1871 p. 295). — 1) *Stationem illo loco fuisse vectigalibus exigendis coniecit Huebner ann. Rhen. 53/4, 1873 p. 165 not. 3.*

3932 Tempestati | sacr.

Monteroduni inter Venafrum et Aeserniam (X 4846 vidit Dressel).

3933 Tempestatibu[*s*] | M. Laberius C. f. | dat.

Lanuvii (Cività Lavinia) (XIV 2093 vidi). — Aedes Tempestatium urbana memoratur supra N. 3.

3934 Iovis | Tempestati.

3934[a] Neptuno.

Prope Bononiam in vico S. Giorgio di Piano, cippi duo (Brizio Notizie degli scavi 1891 p. 21. 1892 p. 12).

3935 Ventis | bonarum | Tempes|tatium | potentibus, | leg. III Aug., | dedicante | Q. Fabio Catullino | leg. Aug. pr. pr.

Prope Lambaesim rep. (VIII 2610 vidit Renier). Una repertus est titulus gemellus supra N. 3061, ubi conferas velim.

3936 Ingenua | Ventis | v. s. l. m.

Prope Auch Aquitaniae rep. (XIII 441 semel descripta).

Ara Ventorum *est supra N. 3279. Titulus* Volcano et Ventis *dedicatus supra N. 3294.*

3937 Soli | Q. Aradius Rufinus | cos.[1] | votum.

3938 Lunae | Q. Aradius Rufinus | cos.[1] | votum.

Prope Thuburnicam provinciae Africae (VIII S. 14688. 14689 vidit Cagnat). — 1) *Fortasse consul a. p. Chr. 316. De Aradiis Rufinis cf. Henzen CIL. VI p. 367, Schmidt VIII l. c.*

3939 Soli et Lunae L. Tulcidius[1] Perennis leg. Aug. pr. pr. provinciae Lusitaniae.

Prope Olisiponem (II 258 p. 693, bis descripta). — 1) *Sic alter ex descriptoribus,* Cestius Acidius *alter; fortasse intellegitur filius Perennis praefecti praetorio sub Commodo.*

3940 Soli invic|to et Lunae | aeternae | C. Vetti Ger|mani lib. | duo Para|tus et Her|mes dederunt.

Romae (VI 755 vidit Henzen). — Alius titulus Soli et Lunae dicatus est supra N. 1774, Soli Lunae Apollini Dianae N. 1418.

3941 *(protomae Solis, Lunae, Silvani)* Soli, Lunae, Silvano | et Genio cellae | Groesianae | M. Scanianus[1] | Zosa ex viso | posuit.

Romae (VI 706 vidit Henzen). — 1) *Cf. VI 25542. 25971. 27265 cet.* Soli, Genio, Lunae *dicatus est t. Lousonnensis inscr. Helv. 133.*

3942 Soli iuvanti | L. Volumnius | Horatianus | sodal. Aug., praet. urb.

Pyrgis in ora Etruriae, iam Romae (XI 3711 vidit Henzen).

3943 Soli deo | Sex. Cornel. Antiochus | stellam | et fructi|fer.[1] ex vis. | lib. pos.

Salonis rep. a. 1884 (III S. 8686 vidit Hirschfeld). — 1) *Fortasse arbor fructifera intellegenda (Hirschf.).*

3944 Soli sacr. | C. Ducenius | C. lib. Phoebus, | filius Zenonis, | natus in Suria | Nisibyn[1], liber | factus Romae, | ex visu | v. s. l. m.

Romae (VI 700 vidit Smetius). — 1) *Intellegitur Nisibis civitas Mesopotamiae.*

3945 *(dea curru vecta)* Lunae Augustae sacru | Tuccius Flavius Fla. fil. | . . . . rni . . . Fortunatus | . . . . atur.

Sitifi in Mauretania (VIII 8437 vidit Creully auctor non indiligens).

3946 Lunae | luciferae | C. Iul. Varianus | mag. d. d.

Apuli (Carlsburg) in Dacia (III 1097 vidit Mommsen).

Titulus Dianae Luciferae et Lunae dedicatus est supra N. 3247.

3947 Lunae Marti . . .[1] | Fruticiae Thy[*meles*][2] | rogatu | M. Statinius Dor[*us*].

Aquileiae (V 794 cf. p. 1024). — 1) *Sic duo testes boni, nunc* M *tantum superest. Mommsen cogitavit de Luna Martia, scilicet quae festum diem haberet mensis Martii postremum (cf. CIL. I ed. 2 p. 314).* — 2) *Eadem Fruticia Thymele, M. Statinii Dori uxor, Matri deum posuit titulum infra N. 4101.*

3948 Caelo aeter|no | Attia Compse | P. f. | et Atilia Victo|ria gratias[1] | d. d.

Romae (VI 83 vidit Reifferscheid). — 1) *Videtur inserendum esse* agentes.

3949 *(Iuppiter, a d. eius Minerva, a s. Iuno, horum omnium partes inferiores tantum supersunt)* optumus maximus[1] . . | Caelus aeternus[2], Iupp[*i*]|ter[2], Iunoni reginae, | Minervae, iussus liben[*s*] | dedit pro salutem suam | M. Modius Agatho et pr[o] | Fausti patroni hominis s[*ancti*?] | et Helpidis suaes cum s[*uis*].

Romae rep. in monte Caelio (VI 81 delineavit Pighius in codice Berolinensi, unde repetivit Cumont monuments relatifs au culte de Mithra p. 234). Una rep. est titulus Mithrae ab eodem homine dicatus (VI 82). — 1) *Hoc postea adiectum esse puto et coniungendum cum Iovis nomine.* — 2) *Requiritur casus tertius.*

3950 Caelo aeterno, | Terrae matri, | Mercurio | menestratori | sacrum posuit | L. Octavius L. f. | Verus et | Octavia Euhodia | mater.

Romae (VI 84 vidit Henzen).

3951 Terrae matri s. | A. Hortensius Cerdo deae piae | et conservatrici meae.

Romae rep. a. 1872 in agro Verano, epistylium aediculae (VI 3731 meliusque 31052; imaginem aediculae dedit C. L. Viscontius bull. municipale 1872 tab. III). — Alium titulum Terrae matri in urbe Roma dicatum dedimus supra N. 1522; alius est VI 771.

3952 Terrae matri | C. Baebius C. f. Pal. | Antiochianus | eq. p., decur. Aquil., et | C. Baebius Antiochus[1] | IIIIIIvir Aquileiae, | ius IIII liberorum | consecutus[2], | ex voto.

Prope Aquileiam rep. (Pais n. 169 qui vidit). — 1) *Pater ut videtur Antiochiani; nominari voluit post filium, utpote condicionis libertinae.* — 2) *Cf. supra N. 1910 not. 3.*

3953 [*Iovi*] | *(rota)* et Terrae | matri.

Prope Nemausum loco dicto Clarensac (XII 4140 servavit Séguier). Similis fuit XII 3071.

3954 I. o. m. | et Iunoni | et Tere *(sic videtur)* matri | [*sa*]cr. | . . . .

Aquinci rep. (III S. 10431 vidit Domaszewskius).

3955 Terr. matr. | et m.[1] Priscille | ob commen|datam et | restitu|tam fidem, | Ael. Strato|nicus v. s. l. m. | Brigeti.

Brigetione (O'-Szöny) rep. (III S. 11009 vidit Domaszewskius). — 1) *Memoriae. — Haec eodem iure inter sepulcrales collocari potuit.*

3956 deae Telluri | sacrum | M. Aurelius | Threptus | fecit.

Romae, postea Reate (VI 769; Fabretti 697, 184).

3957 Telluri Genetrici res publica Cuicul[*i*]tanor. templum fecit; | C. Iulius Lepidus Tertullus[1] leg. Aug. pr. pr. dedicavit; | simulacrum deae acrolithum Ti. Iulius Honoratus pont., fl. pp.[2], dono dedit.

Cuicul in Numidia, iam Parisiis (VIII 8309 vidit Wilmanns). — 1) *Legatus Numidiae fuit circa annum 194 (VIII S. 17726).* — 2) *Flamen perpetuus.*

3958 Telluri Gilvae[1] Aug. | sacr. C. Arrius Ne|potis fil. Sabinius Papir. | Datus aedil., sacer. iteu[2] | . . . u. . . . .

Calamae in Numidia (VIII 5305 semel descripta). — 1) *Cognomen Telluris obscurum.* — 2) *Fortasse latet vocabulum Telluris.*

3959 Telluri et Cereri Aug. sac. | Aebuti Saturninus et Victor, T. Aebuti f., | ianuam cum suis o[*r*]namentis sua[1] p. f. id. q. d.[2]

In Africa loco dicto Bu Djelida (VIII S. 12322 vidit Schmidt). — 1) *Primum quadratarius scripserat* suis. — 2) *Pecunia fecit idemque dedicavit.*

3960 Terrae matr[*i*], | Aere curae[1], Ma|tri deum mag|nae Ideae, | Popilia M. fil. | Maxima tauro|bolium aram | posuit, movit[2], | fecit.

Thibili Numidiae rep., nunc Parisiis (VIII 5524 vidit Wilmanns). — 1) *Sic scriptum est, cum puncto inter* aere *et* curae *vocabula (cf. N. 3968). De Aerecura sive Era dea egerunt Mommsen Arch. Anzeiger 1865 p. 88* seq.; Gaidoz revue arch. sér. III*

vol. 20, 1892 p. 198 seq.; Maass Orpheus p. 220 not. 27. — 2) *Taurobolium movere est etiam in aliis titulis Matri deum dicatis (infra N. 4118. 4137. 4138).*

3961 *(in tribunali sedent vir barbatus et mulier velata, quibus adscriptum)* Dispater, Aeracura[1], *(adstantibus tribus figuris velatis, quarum media barbata, reliquae feminae)* Fata divina. *(Ante tribunal Mercurius)* Mercurius | nuntius *(praecedens mulieres duas velatas)* Vibia, Alcestis. — *(A sinistra picturae eius quae praecedit: Pluto mulierem rapiens, praecedente Mercurio)* abreptio Vibies et discensio — *(A dextra eiusdem picturae: convivium septem hominum, quorum tres apices in capitibus gestant)* septe pii sacerdotes *(uni adscriptum nomen)* Vincentius. — *(Sub prima, inter reliquas duas picturas: mulier velata per portam apertam, cui superscriptum)* inductio Vibies *(adducitur a iuvene coronato)* angelus | bonus *(ad homines sex discumbentes, quibus superscriptum)* bonorum iudicio iudicati *(uni nomen adscriptum)* Vibia. — *(Supra arcum, sub quo omnia leguntur quae praecedunt)* [*Vi*]ncenti hoc o[*pus*] .. quetes[2] quot vides. Plures me antecesserunt; omnes expecto. | Manduca, vibe, lude[3] e beni at me. Cum vibes, bene fac; hoc tecum feres[4]. |

Numinis antistes Sabazis Vincentius hic e[*st*,
q]ui sacra sancta | deum mente pia co[*lui*]t.[5]

Romae ad viam Appiam, picta haec sunt in cubiculo subterraneo, quod cohaeret cum coemeterio christiano quod dicitur S. Praetextati (VI 142 edidit Garruccius tre sepolcri con pitture appartenenti alle superstizioni pagane [Neap. 1852] p. 4 seq., cf. de Rossi bull. inst. arch. 1853 p. 87 seq., repetivit Garruccius storia dell' arte cristiana VI tab. 494 cf. p. 171 seq.). Quomodo picturae dispositae sint, apparet ex tabula ap. Garruccium storia l. c. 493 fig. 2. — 1) Abracura *primum edidit Garruccius; sed pari iure* aerecura, *id quod requiritur, legi posse de visu rettulerunt Mommsen et de Rossi (cf. arch. Anzeiger 1865 p. 89*).* — 2) *Quid subsit, obscurum.* — 3) *Cf. Maass Orpheus p. 210 not. 5.* — 4) *Clausula iambica; cf. Buecheler carm. epigr. ad n. 1317.* — 5) *Buecheler l. c.*

3962 *(a sinistra)* Diti | Patri | sacr. | *(a dextra)* Erae | sacr. *(in medio)* lucum | maceriem aras | molem [*s*]edilia | Q. Cer[*v*]onius | Chr[*y*]seros | acc. cos.[1], IIIIIIvir | Florentia | fecit.

Aquileiae ut videtur rep. (V 8970^a nescimus a quo descripta). Hunc quoque titulum ut eum qui praecedit ad sepulcrum pertinuisse apparet. — 1) *Accensus consuli.*

3963 Herae | sacr.

In Histria rep. loco dicto Ceppich (V 8126 descr. Luciani).

3964 Haerae dominae | Sextilia Propontis | pro salute et | reditu | filiorum suorum | v. l. s.

In Histria mediterranea rep. loco dicto Racizze (V 8200 vidit Pais suppl. Ital. 1 n. 48).

3965 Otacilia | Matrona | Herecure *(sic)* | v. s. l. l. m.

Rottenburg rep., est Stuttgart (XIII 6359 = Brambach 1638 vidit Zangemeister).

3966 [*Diti patr*]i | et Aerecurae | M. Aurelius | [*S*]caurus[1] | vet. ex voto | v. s. l. m.

Gradi prope Aquileiam (V 725 viderunt Pais et Gregorutti, cf. CIL. suppl. Ital. I n. 62). — 1) Scaurus *Cortenovis et Gregor.*

3967 *(deus et dea sedentes)* in h. d. d. d. s.[1] Aericur. et Diti pat. | Veter. Paternus et Adie. Pater.[2]

Sulzbach (prope Ettlingen) rep., est Carlsruhe (XIII 6322 = Brambach 1679 vidit Zangemeister). — 1) *In honorem domus divinae deae sanctae.* — 2) *Adiectia (?) Paterna.*

3968 D. P. et Ae. C.[1] | Caes. Iust|us et Fla. | Fronto | v. s. l. m., | sac. | Fl. Salvino, | a suo sta.[2]

Carnunti (III 4395 cf. III S. 11087 viderunt Mommsen et Kubitschek). — 1) *Diti Patri et Aerecurae (Mo.).* — 2) *A suo statuerunt (Kub.).*

3969 Androni|cus, Hermae | Ti. Claudi Cae|saris servi | vicarius, | Diti p. v. s. | l. m.

Romae (VI 138 vidit Mommsen).

3970 Diti patri et | Proserpinae | sacr. | Iulia Flora | pro salutem | suam et suorum.

Stuttgart in museo (Brambach 2023 qui vidit).

3971 Diti patri et | [*P*]roser|pinae Reg[*i*]n. | Q. Sab. Vital. pr. Augus|talium[1].

Arčer in Serbia, ubi fuit Ratiaria (III S. 8081 meliusque ib. 12646). — 1) *Primus Augustalium, cf. X 5423. 7541.*

3972 Plutoni et | Proserpin|ae Flavia | Veneria | Bessa ex | visu aedem | d. s. p. v. s.[1] l. m.

Augustae Vindelicum (III 5796 vidit Mommsen). Plutoni et Proserpinae dicatus est etiam titulus Viennensis XII 1833. — 1) IS *lapis.*

3973 iussu Proserpinae | L. Calventius L. l. Festus | aram posit | sacrum.

Patavii rep., est Veronae (V 2804 vidit Mommsen).

Falsi sunt tituli qui ferebantur Proserpinae servatricis Orell. 1474 (= XII 238). II 145.*

3974 Q.[1] Vibull[*iu*]s L. f. Q. n., C. Cincius C. f. Paul. IIIIvir. i. d., | signum Proserpinae reficiundum statuendumque arasque | reficiundas ex s. c. curarunt HS ĐCCↀXX; mag.[2] fuere Helvia Q. f., Orbia M. f.

Vibone rep., est Neapoli (X 39 vidit Mommsen). — 1) *Incertum utrum* Q *fuerit an* L *an* C. — 2) *magistrae.*

3975 Chrestion Aug. lib., proc. | insularum Melit. et Gaul., | columnas cum fasti[*g*]iis | et parietibus templi deae | Proserpinae vetu[*state in*] | ruinam in[*min*]enti[*s*] res|tituit, simul et pilam | inauravit.

Melitae (X 7494 partem vidit Wilmanns).

3976 Numinibus Aug. | fanum Plutonis | Andecamulen|ses[1] de suo posuer.

Rancon in agro Lemovicum (Limousin) (XIII 1449 ad imaginem quam edidit Aemilius Espérandieu). — 1) *Andecamulum videtur pagus fuisse Lemovicum.*

3977 deo | aeterno | pro salute | L. Stati | Candidiani | L. Statius Fortuna|tianus et Novia Can|dida v. s. l. m.

3978 d. a.[1] | *(protome dei barbati)* | ob votum | susceptum | et inpetratum | domini sui | Hyginus | Catili v.[2]

Aquileiae rep. (Archeografo triestino 13, 1887 p. 207. 208 descr. Gregorutti). — 1) *Deo aeterno.* — 2) *Verna, explicat editor.*

3979 deo mag|no aetern. | L. Statius Di|odorus, quot | se precibus | compotem | fecisset, | v. s. l. m.

Veronae (V 3221 vidit Mommsen).

3980 deo aet. | exaudit.[1] | Antonius | Valens | somnio | monitus | pro sal. sua | suorumq. omnium | et viciniae.

Terzi prope Aquileiae rudera rep. (V 8208 vidit Mommsen). — 1) *Exauditori.*

3981 deo aeter|no pro sal. d. | n. Sev. A[*lex*|*andri*][1] P. f. Aug. et [*Iul.* | *Mame*]ae[1] Aug. mat. Au., vot. | red. l.[2] Cosmus pr. | sta.[3] Spondilla synag.

Duna-Pentele, ubi fuit Intercisa Pannoniae, iam Pestini (III 3327. III S. 10301 vidit Mommsen). — 1) *Alexandri et Mamaeae nomina erasa.* — 2) *Votum reddit libens.* — 2) *Praepositus stationis (quae sequuntur, obscura sunt).*

Inscriptiones deo aeterno dicatas composuit Cumont revue arch. 1888 t. 11 p. 192.

3982 *Διὶ πατρίωι* | ex óraculó.

3983 *Ἀθέναι* | *ἀποτροπαίαι* | ex óráculo.

3984 *Ἀπωσικακοῖς* | *θεοῖς* | ex óráculo.

Romae, cippi marmorei, duo certe (N. 3983/4) | reperti in foro ad columnam Phocae (VI 427. 106. 105, hos hodie quoque extantes in foro Romano vidit Henzen, illum in ecclesia quadam non longe a foro distante solus ut videtur descripsit Smetius saec. XVI).

3985 diis | custodibus | C. Iul. Aur. | Iulianus | a mil.[1] | d. d.

Romae rep. in campo Martio, ubi iam dicitur via del Pavone (Notizie degli scavi 1887 p. 17). — 1) *A militiis (cf. N. 2752 not. 6).*

3986 dis | conservatorib. | pro salute | Arriae suae | M. Nonius | Macrin.[1] | consecr.

Toscolani ad lacum Benacum, deinde Veronae (V 4864 vidit Mommsen). — 1) *De hoc homine cf. Mommsen CIL. V p. 339. Pater videtur fuisse M. Nonii Arrii Muciani supra N. 1148.*

3987 deis | Ambrosialibus | .. Vettius Primus | d. d. l.

Clusii (XI 2095 vidit Bormann praeter paucas litteras nuper ut videtur deperditas).

3988 *(in corona)* Κῦρι | χαῖρε *(deinde)* deo amabili | sacr. | Aelia Ehorte *(sic)* | fecit.

Romae (VI 112 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 959 saepius descripta saec. XVI/XVII).

3989 lucus | sacer | deae | Satrianae.

Romae (VI 114 cf. 30695 aliquoties descripta saec. XVI).

3990 dis dea|busq. | Urbisalvi|ensibus | T. Flavius | Maximus | proc. Aug. | ab orient.[1] | donum | misit.

Urbisalviae (IX 5529 vidit Nissen). — 1) *Intellege, Maximum ab Oriente, ubi degebat, donum misisse diis patriis.*

3991 diis propitiis, | Mactinii | vivatis! *(In latere)* Dedicata VIII idus Maias | Marcellino et Probino coss.[1]

Romae (VI 108/9 inscriptionem frontis vidit Knibbe auctor accuratus). — 1) *A. 341. Ad hanc fictae sunt inscriptiones VI 5, 3577*.*

3992 intrantibus hic deos | propitios et basilic[ae] | Hilarianae! *(infra oculus humanus lancea perfossus, in quem invehuntur varia animalia.)*

Romae rep. a. 1889 in monte Caelio, pavimentum tessellatum (Hülsen Roem. Mitth. 1891, 109; imago est bull. com. 1890 tab. I. II, quam repetivit Bieńkowski Eranos Vindob. p. 286). — De oculo maligno, et quomodo ab antiquis effingi solitus sit, post Iahnium dixit Bieńkowski l. c.

3993 votis omnibus | caelestibus | consentientibus | benevertentibusq. | L. Parius | Hermes.

Tradate in agro Mediolanensi (V 5634 bis fortasse descripta saec. XV/XVI).

3994 Numini | deorum | d. d. | Q. Naevius | Carpus.

Frascati, sed Romae fortasse rep. (VI 539. XIV 2582 bis descripta).

3995 Vi divinae | sacrum | C. Vettius C. f. | Gavolus. *(In latere)* Vi divinai | sacrum. *(In alio latere)* Vi divinae | sacrum.

Aquileiae rep., postea Venetiis (V 837 ad exemplum quod exhibet Pighius in codice Berolinensi).

3996 C. Hosidius Mar|cianus cum suis | *(intra coronam)* Pantheo | sacrum.

Romae (VI 557 descr. Metellus et Smetius). — Aliam inscriptionem Pantheo in urbe dedicatam dedimus supra N. 1383.

3997 deo magno | Pantheo ex voto | posuit qui et sign.[1], | Caesius Vitalio. L. d. d. d. *(Ab altera parte)* Qui v. o. *(sic)* s. l. | m.[2] Viribus[3].

Mediolani (V 5798 vidit Mommsen). — 1) *Signum.* — 2) *Votum (?) solvit libens merito.* — 3) *Cf. N. 3871.*

Signum aereum pantheum dis deabus *dedicatum habes supra N. 2076.*

3998 divo | Panteo | salvis | Asteris[1] | L. Cassius | Ingenus | v. s. l. m.

Sestocalende ad lacum Verbanum (l. Maggiore) (V 5523 servavit Alciatus). — 1) *Asterii sunt supra N. 1229. 1230, sed incertum an hi.*

3999 Pantheo | aedem et | aram, vo|tum, | C. Iulius C. f. | Fab. Rufus.

In confiniis Asiae et Pisidiae, loco dicto Hassan Pascha (III S. 7058 vidit Ramsay).

4000 di synnavi.

In civitate Castellana i. e. Faleriis (XI 3074 descripsit Smetius).

4001 collegio deo[*r.*] | sacrum | L. Tusidius Num. | l. d. d.

Tavignani in Piceno (IX 5730 aliquoties descripta saec. XVIII).

4002 pro salute itus ac | reditus d. n. sanctis|simi . . . . . . [*invic*|ti[1] Aug., aediculam | concili deorum | dearumque | Aurelius Faustus | prot. divini lateris | Aug. n.[2], ex visu deae | Valentiae[3] | s. p. f. c.

Ocriculi (XI 4082 vidit Bormann). — 1) *Imperatoris nomen cum parte sequentis vocabuli erasum. Illud ex paucis vestigiis in lapide relictis Gallieni fuisse coniecerat Bormann eph. ep. 5 p. 121 n. 4, quod tamen collato lapide ipse reiecit.* — 2) *Cf. N. 2785 not. 2.* — 3) *Valentiam deam Ocriculanorum memorat Tertull. apol. 24.*

4003 [*deorum c*]onsentium[1] sacrosancta simulacra cum omni lo[*ci totius adornatio*]ne, cultu in f[*ormam antiquam restituto*, | *V*]ettius Praetextatus v. c. pra[*efectus u*]rbi[2] [*reposuit*], | curante Longeio . . [*v. c., c*]onsul[*ari operum publicorum?*].

Romae, in epistylio porticus detectae ad forum sub tabulario a. 1834 (VI 102 vidit Henzen). De ruderibus porticus illius cf. Iordan top. I 2 p. 367. — 1) *Duodecim deorum consentium imagines auratas ad forum stetisse iam Varro auctor est de r. rust. 1, 4.* — 2) *A. 367/8; cf. supra N. 1258 not. 2.*

4004 I. o. m. | ceterisq. | dis conse|ntibus | M. Opellius | Adiutor | IIvir col.[1]

In Dacia loco dicto Enyed (III 942 bis descripta saec. XVI). — 1) *Duovir coloniae, scilicet Sarmizegetusae, ut apparet ex III 1323.*

4005 Consentio deorum | Marcana Sozomene | imperio fecit.

Salonis (III 1935 vidit Mommsen).

4006 I. o. m. | et consessui deo|rum dearumque | pro salute imperii | Romani et virtute | leg. XIII G. sub M. Statio | Prisco[1] consule de|signato[2], demonstr. | ipsis aquas aperien|das per L. Aurelium | Trophinum ponen|ti[3] signum Io|vis et aram, p. s. f.

Apuli in Dacia (III 1061 partem priorem vidit Ariostus auctor accuratus). — 1) *Cf. supra N. 1092 not. 4. 5.* — 2) *Hic desinit exemplum Ariosti; quae sequuntur non ita certa.* — 3) *Sic traditur.*

4007 T. Fl. Iulianus L . . . | duodecim dii[s] | sanctissimis | posuit.
Cittaducale prope Reate (Persichetti Notizie degli scavi 1891 p. 39).

4008 dibus deabus[1] | T. Iulius Placidus[2] | v. s. l. m.
Barcinone, octo arae iisdem verbis inscriptae (II 4496 vidit Huebner). — 1) deab. *pars ararum.* — 2) *Idem memoratur II S. 6151. Videntur fuisse hae bases numero duodecim et sustinuisse nota sex paria deorum dearumque (Mo.).*

4009 omnibus diis | et Caesaribus.
Vimercate in agro Mediolanensi (V 5736 semel descripta).

4010 sacrum deum dearum | voto suscepto dedicavit | C. Paetius Rufus.
Prope Tuder rep., deinde Romae (VI 101. XI 4637 descr. Marinius).

4011 sacrum | dis magnis | maioribus et | sanctissimae | sanctitati | Ulp. m. p. f.
Lasko in Hungaria (non longe ab Eszeg sive Mursa) rep. a. 1785 (III 3292 semel descripta).

4012 sancti|tati | Iovis et | Augusti | sacrum | Lucilius | Cesti *(rota)* f.
St.-Privat prope Nemausum (XII 2981 vidit Allmer).

4013 dibus | maioribus | Aurelius | Secundinus | v. s. l. m.
Topusko, ibi ubi N. 3910 (III 3939 cf. III S. p. 1740 semel a nescio quo sed accurate ut videtur descripta).

4014 Maioribus | sanctis L. Nae|vius Campanus | kast.[1] leg. IIII Fl. | pro salute sua et | suorum v. s. l. m.
Aquinci rep. (III 3461 vidit Mommsen). — 1) *Vel excidisse praefecti vocabulum vel certe intellegi debere praefectum castrorum putat Momms.*

4015 sei deo sei deivae sac. | C. Sextius C. f. Calvinus[1] pr. | de senati sententia | restituit.
Romae in montis Palatini angulo qui est inter septentrionem et occidentem, loco ut videtur antiquo, ara ex lapide Tiburtino (I 632; VI 110 cf. 30701. Ritschl tab. LVI d). — 1) *Vix is qui fuit consul a. u. c. 630, fortasse is qui memoratur Cic. Brut. 34, 130, de orat. 2, 61, 249, illius ut videtur filius (Momms.).* — *Hanc esse aram quae Aio Locutio ad Palatii radices supra aedem Vestae in infima Nova via propter vocem divinam ibi ante Gallorum adventum auditam statuta est (Varr. ap. Gell. 16, 17; Liv. 5, 32, 6; 50, 5; 52, 11 cet.) coniecit Momms., negat Huelsen (VI 30701).*

4016 si deo si deai, | Florianus rexs.[1]
Lanuvii (Città Lavigna) rep., basis ex lapide Albano (Gatti Notizie 1890 p. 218; vidi ectypum). Litterae indicant saeculum p. Chr. alterum. — 1) *Rex puto sacrificulus municipii Lanuvini.*

4017 sei deus | sei dea.
Tibure rep., cippus ex lapide Tiburtino litteris antiquis, nunc Romae (XIV 3572 vidi).

4018 sive deo sive deae, C. Ter. Denter ex voto posuit.

Romae (VI 111 semel ut videtur descripta initio saeculi XVI).

4019 Vermino[1] | A. Postumius A. f. A. n. Albi.[2] | duovir lege Plaetoria.[3]

Romae rep. non longe ab aggere Servii inter portas Quirinalem et Viminalem (VI 3732. 31057 viderunt Henzen et Huelsen; imago est bull. arch. municipale 1876 p. 24). — 1) *Deus ignotus, ut ii qui sequuntur, conferendus ut putat Henzen cum vermina, verminatione.* — 2) *Esse A. Postumium Albinum consulem a. u. c. 603 coniecit Henzen. Exeunti potius saeculo urbis septimo tribuere vult Huelsen.* — 3) *Duumvirum fuisse aedi dedicandae, factum lege aliqua Plaetoria, coniecit Henzen (adsentit Mommsen Staatsr. II³ p. 621 not. 1).* — *Aliorum numinum ignotorum arae sunt supra N. 2984 seq.*

4020 Turpeno patr. | C. Vatron. | L. Orcev[*i*]us | pr. *(in latere litterae nonnullae quae non intelleguntur).*

Praeneste (XIV 2902 vidi).

4021 A. Salvius V. f. Cledus | Purcefro d. d. l. m.

Pescinae in Marsis (I 1541ᵃ. IX 3658 ad exemplum ante centum circiter annos factum).

4022 P. T. Sex. Herennieis Sex. f. Ser.[1] | Supinates[2] ex ingenio suo | Epointe *(infra: porta clupeis et clavis ornata. In sinistro latere homo tunicatus malleum et scalprum tenens, in dextro similis homo gromam tenens).*

In vico Massa prope Albam Fucentem (I 1169. IX 3906 Ritschl tab. LXX f. vidit Mommsen). — 1) *Sergia tribus Marsorum.* — 2) *Cf. supra N. 3814 not. 1.*

4023 V. A[*t*]iedius | Ve[*s*]une[1] | Erinie et | Erine | patre | dono me[*r*]i. | lib[*s.*]

In Marsis, prope Ortonam ut videtur, rep. (I 182. IX 3808 ad imaginem rudem confectam saec. XVIII, quam repetivit Ritschl tab. III a). Tractavit Mommsen unterital. Dial. p. 345. — 1) *Vesuna dea in titulis Latinis non reperitur, reperitur in monumentis quibusdam Osce et Volsce scriptis, item in tabulis Umbris Iguvinis (Buecheler Umbrica p. 162). Cf. Iordan ap. Preller Roem. Myth. ed. 3 I p. 454 not. 1.*

4024 Sex. Paccius M. [*f.*] | et Sex. Paccius Ka[*es. f.*] | quinq. murum vet[*ust.*] | consumtum *(sic)* a solo resti[*t.*] | ex p. p.[1] | Angitiae[2].

Luci ad lacum Fucinum (IX 3885 vidit Brunn). — 1) *Ex pecunia publica.* — 2) *Nemus Angitiae memorat Vergil. Aen. 7, 759. Angitiam dictam esse quod eius carminibus serpentes angerentur tradit Servius ad Aen. l. c. et innuit ipse Vergilius. Cf. Preller Roem. Myth. ed. Iordan I p. 411.*

4025 Fuficia | C. Fufici | Amandi | f. Iusta, | mag., | Angitiis | d. d.

Sulmone (IX 3074 servavit Accursius). — Dis Ancitibu[*s*] .. usutranorum *dedicatus est t. repertus in finibus Vestinorum IX 3515.*

4026 Mefiti | sacrum.

4027 Mefiti Utianae[1] | sacr. | M. Helvius M. f. Pom. | Clarus Verulanus Priscus | aed., IIIIvir, q., quinq., flamen | Romae et divi Augusti, curator | rei publicae Potentinorum, | d. s. p.

Potentiae in Lucania (X 130. 131 vidit Mommsen). — 1) *Eidem Mefiti Utianae dedicati sunt etiam tituli X 132. 133. Contra in tegulis reputis prope Capuam non Utiana dicitur Mefitis, sed est* Mefitu sacra *(X 3811 p. 976). De ipsa Mefiti cf. Preller Roem. Myth. 2 p. 144 ed. Iordan.*

4028 . . Mefiti fisicae[1] . . .

Saponarae in Lucania (X 203 vidit Mommsen). — 1) *Idem cognomen in Venere supra N. 3180 (cf. Buecheler mus. Rhen. 45, 1890 p. 171).*

4029 Mefiti | L. Caesius | Asiaticus | VIvir Flavialis | aram et mensas III | dedit. L. d. d. d.

Laude Pompeia (Lodi) (V 6353 vidit Mommsen).

4030 Orfia Attice | C. Aponi Sabini | Praestitae[1] | v. s. l. m.

Prope Aquilam (IX 4322 bis descripta saec. XVI). — 1) *Praestitiam quandam deam memorat Tertullianus ad nat. 2, 11, Praestanam Arnob. 4, 3.*

4031 Quartane[1] | votum red|det libens | merito | Byrria Seve|rilla.

Nemausi, litteris fere tertii p. Chr. saeculi (XII 3129 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Cf. Iuvenal. 4, 57 cet. — Quartanas (traditur: certanas) 'Saturni filias affirmavit antiquitas, si fides Theodoro Prisciano (p. 81 ed. Neuenar, p. 250, 24 ed. Rose).*

4032 Albsi patre.

Amiterni ut dicebatur rep., postea Romae, lamina aenea (IX 4177 vidit Henzen). Intellege: Albensi patri.

4033 Patri Reatíno[1] sacr. | ob honórem Augustór. | VIviri August.: | T. Betuinus Félix, | . . Licinius Successus, | *(sequuntur alia nomina quattuor). In latere:* L. d. | d. d.

Reate (IX 4676 vidit Mommsen). — 1) *Cf. Pater Pyrgensis supra N. 3839.*

4034 C. Varius Hermes | sancto Sorano[1] | Apollini pro sal. | sua et fili sui et | patroni sui et | coniugis eius.

Prope Falerios (Civita Castellana) rep. (Notizie degli scavi 1899 p. 48). — 1) *Cf. Serv. ad Verg. Aen. 11, 785; Preller R. Myth. ed. 3 1 p. 268.*

4035 Supunne | sacr.

Fulginiis (XI 5207 vidit Mommsen).

4036 dis deabusq. | Primitivus | deae Nort.[1] | ser. act.[2] | ex voto.

Volsiniis (XI 2686 ter vel quater descripta saeculis prioribus). — 1) *De dea Nortia cf. supra N. 2944 (not. 2), item Preller-Iordan Roem. Myth. II p. 189. Titulus deae Nortiae Orell. 1854 falsus est (XI 225*).* — 2) *Nescio an idem Primitivus qui in titulo Volsiniensi XI 2714 dicitur* r. p. *(sc. Volsiniensis)* ser. act.

4037 ex auctoritate imp. Caes. | M. Aurelii Antonini Pii Felic. | Aug. Parthic. max., Britt. max., | pont. max., et decreto coll. | XV sac. fac.[1], Servius Calpurnius | Domitius Dexter[2] promagist.[3] aram | Circes[4] sanctissimae restituit. | Dedicat. XVII k. Iul. imp. Antonino | Aug. IIII, Balbino II cos.[5]

Terracinae olim, fortasse, ut coniecit Mommsen (cf. not. 4), rep. Circeiis

(X 6422 vidit Mommsen). — 1) *Collegii quindecim(virum) sacris faciundis.* — 2) *Est is qui consul fuit a. 225; cf. supra N. 1175.* — 3) *Cf. ib. not. 3.* — 4) *Cf. Cicer. de d. n. 3, 19, 48: Circen coloni nostri Circeienses religiose colunt; Strabo 5, 3, 6 p. 232:* (τὸ Κιρκαῖον) ἔχει πολίχνιον καὶ Κίρκης ἱερὸν κτλ. — 5) *13 Iun. 213.*

4038 *(in summa coronide)* . . . . mincius *(in ipsa basi)* Apollini Cumano | Q. Tineius Rufus[1].

Cumis rep. (X 3683 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse is qui legatus Hadriani Iudaeos subegit, aut is qui consul fuit a. 182; cf. Prosopogr. imp. Rom. s. v.*

4039 Herae Laci|niae[1] sacrum | pro salute Mar|cianae sororis | Aug.[2], Oecius | lib., proc.

Prope Crotonem (hodie Cotrone) ad promunturium Lacinium (capo delle colonne) inter rudera templi antiqui (X 106 ad imaginem quam edidit Vitus Capialbi Vibonensis). — 1) *De nobili Iunonis Laciniae templo prope Crotonem cf. Liv. 24, 3, 3 cet.* — 2) *Augusti, scilicet Traiani.*

4040 Cn. Cn. Luccei . . . . . . [*pate*]r et filius, pr.[1] | sacra Deme[*tros res*]tituerunt. | Lucceia Cn. f. Polla Qui . . . . . .[2] [*et Luc*]ceia Cn. f. Tertulla Pia[3] Galli[4] | aedem Demetros et quae circa [*eam aedem su*]nt et porticus p. s. restituerunt.

Puteolis olim, sed oriunda videtur Cumis (X 3685 solus servavit Ignarra auctor accuratus). — 1) *Praetores. Cumis praetores fuisse etiam aetate labente constat ex N. 4175. Praeterea hunc titulum Cumis adsignat Gnaeorum Lucceiorum nomen, saepius repertum in certae originis Cumanae inscriptionibus (X 3687. 3697).* — 2) Qui . . . . *superest ex nomine mariti.* — 3) *Eaedem mulieres posuerunt titulos nunc musei Neapolitani sic inscriptos* Lucceiai Cn. f. Polla et Tertulla s. p. *(X 3688), qui et ipsi videntur ad aedem Demetros pertinuisse.* — 4) *Scilicet uxor.*

4041 [*Ap. Claudi*]us Ap. f. Pulche[*r*][1] propylum Cere[*ri* | *et Proserpi*]nae cos.[1] vovit, [*im*]perato[*r coepit.* | *Pulcher Clau*]dius[2] et Rex Mar[*cius*[3] *fec*]erun[*t ex testam.*].

Eleusine, epistylium ornatum (I 618 = III 547 delineavit Conze). — 1) *Est Ap. Claudius consul a. u. c. 700, deinde proconsul Ciliciae, in qua provincia imperator appellatus est, ut ostendunt nummi cistophori, item titulus Atheniensis C. I. Att. III 566. Eum in animo habuisse ut* πρόπυλον *Eleusine aedificaret scimus ex Ciceronis epistulis ad Att. 6, 1, 26. 6, 6, 2.* — 2) *Supplevit Mommsen, qui significari putat Appii Pulchri fratris filium, ab ipso adoptatum; eundem una cum fratre memorari Suet. de gramm. 10.* — 3) *Natus ex sorore Appii Claudii, quae nupserat Marcio Regi (Plut. Cic. 29); cf. Momms. l. c.*

4042 . . . . | Cornufic. | Cn. f. Mod[*e*]sta | polos[1] Cerer. | Dianam | s. p. consecra|vit.

Patris (III S. 7260 vidit F. de Duhn). — 1) *Cf. C. I. Gr. 1449:* ἡ πόλις Αὐρ[ηλ]ίαν Ἐπαφρῶ πῶλον τοῖν ἁγιωτάτοιν θεοῖν γενομένην Δήμητρι καὶ Κόρῃ κτλ., *et quae ibi adnotavit Boeckhius.*

4043 M. Valerius Corvi[*ni*[1] | *l. L*]orico | Iovi Casio[2] v. s.

Corcyrae rep., iam Legnari (III 577 p. 989 vidit Mommsen). — 1) *Patronus videtur consul a. 723.* — 2) *Eidem numini eodem loco dedicatus est titulus III 576.*

Templum Iovis Casii Corcyraeum memorant Plin. h. n. 4, 52 et Suet. Ner. 22, exhibent nummi ap. Eckhel 2, 179. — Deo Casio *dedicatus fuit t. Heddernheim rep. Brambach 1458.*

4044 I. o. m. et | Dianae Patr.[1] | sacr. | C. Iul. Artemo trib. | mil. leg. II Ad., | v. s. l. m.

Prope Aquincum rep. (III 3455 vidit Mommsen). — 1) *Dianae Patrensi (cf. N. 4042; intellegitur Diana Laphria dicta in titulis Patrensibus III 499. 510 et in nummis ap. Eckhel 2, 257, item ap. Pausan. 7, 18, 8).*

4045 *(Diana triformis, utraque manu facem tenens, altera rectam, altera inversam)* Deanae Celce|itidi[1] | Flavius Si[*lva*]|nus pos.

Olim Catai prope Patavium inter lapides quos circa a. 1789 collegit Obizzius; originis incertae, fortasse Dalmaticae (III 3156[a] cf. V 198 viderunt Cavedonius et Furlanettus).* — 1) *Ἄρτεμις Κελκαία Athenis colebatur teste Arriano exp. Alex. 7, 19, ad eam pertinent tituli Nicopoli ad Actium rep. arch. ep. Mitth. aus Oestr. 14, 1891 p. 113, ubi femina quaedam dicitur ἱερασαμένη τῇ θεῷ ἐν Κελκαίῳ, et incertae originis C. I. G. 1947. Praeterea nihil de ea compertum.*

4046 Dianae Ephesiae et imp. Nervae Tr[*aiano Caesar*]i A[*ug.*] | Germanico Dacico[1] et civitati Ephesiorum T. Flavius | Aug. lib. Epagathus cum Manlia L. f. Procula synplegma | cum omni ornatu[2] sua pecunia fecit proconsulatu | Albi Pullaieni Pollionis[3]. | *(Deinde eadem Graece).*

Ephesi rep. (Jahreshefte des oesterr. arch. Instituts II 1899 Beiblatt p. 49 descr. Heberdey). Una et alii multi tituli Dianae dicati reperti sunt, et unus huius persimilis et fere aequalis, dedicatus a Claudio quodam Herma (cf. not. 2). — 1) *A. 102—114.* — 2) *In simili titulo quem memoravimus est* synplegma Athamanta cum basi, *τὸ σύνπλεγμα τοῦ Ἀθάμαντος σὺν τῇ βάσει.* — 3) *Consul fuerat suff. a. p. Chr. 90 (cf. supra N. 1998).*

Ad Dianam Ephesiam pertinent etiam tituli supra editi N. 97. 111. 3239.

4047 Q. Minucius Q. f. | Rufus[1] leg., Apollinei | Piutio[2] merito.

Delphis (I 562. III 566. III S. 7304 descripserunt olim Cyriacus, nuper Kaibel et Wilamowitz Herm. 8, 1874 p. 414, denuo Pomtow qui delineavit Philolog. 1895 tab. ad p. 226). Puncta triangulorum formam habent. In eodem lapide postea (inter annos fere 100 et 65 ante Chr., ut iudicat Pomtow l. c. p. 238), decreta duo Delphorum Graeca alterum scribi coeptum est, alterum perscriptum, neutrum pertinens ad titulum Latinum. — 1) *Videtur esse is qui a. 637 una cum Marco fratre controversias inter Genuates et accolas composuit (I 199 = V 7749). Legatus potest fuisse fratris, cum is provinciam Macedoniam obtineret inter annos 644 et 648 (ut coniecit Pomtow l. c. p. 232).* — 2) PIVTIO *est in lapide, praeterea inter* P *et* I *lineola transversa* (KIVTIO *legerat Cyriacus). Erravit lapicida.*

4048 Apollini | Pythio sacr. | Nasellius Proclianus[1] | 7 leg. VIII Aug. | Torquato | et Iuliano cos.[2]

Böckingen (prope Heilbronn) rep., est Stuttgarti (Brambach 1590; Huebner ex. scr. epigr. 402). — 1) *Idem est supra N. 2613.* — 2) *A. 148.*

4049 Apollin. | Daphnaeo | sacru. | Cn. Curius | Lycao 7 leg. I Ad.

Brigetione, nunc Vindobonae (III 4285 cf. III S. p. 1757 vidit Domaszewski).

4050 Apollini Lycio | M. Publicius | Campanus ae|dituus iussu | ipsius d. d.

Iaderae in Dalmatia (III 2902 servavit Gliubavač). — Apollo Clarius memoratur supra N. 3230.

4051 imp. Caes. divi Nervae f. | Nerva Traianus Aug. Germ.[1] | pontifex max., trib. pot., cos. | .. II[2], p. p., viam necessariam | [*s*]acris Apollinis Didymei, | [*int*]uitus et in hoc quoq. | [*util*]itates Milesiorum, exci|[*sis c*]ollibus conpletis | vallibus instituit con|[*sum*]mavit dedicavit per | [*Q. Iuli*]um[3] Balbum procos.[4], [*cura*]m agente L. Passerio | [*Romu*]lo[3] legato pro pr. *(Praecessisse videtur versio Graeca.)*

Mileti (Kekule act. academ. Berol. 1900 p. 106, qui observavit ex gemello titulo superesse III S. 7150). — 1) *A. 98—102.* — 2) [I]II *supplet editor, ut titulus sit anni p. Chr. 100 (cf. supra N. 284; consul quartum Traianus fuit anno 101). Numerum tribuniciae potestatis omissum esse apparet.* — 3) *Nomina suppleta ex III S. 7150.* — 4) *Consul suffectus fuerat a. 85 (dipl. mil.).*

4052 sacratissimi | imperatores | Caesares Aurelii | Antóninus et Ve|rus Aug.[1] Armeniaci Me|dici Parthici maximi | competum usque quaque cor|ruptum cum statuis prin|cipum ibidem abiectis in|dulgentia sua, margini|bus utrinque constructis | lapide silici marmorató | cum omni decore suo ref[*e*]|ctis, splendissimae *(sic)* civita|ti Gortyniorum ex sacris | pecunis deae Dictynnae[2] | restituerunt, curante | Aelio Apollonio proc. | Augustorum. *(In margine)* dedic. | VI k. | Mai.[3] | Senecio|ne cos.[4]

Gortyne Cretae (III S. 14120 Mommsen vidit ectypum). Ex simili titulo superest fragmentum III S. 13566. — 1) Aug. *inter lineas adiectum.* — 2) *Dictynnam deam Cretensem memorant Aristophanes Ran. 1358; Callimachus hymn. in Dian. 198; Diodor. 5, 76; Pausanias 2, 30, 3; Apul. met. 11, 5, alii; nummi praeterea Traiani tempore cusi, ap. Eckhel 2, 303, Greek coins in the Brit. Museum, Crete and Aegean islands p. 3.* — 3) *Natalis M. Aurelii.* — 4) *A. 169.*

4053 [*C.*] Claudio M. Perpenna cos.[1] mens. Quinc., muste[2] [*p*]iei: L. Luuceius M. f. leg.[3], P. Livius M. l. Pal., M. Luuceius M. l. Artemidorus, Q. Hortensius M. l. Archelaos.

Samothrace sine dubio, quamquam interponitur inter narrationem de monasteriis montis Atho (I 578. III 713 servavit Cyriacus qui descripsit a. 1444). — 1) *A. u. c. aut 624 aut 662 (hunc praefert Mommsen).* — 2) *I. e. μύσται* (muste *traditur etiam III 714).* — 3) *Legatus, fortasse populi Romani (una cum homine nobile sacris initiatos esse libertinos non adeo mirum).*

4054 mustae pieis, | epoptae[1]: | L. Fourius L. f. Ou[*f.*] | Crassupes[2], | P. Teidius P. f. Pom. | ....

Samothrace (III S. 12318 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Etiam in aliis inscriptionibus ad mysteria Samothracia pertinentibus adsunt epoptae (CIG. 2157: Κυζικηνῶν ἱεροποιοὶ καὶ μυστηρίων ἐπόπται. Ath. Mitth. 1893 p. 365: Ῥοδίων ἱεροποιοὶ μύσται καὶ [ἐ]πόπται εὐσεβεῖς; ib. p. 367: ἐφόπται εὐσεβεῖς).* — 2) *M. Furius Crassipes notus est ex Livio 35, 40 cet., P. Furius Crassipes ex nummis; cf. praeterea Cic. ad fam. 1, 9, 20. 13, 9 cet.*

4055 ἐπὶ βασιλέως[1] Θα[λασ]σίων[ο]ς [τ]οῦ Θαλασ[σ]ίωνος, Sex. Pompeio et Sex. Appuleio cos.[2] idibus Septembr., mystes pius P. Sextius Lippinus Tarquitianus[3], q. Macedoni[*ae*], et symmys[*t*]ae pii. [*E*]pop[*te*]s[4] ...

Samothrace ut videtur (III 717 ex codice quodam Ambrosiano, descripsisse videtur Cyriacus). — 1) *Regem appellatum esse Samothrace summum magistratum constat et ex inscriptionibus (infra N. 4056 III 715. 716 CIG. 2157. Mitth. des arch. Inst. Athen. 1893 p. 361 cet.) et ex Liv. 45, 5, 6.* — 2) *A. p. Chr. 14.* — 3) *Ad eundem videtur pertinere VI 1524.* — 4) popiis *traditur (emendavit Huebner iam ante repertam N. 4054).*

4056 régibus[1] Io[*ve*[2] *et Iunone*[3]] | iterum, M'. [*Acilio*] | Glabrione, [*C. Bellicio*] | Torquato cos.[4], V . . . . | [*s*]acra accépéru[*nt*] *(sequitur nominum recensus).*

Samothrace rep., iam Vindobonae (III S. 7371 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 4055.* — 2) *Etiam Byzantii interdum dii magistratus creabantur (testibus nummis, de quibus monuit Hirschfeld; de his nummis nuper egit Pick Wiener numism. Zeitschr. 27 p. 27 seq.) et fortasse alibi in Graecia.* — 3) *Supplevit Mommsen (etiam in nummis Byzantiis, cf. not. 2, non raro adparent vir et mulier collegae).* — 4) *A. 124.*

Alios titulos ad mysteria Samothracia pertinentes habes III 714—716. 718 seq. III S. 7367 seq.

4057 deo | domino | Apollini | Vergulesi[1] | Ulpius | Marcus | mil. coh. VI pr. | p. v.[2] voto feci | et posivi.

Romae rep. ibi ubi N. 2094 (VI 2798 = 32570 vidit Henzen). — 1) *Cognomen ductum a Bergule oppido Thraciae, ut vidit Mommsen (litterae* g *partem superiorem in lapide agnovit Samter).* — 2) *Piae vindicis.*

4058 Veselia | Felicetas | Libero m.[1] patri | Torclesi[2] | ex voto.

In insula Brattia (Brazza) Dalmatiae, iam Salonis (III 3093 cf. III S. p. 1646 vidit Hirschfeld). — 1) *Magno.* — 2) *Cognomen aut ethnicum aut fortasse a torculario ductum (Mo.).*

4059 d. i. m.[1] | *(equus currens)* Lucius, Caesi Victori[*s*] | servus actor, an. L, | h. s. e. Idem Lucius thi|asis Lib. pat. Tasi[*b*]as|ten.[2] donavit X CX . . .

Prope Philippos Macedoniae (III 704 descr. Heuzey). — 1) *Dis inferis manibus.* — 2) *Idem Liber pater Tasibastenus memoratur III 703.*

4060 q. b. f. f.[1], | Albino et Maximo cos.[2], | nomina Bacchii[3] vernaculorum[4] | per princ.[5] C. Senti. Verano bul.[6], T. Ulp. Hr.[7], | sac.[8] C. Va. Valens, fil.[9] Valera. et Valentianus, | arc.[10] M. Ulp. Iuanus *(sic)*, frat.[11] Ulp. Dionysius lib. leg.[12], | arc. mys.[13] Ant. Antoni., T. Ae. Felix bul.[6], fil. T. Ae. Antonius, | ecd.[14] Va. Festus *(sequuntur alia nomina quam plurima)*

Nicopoli ad Istrum videtur rep. (III 6150 = III S. 7437 vidit Domaszewski). — 1) *Quod bonum, felix, faustum.* — 2) *A. 227.* — 3) *Thiasi vel sodalicia appellata Βακχεῖα fuerunt Athenis, teste inscriptione de qua egerunt Wide ath. Mitth. 1894 p. 248 seq., Maass Orpheus p. 18 seq., et Perinthi, teste inscriptione ap. Dumont inscr. de la Thrace n. 72[c] (Μάρκος Ὥρου τὸν τελαμῶνα τῷ Βακχείῳ Ἀσιανῶν . . . ἀνέθηκεν) et alibi, cf. Maass l. c. p. 42.* — 4) *Vernaculorum fortasse hic thiasus dictus, quod alii erant Asianorum (cf. N. 4061). Collegium aliquod dictum vernaculorum videtur memorari III S. 8833 (cum adnotatione Domaszewskii).* — 5) *Principes.* — 6) *Buleuta.* — 7) *Hermà (?).* — 8) *Sacerdos.* — 9) *Filii (eius qui praecedit). Filiorum nomina adiuncta patribus, item fratrum fratribus, fortasse ideo quod qui patrem in Bacchio habebant, minorem summam pro introitu deberent (certe id ita fuit in*

Bacchio Attico, de quo not. 3), item qui fratrem. — 10) *Arcarius*(?). — 11) *Frater (cf. not. 9).* — 12) *Librarius legionis (cf. supra N. 2426).* — 13) *Archimysta.* — 14) *Ecdicus* (*ἔγδικος legitur etiam saepius in simili catalogo arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 15, 1892 p. 94, 11).*

4061 Severo et Quintiano cos.[1] | nomina Asianorum[2]: | Germanus spirar[*ch*]aes[3], | Tattario Epipodia mater, | *(sequuntur alia nomina quam plurima. In latere)* Zoilianus scripsit.

Napocae (Clausenburg) in Dacia (III 870 vidit Mommsen). — 1) *A. 235.* — 2) *Spirae Asianorum* (*Ἀσιανῶν σπείρῃ*), *in oppido Montanensium ut videtur Moesiae inferioris, Liberi signum dono dedit sacerdos, teste inscriptione edita arch. ep. Mitth. aus Oestr. 17, 1894 p. 212. Βακχεῖον Ἀσιανῶν fuit Perinthi in Thracia, cf. N. 4060 not. 3. Conferri possunt spirae Romanorum infra N. 4069 (cum not. 3).* — 3) *Cf. supra N. 3369/3370, item ad N. 3515.*

4062 Aurel. Nico du[*ovir col. sta*]|tuam dei Maronis[1] [*dul*]|cissimae pa[*triae de suo*]. | *Αὐρήλιος Νίκων δυαν[δρι]|κὸς τῆς κολ. τὸν ἀνδρι|άντα τοῦ Μάρωνος τῇ γλυ|κυτάτῃ πατρίδι ἐκ τῶν | ἰδίων.*

Olbasae Pisidiae (III S. 6888 descr. Ramsay). — 1) *De Marone deo, Bacchi vel Sileni filio, cf. Preller Gr. Myth. ed. 4 (Robert) p. 731 not. 2. Etiam Cremnae in Pisidia idem deus colebatur, testibus nummis quos edidit Kubitschek arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 20, 1897 p. 153, Festschr. f. Otto Benndorf p. 198.*

4063 I. o. m. | Heroi[1] | Q. Trebellius | Q. f. [*F*]ab.[2] Maxi|mus Roma, | 7 leg. V Mac. | trecenarius[3] | coh. III pr. | v. s.

Tomis rep. a. 1865, statim periit (III S. 7534 semel descripta). — 1) *De deo Thracum Heroe sive Herone exposuit Huelsen bull. arch. comunale di Roma 1898 p. 269. Inter Graecas inscriptiones ei deo dicatas eminet epigramma ap. Kaibel ep. Gr. 841.* — 2) eab *traditur.* — 3) *Cf. supra N. 2647.*

4064 *(vir nudus equo vectus)* deo Heroi sancto [*pro*] | salubritate Long[*i*]|cius cum suis votum [s.] | Thraciacius f.[1]

Romae rep. inter castra praetoria et thermas Diocletiani (VI 3691 = 30912 vidit Henzen). — 1) *Fecit* (?)

4065 deo Heroni | collitores[1] ipsius |. Theodotus Gude *(sic)* pater, | Victorinus *(sequuntur alia nomina circiter duodecim)* v. p. l. m.

Belgradi rep. (III S. 8147 vidit Domaszewski). — 1) *Intellege: cultores.*

4066 Heroi sacrum | Ti. Claudius Mu|casius v. s. l. m. | Ηερωι κατα.[1] *Τι.* | *Κλαύδιος Μου|κάσιος εὐξάμ[ε]|νος καθιέρωσε[ν].*

Prope Tomos rep. (arch. ep. Mitth. aus Oestr. 19, 1896 p. 93 Bormann vidit ectypum). — 1) *Καταχθονίῳ* (?).

4067 *Ἥρωι Αὐλωνείτῃ*[1] *θυσιασταὶ περὶ ἱερέα Ποπίλλιον Ζείπαν.*[2] | Heroi Aulonite[1] cultores sub sacerd. Popil. Zip.[2]

Prope Abderam (III S. 7378 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Vocabulum fortasse a loco quodam in Thracia (Thuc. 4, 103) derivatum (Momms.).* — 2) *Nomen Thracicum.*

4067a *(eques cum cane et alio animali [apro?]; serpens arbori circumvolutus)* Heroi Aulonite | L. Modiarius Lucifer sacer.

Capodimonte prope Neapolim, in aedibus comitissae Olgae Naviloff, rep. dicebatur in agro Neapolitano, sed videndum an ablatus sit lapis ex ora Thraciae (Iannelli atti della comissione conservatr. dei monumenti di Terra di Lavoro XXIV 1893 p. 93). Simile anaglyphum est infra N. 4069, item in Graecis titulis Heroi dicatis arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 6, 1882 p. 19 n. 38. 39.

4068 deo sancto | Eroni Briganitio | Flabius Proclianus | mil. coh. III pr., | [*C*]laudi. Mucianus | mil. coh. V pr., | Aureli. Valerianus | mil. coh. V pr., | Valeri. Maximus | mil. coh. X pr., | cives Usdicensis[1] *(sic)*, | vico Agatapara, | v. s. l.

Romae rep. ibi ubi N. 2094. 4058 (VI 2807 = 32582 viderunt Henzen et Samter). — 1) *Intellegitur στρατηγία Οὐσδικησική provinciae Thraciae, Ptol. 3, 11, 8 (Mo.).*

Graecum titulum Ἥρωι Μανιμάζῳ dedicatum prope Iambol Thraciae vide arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 15, 1892 p. 107 n. 58.

4069 Ero et D.[1] | *(eques cum cane aprum insequens; serpens arbori circumvolutus)* | matrem[2] Romanorum[3] subscriptorum | Menia Iuliane, Tiana[4]; | Lucius Antonius Capito, Nicomedia; | Gaius Licinius Clemens, n. Abonutichu, | G. Aurelius Alexandrus n. Heraclia *(sequuntur sequebanturque alia nomina).*

Prope Tomos rep., est Bucaresti (III S. 7532 descr. Tocilescu cf. arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 8, 1884 p. 3). — 1) *Domno.* — 2) *Mater collegii Romanorum, honoris causa ita dicta.* — 3) *Mirum Romanorum dictum esse sodalicium, quos plerosque ex provinciis Bithynia Galatia Cappadocia fuisse origines adscriptae docent. Σπεῖρα Ῥωμαίων est etiam in titulo Tomitano arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 14, 1891 p. 27 n. 57.* — 4) *Domo Tyana Cappadociae.*

4070 *(eques)* [*Her*]oni Dom[*no*] . . . . . | . . . . lius Seve[*rus*] . . .

Besiul prope Tomos rep. (III S. 7530 vidit Domaszewski).

4071 Domno et Do|mnae[1] Satrius | Felix B. [*p*]roc.[2] pro | se et suos v. s. l. m.

Prope Zalatnam (Ampelum Daciae) rep. (III 1289 et melius III S. 7833 vidit Domaszewski). — 1) *Iisdem diis praeterea dedicata sunt tituli Dacici III 1004* (Dominae et D . . .) *et III S. 7671 (fortasse huc spectat etiam Fanum dominarum, quod memorari videtur in titulo non satis certae lectionis III 1005).* — 2) *Beneficiarius procuratoris.*

4072 Domn. re[*g.*] | et Domno et | Bono Evento | pro s.[1] Aug. | Ulp. Martinus s. | c.[2] l. VII C. S. Alex.[3] | v. p. l. m.

Naissi (III S. 8244 vidit Domaszewski). — 1) *Salute.* — 2) *Strator (sic potius quam singularis, cf. Domaszewski III S. 13812) consularis.* — 3) *Legionis septimae Claudiae Severianae Alexandrianae* (S. Alex. *erasum, sed agnitum a Domaszewskio).*

4073 I. o. m. | *(aquila rostro caput cervinum vel caprinum petens)* | Turmasgade | Orthius Aug. lib. | tab. v. s.

Romae (VI 30950[a] vidit Huelsen; Gatti bull. comun. 1886 p. 88 n. 1118).

4074 *(cervus fugiens ab aquila adprehensus)* Turmasgada | Max. Maximinus et | Iulianus Maximinus | ex voto pos.

Rečka, ubi fuit Romula Daciae, rep., iam Bukaresti (III S. 8027 vidit Hirschfeld).

4074a G. T. Maz.[1] | Aure. D|ionisiu|s cur. pos.

Devae in Dacia (III 1338 vidit Mommsen). — 1) *Genio (?) Turmazgadae (?).*

4075 deo Μηdyzei[1] mensam | C. Minutius[2] Laetus vetran. | leg. VII C. p. f. pro se et suis | v. s. l. m. | imp. Vespasiano VII cos.[3] | *Ἀντιοχέος*[4] *τῆς πρὸς Δάφνην* | *τόδε δῶρον.*

Aklani prope Philippopolim Thraciae rep. (III 6120 vidit Dumont). — 1) *Numen Thracicum videtur, quamquam is qui dedicavit fuit ex Syria (cf. Dumont inscr. de la Thrace p. 70 = mél. p. 508).* — 2) *Scr.* Minuc. — 3) *A. 76.* — 4) *Scr.* *Ἀντιοχεύς.*

4076 deo | Andino | sac. Tib. | Cl. Certus | bf. cos.[1] leg. VII | Cl. v. s. l. m. | Clem. et Prisc. cos.[2]

Kačanik prope Scupos (Ueskiib), deinde Ueskiib (III S. 8184 vidit Domaszewski). — 1) *Beneficiarius consularis.* — 2) *Par consulum qui ita appellati sint non novimus; fortasse errore coniunctus est Clemens consul a. 158 cum Prisco cos. a. 159, vel Clemens consul a. 195 cum Prisco cos. anno 196 (Mo.).*

4077 [*d*]eo Zp[*er*|*t*]urd[*o*[1] *sacr.* | *S*]ex. Fl. F[*la*]|mina[*lis* | *v.*] l. [*p.*]

Ljubanze prope Scupos (III S. 8191 vidit Domaszewski). — 1) ..FO ZP.. IVRD... *excepit Domasz.; supplevit Huelsen (III S. p. 2250) collatis titulis urbano (Inscr. Gr. Sicil. Ital. 981): θεῷ Ζβερθούρδῳ καὶ Ἰαμβαδούλῃ ἐπιφανηστάτοις Αὐρ. Διονύσιος στρατ. χῶρτις τοῦ πραιτ. ἑκατοντάρχ. Φλωρεντίνου θέλων ἀνέθηκα, et Perinthio, quem servavit Cyriacus (Dumont inscr. de la Thrace n. 72a cf. Eph. ep. 5 p. 236): Διὶ Ζβελσούρδῳ αὐτοκράτορι Καίσαρι Δομιτιανῷ Σεβαστῷ Γερμανικῷ τὸ ιδ ὑπάτῳ (a. 88) κτλ. (titulo urbano additae sunt imagines ipsorum deorum, vide Bull. arch. comunale 1880 tab. I); quibus addendus est Moesicus editus arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 14, 1891 p. 144: Διὶ Ζβελθιούρδ(ῳ) Μοκάπορις δῶρον.*

4078 dis paternis | Surgasteo[1] | magno | Patro[2], | Q. M. Tryphon | v. s. l. m.

Renzani ad lacum Benacum, iam Brixiae (V 4206 vidit Mommsen). — 1) *Tii in Bithynia colebatur Ζεὺς Συργάστης, testibus nummis (ap. Mionnet suppl. V 258, 1501. 1503; 260, 1510; 262, 1526. Greek coins in the British Museum, Pontus Paphlagon. Bithynia cet. p. 203. 204), quos cum hoc titulo iam Eckhel (2, 438) composuit. Eidem deo prope Philippopolim, loco dicto Adžilare, a Thrace quodam (ut nomen ostendit), dedicatus est titulus hic: Ἀγαθῆι τύχηι θεῷ Σουρεγέθῃ ἐπηκόῳ Κό[τυς] Ροιμηζενέος εὐχαριστήριον (arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 18, 1895 p. 112).* — 2) *Patarus, ut monuit Labus, appellabatur Tii conditor, teste scriptore rerum Bithyniacarum, quem citat Stephanus Byz. s. v. Τῖος (de eodem Pataro Arrianus, cf. Müller fr. hist. Gr. III p. 593, 7).*

4079 Glyconi[1] | M. Ant. | Onesas | iusso dei | l. p.

Apuli (Carlsburg) rep. a. 1857 (III 1021 bis ut videtur descripta). — 1) *Deus hic, cui dedicatus est etiam titulus similis III 1022, in nummis Abonitichos in Paphlagonia, cusis imperantibus Antonino Pio et M. Aurelio (Eckhel 2, 383; Mionnet II 383, 5; Greek coins in the Brit. Mus., Pontus Paphlag. etc. p. 83), re-*

praesentatur sub imagine serpentis capite ut videtur humano. Glyconis nomen habet etiam Lucianus pseudom. 18, qui multus est de hoc deo novicio Abonitichitarum.

4080 Iovi et Iuno|n. [*et*] Dracco|n. *(sic)*[1] et Dracce|nae[2] et Ale|xandro[3] Epi|tynchanus [*C.* | *F*]uri Octavi[*ani*] | c. v. posuit.

Blatsche inter Scupos et Stobos (III S. 8238 Henzen vidit ectypum). — 1) *Draconem hunc esse serpentem Glyconem, cui dedicata est N. 4079, apparet ex mentione Alexandri (cf. not. 3).* — 2) *In uno ex nummis memoratis ad N. 4079 dicuntur repraesentati esse duo serpentes (Mionnet suppl. IV 550, 4 ex Vaillant), fortasse draco hic cum dracaena; sed res incerta.* — 3) *Est ipse Alexander Abonotichita propheta dei novi Glyconis, in quem est libellus Luciani Ἀλέξανδρος ἢ ψευδόμαντις.*

4081 Iovi Sarso[1] Sex. Vibi|us Gallus[2] t[*r*]ecinari|us, primipilaris, praef. kas|tror. leg. XIII G. G.[3], donis do|natus ab imperatorib. ho|noris virtutisq. causa | torquib. armillis phale|ris, coronis muralib. III | vallarib. II aurea I, has|tis puris V vexillis II, | d. s. p. f.

In ora Paphlagoniae, loco dicto Dschidde, ab Amastri orientem versus (Kalinka Festschrift für Otto Benndorf p. 215). Eodem loco extat fragmentum Graeci tituli ab eodem homine positi (ib. p. 216). — 1) *Deus praeterea ignotus.* — 2) *Huic homini titulum Amastri positum habes supra N. 2663, ubi confer (accedit iam versio Graeca, quam primus Kalinka descripsit, l. c. p. 217 = III S. 13648).* — 3) *De legione decima tertia Gemina Getica (cf. supra N. 1370 not. 2) cogitavit Kalinka.*

4082 I. o. m. | Taviano[1] | pro salu. | imp. Anto|nini et M. | Aureli Caes. | Gal[*at*]ae con|sistentes | municipio | posierunt | ...

Clausenburgi, ubi fuit Napoca Daciae (III 860 p. 1380 viderunt Mommsen et Domaszewski). — 1) *Alius titulus eiusdem dei Dacicus est III 1088. De Iovis templo quod fuit Tavii in Galatia dixit Strabo 12, 5, 2 p. 567.*

4083 I. o. m. | Eruseno[1] | Aur. Alex|ander | v. s. l.

Prope Clausenburg, ubi fuit Napoca Daciae (III 859 vidit Mommsen). — 1) *Ad Erizam Cariae (Liv. 38, 14; Plin. h. n. 10, 43, 124 al.) retulit Mommsen.*

4084 *(fulminum fasces)* Iovi Olbio[1] | Seleucus | Hermocra|tus[2] qui et Dio|genes d. d.

Heddernheim rep., postea Frankofurti (Brambach 1454 vidit I. Becker). — 1) *Ζεὺς ὄλβιος (Aeschyl. suppl. 526) et Olbiae in Ponto colebatur ut deus tutelaris (προεστὼς τῆς πόλεως, Latyschev inscr. Ponti Euxini I n. 25) et Olbae in Cilicia (Heberdey u. Wilhelm Reisen in Kilikien, Denkschr. d. Akad. d. Wiss. Wien XLIV 1896 p. 85 n. 166; Journal of hell. studies 12, 1891 p. 226); cf. praeterea C. I. G. 2017; t. Tropaeensis arch. ep. Mitth. 17, 1894 p. 103.* — 2) *I. e. Ἑρμοκράτους (Becker).*

4085 pro salute | August. M. Aur. Commod.[1] | Iovi Olbio | Sabaeo[2] | ... Longus | [*mil.?*] leg. | ..... *(fulmen, aquila).*

Capuae rep. a. 1885 (Sogliano atti della commissione conservatrice dei monumenti di Terra di Lavoro 1891 p. 28; Mancini ib. 1892 p. 168). — 1) *Verba* M. Aur. Commodi, *scripta litteris minoribus, postea videntur adiecta esse.* — 2) *Plane incertum utrum a Sabaeis Arabiae derivatum sit cognomen, an componendum cum Sabazio.*

4086 Iovi Sabaz. | Q. Nunnius | Alexander | v. s. l. m.

4087 Q. Nunnius | Alexander | donum dedit | Iovi Sabazio.

Romae olim in regione Transtiberina, arae duae (VI 429. 430 illam nuper Bormann vidit Florentiae).

Titulos Iovi optimo maximo Sabazio (Sabadio, Sabasio) dedicatos habes supra N. 2189. 2294.

4088 sancto deo Sabazi | d.[1] .. | Attia Celerina d[*ed.*] *(In latere)* per voce | Pegasi | sacerdot.

Romae rep. in Capitolio in area monumenti Victorii Emanuelis, aedicula marmorea, in qua dea sedens (VI 30948 = Bull. comunale 1892 p. 364 vidit Huelsen). — 1) d *fortasse trahenda ad versum qui sequitur et inserenda ante* ded.

4089 M. Furius | Clarus | pro salute | filiorum suorum | M. Aureli Clari | et Furiae Clarae | [*san*]cto invicto | [*S*]abazi | [*M*]ercuriúm | . . . . t.

Romae rep. sub Capitolio eodem fere loco ubi ea quae praecedit (Lanciani notizie 1889 p. 225; vidit Huelsen VI 30949).

4090 magna dunam . . . . . .[1] | Sabazzi, Servilia . . . . . . | parum videor mag[*nitudinem*] | tuam dic[*tis aequare posse*].

Romae (VI 30950 viderunt Marinius Arv. p. 506 et E. Q. Visconti). — 1) *Quot litterae perierint, incertum.*

4091 *(Iupiter in aedicula stans)* numin. Aug. deo Iovi Sa|basio G. Iul. Caras|sounus v. s. l. m.

Vichy rep., folium (bractea) argenteum litteris bonis, est Saint-Germain in museo (XIII 1496 vidit Hirschfeld). Una reperta sunt multa alia similia folia argentea, ex quibus decem eadem imagine Iovis ornata et in quorum uno etiam eadem inscriptio exarata esse dicitur.

4092 deo magno Silvano, Marti, Herculi, | *(intra coronam querceam)* Iovi | Zabasio | *(sub corona)* Antullus.

In vico Capranica territorii Praenestini (XIV 2894 vidi).

4093 L. Luccio[1] L. f. Ter. | Hibero | IIvir. iter. qq., patrono, | sacerdoti sacror. Savadior., | cur. r. p. Interamnat. Liren., | eorund. et patrono, | iudici CCCC[2] selecto, | Casinates publ. ob merita eius | d. d.

Casini (X 5197 bis ut videtur descripta saec. XVI. XVII). — 1) Lucceio *alterum apographum; sed Luccium dictum fuisse ostendit titulus X 5198.* — 2) *Quadringenario.*

4094 Virius | Marcarianus v. c. deam Cybeben p. s.

Romae olim, basis statuae Cybeles, nunc Neapoli (VI 513 vidit Mommsen).

4095 Praesentiae | Matris deum | P. Septimius | Felix | ob coronam | millesimi | urbis anni.[1]

Romae rep. trans Tiberim (VI 488 vidit Smetius). — 1) *Pertinet titulus ad a. 247. Coronae vocabulo Mommsen putat significari, Felicem vicisse ludis saecularibus illo anno editis.*

4096 *(navis, cui statua Matris deum imposita est; ante eam mulier quae infula ad rostrum alligata navem trahere videtur)* Matri deum et Navi Salviae | Salviae[1] voto suscepto | Claudia Synthyche | d. d. *(In lateribus pileus Phrygius aliaque instrumenta cultus Phrygii).*

4097 Navi Salviae | et matri deu d. d. | Claudia Sinty|[*che*] . . . .

Romae rep. in ripa Tiberis sub Aventino (VI 492. 493 cf. p. 834 hanc Veronae vidit Mommsen, illa extat Romae in museo Capitolino; imaginem huius post alios dederunt Müller et Wieseler Denkmäler der alten Kunst II tab. LXIII n. 816). Anaglypho apparet repraesentari navem illam, qua Mater deum Romam advecta est, quam navem, inhaerentem vado Tiberino, extractam esse, cingulo ad rostrum alligato, a Claudia Quinta, vetus fabula erat (Suet. Cl. 2, Herodian. 1, 11, 4, Iulian. or. V p. 160 Spanh.). Navis Salviae nomine nonnulli putaverunt significari ipsam illam navem pro numine cultam (Mommsen ad VI 494), alii Claudiam inter deos receptam. Cf. Iordan ap. Preller Roem. Myth. ed. 3 II p. 58. — 1) *Errore bis positum.*

4098 Matrí deum | et' Naví Salviae | Q. Nunnius | Telephús mag. | col. cultó. eius[1] | d. s. d. d.

Romae (VI 494 vidit Marinius). — 1) *Magister collegii cultorum eius.*

4099 Matri de|um mag. Ide|ae Phryg. Fl. | Tyche cerno|phor.[1] per M. Iul. | Cass. et Cass. Sev. | M. At. et Ann. Coss. Gal.[2]

Olisipone (Lisboa) (II 179 vidit Huebner). — 1) *Cernophora. Idem munus est in titulo Neapolitano X 1803:* d. m. | Heriae Victorinae | [c]aernophoro | M. Herius Valerianus | filiae dulcissimae. *Cf. infra N. 4142 not. 2.* — 2) *Intellegi M. Atilium et Annium Gallum consules (a. 108) putat Huebner; alterius consulis cognomen errore collocatum esse post* coss.; *vereor ut recte.*

4100 *(pinus, a qua pendent crotala, fistulae, lances; subtus stat leo; iuxta pedum et clava, cui imposita mitra [?])* Matris deum magnae Ideae Palatinae[1] eiusq. m.[2] religionis adpar[*a*]tor[3] Navius[4] Ianuarius.

In vico Les Pennes prope Massiliam (XII 405 p. 812 semel ut videtur descripta saec. XVI, nescio quam religiose). — 1) *Palatina apte dicitur Mater magna, quippe cuius templum in Palatio stetisse notum sit (Hirschf.). De templo Matris deum Palatino cf. Huelsen Roem. Mitth. 1895 p. 3 seq.* — 2) *Haec corrupta esse apparet.* — 3) adparnor *traditur. Cf. N. 4173.* — 4) *Nomen corruptum.*

4101 M. d. m. | Cereriae[1] | v. s. Fruticia | Thymele | M. Statini Dori[2].

Venetiis, deinde Catai, sed reperta sine dubio Aquileiae (V 796 vidit Mommsen). — 1) *Idem cognomen in titulo Bonae deae Aquileiensi supra N. 3499.* — 2) *Iidem homines supra N. 3947.*

4102 Matri deum et Isidi | G. Menatius G. filius | Fab. Severus fanum refe|cit et pronaum de suo fe|cit ex voto.

Malcesine ad locum Benacum, iam Veronae (V 4007 vidit Mommsen).

4103 Matri deum | magnae | pro salute adq. | incolumitate | dd. nn. Augg. et Caess.[1] | Aur. Firminianus | v. p., dux limit. prov. Scyt., | bonis auspiciis | consecravit.

Tomis (Köstendje) rep., est Parisiis (III 764 vidit Mommsen). — 1) *A. 293—305.*

4104 M. d. m. | in memor. | Usiae L. fil. Tertullinae | sacerd. divarum, | matris suae, | Sex. Appuleius Marcellus | d. d.

Tergeste, nunc Patavii (V 520 vidit Mommsen).

4105 Matri magnae | cognationis[1] | C. Turranius Cronius | IIIIIIvir August. | voto suscepto aedem et | aram d. s. p. fecit et expolit | idemque dedicavit.

Prope Salonas rep. (III S. 8675 vidit Hirschfeld). — 1) *Cognationes dictae in titulis Salonitanis (III S. 8676. 8687) collegia hominum cognatione aliqua inter se coniunctorum (Bormann arch. ep. Mitth. 13, 1890 p. 99).*

4106 Curia Pris|ca Matri magnae | fanum rifecit, | signa posuit, laro|phorum[1] cymbala | tynpana catillum | forfices[2] aram dat l. [*a.*].

Clissae agri Salonitani (III 1952 cf. III S. 8567 viderunt Mommsen et Hirschfeld). — 1) *Intellege delphicam cum laribus et ceriolaris, ut est in N. 4108).* — 2) *Forfices ad castrationem pertinere putat Momms.*

4107 Acca L. f. Prima | ministra Matris | magnae Matrem | refecit magnam | et inauravit et Atti|ni comam inau|ravit et | Bellonam refecit. *(In latere arae)* Attini aram, lunam argent. | p. =[1] posit P. Marius | Pharetra sacer. *(eadem fere repetita in summa parte arae).*

Corfinii rep. (IX 3146 vidit Mommsen). — 1) *Pondo unciis duabus.*

4108 Decimia C. f. Candid. | sacerd. M. d. delficam | cum laribus et | ceriolaris n. XXX.

Sabionettae olim, sed aliunde eo adlata, nunc Veronae (VI 30972 = Orell. 2505 vidit Mommsen). Oriundam puto Formiis, ex quo oppido etiam alius titulus (X 6077) saec. XVI Sabionettam venerat, vel Minturnis.

4109 Decimia | C. f. | Candida[1] | sacerdos | M. d. | Atthin | d. d.

Caietae olim in episcopi palatio, vel, secundum alios, Minturnis (X 6074 ad exemplum factum saec. XVI). — 1) *Eodem quae N. 4108.*

4110 M. d. m. | Q. Publicius | Charito | sacerdos et | C. Publicius | Hermes | aedituus | et | Secunda | cymbalistria *(in lateribus cymbala; urceus vel patera).*

Tergeste rep. a. 1735, nunc Grafenegg prope Krems (V 519 p. 1022 saepius descripta saec. XVIII/XIX).

4111 p[*ro salute imp. Cae*|*saris*] ...... [*F*]|elicis[1] Q. Caecilius | Fuscus archigal|lus coloniae Osten|sis *(sic)* imaginem | Matris deum ar|genteam p. I cum | signo Nemesem | kannophris *(sic)* | Ostiensibus d. d.

4112 Q. Caecilius | Fuscus archigal|lus c. O. | imaginem At|tis argentiam *(sic)* | p. I cum sigillo | Frugem *(sic)* aereo[2] ca|nnophoris Ostien|sibus donum de|dit.

4113 Calpurnia | Chelido | typum Matris | deum[3] argenti | p. II cantnoforis *(sic)* | Ost. d. d. | et dedicabit.

4114 Q. Domitius | Aterianus pat. | et Domitia | Civitas mat. | signum Attis | cann. Ost. d. d. *(in latere: apex Phrygius et lituus; in altero latere: syrinx).*

Ostiae rep. prope templum Matris deum, ibi fere ubi N. 4115. 4162 (XIV 34—37 descripsi). — 1) Initium inscriptionis erasum. — 2) Cuius Frugis vel Phrygis signum Caecilius Fuscus donaverit cannophoris, obscurum. — 3) Cf. vit. Elagab. 7: Matris etiam deum sacra accepit et tauroboliatus est, ut typum eriperet cet.

4115 Numini Attis C. Cartilius Euplus ex monitu deae[1].

Ostiae rep., ibi fere ubi eae quae praecedunt, signum dei iacentis marmoreum (XIV 38 vidi; imago signi cum inscriptione est Monumenti dell' Instituto vol. IX tab. 8ª fig. 2). — 1) Matris deum.

4116 Atti | C. Antonius | Eutyches ar|chidendroph. | pro salute sua | posuit.

Tomis rep., est Parinis (III 763 vidit Mommsen).

4117 *(fragmentum statuae)* sancto Attidi sacrum, | Genio dendrofororum C. Met|teius Exuperans dendrofor|us decretarius[1] de suo fecit, lib|enti animo dedicavit.

Rusicade (Philippeville) in Numidia (VIII 7956 cf. p. 1878 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) Fortasse dendrophorus factus ex decreto quindecimvirum urbis Romae (Momms.).

4118 Matri deum | magnae Ideae | Pompeius Rusonianus | cos., XVvir sacris | faciundis[1], | taurobolium movit[2].

Prope Gabios rep. ara (XIV 2790 semel descripta saec. XVIII exeunte, accurate ut videtur). — 1) Ut quindecimvir sacris faciundis memoratur in actis ludorum saecularium a. 204; cf. Eph. ep. 8 p. 293. — 2) Cf. infra N. 4137/8.

4119 Matri | deum | taurobolium indictum | iussu ipsius ex stipe conlata | celebrarunt publice Narbon.

Narbone (XII 4321 semel ut videtur sed accurate descripta saec. XVII).

4120 imperio d. M. tauro|polium provinciae[1] | *(caput arietis, caput bovis)* | Narbonensis | factum per C. Batonium | Primum flaminem Augg., | pro salute dominorum | impp. L. Septimi Severi | Pii Pertinacis Aug. Ara|bici Adiabenici Parthi|ci maximi et M. Aureli | Ant. Aug.[2] ....

Narbone (XII 4323 bis ut videtur descripta saec. XVI—XVIII). — 1) Tauropolium provinciae est etiam in fragmento Narbonensi XII 4329. — 2) Reliqua deficiunt (Getae nomen sine dubio erasum); lapidem fractum fuisse non traditur.

4121 Matri deum | Pomp. Philumene, | quae prima L[*a*]ctor[*a*]e | taurobolium | fecit.

Lactorae (Lectoure) in Aquitania (XIII 504 semel vel bis descripta saec. XVI).

4122 M. deum | Iul. Valentina | et Hygia Sil[*a*]nae[1] | tauropolium fe|cerunt, XV k. Nov. | Pol. et Apro cos.[2], | sacerdote Zmin|thio Proculiani[3].

4123 sacrum | M. m.[1] | Ant. Prima | tauropo|lium fec. | host. suis | sacerdotib. Zm|inthio Procliani[3] et | Pacio Agrippae | [*Pollione II et Apr*]o II cos. XV k. Novemb. *(in lateribus caput bovis, caput arietis).*

4124 sacrum | M. m.[4] | Marciana | Marciani f. | tauropolium | fecit hostis | suis sacerdo|te Zmintio Pro|culiani lib.[5] *(in lateribus caput bovis, caput arietis).*

Lactorae (XIII 507. 505. 509 vidit Hirschfeld). — 1) *Scilicet ancilla.* — 2) *18 Oct. 176 (tam post Pollionis quam post Apri nomen poni debuit signum iterationis). Eodem anno et die Lactorae taurobolia facta sunt ab aliis mulieribus, XIII 506, item ut videtur N. 4123.* — 3) *Idem sacerdos memoratur etiam XIII 506. 508, et quidem cum eodem Pacio Agrippae XIII 506.* — 4) *Sacrum Matri magnae.* — 5) *Apparet hunc titulum positum esse post manumissum Zmintium.*

4125 pro salute | et incolumi|tate domus | divinae r. p. | Lactorat. tau|ropol. fecit *(in lateribus caput bovis, caput arietis).*

4126 pro salute imp. M. | Antoni Gordiani | Pii Fel. Aug. et Sa|biniae Tranquil|linae Aug. toti|usq. domus divi|nae proq. statu | civitat. Lactor. | tauropolium fe|cit ordo Lact., | d. n. Gordiano | Aug. II et Pompeiano cos. | VI idus Dec.[1], curantib. M. Erotio Festo et M. | Carinio Caro, sacerd. | Traianio Nundinio[2] *(in lateribus caput bovis; patera).*

Lactorae (XIII 520. 511 vidit Hirschfeld). — 1) *8 Dec. 241. Eodem die etiam a privatis multis taurobolia Lactorae facta sunt, cf. ad N. 4128.* — 2) *Cf. N. 4127. 4128.*

4127 s. M. d. | Val. Gemina[1] | vires esce|pit *(sic)* Eutyche|tis[2] VIIII kal. | April.[3] sacer|dote Traia|nio Nundi|nio[4], d. n. Gordi|ano et Aviola cos.[5]

Lactorae (XIII 510 vidit Hirschfeld). — 1) *Eadem femina est N. 4128.* — 2) *Nomen Eutychetis, cuius vires excipiuntur, pro tauri nomine Barry aliique habent (cf. N. 4129. 4131), hominem intellegi vult Espérandieu.* — 3) *24 Mart. ('dies sanguinis', vit. Claud. 4, fast. Philoc., cf. C. I. L. I ed. 2 p. 313).* — 4) *De hoc sacerdote cf. ad N. 4128.* — 5) *A. 239.*

4128 s. M. d. | Val. Gemin|a[1] tauropoli|um accepit[2] | hostis suis sa|cerdote Tra|ianio Nund[*in*]|io, d. n. Gord|iano II et Po|mpeiano cos., | VI id. Dec.[3]

Lactorae (XIII 518 vidit Hirschfeld praeter paucas litteras in principio et fine iam deperditas). — 1) *Cf. N. 4127.* — 2) ACEPIT *lapis.* — 3) *8 Dec. 241.* — *Eodem plane modo concepti sunt tituli XIII 512—517. 519 eodem die Lactorae, eodem sacerdote Traianio Nundinio, Matri deum dedicati, a mulieribus omnes, excepto solo XIII 512.*

4129 Viátor | Sabíni fíl.[1] | víres tauri[2], | quó proprie | per tauropo|lium pub. fact.[3] | fécerat, | consacrávit *(In utroque latere: gladius, vel fax).*

Lactorae (XIII 525 vidit Hirschfeld). Similis est titulus XIII 522 a Severo Iulli filio dedicatus. — 1) *Idem ut videtur homo XII 1516.* — 2) *Cf. N. 4127. 4131. 4140.* — 3) *Publice factum* (factum *perscribitur XIII 522).*

4130 . . . . . .[1] [*pro salute imp. M. Aur. Commodi* | *Antonini Aug. Pi*]i domuusq. divi|nae, colon. Copiae Claud. Aug. Lug.[2] | taurobolium fecit

Q. Aquius Antonia|nus pontif. perpetuus | *(bucranium)* | ex vaticinatione[3] Pusoni Iuliani archi|galli[4]. Inchoatum XII kal. Mai., consum|matum VIIII kal. Mai. L. Eggio Marullo | Cn. Papirio Aeliano cos.[5], praeeunte Aelio | C[*astrense*] sacerdote[6], tibicine Albio | Verino. *(In latere: caput arietis; in altero latere: secespita).*

Tain ad Rhodanum, ubi fuit Tegna statio viae Vienna Valentiam ducentis (XII 1782 vidit Hirschfeld). — 1) *Pauca litterarum vestigia quae agnosci poterant omisi (videtur hoc loco fuisse nomen Matris deum).* — 2) *Cf. N. 4131 seq. Pro colonia Lugdunensi sacra facta esse et a sacerdotibus Lugdunensibus in provincia Narbonensi non longe a Valentia, testimonio est, ut iudicat Hirschfeld, illum locum attributum fuisse Lugdunensibus.* — 3) *Cf. N. 4132 not. 5.* — 4) *Idem archigallus est in titulo Lugdunensi infra N. 4132.* — 5) *20—23 Apr. 184.* — 6) *Idem Aelius Castrensis est in titulis Lugdunensibus infra N. 4132. 4133.*

4131 taurobolio Matris d. m. Id., | quod factum est ex imperio Matris d.[1] | deum, | pro salute imperatoris Caes. T. Aeli | Hadriani Antonini Aug. Pii p. p. | liberorumque eius, | et status coloniae Lugudun., | L. Aemilius Carpus IIIIIvir Aug., item | dendrophorus, | *(caput bovis)* | vires excepit[2] et a Vaticano[3] trans|tulit, ara et bucranium | suo inpendio consacravit, | sacerdote | Q. Sammio Secundo ab XVviris | occabo et corona exornato[4], | cui sanctissimus ordo Lugudunens. | perpetuitatem sacerdoti decrevit, | App. Annio Atilio Bradua, T. Clod. Vibio | Varo cos.[5] | L. d. d. d. *(In dextro latere)* Cuius mesonyctium | factum est *(ensis hamatus)* V id. Dec. *(In sin. latere: caput arietis.)*

Lugduni (XIII 1751 vidit Hirschfeld). — 1) d. *errore addita.* — 2) *Cf. N. 4127.* — 3) *Collis Vaticanus urbis Romae, ubi certe aetate labente praecipuam sedem horum sacrorum in urbe Roma fuisse docent tituli infra N. 4145. 4147 seq.* — 4) *Cf. N. 4175. Sacerdotes quindecimvirales, ut plerumque dicebantur, habes etiam N. 4140. 4184. 4185.* — 5) *A. 160.*

4132 *!!!!!!!!!!!!* | *!!!!!!!!!!!!*[1] | numinib. Aug. totiusque | domus divinae et situ[2] c. C. C. | Aug. Lugud.[3] | tauribolium fece|runt dendrophori | Luguduni consistentes, | XV kal. Iulias | imp.[4] *!!!!!!!!!!!* *!!!!!!!!!!!!* | Marco Sura Septimiano | cos.[4], ex vaticinatione[5] | Pusoni Iuliani archi|galli[6], sacerdote | Aelio Castrense[6], | tibicine Fl. Restituto.[7] | Honori omnium[8] | Cl. Silvanus perpetuus | quinquennalis inpen|dium huius arae remisit. | L. d. d. d. *(In latere: caput bovis infulatum; in altero latere: caput arietis, ensis hamatus.)*

Lugduni (XIII 1752 vidit Hirschfeld). — 1) *Erasa Commodi nomina (cum formula* pro salute*).* — 2) *Expectaveris* statu. — 3) *Coloniae Copiae Claudiae Augustae Luguduni.* — 4) *Erasa nomina Commodi, qui sextum consul fuerat a. 190, deinde in spatii vacui partem postremam intrusum* Marco Sura, *cum antea Septimianus hoc solo nomine appellatus esset.* — 5) '*Ex vaticinatione archigalli*' *sacra huius generis peragebantur etiam in Portu Romano (fr. Vat. 148) et Milevi in Numidia (infra N. 4136) et sine dubio alibi.* — 6) *Cf. N. 4130 not. 6.* — 7) *Idem tibicen est N. 4133. 4134.* — 8) *Omnium, puto deudrophorum, quorum quinquennalis videtur fuisse Claudius Silvanus.*

4133 pro salute imp. L. Sep|timi Severi Pertina|cis Aug. et D. Clodi | Septimi Albini Caes.[1] | domusq. divinae et sta|tu c. C. C. Aug. Lug.[2], taurobo|lium fecerunt Aufustia | Alexandria et Sergia | Parthenope ex voto, | praeeunte Aelio Castren|se[3] sacerdote, tibicine Fl. | Restituto.[3] Inchoatum est | sacrum VII idus Mai., con|summatum V id. easdem[4], | [*i*]mp. L. Septimio Severo Pertinac. Aug. | . . . .[5] | II cos. | [*L.*] d. [*d. d.*] *(In utroque latere: ensis hamatus, caput bovis, caput arietis.)*

Lugduni (XIII 1753 vidit Hirschfeld). — 1) D. Clodi Septimi Albini Caes. *vocabula erasa, sed vestigia litterarum certa comparent.* — 2) *Coloniae Copiae Claudiae Augustae Luguduni.* — 3) *Cf. N. 4132.* — 4) *9—11 Mai.* — 5) *Erasum nomen D. Clodi Albini Caesaris, iterum consulis a. 194.*

4134 [*pro*] salute imp. L. Septimi | [*Seve*]ri Pii Pertinacis Aug. | et M. Aureli Antonini Caes. | imp. destinati[1] et | Iuliae Aug. Matris castrór. | totiusque domus divinae | eórum et statú c. C. C. Aug. Lug.[2] | taurobolium fecerunt | Septicia Valeriana et | Optatia Siora ex voto, | praeeunte Aelio Antho sa|cerdote, sacerdotia Aemi|lia Secundilla, tibicine Fl. | Restituto, apparatóre[3] Vire|io Hermetione. | Inchóatum est sacrum IIII | nonas Maias, consumma|tum nonis eisdem[4], | T. Sextio Laterano L. Cuspio | Ru[*f*]ino cos.[5] | L. d. d. d. *(In lateribus ensis hamatus; capita bovum et arietum.)*

Lugduni (XIII 1754 vidit Hirschfeld). — 1) *A. 197 (cf. supra N. 446).* — 2) *Cf. N. 4133 not. 2.* — 3) *Idem munus infra N. 4173.* — 4) *4—7 Mai.* — 5) *A. 197.*

4135 crinobolium *(sic)* factum [*Matri*] | deum magn. Ideae pr[*o salute*] | imp. Caes. L. A[*eli Aureli*] | C[*ommodi Augusti*[1] | *to*]tiusque dom[*us divinae eius*] . . . .

Ostiae (XIV 41 vidi). In parte aversa tabulae legitur titulus pertinens ad taurobolium factum inter annos 169 et 175 (XIV 40). — 1) *Vestigia nominis imperatorii erasi non satis certa sunt.*

4136 M. d. m. I. sanctae | sacrum factum | pro salute | [*i*]mp. Caes. M. Aureli Se|[*veri Alexandri*][1] Pii fel. Aug. | [*et Iuliae Avitae Mamaeae* | *Aug.*] et domus eor. divinae, | Qu[*inti*] Claudii Basilicus | nap.[2] et Mnesius criobo[*li*]|um fecerunt et ipsi susc[*e*]perunt per C. Aemilium Satur|ninum sacerdotem, ex va|ticinatione archigalli[3]. | L. d. d. d.

Milevi in Numidia (VIII 8203. VIII S. 19981 Schmidt vidit ectypum. — 1) *Alexandri et Mamaeae nomina erasa.* — 2) *Non intellegitur.* — 3) *Cf. N. 4132 not. 5.*

4137 pro salute | imp. Maxi[*min*]i[1] Aug. et | M[*aximi*][1] Caes. | taurobolium mo|vit[2] Petronius Ma|rcellus sacerd. | de suo.

4138 criobolium et | aemobolium movit[2] | de suo Petronius Mar|cellus sacerdos, VI kal. | Dec. IIIIvir. Primo et Iusto[3].

Teate Marrucinorum (IX 3014. 3015 hanc vidit Mommsen). — 1) *Nomina Augusti et Caesaris erasa plerique omiserunt, enotavit unus eorum qui lapidem saec. XVI. XVII viderunt.* — 2) *Cf. N. 4118.* — 3) *Quattuorviris Primo et Iusto.*

4139 ex iussu Matris deum | pro salute imperii | tauribolium fecit Publicius | Valerius Fortunatus Thalamus; | suscepit crionis[1] Porcia Bassenia; | sacerdote Aurelio Stephano. | Dedicata VIII k. Apr.[2] Pio et Proculo cos.[3]

Cordubae (II S. 5521 vidit Huebner). — 1) Accipiendum esse pro χριοῦ et cogitatione supplendum bolium *putat Momms. — 2) 25 Mart. (dies Hilariorum Matris deum, cf. C. I. L. I ed. 2 p. 313). Etiam dies 27 Mart. praecipuum locum habuit in sacris Matris deum (cf. C. I. L. I ed. 2 p. 314; VI 3702). — 3) A. 238.*

4140 M. d. m. I. | sacr. trib. taur.[1] | fecer. | cum suis hostis et apparam.[2] | omnib. L. Dagid. Marius pon|tif. perpet. civit. Valent. | et Verullia Martina et | Verullia Maria fil. eorum | pro salute imp. et Caesar. | Philipporum Augg. et Otaci|liae Severae Aug. matris | Caes. et castror., praeeun|tibus sacerdotibus Iuni[*o*] | Tito XVvir.[3] Arausens., et | Castricio Zosimione ci|vitat. Albens., et Blattio | Paterno civitatis Voc., | et Fabricio Orfito Liber.[4] | patris, et ceteris adsis|tentibus sacerdotibus, | v. s. l. m.[5] Loco[5] vires con|ditae[6] die prid. kal. Oct. | imp. Philippo Aug. et Titi|ano cos.[7]

Deae Augustae (Die) rep. (XII 1567 semel saec. XVII nescio a quo descripta). — 1) Tribus tauris (propterea quod tres homines pro tribus principibus sacrum fecerunt, itemque trium civitatum sacerdotes verba praeiverunt, ut putat Momms.). — 2) Apparamentis. — 3) Quindecimvirali (sc. sacerdote); cf. N. 4131 not. 4. — 4) Liberi (sc. sacerdote). — 5) Haec fortasse corrupta. — 6) Cf. N. 4129. — 7) 30 Sept. 245.

4141 taurob[*olium factum Matri deum*] | magnae Id[*aeae pro salute et victoria*] | imp. Caes. C. V[*ibi Treboniani Galli Pii*] | Fel. Aug.[1] et [*imp. Caes. C. Vibi Afini Galli*] | Veldum[*niani Vol*]usiani P[*ii Fel.*] | Aug.[2] tot[*iu*]sq. domus divin. eor. [*et*] | sen[*atus, X*]Vvir. s. f., equestr. ordin., | ex[*ercituum*], . . . va[*l*]ium, navigantium[3], | s . . . . . .

Ostiae (XIV 42 vidi). — 1) Galli nomen rasura temptatum. — 2) Item erasa Veldumn-, Volusiani, Aug. *vocabula. — 3) Conferri potest quod apud Apuleium met. 11, 17 sacerdos aliquis fausta precatur 'principi magno, senatuique et equiti, totoque Romano populo, nauticis, navibus, quaeque sub imperio mundi nostratis reguntur'; item Deli votum aliquis solvit ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ . . . . . ὑπὲρ τῶν πλοϊζομένων πάντων (Bull. de corr. hellénique 6, 1882 p. 328). — Ad alia taurobolia Ostiae pro salute imperatoris facta spectant fragmenta XIV 40. 43, quorum illud scriptum est inter annos 169 et 175, cf. ad N. 4135. Praeterea sacra ex vaticinatione archigalli pro salute imperatoris in portu Ostiensi fieri solita memorat Ulpianus de excus. (fr. Vat. 148).*

4142 M. d. m. I. Aug. sac. | pro salute impp. Caess. | C. Valeri Diocle[*tia*]ni[1] Pii Fel. | Aug. et M. Aureli Valeri M[*axi*|*miani*][1] Pii Pii *(sic)* Fel. Aug. totiusq. | divinae domus eorum | Q. Minthonius Fortuna|tus sacerdos, perfectis | ritae *(sic)* sacris cernorum[2] | crioboli et tauroboli, | suffragio ordinis col. | suae Mact. comprobatus | antistes, sumtibus su|is, tradente Claudio Bo|no sacerdote una cum | universis dendro|foriis *(sic)* et sacratis | utriusque sexus | v. s. l. a.

Mactari in Africa (Gauckler bull. archéol. du comité des travaux hist. 1897 p. 424). — 1) Nomina imperatorum erasa. Titulus scriptus inter annos 284 et 293. — 2] Taurobolium criobolium cerno perceptum, est N. 4146. Huc videntur perti-

nere cernophorae, cf. supra N. 4099. Plane similis est titulus eodem loco repertus scriptus paullo ante hunc, imperante Probo vel Caro (Bull. archéol. 1891 p. 529).

4143 M. d. m. I. et Attinis | *(Cybele sedens in curru a leonibus vecto; ex adverso Attis puer, pinui innixus, maerenti similis)* L. Cornelius Scipio Or[*f*]itus | v. c., augur, taurobolium | sive criobolium fecit, | die IIII kal. Mart. | Tusco et Anullino coss.[1] *(In parte postica pinus; taurus et aries. In latere altero fistulae ac tibiae, in altero faces cum crotalis).*

Romae olim in ecclesia S. Sebastiani ad viam Appiam, nunc in villa Albania (VI 505 vidit de Rossi; delineavit Zoega bassirilievi tab. XIII. XIV). De imaginibus Matris deum et Attis, et de ornamentis laterum, cf. Zoega l. c. p. 51 seq. — 1) *26 Febr. 295.*

4144 M. d. m. et Attidi | L. Cornelius Scipio | Orfitus v. c., | augur, ex voto | taurobolio sive | criobolio facto.

Romae rep. prope ecclesiam S. Sebastiani ad viam Appiam, nunc in museo Capitolino (VI 506 vidit Henzen). Una reperta est ara Sarapidis infra N. 4396.

4145 M. d. m. I., | dd. nn. Constan|tio et Maximia|no nobb. Caess. | V conss., XVIII k. Mai.[1], | Iulius Italicus | v. c., XVvir s. f., tauro|bolium percepi felic. *(in latere dextro pinus, ex cuius ramis hinc syrinx, illinc pedum pendent; in latere sinistro capita tauri et arietis, tympana duo).*

Romae rep. in Vaticano, cum basilica S. Petri ampliaretur a. 1608 vel 1609, una cum N. 4147 seq., nunc Parisiis (VI 497 vidit Henzen). — In urbis Romae regione Transtiberina Phrygianum (Frigianum scribitur) fuisse, scilicet locum Matri deum Phrygiae (supra N. 4099) dicatum, testatur Notitia urbis Romae; is locus videtur esse hic ipse, ubi hi tituli reperti sunt (cf. Preller Regionen der Stadt Rom p. 59). — 1) *16 Apr. 305.*

4146 potentiss. diis [*M. d. m. I. et At*]|ti Menotyranno[1] . . . . . | Serapias h. f., sacr.[2] [*deum*] | Matris et Proserpinae, | taurobolium criobol. caerno[3] | perceptum per Fl. Antoni|um Eustochium sac. Phryg. | max.[4], praesentib. et tradentib. | cc. vv.[5] ex ampliss. et sanctiss. | coll. XVvir. s. f., die XIII kal. | Maias Cerealibus[6], dd. nn. | Constantino max. Aug. V et | Licinio iun. Caes. coss.[7]

Romae sine dubio, sed locus non indicatur (VI 508 servavit unus codex Cyriacanus Parmensis). — 1) *Μὴν τύραννος (de quo cf. Waddington ad Lebas 3, 668. Perdrizet bull. de corr. hellén. 1896 p. 56 seq.) aetate labente cum Atti videtur esse confusus; similiter N. 4147 seq.* — 2) *Honesta femina, sacrata (?).* — 3) *Cf. supra N. 4142 not. 2.* — 4) *Sacerdos Phryx maximus alibi non reperitur.* — 5) *Clarissimis viris.* — 6) *Cerealium dies fuit 19 Apr., testibus hemerologiis (cf. CIL. I ed. 2 p. 365).* — 7) *A. 319.*

4147 Matri deum magnae | Idaee summae pa|renti, Hermae et Attidi | Menotyranno[1] invicto, | Clodius Hermogenianus | Caesarius v. c., procons. Africae, | praefec. urbis Romae[2], | XVvir s. f., taurobolio | criobolioque perfecto | XIIII kal. Aug., diis animae | suae mentisque custodibus, | aram dicavit, | d. n. Gratiano Aug. ter | et [*Fl.*] Aequitio conss.[3]

4148 M. d. m. I. | et Attidi Meno|tyranno conser|vatoribus suis, Cae|lius Hilarianus v. c., | duodecimbyr | urbis Romae[4], | p. s.[5] et hieroceryx | i. M.[6], s. d. L., s. d. | Hecate[7], | d. n. Gratiano Aug. | et Merobaude | conss. III idus | Maias[8].

4149 M. d. m. I. | et Attidi sancto | Menotyranno, | Q. Clodius Flavianus | v. c., pont. maior[9], | XVvir s. f., | septem|vir epulonum, | pontifex dei Solis, | taurobolio criobo|lioque percepto | aram dicavit, | nonis Aprilibus | FFll. Merobaude II | et Saturnino | conss.[10]

4150 . . . . u[11] c. f., | sacerdus *(sic)* maxima | M. d. m. I., taurobolio | criobolioque repeti|to diis omnipotenti|bus M. d. et Atti | aram dicavit, | nonis Aprilibus | Fl. Merobaude | v. c. iterum | et Fl. Saturnino | v. c. conss.[10]

4151 diis omnipotentibus | Lucius Ragonius | Venustus v. c., | augur publicus | p. r. Q., pontifex | Vestalis maior, | percepto taurobolio | criobolioque | X kal. Iun. | d. n. Valentiniano | Aug. IIII et | Neoterio conss.[12], | aram consecravit.

Romae rep. cum una N. 4145 (VI 499—503 recens repertas descripsit Grimaldi, solam postremam quae nunc extat in museo Capitolino vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 4146 not. 1.* — 2) *Incertum qua parentela coniunctus cum Clodio Hermogeniano Olybrio supra N. 1270/1, et ipso proconsule Africae et praefecto urbis Romae. (Hunc esse Claudium qui vulgo appellabatur, proconsulem Africae a. 368—370, praefectum urbi eo ipso anno quo hic titulus positus est 374, coniecerat Seeck praef. ad Symmachum p. XCVIII non recte; nam hic Claudius appellabatur Petronius Claudius, teste titulo Africano nuper reperto Bull. arch. des comité des tr. hist. 1899 p. 133.)* — 3) *19 Iul. 374.* — 4) *Cf. supra N. 1198. 1249.* — 5) *Pater sacrorum*, 6) *invicti Mithrae.* — 7) *Sacerdos dei Liberi, sacerdos deae Hecatae (sic Hagenbuch, recte ut videtur, cf. N. 4152).* — 8) *13 Mai. 377 (post Gratiani nomen numerus* III *omissus est).* — 9) *Pontifex maior sive Vestalis, praeterea fuit pontifex Solis.* — 10) *5 April. 383.* — 11) *Videtur superesse ex nomine feminae; uxor fortasse fuisse Flaviani eius qui eodem die taurobolium percepit (N. 4149).* — 12) *23 Mai. 390.*

4152 dis | magnis | Matri deum et Attidi Se|xtilius Agesilaus Aedesius[1] v. c., causarum non ignobi|lis Africani tribunalis ora|tor et in consistorio | principum, item magiste|r libellor. et cognition. | sacrarum, magister epistu|lar., magister memoriae, | vicarius praefector. per | Hispanias vice s. c.[2], pa|ter patrum[3] dei Solis invi|cti Mithrae, hierofanta | Hecatar., dei Liberi archi|bucolus, taurobolio | criobolioq. in aeter|num renatus aram sacra|vit dd. nn. Valen|te V et Valentiniano | iun. Augg. conss. idib. | Augustis[4] *(in dextro latere pinus, e cuius truncis pendent tibiae et tiara, item aries; in sinistro pinus itidem, e cuius ramis pendent tympanum et fistula, item taurus. A tergo faces, patera, vasa).*

Romae in regione Suburae (VI 510 bis puto vel ter descripta vel certead lapidem exacta saec. XVI). — 1) *Est Aedesius magister memoriae memoratus ab Ammiano 15, 5, 4.* — 2) *Vice sacra cognoscens.* — 3) *Cf. infra N. 4254 not. 3.* — 4) *13 Aug. 376.*

4153 dis magnis[1] | Ulpius Egnatius Faventinus | v. c., augur pub. p. R. Q.[2], | pater et hieroceryx d. S. i. M., | archibucolus dei Liberi, | hierofanta Hecatae, sa|cerdos Isidis, percepto | taurobolio criobolioq. | idibus Augustis dd. nn. | Valente Aug. V et Valentinia|no Aug. conss.[3], feliciter.

Vota Faventinus bis deni | suscipit orbis, |
ut mactet repetens aurata | fronte bicornes[4].

(In dextro latere pinus, a qua crotala et fistulae pendent, iuxta aries; in sinistro item pinus, a qua pedum et fistulae duae pendent, iuxta taurus).

Romae olim prope basilicam S. Petri, fortasse stetit antiquitus in eodem sacrario in quo N. 4145. 4147 seq. (VI 504 descripserunt Smetius, Metellus, alii). — 1) *Mater magna et Attis.* — 2) *Augur publicus* (p. u. b. *traditur) populi Romani Quiritium.* — 3) *A. 376.* — 4) *Suscepit vota Faventinus, ut post viginti annos liceret ei iterare taurobolium; cf. N. 4154.*

4154 [*M. d. m. I. et Attidi menotyranno dis magnis e*]t | [*t*]u[*t*]atoribus suis | Ceionius Rufius Volu[*si*]|anus v. c. et inlustr[*is*], | ex vicario Asie, et[1] Ceio|ni Rufi Volusiani[2] v. c. | et inlustris ex prefecto [*pre*]|torio et ex prefecto ur[*bi*][3] | et Cecine Lolliane[2] clar[*issi*]|me et inlustris femin[*e*], | deae Isidis sacerdotis, fi[*lius*], | iterato, viginti annis exp[le]|tis taurobolii sui[4], aram constitu[*it*] | et consecravit, X kal. Iun. d. n. Va[*len*]|tiniano Aug. IIII et Neoterio c[*onss.*][5]

Romae (VI 512 ad exempla potissimum Sabini et Morillonii). Hac inscriptione et VI 511 usus est Ligorius ad fingendam VI 535.* — 1) et *abundat.* — 2) *In huius* Rufi Volusiani c. v. et Caeciniae *(sic)* Lollianae c. f. *praediis positus est t. Africanus Carton découvertes en Tunisie p. 112.* — 3) *Praefectus urbi fuit a. 365 (cod. Theod. 1, 6, 5. 6, 4, 18 cet.). Eundem esse, Lampadius qui appellatur ab Ammiano 15, 5, 4. 27, 3, 5 cet., coniecit Seeck Herm. 18, 294, praef. in Symm. p. CLXXVIII.* — 4) *Fortasse scribendum: taurobolio suo.* — 5) *23 Mai. 390.*

4155 Aemilia | Serapias | taurobolium fecit | et aram taurobolatam *(sic)* | posuit | per sacerdotes | Valerio Pancarpo, | idib. Mais Anullino II | et Frontone cos.[1]

In Portu vel Ostiae rep., est Romae (XIV 39 vidit Henzen). — 1) *A. 199.*

4156 M. d. s. | Val. Avita | aram tauriboli | sui natalici red|diti[1] d. d., sacerdo|te Docyrico Vale|riano, arc[*h*]igallo | Publicio Mystico.

Emeritae rep., est Matriti (II S. 5260 Huebner vidit ectypum). — 1) *Fortasse hoc voluit dicere Avita, pro die natali se aestimare diem quo taurobolium suscepit (Zippel Festschr. für Ludw. Friedländer p. 499).*

4157 Natalici virib.[1] | Valer. Iullina | et Iul. Sancta. *(In latere caput arietis; in altero latere harpe et pileus.).*

Burdigalae (XIII 573 vidit Hirschfeld). — 1) *Ara dedicata videtur Viribus natalici, i. e. eius diei, quo Iullina et Sancta taurobolio initiatae eiusque viribus renatae sunt (Hirschf.).*

4158 Viribus | aeterni *(sic)* | taurobolio | Sempronia | Eutocia.

4159 Viri[*b*]us | aeterni | taurobolio | P. Ulattius | Priscus.

Taurinis (V 6961. 6962 illam vidit Mommsen). — Fortasse non ad Matris Phrygiae, sed ad Mithrae cultum pertinent hi tituli. Taurobolium Veneris Caelestis habes infra N. 4271.

4160 *(sacerdos femina, velata et vittata, in pectore gestans protomen viri barbati, manu sinistra coronam quernam sustinens, d. pateram; iuxta ara)* Laberia Felicla | sacerdos maxima | Matris deum m. I.

Romae (VI 2257 vidit Henzen).

4161 C. Camerius | Crescens | archigallus Matris | deum magnae Idaeae et | Attis populi Romani, | vivus sibi fecit et | Camerio Eucratiano lib. | suo, ceteris autem libertis utri|usque sexus loca singula | sepulturae causa. H. m. h. e. n. s.[1]

Romae (VI 2183 vidit Henzen). — 1) *Heredem exterum non sequetur.*

4162 M. Modius | Maxximus *(sic)* | archigallus | coloniae | Ostiens.

Ostiae rep. una cum N. 4115, cippus formam cistae habens, cui insidet gallus (in ipsa cista pedum, tibia, syrinx, et ab alio latere arbores, sub quibus leo, inter quos Attis ut videtur imago); iam Romae in museo Lateranensi (XIV 385 vidi. Imaginem Monumenti dell' Instituto vol. IX tab. 8[a] fig. 1).

4163 d. m. | L. Barbunteio | Demetrio archig. | Salonitano, qui | annis XVII[1] usq. ad | ann. LXXV integr. | sacra confecit | Barbunteia Thallu|sa clistera[2] patrono | pientiss. posuit.

Iader in Dalmatia (III 2920[a] ex codice quodam scripto saec. XVII). — 1) *Intellege: inde ab anno aetatis decimo septimo.* — 2) *Non intellegitur;* cistera *alius codex (III p. 1026); fortasse fuit* liberta *(Huebner).*

4164 Ti. Claudio Veloci hymnologo[1] primo M. d. I. e[*t*] Atti[*n*]is[2] publico, Amerimnus lib. patrono optimo. H. m. d. m. a.

Incertum quo loco descripta, sed Romae puto, servavit Hartmannus Schedel in codice quodam Monacensi (Bull. dell' Inst. 1884 p. 155). — 1) hymnologio, 2) m. die attilis *traditur.* — *Incertum an ad Matris deum cultum pertineat* hymnologus de campo Caelemontano *VI 9475.*

4165 Aeliae Receptae | tympanistriae | M. d. m. I.

Romae (VI 2264 semel ab ignoto auctore saec. XVI vel XVII descripta).

4166 Nicae | Pomponi|ae, fanati|cae, monu|mentum.

Romae rep. extra portam Tiburtinam (Lanciani bull. comunale 1885 p. 107).

4167 ..enio C. f. | .. Fatali | [*dec*]urioni | [*splendi*]dissimae | [*col*]o-niae | C[*aes*]ariensis, | religioso, | antistiti sanctissimi | numinis | Matris deum, | dendrophori | dignissimo.

Caesareae Mauretaniae (VIII 9401 partem vidit Wilmanns).

4168 dis m. | L. Vettio Syntropho | religioso | a Matre magna | capillato[1], | Vettia Amor | de suo fecit | posterisque eorum.

Romae (VI 2262 saepius descripta saec. XVI). — 1) *Passis cum crinibus Galli dicuntur etiam ab Arnobio 5, 16 (Henzen).*

4169 Sex. Annius | Celer | religiosus | de Capitolio, | h. s. e.

Romae (VI 2265 semel descripta saec. XVI).

4170 *(cymbala, tympanum, mitra Phrygia)* C. Iulius Epae|nitus religi|osus sibi et L. | Raio Felici | sacerdoti | Matris deum, | b. m. p. | posterisq. | suis.

Larini rep. (IX 734 vidit Dressel). — Religiosi, ad quorum agrum pertinebat X 1894, fortasse et ipsi Matrem deum colebant.

4171 M'. Poblicio Hilaro | margarítário, | collegium dendrophorum | Matris deum m. I. et Attis | quinq. pp.[1], quod cumuláta | omní erga se benignitáte[2] | meruisset, cui statua ab eís | decreta poneretur.

Romae rep. in monte Caelio, ibi ubi N. 3992 (VI 30973 descr. Huelsen Roem. Mitth. 1891 p. 110). — 1) *Quinquennali perpetuo. Alius quinquennalis collegii dendrophorum Romanorum est supra N. 1919, alius VI 29691.* — 2) *Hilarus hic dendrophoris Silvanum dono dedit appellatum dendrophorum (v. supra N. 3540), sed etiam videtur eis basilicam aedificasse appellatam Hilarianam (N. 3992).*

4172 dendrophoris | Polensium | C. Laecanius | Theodorus | sace[*rd*]os M. d. m. I. | lo[*cu*]m cum | sepultura dedit. | In fr. p. XLII, | in ag. p. XLII.

Polae (V 81 vidit Mommsen).

4173 C. Atilius Bassi sa|cerdotis lib. Felix, appa|rator[1] M. d. m., signum | Silvani dendrophoris | Ostiensibus d. d.

Ostiae rep. ibi ubi N. 4176 (XIV 53 vidi). — 1) *Cf. N. 4134.*

4174 ex s. c. dendrophori creati qui sunt | sub cura XVvir. s. [*f.*][1] c. c. v. v.[2]: | Patron.[3] L. Ampius Stephanus sac. M. [*d.*], qq. | dend.[4], dedicationi huius panem vinum | et sportulas dedit. *(Sequuntur nomina LXXXVII).* Dedicata VII id. Oct., III et semel cos.[5]

Puteolis vel potius Cumis rep. (X 3699 descr. solus Capaccius saec. XVII). — 1) st *traditur.* — 2) *Sub cura quindecimvirum sacris faciundis clarissimorum virorum.* — 3) *Patronus.* — 4) *Quinquennalis dendrophorum.* — 5) *9 Oct. anni 251 ut videtur (cf. Borghesi opp. 7 p. 44).*

4175 M. Magrio Basso L. Ragonio | Quintiano cos.[1], k. Iunis, Cumis in templo divi Vespa|siani in ordine decurionum, | quem M. Mallonius Undanus | et Q. Claudius Acilianus praet.[2] | coegerant, scribundo sorte | ducti adfuerunt Caelius Pan|nychus, Curtius Votivos, Considi|us Felicianus, referentibus pr.[3] | de sacerdote faciendo Matris | deae *(sic)* Baianae in locum Restituti | sacerdotis defuncti, placuit uni|versis Licinium Secundum | sacerdotem fieri. | — XV sac. fac.[4] pr.[3] et magistratibus Cuman. sal. | Cum ex epistula vestra cognove|rimus creasse vos sacerdotem | Matris deum Licinium Secundum | in locum Claudi Restituti defunc|[*t*]i[5], secundum voluntatem vestra *(sic)* | permisimus ei occavo et | corona[6], dumtaxat intra | fines coloniae vestrae, uti. | Optamus vos bene valere. | Pontius Gavius Maximus | promagistro[7] suscripsi *(sic)* XVI kal. | Septembres, M. Umbrio Primo | T. Fl. Coeliano cos.[8]

Prope Baias rep., est Neapoli (X 3698 vidit Mommsen). — 1) *A. 289.* — 2) *Praetores.* — 3) *Praetoribus.* — 4) *Quindecim(viri) sacris faciundis.* — 5) de-

func|cui *lapis.* — 6) *Cf. N. 4131.* — 7) *Promagister quindecimvirum sacris faciundis.* — 8) *Par consulum suffectorum praeterea ignotum.*

4176 P. Cl. P. f. Horat. | Abascantiano | fil. dulcissi|mo P. Cl. | Abascantus[1] | pater, | qq. II corp. dendro|phorum Ostiens. *(In latere dextro)* M. Antius Crescens Calpur|nianus[2], pontif. Volk. | et aedium sacrar.[3] statu|am poni in campo Matris | deum infantilem permisi, | VIIII kal. April. | [*Plautiano*][4] II et Geta[4] II cos.

Ostiae rep. ibi fere ubi N. 4173 (XIV 324 vidi). — 1) *De hoc Claudio Abascanto cf. ad XIV 328.* — 2) *Cf. supra N. 1151.* — 3) *Similem permissum pontificis Volcani Ostiensis habes infra N. 4402. De pontificatu Volcani et aedium sacrarum Ostiensi cf. CIL. XIV p. 5.* — 4) *Plautiani nomen erasum, Getae rasura temptatum, hoc errore; nam Geta hic frater Septimii Severi fuit, non filius (cf. supra N. 2163 not. 2). Significatur annus 203, dies qui praecessit Hilaria, cf. ad N. 4139.*

4177 T. Attius T. l. Atianus | *(soleae duae)* sac. Matr. mag. Ves[*ti*]nar. | ex Victoriae[1].

Interamniae Praetuttianorum (IX 5061 vidit Dressel). — 1) *Haec obscura; explicationem temptavit Mommsen l. c.*

4178 L. Pacilius Taur. | sac. Matr. magn. et | Suriae deae et sac|ror. Isidis, v. a. LXV, | et L. Publilius Auctus | pater eius, v. a. LXX, et | Publilia L. l. Nice mater | eius, v. a. C, h. s. s.[1]

Prope Brundisium rep. (IX 6099 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Hic siti sunt.*

4179 d. m. | T. Flavio C[*h*]r[*y*]sopa[*edi*][1] | sodales ballatore[*s*] | Cybelae[2], beneme|renti fecerunt.

Romae (VI 2265 aliquoties descripta saec. XVII). — 1) *Nomen non certum (variant apographa).* — 2) *Sodales ballatores Cybelae videntur esse dicti a ballando sive saltando (Henz.).*

4180 .... elsinius Capitolinus ex aede | Bellonaes Pulvinesis[1] fanaticus, | M. d.[2] d. d.

Romae, sub signo matronae sedentis (VI 490 servavit Fabretti). — 1) *Pulvinensem Bellonam vel certe aedem eius dictam putat Mommsen (ad VI l. c.), a pulvinari circi propterea quod ea aedes sita fuerit prope pulvinar circi Flaminii.* — 2) *Matri deum.*

4181 Q. Caelio Appollinari *(sic)* | fanatico de aede | Bellonae Pulvin., | cuius monito *(sic)* hasta | in aede | Bellona *(sic)* in luco | dicata est, | Firmia Tyche | coniugi suo benemerenti | sibi posterisque suis | fecit, et | Firmiae Euresini lib. b. m.; | vix. an. XXXIX me. V d. XXII.

Romae (VI 2232 vidit Henzen).

4181a *(vir tunica et chlamyde indutus, dextra ramum, sin. pateram tenens; duo cultri)* d. m. | L. Cornelio Ianuario | fanatico ab Isis Serapis | ab aedem Bellone Rufiliae[1], | v. a. XXII m. XI d. XXI, fec. | C. Calidius Custos amico | b. m.

Romae (VI 2234 vidit de Rossi). — 1) *Aedes quaedam Bellonae sita in regione Isis et Serapis videtur indicari.*

4181[b] C. Cominius Pyrrichus et | L. Novius Priscus et L. Campius | Primigenius, fanatici tres | a pulvinar. Synethaei *(sic)*, | hic fuerunt cum Martiale | sodale. Actiani Anicetiani | sinceri.[1] Salvio sodali feli[c]iter.[2]

Pompeiis, scariphatum in pariete domus alicuius privatae (IV 2155 vidit Zangemeister). — 1) *Confert editor titulum C. Ummidii Actii Aniceti pantomimi (X 1946); ab eo fortasse hi sodales appellati.* — 2) *In alio pariete eiusdem domus scariphatum est:* [Py]rrichus Salvio sodali sal. *(IV 2154).*

4182 *(imago cistophori, cum cista ad pedes)* L. Lartio Antho cistopho|ro aedis Bellonae Pulvinensis | fecit C. Quintius Rufinus fratri et | domino suo pientissimo, cui et | monumentum fecit interius ag|ro Apollinis argentei Quintius | Rufinus.

Romae in monte Mario qui dicitur rep. (VI 2233 cf. p. 3307 vidi).

4183 Attini sacr. | et Minervae | Paracentiae[1] | Mummeía C. f. | Atticilla sacer|dos ob taurobo|lium[2].

Beneventi (IX 1539 viderunt Mommsen aliique). — 1) *Idem soloecismus reperitur N. 4184. 4186. Cf. praeterea ad N. 4185.* — 2) *Fortasse non integra in fine.*

4184 Attini sacrum | et Minervae | Paracentiae | Terentia Flaviana | sacerdos secundo loco[1] XV|vir.[2] ob taur. tra|d[*it*]u a Servilia | Varia sac. prima[1].

Beneventi (IX 1541 solus descripsit saec. XVII Pacca Beneventanus). — 1) *Similiter in Africa habemus sacerdotes Cererum loci primi (infra N. 4469 cet.).* — 2) *Quindecimviralis (cf. supra N. 4131). Similis fuit titulus item Beneventanus IX 1542.*

4185 Attini sacrum | et Minervae Berecint.[1] | Concordia col. lib.[2] Ianuari[*a*] | c[*y*]mbal.[3] [*l*]oco secundo, ob | criobolium factum M. de. | ma., tradentib. Septimio | Primitivo augure et sac., | Servilia Varia et Terentia | [*Fla*]viana[4] sacerd. XVvir., | praeeunte Mamio Secundo. | Haec iussu Matris deum | in ara taurobolica duo|dena cum vitula crem.[5] | sub die V idus Aprilis | Modesto II et Probo cos.[6]

Beneventi (IX 1538 solus descripsit saec. XVII Verusius Beneventanus). — 1) *Berecyntia (minus recte* Paracent- *N. 4183 cet.) saepe dicitur Magna mater (Vergil. Aen. 6, 784. 9, 82 cet.) a populo quodam Phrygiae (Strabo X p. 469 cet.), a qua haec Minerva vix diversa; cf. Preller Myth. ed. 3 II p. 391.* — 2) *Coloniae liberta (*collib. *et deinde* Ianuari *traditur); pleno nomine Beneventum dicebatur colonia Iulia Concordia Augusta Felix Beneventum, unde liberti reipublicae dicebantur Concordii.* — 3) *Cymbalistria, cf. supra N. 4110.* — 4) ELISVIANA *traditur; correxit Henzen collata N. 4184.* — 5) *Cremata? (videntur nonnulla non recte excepta esse).* — 6) *9 Apr. 228.*

4186 Attini sacr. et Miner|vae Parachintiae | L. Sontius Pineius Iustia|nus eq. R. adne.[1], vir princi|palis, duumvir et munera|rius natalis coloniae[2], om|nibus honoribus perfunct. | et sacerdos Matri deum m. I. | in primordio suo taurobo|lium a se factum traden|te simul Cosinia Celsina | consacerdote sua, | praeeunte Flavio Libe|rali har. publ.[3] primario.

Beneventi (IX 1540 servavit Verusius). — 1) *Equitis Romani adnepos.* — 2) *Dies natalis coloniae celebrabatur munere gladiatorio, cuius curator fuerat Iustianus.* — 3) *Haruspice publico.*

4187 Iovi optimo ma[*xi*]m[*o*] . . . . . | et Minervae Zizim[*mene*][1] . . . . . | ἀπελεύθερος Φῆλι[ξ] . . . . . . | [Ζι]ζιμμήνῃ καὶ Τύχῃ τ . . . .

Iconii (III S. 13638 descr. A. Koerte). — 1) *Eadem sine dubio Μήτηρ (vel Μήτηρ θεῶν) Ζιζιμήνη, cui dedicati sunt tituli Graeci reperti Iconii (arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 19, 1896 p. 31, 10), Laodiceae Combustae (Ath. Mitth. 13, 1888 p. 237, 9), Soatrae in Galatia (Iournal of hell. studies 1899 p. 280), hic ab alumna archigalli. Zizimmenes vocabulum non diversum a Dindymene notissimo agnomine Matris deum coniecit Ramsay Ath. Mitth. l. c. (cf. Kretschmer Einl. in d. Gesch. d. griech. Sprache p. 196).*

4188 deo Invicto | typum aurochalcinum | Solis.

Augustae Rauricorum (Basel-Augst) rep., lamella aenea, nunc Turici (XIII 5261 descr. Pick). — *Cf. N. 1661; praeterea N. 1857.*

4189 Invicto | deo | Charito | Neviod.[1], | summ.[2]

Wieden ad Savum, non longe a loco ubi fuit Neviodunum (III 3921 vidit Mommsen). — 1) *Neviodunensium, sc. servus.* — 2) *Summarum, sc. vilicus vel dispensator (sic nude servi dicti etiam V 1038. IX 4436; cf. praeterea V 83. 737. IX 5177).*

4190 invicto Mithrae, | Apronianus arkar. | rei p.[1] d. d. | Dedicatum VII k. Iul. | Maximo et Orfito cos.[2] | per C. Arennium Rea|tinum patrem[3].

Nesce in Aequiculis (IX 4109 vidit Dressel). Ad idem Mithrae sacellum videtur pertinuisse IX 4110. — 1) *Arkarius rei publicae, scilicet Aequiculorum. Idem Apronianus eodem loco etiam Serapidis et Isidis signa dedicavit (infra N. 4381).* — 2) *25 Iun. 172.* — 3) *Cf. N. 1264. 4148 (not. 5). 4153. 4198. 4227. 4240 cet.*

4191 Soli invicto | Mithrae | sacrum | P. Nas[*e*]lli|us Pr[*oc*]li|anus[1] [ϡ] leg. | VIII Aug. v. s. l. m.

Boeckingen, prope Heilbronn (Brambach 1584 bis vel ter descripta saec. XVII). — 1) *Idem eodem loco dedicavit N. 2613. 4048, anno p. Chr. 148, quo tempore etiam hic titulus positus esse putandus est.*

4192 Soli | invicto | imp.[1] | C. Pauli|nius Ius|[*t*]us B cos.[2] *(in latere dextro culter et securis).*

4192a Virtuti[3] | Invicti | imp.[1] | C. | Paulinius | Iustus B | cos.[2] *(in latere dextro paterea et urceus, in sin. contus capulo quodam vel manubrio praeditus).*

Friedberg rep. in ruderibus Mithraei (Goldmann Archiv f. hess. Gesch., n. F. 2, 1895/9 p. 312 cum tab.; cf. Cumont mystères de Mithra II p. 358). Ex eodem Mithraeo prodiit etiam lapis infra N. 4256. — 1) *Imperio (sic recte ut videtur Cumont p. 473) vel imperatu, sc. dei (similiter Brambach 286:* d. S. i. imp. C. Amandinius | Verus buc. v. s. l. l. m.*); cf. supra N. 3114 CIL. V 793. VI 119. 30894 = Notizie degli scavi 1889 p. 244. XIV 73. 74 cet.* — 2) *Beneficiarius consularis.* — 3) *Cf. infra N. 4303.*

4193 Invicto | patrio | Ulb. *(sic)* Gaianus[1] | praef. vehic.

Mediolani et Viruni rep., lapides duo (V 5797. III 4802 illum vidit Mommsen). Videtur praefectus vehiculorum in capitibus viae trans Alpes ducentis geminas aras statuisse. — 1) *Fortasse idem Gaianus qui iuridicus Alexandreae fuit a. 167, cf. P. Meyer Herm. 32, 1897 p. 226 not. 2.*

4194 deo Sol. in|victo Mi|thrae | M. Aurel. | M. f. Sergi|a Carnu|nto Sabi|nus prae|fect. leg. | III Aug. p. v. | Maximi|nianae[1], v. s. l. m.

Lambaesi (VIII 2675 vidit Wilmanns). — 1) *Vocabulum scalpro deletum, post mortem Maximini, antequam legio ipsa Gordiani iussu tolleretur (Wilm.).*

4195 *(protomae Solis et Lunae)* deo invicto Mytre leg. II Herculiae[1] fec. | *(Mithras taurum immolans)* cors X et VII, votum solverunt | l. a.

Sitifi (VIII 8440 vidit Villefosse; imaginem dedit Cumont mystères de Mithra II p. 405 fig. 328). — 1) *Nomen legionis inditum a Maximiano (cf. supra N. 2781), nec multo posterior erit hic titulus.*

Titulum deo Soli invicto Mithrae anno 307 Carnunti dedicatum ab imperatoribus habes supra N. 659.

4196 omnipotenti deo Mitrhae *(sic)* Appius | *(Mithras immolans taurum, in quem invehuntur canis, serpens, scorpio; iuxta corvus; supra Sol et Luna; in angulis inferioribus lampadophori duo)* Claudius Tarronius Dexter v. c.[1] dicat.

Neapoli, rep. in Pausilypo (X 1479 vidit Mommsen; imaginem dedit Cumont monum. relat. aux mystères de Mithra II p. 250 fig. 85). — 1) *Vir clarissimus (homo praeterea ignotus, qui tamen videtur fuisse consocer Nicomachi Flaviani, supra N. 2947, socer Nicomachi Flaviani iunioris, cf. supra N. 2948 not. 2, a quo huius filius Appius Nicomachus Dexter, cf. supra N. 2948 fin. cum not. 14, partem nominum traxit; cf. Seeck praef. in Symmach. p. LI).*

4197 deo invicto M. templum vetusta. | conlabsum, quot fuit | per annos amplius | L desertum[1], Aur. | Hermodorus v. p. p. p. N. | m. t.[2] a novo restitui fecit, | quot edificatum est divo | Maximiano VIII et Maximino it[*e*]r. | Agg. con.[3], Quar. Ursiniano cur.

Tanzenberg prope rudera Viruni, nunc Klagenfurt (III 4796 vidit Mommsen). — 1) *Templum aedificatum anno 311 (cf. infra), desertum per annos amplius quinquaginta, videtur restitutum esse imperante Iuliano.* — 2) *Vir perfectissimus, praeses provinciae Norici mediterranei.* — 3) *A. 311 (divi vocabulum Galerio Maximiano fortasse iam in ipso titulo anni 311 additum erat, propterea quod per partem anni Galerius iam fuerat ex vivis exemptus, cf. Mommsen Herm. 32. 540 not. 2).*

4198 pro salute Aug., | in honorem d. d.[1], Soli | invicto Mythr. Hilarus | Aug. lib. tab. p. r. N.[2] et Epictetus | ark. Aug. n. tem. vetustate conl[*ap*]s.[3] | sumptu suo cum pictura refe[c.], | imp. d. n. Gordiano Aug. et Aviola c[*os.*][4], | sacerdot. Licin. Marcello pat[*re*].[5] | D. VIII k. Iulias[6], Q. Viv...

Töltschach prope rudera Viruni (III 4800 vidit Mommsen). — 1) *Domus divinae.* — 2) *Tabularius patrimonii (?) regni Norici (dispensator p. r. N. est III 4828).* — 3) *Fortasse idem templum Mithrae ad quod pertinet N. 4197.* — 4) *A. 239.* — 5) *Cf. N. 4190 not. 3.* — 6) *24 Iun. (dies solstitii).*

4199 *(in latere tauri a Mithra immolati; ex vulnere tauri non sanguis profluit sed enascuntur spicae)* Alcimus Ti. Cl. | Liviani ser. vilic.[1] | S. M. v. s. d. d.[2]

Romae, nunc Londinii anaglyphum marmoreum (VI 718 cf. 30818; imaginem dedit Cumont textes et monuments relatifs aux mystères de Mithra II p. 228 fig. 59 cf. I p. 187). Eadem inscriptio praeterea extat in plintho monumenti (Cumont l. c). — 1) *Ti. Claudii Liviani (praefecti praetorio Traiani, cf. supra N. 1323) servus vilicus.* — 2) *Soli Mithrae votum solvit, donum dedit.*

4200 Soli invict. Mit. d. d. L. Agrius Calendio.

Ostiae, in pavimento sacelli Mithriaci tessellato (XIV 56 ex imagine C. L. Viscontii ann. inst. 1864).

4201[a] C. Caelius Hermaeros *(sic)* | antistes huius loci | fecit | sua pec.

4201[b] *(puer facem attollens)* C. Caelius | Ermeros ant|istes huius lo|ci fecit sua | pec. *(In latere)* positi XV k. | Febrarias | Q. Iunio Rus|tico | L. Plaut[*io*] | Aquilin[*o*] | co[*s.*][1]

4201[c] *(puer facem demittens)* C. Caelius | Ermeros ant|istes huius lo|ci fecit sua | pec.

Ostiae rep. in eodem sacrario in quo N. 4200, arae tres (XIV 57—59 vidi). — 1) *A. 162.* — *De hoc sacrario Mithrae cf. Cumont mystères de Mithra II p. 240 seq.*

4202 ara posita asstante *(sic)* sacerdote Se[*x.*] | Creusina[1] Secundo, ut voverant Ma|ximus et Maximinus fili imp. Comm|odo Aug. Pio Felice IIII et Victorino II cos.[2] — Soli inbicto Mitre | M. Ulp. Maximus, prae|positus tabellari|orum, aram cum | suis ornamentis | et bela domini | insicnia *(sic)* habentes[3] | n. IIII, | ut voverat, d. d.

Romae, nunc Florentiae (VI 746 vidit Kiessling). — 1) *Nomen fortasse Etruscum.* — 2) *A. 183.* — 3) *Vela intellegenda esse, in quibus symbola Mithrae picta erant coniecit, Marinius Arv. p. 406.*

4203 M. Aurelius | Aug. lib. Euprepes | Soli invicto Mi|thrae aram | ex viso posuit, | prosidentibus Bi|ctorino patre et Ia|nuario.[1] Dedicata | IIII non. Iunias L. Eggi|o Maryllo et Gn. Papi|rio Ailiano cos.[2]

Romae (VI 723 vidit Henzen; Huebner ex. scr. ep. 305). — 1) *Cf. N. 4204 not.* — 2) *2 Iun. 184.*

4204 *(serpens caudam mordens)* numini invicto | Soli Mithrae | M. Aurelius Aug. l. | Euprepes una cum | filis suis d. d., | sacerdote Calpurnio | Ianuario.[1] Dedicata | VII kal. Maias imp. | L. Septimio Severo Pertin. II | . . . . II | cos.[2]

Romae, cippus marmoreus, una cum N. 4203 adservatus, una cum eo puto rep. (VI 724; imaginem monumenti dedit Cumont mystères de Mithra II p. 208 fig. 36). — 1) *Videtur esse idem Ianuarius, qui N. 4203.* — 2) *25 Apr. 194: erasum est nomen D. Clodii Septimii Albini.*

4205 *(Mithras taurum immolans; prope collum tauri)* Soli invicto | L. Aur. Severus | cum paremboli[*s*] | et ypobasi | voto fecit. *(Infra)* Soli invicto Mithrae fecit L. Aur. Severus, praes.[1] L. Domitio Marcellino[2] patr.[3]

Romae rep. in hortis domus Columnae Quirinalibus, nuper in museo Torloniae (VI 726 cf. 30821; imaginem dedit Cumont mystères de Mithra II p. 194 fig. 20). — 1) *Praesidente.* — 2) *Cf. N. 4206.* — 3) *Patre (cf. N. 4190 not. 3).*

4206 L. Aur. Severus, sic ut | voverat, invictum | deum dedic., mens. Apr. | Commodo Aug. III et | L. Antistio Burro cos.[1], | [*p*]raes.[2] Domit. Marcellin. patr.[3]

Romae (VI 725 vidit Henzen). — 1) *A. 181.* — 2) *Praesidente.* — 3) *Patre.*

4207 dicatus V id. Sept. Antonino Aug. II et Sacerdote II cos.[1] | N. s. S. i. M.[2] duo | Gessi Castus | et Severus simu|lacrum exorna|tum voto posu|erunt, | prosedente | C. Propertio Augurino sacerd.[3]

Sentini in Umbria rep. una cum N. 4215 (XI 5736 vidit Bormann). — 1) *A. 219 (ceterum consulum nomina alia manu incisa esse ac reliqua, fortasse antiquiora esse, ait Bormann).* — 2) *Numini sancto Solis invicti Mithrae.* — 3) *Fortasse pater C. Propertii Profuturi, qui circa annum 260 Sentini sacris Mithriacis 'prosedebat' (N. 4215).*

4208 Invicto, | prosedente | Sevio Facundo, | Umbri | Rufinus et | Aemilianus | leones.

Sentini in Umbria rep. (XI 5735 vidit Bormann).

4209 ponit In|victo deo | austo[1], po|nit lebien|s[2] Fronto; | aram Invicto deo au|sto[1] F.[3] leven|s[2] ponit, pre|sedente pa|trem patra|tum[4] leone|m.

In Asturiae vico Isla, nunc Ovieti (II 2705. II S. 5728 Huebner vidit ectypum). — 1) *Augusto? (Mo.).* — 2) *Libens.* — 3) *Littera incerta (Frontonis nomen iterum indicari putat Hue.).* — 4) *Alius pater patratus in religione Mithriaca est infra N. 4224; videtur non diversus esse pater patrum N. 4213. 4263. 4267[a] cet.*

4210 deo sancto M.[1], sacratis[2] d. p.[3] Placidus Marcellinus leo, antistites, et Guntha leo *(Mithras taurum immolans).*

Romae rep. in Subura (VI 737 vidit Brunn, imago est ann. inst. arch. 1864 tab. N, quam repetivit Cumont mystères de Mithra II p. 198 fig. 24). — 1) M, 2) SACRATHIS *(litteris* H *et* I *contignatis) videtur esse in lapide. Intellege, signum Mithrae sacratis (cultoribus Mithrae cf. N. 4211. 4262. XIV 286 cet.) dono datum esse (cf. N. 4217. 4264. 4361 cet.).* — 3) *Donum posuerunt.*

4211 deo Soli invicto | Mytrae, felix Messala, | cum omnes sacratos, Catel|lus et Dianus posuerunt.

Romae (VI 730 vidit Henzen).

4212 C. Valeri|us Heracles pat.[1] | et C. Valerii | Vitalis et Nico|mes *(sic)* sacerdo|tes s. p. c. p. s. r.[2] | D. d. idi. Aug. imp. | Com. | VI et | Septi|miano | cos.[3]

Ostiae rep., in basi statuae marmoreae dei Mithrae vultu leonis, alati et serpentibus cincti, clavim utraque manu tenentis (XIV 65 vidi; imaginem post alios dedit Cumont monum. relat. aux myst. de Mithra II p. 238 fig. 68). — 1) *Idem est infra N. 4227. 4228.* — 2) *Sua pecunia posuerunt.* — 3) *13 Aug. 190.*

4213 *(protome dei Solis radiata; hinc patera, illinc secespita)* Sex. Pompeio Sex. fil. | Maximo | sacerdoti Solis in|victi M.[1], patri patrum, | qq. corp. treiect.[2] tóga|tensium, sácerdo|tes Solis invicti M.[1] | ob amorem et meri|ta eius semper ha|bet.[3]

Romae apud Alexandrum Castellani negotiantem antiquarium, sed Ostiae sine dubio rep. (cf. not. 2), tabula aenea, iam in museo Britannico (XIV 403 p. 482 viderunt Henzen et Mommsen). — 1) *Mithrae (* M *vel* M *aes.).* — 2) *Quinquennali corporis treiectus cet.: Ostiae fuit corpus lenunculariorum treiectus Luculli (XIV 409 cf. 254), item ut videtur corpus treiectus marmorariorum (XIV 425) et fortasse alia similis denominationis collegia (cf. XIV 451), unde hoc quoque corpus Ostiense fuisse putandum est.* — 3) *Non intellegitur.*

4214 dei i. M.[1] | patri patru|m G. Ru[*f.*] | Eutacto[2] | C. R. Viri|lis fil.

Vieu en Val Romey, ubi fuit vicus Venetonimagensis, in ruderibus Mithraei rep. (XIII 2540 vidit Hirschfeld). — 1) *Invicti Mithrae.* — 2) *Ad eundem ut videtur Rufium Eutactum pertinet titulus XIII 2509.*

4215 cultores d. S. i.[1] Mithrae.

patroni[2] prosedente C. Propertio Profuturo

Coiedius Proculus	Pompon. Victor	Rantif. Verus
Ligurius Theodotus	Statius Velox[5]	Caesoni. Dexter
Mussius Vindex	Vassiden. Verus	Ianuarius Sent.[6]
Coiedius Hilarinus	Helvenat. Celer	Aelius Ylas[7]
Sentin.[3] pater leonum[4] Ianuarius	Carfan. Achille.	Coied. Pamphilus
Titius Castor	Casidius Rufin.[5]	Aduren. Theseus
Pompeus Pompeianus	Antist. Benign.	Coied. Auxanon
Gessius Optabilis	Aetrius Irenaeus	
Ligurius Clementinus	Helven. Gemellin.	
Plotius Fortunatus	Sentin.[3] Valentin.	
Licinius Faustus	Iulius Victorin.	
Aetrius Romanus[5]	Caecil. Sozo[*n*]	
Asinius Commodi[*an.*]	Ve . . . . . d.	menesterio
Visenn. Quinqu[*ennal.*]	. . . . t.	Sevio Felice.[8]

Sentini in Umbria rep. (XI 5737 vidit Bormann). — 1) *Dei Solis invicti.* — 2) *Patroni collegii cultorum Mithrae.* — 3) *Sentinas (libertus fuit municipii Sentinatium).* — 4) *Patres leonum praeterea non invenimus.* — 5) *Aetrium Romanum, Statium Velocem, Casidium Rufinum a. 260 fuisse in fabrorum Sentinatium collegio docet tabula aenea Sentini rep. XI 5748; unde huius quoque monumenti aetas definitur.* — 6) *Ianuarius Sentinatium, scilicet servus.* — 7) *Vix is qui posuit N. 4241.* — 8) *Intellege: ministro Sevio Felice, aut ministerio Sevii Felicis.*

4216 Soli invicto | sacrum | T. Pomponius | Repentinus | nomenclator | tensar. iugaris[1] | s. p. d. d. | Dedic. XV k. Iul. | Marullo et Aeliano cos.[2]; | ob dedic. sportulas | dedit singul. X̶ II.[3]

Romae (VI 740 vidit Smetius). — 1) lucaris *legit Knibbius. Iugarii tensarum videntur esse ii, qui in pompis sacris tensas deorum ducebant (Henzen).* — 2) *17 Iun. 184.* — 3) *Singulis denarios binos.*

4217 Soli | invicto | M. Aemilius | M. M. l.[1] Chrysantus | mag. anni primi, et | M. Limbricius Polides | dec.[2] et sodalicio eius[3] | d. s. d. d.

Romae (VI 717 vidit Henzen). — 1) *Duorum Marcorum libertus.* — 2) *Decurionibus (?).* — 3) *Sodalicio cultorum Solis invicti (similiter VI 3728).*

4218 deo | invicto | Mithrae | C. Lucretius Mnester, | M. Aemilius Philetus | súmmag.[1] anni primi | M. Aemili Chrysanti | d. d. *(In lateribus spicae et papavera.)*

Romae olim eodem fere loco ubi ea quae praecedit, nunc Veronae (VI 734 vidit Mommsen). — 1) *Summagistri.*

4219 Orienti | Fructus Ponti[1] | cum Myrone [*f.*] | sub M. Aemilio | Chrysantho | mag. anni primi.

Romae, nunc Urbini (VI 556 vidit Bormann). — 1) *Scilicet servus.*

4220 *(sacrificium Mithriacum; in tauro legitur)* d. S. i. M. *(infra)* [*pro salute et incolumi*]tate M. Aur. Thimotei et Aur. Maximi | [*votum nuncupavit so*]lvitq. Euthices eorum lib.

4221 d. S. i. M. | pro salute inc|olumitate M. Aure. | Timot[*he*]i et Aur. M|aximi votum nun|cupavit solvitque | Euthyces eorum lib. | Retulit.[1]

Apuli in Dacia rep. (III 1109. 1110 vidit Mommsen; prioris monumenti imaginem dedit Cumont monuments relat. aux mystères de Mithra II p. 309 fig. 167). — 1) *Referre idem esse quod iterare (cf. supra N. 4154) coniecit Mommsen; ideo hoc vocabulum abesse a N. 4220. Sed cf. III S. 7925.*

4222 d. i. M. | L. Sept. Cas|sianus sig. | leg. IIIIII His.[1], | agens in | lustro P. | Porci Fausti | p. p.[2] v. p. l. m.

Aielli (prope Aquileiam) (C. I. L. suppl. Ital. I 165 vidit Pais). Persimilis est alter titulus item Mithrae dedicatus V 808, scriptus ut videtur imperante Philippo, de quo dixit Domaszewskius arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 16, 1893 p. 20; cf. praeterea Westd. Korrespondenzbl. 1898 p. 154. — 1) *Signifer legionis sextae Hispanae. Eadem legio videtur memorari in tegula quadam Dacica III 1632 = 8069, cf. Domaszewski Korrespondenzbl. l. c. p. 154 not. 2;* IIIIII *errore incisum esse pro* VIIII *putat Momms.* — 2) *Primipilaris. In simili titulo V 808 est* agens in lus[*t*]. Fl. Sabini p. p. *cet.*

4223 Soli invicto | Mithrae | Tiberius Claudi|us Tiberi filius | Thermodon[1] | spelaeum cum | signis et ara | ceterisque | voti compos | dedit.

Ficulle agri Orvietani (XI 2684 Bormann vidit ectypum). — 1) *Idem est supra N. 3688.*

4224 d. S. i. M. | P. Acil. Piso|nianus pater | patratus[1] qui hoc speleum | vii *(sic)* ignis ab|sumtum com|parata area a re | publ. Mediol. | pecunia sua | restituit.

Mediolani (V 5795 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 4209.*

4225 i. M. | spelaeum cum | omne impen|sa Hermes C. | Antoni Rufi | praef. veh.[1] et | cond. p. p.[2] | ser. vilic. Fortu|nat.[3] fecit.

Non longe a Zengg oppido orae Dalmatiae rep. (III S. 13283 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Praefecti vehiculorum,* 2) *conductoris publici portorii. Nota praefecturam vehiculorum in conductorem portorii collatam. Idem conductor est infra N. 4244/5, item III 5117. 5122, item (ut agnovit Patsch Roem. Mitth. 1893 p. 197) V 820 (minus certum est, eundem memorari in titulo scripto anno p. C. 157 III 1568, quod voluit Patsch l. c.).* — 3) *Fortunatianus.*

4226 deo Soli invicto Mitrhe[1] | Fl. Septimius Zosimus v. p.[2], | sacerdus *(sic)* dei brontontis[3] | et Aecate, hoc speleum | constituit.

Romae (VI 733 viderunt Smetius aliique). — 1) Mytrhe *legit Iucundus.* — 2) *Vir perfectissimus.* — 3) *Alius sacerdos dei brontontis est VI 2241.*

4227 C. Valerius Heracles[1], pat[*e*]r e[*t*] an[*tis*]|tes dei iu[*b*]enis[2] inconrupti So[*l*]is invicti Mithra[*e*, | *c*]ryptam palati concessa[*m*] sibi a M. Aurelio | . . . .

Ostiae ut videtur (XIV 66 semel descripta saeculo XVIII exeunte). — 1) *Idem est N. 4212. 4228.* — 2) iusenis *traditur.*

4228 *(Mithras taurum immolans; in plintho)* sig imdeprehensivilis *(sic)* dei [L. Sextius Karus et][1] G. Valerius Heracles[2] sacerdos s. p. p.

Ostiae rep., nunc Romae (XIV 64 vidi; imaginem exhibent Zoega Abhandl. tab. V, 16; Cumont myst. de Mithra II p. 236). — 1) *Haec verba postea infra adiecta.* — 2) *Idem qui N. 4227.*

4229 Soli in|victo M|itrae ani|ceto Her|madio | votum | solvit | l. m.

Sarmizegetusae in Dacia (III 1436 vidit Mommsen).

4230 deo | Soli invi|cto Mytrae | saeculari[1] | Litorius | Pacatianus | bf. cos.[2] pro | se et suis v. s. | l. m.

Housesteads, ubi fuit Borcovicium, rep. una cum aliis monumentis Mithriacis, nunc Newcastle (VII 645 vidit Huebner). — 1) *Idem agnomen Mithrae est VII 646.* — 2) *Beneficiarius consularis.*

4231 d. inv. M. | M. Aur. Fr|ontinian|us, M. Aur. | Fronto mil. | leg. II Ad. pro s. | sua et suorum | temp. constitu.

4232 Sol. soc.[1] | M. Aur. Fron|tinianus | et M. Aur. Fro|nto mil. leg. | II Ad. fratres[2] | temp. const. | Antonino | IIII cos.[3]

Buda-Eörs (prope Aquincum) rep. (III 3383. 3384 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 4233 seq.* — 2) *Vere fratres consanguineos fuisse videntur indicare nomina; ceterum cf. infra N. 4264.* — 3) *A. 213 aut 222.*

4233 d. i. M. | et Soli soci|o sac., Valen|tinus Se|cund[*i*]on[*i*]s | ob memor. | patris sui | ex colleg. | v. s. l. m.

In valle Eisack fluminis, inter Brixen et Bozen, prope Seben, rep. (V 5082 aliquoties descripta).

4234 deo invicto Soli soc. | sacrum pro salute et | incolumitate imp. Caes. M. Aureli Antonini Pii Felic. | Aug., L. Caecilius Optatus | trib.[1] coh. I Vardul.[2] cum con[*se*]|craneis votum l[*i*]bes [*solvit aedemq.*] | a solo extrucx[*it*] . . . .

Rochester sive Riechester rep. ibi ubi N. 2557, nunc Dunelm (VII 1039 vidit Huebner). — 1) *Idem tribunus est VII 1035.* — 2) *Cf. N. 2557.*

4235 d. S. | o. m.[1] | Soli | invic|ti *(sic)* pro | bono c|ommu|ni.

Aquinci rep. (III 3475 = III S. 10465 vidit Mommsen). — 1) *Deo sancto optimo maximo? (Momms. Eph. ep. 2 ind.)*

4236 deo | invict. | regi pr|o bono | comun.

Bandorf prope Oberwinter (Ann. Rhenan. 53/54, 1873 p. 102).

4237 Soli invicto Mithrae, | sicuti ipse se in visu | iussit refici, | Victorinus Caes. n. | verna dispensator, | numini praesenti, suis in|pendis

reficiendum | curavit dedicavitque. | Nama[1] cunctis. | [*A*]ntistitae *(sic)* | . . . . lio Magno.

Tibure rep., nunc Parisiis (XIV 3567 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 4238 not.*

4238 *(Mithras taurum immolans; in ventre tauri)* deo Soli invict[*o*] Mitrhe. *(In collo tauri prope vulnus ex quo sanguis profluit)* nama sebesio.[1] *(In plintho)* C. C. Aufidii Ianuarius [*et*] . . . .

Romae olim in spelaeo montis Capitolini, anaglyphum magnum marmoreum, inde extractum sub finem ut videtur saec. XVI diu prostabat in villa Borghesiorum, nunc est Parisiis (VI 719. 30819 examinavit H. de Villefosse. Imaginem monumenti post alios dedit Cumont mystères de Mithra II tab. ad p. 194). — *In femore tauri incisa vocabula* (Amycus seronesis *et alia) novicia videntur esse; suspectae litterae in ventre incisae* nam . . . . . . ne cs. — *Novicium est etiam monumentum Tiburtinum quo me decipi passus sum C. I. L. XIV 3566.* — 1) *Vocabula obscura, Persicae ut videtur originis (cf. Cumont mystères de Mithra I p. 314).*

4239 *(Mithras ex petra exoriens [recenti sine dubio manu in Bacchum transformatus])* L. Fl. Hermadion | hoc mihi libens | don. dedit. *(Sub Mithrae figura arcus, sagitta, pharetra, gladius; iuxta hunc scriptum)* nama.

Romae olim in aedibus privatis (VI 731 vidit Gudius, ex 'Galleria Giustiniana' imaginem repetivit Cumont mystères de Mithra II p. 231).

4240 *(Mithras ex petra exoriens)* d. i. M.[1] | Vindil. Cupitus | sig. l. XIIII G. A.[2], et Vind. Iulianus | v. p.[3], patre[4] Paterno.

Carnunti rep., est Vindobonae (III S. 11152; imaginem monumenti dederunt Majonica arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 2 p. 41 et ex hoc Cumont mystères de Mithra II p. 332 fig. 206). — 1) *Deo invicto Mithrae.* — 2) *Signifer legionis XIIII Geminae Antoninianae.* — 3) *Voto posuerunt.* — 4) *Cf. N. 4190 not. 3.*

4241 *(Mithras taurum immolans; iuxta caput Mithrae)* Io. S.[1] invi. | deo genitori[2] | r. n.[3] *(in margine inferiore)* L. Aeli. Hylas, XX l.[4], pr. sa.[5] et Horientis fil. sui et Apuleia. eius, sig. numinis cum absidata[6] | ex voto pos.

Dorstadt sive Hoszszutelek (inter Hermannstadt et Carlsburg) Transilvaniae rep. (III 968. III S. 7729; imaginem exhibet Cumont myst. de Mithra II p. 308 fig. 166). — 1) *Iovi Soli (sic Mommsen, conferens III S. 10057).* — 2) [*Invic*]to S[*oli deo ge*]nitori *videtur esse dedicatus etiam alius titulus eodem loco rep. III S. 7728.* — 3) *Rupe nato (Momms., cf. N. 4244 cet.).* — 4) *Vicesimae (intellege sociorum qui vicesimam conduxerant) libertus.* — 5) *Pro salute, scilicet sua.* — 6) *Absidata porticus memoratur in Notitia urbis Romae reg. IV, absidata cavea apud Cassiodorium var. 4, 51.*

4242 invicto | Mithrae | Festus | Primi p. p.[1] vil. | vic.[2] | v. s.

4243 d. i. M. | Optimus | Vitalis | Sabini Verani[3] | p. p. vil. vic. | v. s.

4244 Petrae | genetrici[4] | Felix | Prudentis Antoni | Rufi[5] p. p. vil. vic. | ex viso *(in lat. dextro protome Solis, in sin. Lunae).*

4245 *(in basi statuae Mithrae ex petra exorientis)* Naturae dei | Prudens Primi | Antoni Rufi p. p. | vil. vic.[2]

4246 *(in basi statuae Mithrae taurum in dorso portantis)* Transitu[6] | C. Caecina | Calpurnius | temp. redemit | et resstitu.

4247 invict. Mithrae | et transitu dei[6] | Theodorus p. p. | scrut. stat. Poet.[7] | ex visu *(in latere dextro gallus, in sin. corvus in apice Phrygio, supra stella).*

Poetovione rep. a. 1898 (W. Gurlitt Jahreshefte des oesterr. arch. Inst. II 1899 Anzeig. p. 93—97). — 1) *Publici portorii (vectigalium vilici servi dicuntur etiam supra N. 1756. III 5691. VI 779 cet.).* — 2) *Vilici vicarius.* — 3) *Ab eiusdem Q. Sabinii Verani servis vel servorum vicariis dedicati sunt tituli III 4015. 4017. 5146 (idem fortasse memoratur in tabella cerata Dacica C. I. L. III p. 958, XXIV, cf. Patsch Roem. Mitth. 1893 p. 198).* — 4) *Cf. Iustin. martyr dial. c. Tryph. c. 70: ὅταν δὲ οἱ τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδίδοντες λέγωσιν ἐκ πέτρας γεγενῆσθαι αὐτόν, καὶ σπήλαιον καλῶσι τὸν τόπον ἔνθα μυεῖν τοὺς πειθομένους αὐτῷ παραδιδοῦσιν κτλ. Firmic. Mat. de err. prof. rel. 20: alterius profani sacramenti signum est θεὸς ἐκ πέτρας; praeterea Cumont mystères de Mithra I p. 159 seq.* — 5) *Cf. supra N. 4225.* — 6) *Cf. Cumont l. c. I p. 171.* — 7) *Scrutarius (sic recte Hirschfeld; idem munus sine dubio est III 5122) stationis Poetovionensis.*

4248 *(Mithras ex petra exoriens)* P. g. d.[1] | Aurelius | Statorius[2] | v. s. l. m.

Schwadorf prope Stix-Neusiedl rep., iam Vindobonae (III 4543 vidit Mommsen; imaginem dederunt Maionica arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 2, 1878 tab. II cf. p. 38 et ex hoc Cumont monuments relatifs aux mystères de Mithra II p. 334 fig. 209). — 1) *Petrae genetrici domini (vel dei).* — 2) *Nomen incertum esse ait Cumont.*

4249 Gen.[1] | pro ge.[2] | dei | Q. Muiel. Ius|tus cum s.

Prope Tridentum rep. (V 5020 vidit Mommsen). — 1) *Genetrici*, 2) *genitura.*

4250

	deo in. M.	
(in latere sin.)	*Mithras*	*(in latere dextro)*
puer	*ex petra*	*puer*
facem attollens	*exoriens*	*facem demittens*
Caute	P.[1] Genetricem	Caut. p.[4]
sphaera	Senilius Car-	*deus (Oceanus), sedens*
mundi,	antinus	*in rupe, innixus urnae,*
super ea aquila	c. Medio-	*manu d. ancoram*
fulmen tenens	m.[2] v. s. l. l. m.	*attollens*
Celum[5]	sive Cracissius[3]	Oceanum

Heddernheim rep. a. 1887, cippus ex lapide basalte, in ruderibus sacrarii Mithriaci una cum multis aliis rebus ad cultum Mithrae pertinentibus, iam Frankfurt (Cumont Westd. Zeitschrift 1894 p. 84—96, imaginem monumenti exhibet Westd. Zeitschrift l. c. tab. 1 fig. 1, mystères de Mithra II p. 377 fig. 289—291). — 1) *Petram.* — 2) *Civis Mediomatricus.* — 3) *Alterum cognomen Senilii Carantini, postea fortasse additum (sic recte Cumont).* — 4) *Cautopati.* — 5) *Caelus deus repraesentatus est etiam in ara Mithraei Carnuntini, arch. ep. Mitth. 18, 1895 p. 185.*

Heddernheimii etiam alia monumenta Mithriaca reperta sunt, cf. Cumont mystères de Mithra II p. 362 seq., Brambach 1430 seq.

4251 Soli | sacr. | Q. Baienus | Proculus | pater | nomimus.[1]

Aquileiae sine dubio rep., est Venetiis (V 764 vidit Mommsen). — 1) Πατὴρ νόμιμος *dicitur memorari etiam in inscriptione inedita Sidone rep. (cf. Cumont mystères de Mithra II p. 123. 166).*

4252ᵃ Cauti | Q. Baienus | Procul. | pater.

4252ᵇ Cautop.[1] | Q. Baienus | Procul. | pater.

Aquileiae rep. (V 763 bis descripta saec. XIX). — 1) Cauto *alterum exemplum, minus recte ut videtur. — De Caute et Cautopate cf. Cumont l. c. I p. 207. 303.*

4253ᵃ deo Cauti | M. Ant. Vic|torinus | dec. col. | Aq., aedilis.

4253ᵇ deo Cau|topati | M. Ant. | Victori|nus dec. | col. Aq., aedilis.

Aquinci, arae rep. in Mithraeo (III S. 10463. 10461 vidit Domaszewski). Eodem loco extabat titulus ab eodem homine Fonti dedicatus supra N. 3886.

4254 deo Caute | Flavius Antistianus | v. e.[1], de decem primis[2], | pater patrum[3].

Romae (VI 86 vidit Accursius). — 1) *Vir egregius.* — 2) *Incertum an hoc quoque ad cultum Mithriacum pertineat.* — 3) *Alii patres patrum sunt N. 1259. 4213. 4214. 4263. 4267. 4268.*

4255 Caute | sacrum.

Romae rep. a. 1870 sub ecclesia S. Clementis in spelaeo Mithriaco (VI 748 vidit de Rossi). Una repertum est saxum marmoreum, rupem genetricem (cf. N. 4244. 4248) repraesentans.

4256 *(sub imagine pueri qui facem demittit)* d. i. M. | Cautopati.

Friedberg rep. a. 1849 eodem loco ubi N. 4192, est Darmstadt (Brambach 1413; imaginem exhibet Cumont mystères de Mithra II p. 357 fig. 233 cf. p. 156 n. 442).

4257 deo M. | C. p. S. i.[1]

Borcovicii ad vallum Hadriani (ibi ubi N. 4230) rep., est Chesters, arula (VII 650 vidit Huebner). — 1) *Deo Mithrae Cautopati Soli invicto (cf. Cumont Westd. Zeitschr. 1894 p. 90). Plane iisdem verbis inscripta arula prodiit Lanchester (VII 1344ᶜ p. 308).*

4258 Kautopati | Eutyces, Fe|licissimi | Augg. n. ver|nae exac. vik.[1], | s. p. p.[2] et dedic.

Masculae (Khenchela) in Numidia (VIII 2228 vidit Wilmanns). — 1) *Exactoris vikarius.* — 2) *Sua pecunia posuit.*

4259 Cautopati sac[*r.*] | M. Statius Nig[*er*] | VI vir Aug. c. d. d. a. . .[1] | leg. dend. c. a. a. m.[1] | et C. Valerius Iulia. | leones leg.[2] v. s. l. m.

Angerae ad ripam lacus Verbani (V 5465 vidit Mommsen). — 1) *Notae non intelleguntur.* — 2) *Fortasse: legitimi, cf. pater nomimus N. 4251.*

4260 invicto | Mythrae | Nabarze[1] | Tib. Ponti|us Ponti|anus trib. | lat.[2] leg. II Ad. | p. f. d. d., v. s. l. m.

Aquinci (Ofen) ut videtur rep. (III 3481 ad duo exempla). — 1) Nabarse *alterum exemplum. De hoc agnomine Mithrae Persico cf. Cumont myst. de Mithra I p. 206 not. 6.* — 2) *Tribunus laticlavius.*

4261 *(taurus; caput bovis; corvi duo)* Nabarze | deo | pro sal. Ampliati | Aug. n. disp. et | sua suorumq. | omnium | Protas vikar. | eius.

Sarmizegetusae rep. columella marmorea (III S. 7938; imago est arch. epigr. Mitth. aus Oesterr. 7, 1883 tab. VII fig. 1 cf. ib. 6, 1882 p. 107, item ap. Cumont mystères de Mithra II p. 281 fig. 125—127).

4262 invicto d. Navarze | Terentius Priscus | p. f.[1] | eucheta curante | et sacratis | d. d. c. b.[2]

Romae rep. in monte Aventino (VI 742 vidit de Rossi). — 1) *Non intellegitur (de profeta cogitavit Marinius).* — 2) *Donum dedit compos boti (?)*

4263 d. Arimanio[1] | Agrestius v. c., | defensor, | magister et | pater patrum[2], | voti c. d.[3]

Romae rep. a. 1655 'ad radices Esquiliarum' (VI 47 vidit Henzen). — 1) *Deo Arimanio (cf. Plutarch. de Is. et Osir. c. 46, cet.; praeterea Cumont mystères de Mithra I p. 131, 3. 139).* — 2) *Cf. N. 4209 not. 4.* — 3) *Voti compos dat.*

4264 deo Arima|nio Libel|la leo | fratribus | voto dic.

Aquinci (Altofen) rep. (III 3415 vidit Mommsen).

4265 .... [*L*]olliano Callinico patre, | .... [*P*]etronius Felix marsus[1] | ...... signum Arimanium do. de. d.

Ostiae, epistylium aediculae (Notizie degli scavi 1899 p. 62). — 1) *Marsi dicti qui serpentes tractare callebant; sed num id hic significetur, incertum (de origine ex Marsorum regione non cogitaverim).*

4266 L. Apronius | Chrysomal|lus | ob gradum Per|sicum[1] | dedicavit.

Vasione (XII 1324 bis descripta saec. XVII). — 1) *Cf. N. 4267 not. 7.*

4267[a] Constantio VIIII et Iuliano II con[*s.*][1], Nonius Victor Olympius[2] v. c.[3], p. p.[4], et Aur. Victor Augentius[5] v. [*c.*][3], p.[6], | tradiderunt Leontica[7] IIII | idus Aug., felic.; alia tradiderunt cons. supra s.[8] XVII kal. Oct., felic.

4267[b] Datiano et Cereale cons.[9], Nonius Victor Olympius[2] v. c.[3], p. p.[4], [*et*] Aur. Victor Augentius v. c.[3], p.[5], tradiderunt Persica[7] pri. non. April. fel.; cons. s. s.[8] tradiderunt [*h*]eliaca[7], XVI kal. Mar.[10] felic.

4267[c] Datiano et Cereale conss.[9], Nonius Victor Olympius v. c.[3], p. p.[4], et Aur. Victor Augentius v. c.[3], [*p.*][5], tradiderunt patrica[7] XIII k. Mai. felic.; cons. ss. ostenderunt cryfios[11] VIIII kal. Mai. felic.

4267[d] Eusebio [*et Hy*]patio cons.[12], Nonius Victor Olympius v. c. et Aur. Victor Augentius v. c. tradiderunt leontica[7] V idus Martias, fel.; Datiano et Cereale con[*s.*][9], Nonius Victor Olympius v. c., p. p., et Aur. Victor Olympius v. c., p., tradiderunt leontic[*a*[7] *XVII? k*]al. Apri[*l.*] felic.

4267[e] Mamertino et Nebitta co[*ns.*][13], | Nonius Victor Olympius v. c., [*p. p.*], | et Aur. Victor Augentius v. [*c., p.*], | tradiderunt leontica[7] | kal. Apr. felic.; | alia [*t*]radiderunt con. ss. | VI idus Apr. felic. leont.; | conss. ss. tradiderunt | chryfios[11] VI idu. Apr. felic.

Romae olim in S. Iohannis prope S. Silvestri, vel etiam in ipsa S. Silvestri ecclesia, a dextra viae Cursus (VI 749. 750. 751[a]. 752. 753 descriptae tantum saec. XV praeter postremam, quam repertam a. 1648 nuper vidit Bormann). — 1) *A. 357.* —

2) Hic est Victor qui memoratur N. 4269 v. 1, avus Tamesii Augentii Olympii. — 3) *Vir clarissimus.* — 4) *Pater patrum.* — 5) *De Augentio cf. ad N. 4268 not. 2.* — 6) *Pater (cf. N. 4227 cet.).* — 7) *Haec traditio Leonticorum, Persicorum, Heliacorum, patricorum quid fuerit, ignoramus sed videntur pertinuisse ad diversos gradus initiationis Mithriacae, quos numero septem enumerat Hieronymus memorabili hoc loco ep. 107 ad Laetam (I p. 672/3 ed. Vallars.): Gracchus, cum praefecturam regeret urbanam . . specum Mithrae et omnia portentosa simulacra quibus corax, gryphus, miles, leo, Perses, Heliodromus, pater initiantur, subvertit, fregit, excussit. Cf. Cumont mystères de Mithra I p. 315 seq. II p. 18. 'Gradus Persicus' memoratur etiam N. 4266. Cf. Cumont myst. de Mithra I p. 315 seq.* — 8) *Consulibus supra scriptis.* — 9) *A. 358.* — 10) *Videtur scribendum esse* Mai. — 11) *Videtur intellegi nescio quid absconditi, quod initiatis primum ostendebatur, deinde tradebatur.* — 12) *A. 359.* — 13) *A. 362.*

4268 dd. nn. Valente V et Valentiniano iuniore primum Augg.[1], VI idus April., tradidit hierocoracica Aur. Victor Augentius v. c., p. p.[2], filio suo Emiliano Corfoni. Olympio c. p. anno tricensimo acceptionis suae, felic.

Romae, in S. Silvestri (VI 751[b] semel descripta saec. XV). — 1) *Intellege: consulibus, i. e. a. 376.* — 2) *Idem qui supra N. 4267[a] seq. memoratur una cum patre Nonio Victore Olympio, iam ipse, post mortem huius ut videtur, 'pater patrum'.*

4269

T T[1] Olympii A A[1]
a a Olim Victor avus[1], caelo devotus et astris, u u
m m regali sumptu Phoebeia[2] templa locavit. g g
e e Hunc superat pietate nepos, cui nomen avitum est:[3] e e
s s antra facit, sumptusque tuos nec, Roma, requirit.[4] n n
i i Damna piis meliora lucro: quis ditior illo est, t t
i i qui cum caelicolis parcus bona dividit heres? i i
i i

Romae rep. a. 1867 eodem fere loco quo N. 4267[a] seq. multo antea prodierunt, ad vicum S. Silvestri (VI 754 vidit Henzen). — 1) *Qui titulum posuit, Tamesius Olympius Augentius, nepos fuit Victoris, scilicet Nonii Victoris Olympii, a quo veniunt tituli N. 4267[a] seq.* — 2) *Phoebeia templa, sc. dei Solis Mithrae.* — 3) *Olympii nomen avo et nepoti commune (nisi forte etiam huic Victoris nomen fuit).* — 4) *Henzenus (bull. Inst. arch. 1868 p. 96) coniecit titulum scriptum esse paullo post quam Gratianus sacerdotibus et virginibus Vestalibus publica emolumenta detraxit; huc spectare quod dicit Olympius, se sumptus Romae non requirere.*

4270 d. m. | L. Septimius Auggg.[1] lib. Archelaus | pater et sacerdos invicti | Mithrae domus Augustanae, | fecit sibi et Cosiae Primitivae | coniugi benemerenti, libertis liberta|busque posterisq. eorum.

Romae (VI 2271 vidit Henzen). — 1) *Trium Augustorum (Septimii Severi, Caracallae, Getae).*

4270[a] M. Valeri[*us*] | Maximu[*s*] | sacerdo[*s*] | d. S. i. M., stu[*d.*] | astrologia[*e*], | sibi et | Severiae Apr . . . | uxori. | H. m. h. n. [*s.*]

Mediolani (V 5893 vidit Mommsen).

4271 L. Iulio Ur[*so Serviano*] | cos. III[1], non. O[*ct.*] | ecitium[2] taurobolium[3] | Veneris caelestae *(sic)* et panteliu[*m*][4] | Herennia Fortunata inperio deae | per Ti. Claudium Felicem sacerd.[5] | iterata est.

4272 III non. Dec. | L. Lolliano Avito cos.[6], | Thalame Hosidiae Afrae | cum suis condite | per Ti. Cl. Felicem sacerdo|tem.

Portici, deinde Neapoli in museo, incertum ubi repertae, sed videntur Puteolonae esse (X 1596. 1597 p. 1008 vidit Mommsen; cf. Huebner ex. scr. epigr. 340. 342). — 1) *A. 134* (III *fortasse coniungendem cum* non. *quod sequitur; neque tamen de uno ex prioribus consulatibus Serviani cogitaverim).* — 2) *Vocabulum ignotum.* — 3) *Sic sine dubio legendum, quamquam reliquiae admittunt etiam* tauroboli vi . . . *Est haec antiquissima mentio taurobolii in inscriptionibus.* — 4) *Vocabulum sine dubio ductum a παντελής; quid sit, ignoratur.* — 5) *Idem sacerdos in titulo qui sequitur.* — 6) *A. 144.*

4273 Adonio[1] | Sep. Marcel|la et Sep. Sil|vanus et Sep. Marcia|nus pro filis | ex voto po|suit *(in latere vir stans pateram tenens pomis plenam, in altero latere vir stans pateram tenens et urceum).*

Aquinci rep. (III S. 10392 vidit Mommsen). — 1) *De forma nominis cf. app. Probi (Gramm. Lat. ed. Keil IV p. 199, 13).*

4274 *(dea sedens inter duos leones)* deae Suriae sacr. | voto suscept. | pro | salute | . . . . | . . . .[1] | Aug. Germanici | pontificis maximi, tr. pot. | D. Veturius Antigonus, | D. Veturius Sp. f. Philo, | D. Veturius Albanus | pater cum filis posuit.

4275 *(Iuppiter sedens inter duos tauros)* I. o. m. sacr. | voto suscept. pro salute | . . . . | . . . .[1] | Aug. Germanici | pontificis maximi tr. pot., | D. Veturius *(et reliqua quae supra).*

Romae (VI 116. 117 saepius descriptae saec. XV. XVI). — *Cf. Lucian. de Syr. dea c. 31 (ἀλλὰ τὴν μὲν λέοντες φορέουσι· ὁ δὲ ταύροισι ἐπέζεται); nummus ap. Eckhel 3, 262.* — 1) *Nomen imperatoris erasum (vix Maximini, ut statuit Henzen propter formas litterarum quas exhibet unus ex eis qui titulos descripserunt, Metellus; nam ille Germanicus maximus Sarmaticus maximus Dacicus maximus dicebatur, et ab eius aetate abhorrent tria nomina dedicantium), Domitiani fortasse vel etiam Neronis.*

Iovi o. m. et deae Suriae *et una cum iis Genio venalicii dedicatus est titulus supra N. 3674.*

4276 *(imago deae sedentis inter duos leones)* P. Acilius Felix | d. d. Diasuriae[1] cum suis.

Romae (VI 115 vidit Henzen; Huebner ex. scr. epigr. 278). — 1) *Cf. N. 4277.*

4277 Balti[1] diae | divinae et | Diasuriae[2] | templum f. T. Fl. | *(reliqua videntur scripta fuisse in alio lapide).*

Aquinci rep. (III S. 10393 vidit Mommsen). — 1) *Cf. Philo Bybl. Φοινικ. ἱστ. (ap. Müller fr. h. Gr. III p. 569, 25): ὁ Κρόνος Βύβλον τῇ θεᾷ Βααλτίδι τῇ καὶ Διώνῃ δίδωσι.* — 2) *Sic scriptum etiam N. 4276. 4280 (item ut videtur in chronicis anni 354, ap. Momms. chron. min. I p. 147 v. 24).*

4278 deae Balti | Flavia Vic|torina | pro se et p|ro suis om. | v. s. l. m.

Környe in Pannonia inter Brigetionem et Aquincum (III S. 10964 vidit Domaszewski).

4279 . . . . . . | et leonto|χasma[1] de|ae d.[2] Dasyr.[3] | posuer.

Baiis rep., est Neapoli (X 1554 vidit Mommsen). — 1) *Leontochasma est protome leonina, unde aqua salit (Minervini).* — 2) *Dominae (?).* — 3) *Dea Syria vulgari sermone Deasuria vel Dasuria videtur dicta esse, itaque obliti originis deae appellationem rursus praeponebant (Momms. ad X 1554).*

4280 d. m. | Terentia Matron. | C. Iulio Abdederae *(sic)* | fecit fratri pientiss|imo benemerti[1] *(sic)*, Gallo[2] | Diasuriaes[3] | ab Isis et Se|rapis.

Romae (Eph. epigr. 4, 873 vidit Dressel). — 1) ne *litterae postea additae.* — 2) *Postrema (inde a* Gallo*) alia manu perscripta sunt.* — 3) *Cf. N. 4277 not. 2.*

Alius sacerdos Syriae deae est supra N. 4178.

4281 . . Opsturius . . . | Deanae Syri[*ae*][1] | v. s. l. m. *(in latere mulier sacrificans).*

Amiterni rep. (IX 4187 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Cf. Lucian. de dea Syr. 32:* τὰ μὲν σύμπαντα ἀτρεκέϊ λόγῳ Ἥρη ἐστί, ἔχει δέ τι καὶ Ἀθηναίης καὶ Ἀφροδίτης καὶ Σεληναίης καὶ Ῥέης καὶ Ἀρτέμιδος κτλ.

4282 dis Syris | C. Albucius | C. l. Restitutus.

Salonis (III 1961 vidit Mommsen).

4283 [*I. o.*] m. diis Heliupol. pro sal. | [*et*] victoriis d. n. Antonini Pii fel. Aug. et Iuliae Aug. matris d. n. cast. senat. patr., Aur. Ant. Longinus specul. leg. I[1] | [*Ant*]oninianae capita columnarum dua aerea auro inluminata sua pecunia ex voto l. a. s.

Heliupoli Syriae (Baalbek) in basibus duarum columnarum (III 138 p. 970 Waddington vidit ectypa). — *Celebre fuit templum Iovis Heliopolitanum, cf. Macrob. sat. 1, 23, 10, repraesentatum etiam in nummis saec. p. Chr. tertio, in quibus adscriptum* I. o. m. H. col. Hel. *(Eckhel 3, 334).* — 1) *Intellegitur legio prima Parthica.*

4284 [*I. o.*] m. et Ve|neri et | Mercurio | Heliupoli|[*t*]anis[1] Q. Te|dius Maxi|mus v. l. a. *(sic).*

Athenis (III S. 7280 Mommsen vidit ectypum). — 1) *De triade hac deorum Heliopolitanorum et quibus Syrorum diis respondeat, quaesivit S. Hoffmann (ap. Mommsen l. c.). Venus et Mercurius coniunguntur cum Iove Heliopolitano etiam in titulo prope Seligenstadt rep. Brambach 1408 (quem rectius legit Domaszewskius Westd. Korrespondenzbl. 1897 p. 172).*

4285 [*I.*] o. m. H., | Veneri | Victrici, | M. Titius | Heliodorus | Aug. col. | Kar.[1], v. s. | sacerdotib. Vibio | Crescente et Heren. | Nigriniano.

Carnunti rep. (III S. 11139 vidit Hirschfeld). — 1) *Augustalis (vel: augur) coloniae Karnunti.*

4286 I. o. m. | Heliopoli|tano | L. Pompeius | Caeneus | princeps[1] leg. XIIII G. M. V. | ex viso v. s. | l. m.

Carnunti rep., ara litteris non incisis, sed tantum pictis (III S. 11138 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. supra N. 2449. 2450. 2646. 2650 cet.*

4287 *(dea turrim in capite gestans, d. gubernaculum, s. cornu copiae, stans inter duos leones)* I. o. m. H. | conservatori | imperii | d. n. Gordiani | Pii fel. invicti Aug., | L. Trebonius Fab. | Sossianus, | colonia Heliupoli, | 7 frum. leg. IIII Fl.[1] | Gordianae, | p. p.

Romae rep. in Ianiculo (VI 423 vidit Henzen). Fortasse iuxta positus fuit titulus deae Syriae, ad quem pertinere debebat anaglyphum. — 1) *Centurio frumentariorum legionis quartae Flaviae. Idem Trebonius Sossianus imperante Phlippo, in vico illo Arabiae, ex quo oriundus erat Philippus, fratri eius Prisco titulum posuit quem nuper edidit Domaszewski (Rhein. Mus. 1899 p. 159).*

Titulum Iovi Heliopolitano positum Romae a vexillatione alae Ituraeorum dedimus supra N. 2546, alium Iovi Heliopolitano et simul Commodo imperatori dedicatum supra N. 398.

4288 I. o. m. Héliopolitán. | et Nemauso[1] | C. Iulius Tib. fil. Fab. | Tiberinus p. p.[2], domo | Beryto, vótum solvit *(in basi: cista. In latere dextro: clipeus; pugio? In latere sinistro: Iuppiter Heliopolitanus, d. flagellum, s. spicas tenens; capiti calathus floribus margaritisque ornatus impositus est; pone pedes eius animal humi iacet).*

Nemausi, cippus litteris saeculi secundi exeuntis (XII 3072 vidit Hirschfeld; lateris sinistri imaginem dederunt Lenormant Gazette archéol. 2, 1876 tab. 21 cf. p. 80 et ex hoc Wolters American journal of archaeology 6, 1890 p. 67). Heliopoli in templo esse simulacrum aureum Iovis specie imberbi, dextera elevata flagrum tenens in aurigae modum, laeva fulmen et spicas, narrat Macrobius sat. 1, 23, 12. De similibus simulacris Iovis Heliopolitani egit etiam Gurlitt arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 14, 120 seq. — 1) *Nemausi dei alios titulos infra dabimus inter titulos numinum Galliae. —* 2) *Primipilaris.*

Titulum quem cultores Iovis Heliopolitani Berytenses qui Puteolis consistebant Puteolis posuerunt anno 116, habes supra N. 300.

4289 [*ex*] iussu I. o. m. Heliopolitan[*i*] . . . | [*aede*]m dilapsam M. Ulpius Sabinus aeditus m . . . .

Puteolis (American journal of archaeology ser. II t. 2, 1898 p. 374, 2).

4290 ex iusso I. o. m. He[*l*]io|politani[1] Aur. T[*h*]eodo|ri *(sic)*[2] sacerdoti filio curator. | tempuli Geremeilensium[3], | adampliante donis tor|quem et velum sac. | [*et*][4] lucophori[5] de suo posuerunt, | curante Acilio Secundo Trot|omias *//////*[6]

Neapoli, sed pertinet ad Puteolos, litteris barbaris nec satis perspicuis (X 1578 vidit Mommsen). — 1) Heiiopol-, 2) Tileod- *excepit Momms.* (Heliopol-, Theod- *plerique priores). —* 3) *Geremelienses sive Geremellenses praeterea ignoti, nomen videtur esse Syrum, cf. Gildemeister Zeitschrift der deutschen morgenländ. Gesellschaft 23 (1869) p. 153. —* 4) *Sic videtur legendum esse* (FI *pro* ET *exaratum est). —* 5) *Daduchos esse putaverunt nonnulli, negat Mommsen. —* 6) *Nonnulla erasa.*

4291 hic ager iug. VII, cum cisterna | et tabernis eius, eorum possessorum | iuris est qui in cultu corporis Heliopolita|norum sunt eruntve, atque ita is ac|cessus iusq. esto per ianuas itineraque | eius agri qui nihil adversus lecem *(sic)* | et conventionem eius corporis facere | perseveraverint.

Casertae olim, nunc Neapoli: Puteolis oriundam putat Mommsen (X 1579 vidit Mommsen).

4292 I. o. m. H. Aug. | sacr., | Genio Forinarum[1] | et cultoribus huius | loci, Terentia Nice | cum Terentio Damari|one filio, sacerdote, et | Terentio Damarione iun. | et Fonteio Onesimo filio, | sacrorum[2], signum et basim | voto suscepto de suo posuit, | lustro eiusdem Damario|nis.

Romae olim in ecclesia quadam regionis Transtiberinae, nunc in Vaticano (VI 422 vidit Henzen). — 1) *Lucus Furrinae fuit trans Tiberim (Vict. vir. ill. 65); sed plane incertum num Genius hic Forinarum eodem pertineat (cf. Momms. CIL. I ed. 2 p. 323). Ara Forinarum memoratur in titulo lanistae, quem infra dabimus (= VI 40200).* — 2) *Sacrorum, idem quod a sacris.*

4293 I. o. m. | Heliopolitano | L. Virilius | Pupus B cos.[1], | v. s. l. m. | Ne quis in hac | ara porcos agi | facere velit.

Sisciae (III 3955 vidit Mommsen). — 1) *Beneficiarius consularis.*

4294 I. o. m. | Angelo | Heliop. | pro salute | imperator. | Antonini et | Commodi | Augg.[1] | Gaionas[2] | d. d.

Ad Portum Romanum rep. (XIV 24 vidit Henzen). — 1) *A. 177—180.* — 2) *Fortasse idem qui non multo post dedicavit titulum supra N. 398 (cf. ib. not. 2).*

4295 Iovi o. m. H. prop.[1] | Philipa Hotarzabadi filia.

Massiliae in museo, ara protomis ornata (XII 404; Froehner Musée de Marseille p. 93 n. 223, quem secutus sum). Lapis ex Oriente ut videtur, fortasse Palmyra (ut putat Froehner), asportatus. — 1) *Propitio? (Froehner).*

4296 I. o. m. D. | et I. o. m. H. | Aurelius Do|mittius qu|m Fl. Casto|re et Aur. Maxim|u fratribus e|x iuso num|inis v. s. l. m.

Laibach, fortasse rep. in municipio Latobicorum (III 3908 vidit Mommsen).

4297 I. o. m. | Dulceno | Heliopolitan. | sacru. fecit T. | Aureli. Secu. | vete. leg. II Ad. p. [*f.*] | pro se et suis posu[*it*]. | v. s. l. m.

Aquinci (III 3462 cf. III S. 13366 vidit Domaszewski).

4298 I. o. m. | Comma|genorum [*ae*]|terno Ma|rinus Marian. Bas.[1], sacerdos I. | o. m. D. pro s. s.[2] | suorumq. o|mnium vot.

4299 I. o. m. D. et | deo Com|maceno *(sic)* | Aurel. | Marinus | [*et*] Adde|bar Seme|i et Ocea|nus So|cratis sa|cerdotes | v. l. p.[3]

Zalatnae, ubi fuit Ampelum Daciae (III S. 7834. 7835 exceptis paucis litteris vidit Domaszewski). — 1) *Cf. supra N. 3007 not. 1.* — 2) *Pro salute sua.* — 3) *Votum libentes posuerunt.*

4300 I. o. m. D. et deo paterno | Comageno M. Aur. Ap|ollinaris dec. m. Mur|selensium[1] v. s. l. m.

Surduk (non longe a Sirmio) rep., arae duae, quarum inscriptiones vix differunt (III S. 10243 vidit Domaszewski). — 1) *Decurio municipii Mursel(l)ensium (Mursella sive Mursa minor prope Mursam).*

4301 I. o. m. | Duliceno | ubi ferum *(sic)* | [*nascit*]ur[1] | . . . *(A sinistra)* T *(a dextra)* E.

Pfünz ad limitem Raetiae rep. iuxta castra cohortis primae Breucorum, tabella aenea (III S. 11927 vidit Hirschfeld). — 1) *Similiter N. 4302. 4303. Ipsa res obscura.*

4302 Iovi optimo maximo | Dolicheno ubi ferrum nascitur | C. Sempronius Rectus | ɣ[1] frumentarius d. d.

Romae in monte Quirinali (VI 423 servavit Ligorius).* — 1) *Centurio* (cent. ɣ *Lig.).*

4303 numini et virtutibu[s[1] *Iovis optimi maximi Dolicheni*], | nato ubi ferrum exor[*itur*] . . . . | naturae boni even[*tus et numini imp. Caes. T. Aeli Hadri*]|ani Antonini Au[*g. Pii*] . . . . | Terentiu[*s*] . . . .

Apuli rep. a. 1840 (III 1128 semel descripta). — 1) *Cf. III 988:* Virtutib. dei aeterni, *item supra N. 4192.*

4304 I. o. m. D. | Aurelii | Alexan|der et Fla|us Suri | negotia|tores ex | voto l. p.

Apuli in Dacia rep. (III S. 7761 vidit Domaszewski).

4305 I. o. m. D. | *(Iuppiter loricatus capite radiato stans in tauro, d. aliquid bipenni simile gerens, s. fulmen; iuxta Victoria, aquila)* | L. Aurelius Valerius sacerd. p.

Prope Caesenam (XI 554 ad imaginem factam saec. XV a Marcanova, quam repetivit Marinius Arv. in tab. adiecta ad p. 539).

4306 *(deus imberbis loricatus stans in tauro, s. fulmen tenens, d. fortasse bipennem; sub tauro aquila sedens)* deo Dolichenio *(sic)* | Oct. Paternus ex iussu eius pro salute | sua et suorum.

Massiliae rep., est Stuttgart (XII 403 Hirschfeld vidit ectypum).

4307 *(in basi, quae sustinuit statuam iam dimidiatam Iovis Dolicheni stantis in tauro)* Iovi Dolicheno | T. Aelius Hilarus, | T. Aeli Hermogenis | lib. d. d.

Romae rep. in Esquiliis inter ecclesiam S. Eusebii et viam antiquam S. Laurentii (VI 3698 = 30942 vidit Henzen; imaginem exhibet C. L. Visconti bull. municipale 1875 tab. XXI, 1 cf. p. 208). Illo loco sacrarium Iovis Dolicheni fuisse (diversum ab Aventinensi) ostendunt tituli ibi reperti hic et N. 4308. 4315^{ab}, *praeterea Eph. 4, 742 = VI 30944.*

4308 *(caput cervi, cuius cornibus superposita est aquila; in basi rotunda, ex eodem lapide sculpta, scriptum)* Iovi Dolicheno | C. Iulius Marinus | miles classis | praet. Misenensis | II[*I*[1] *S*]al . . .

Romae rep. cum ea quae praecedit (VI 3699 = 30946 vidit Henzen; imaginem exhibet C. L. Visconti bull. municipale 1875 tab. XXI fig. 3 p. 211). — 1) *Triere.*

4309 *(deus galeatus loricatus, stans in tauro, s. fulmen d. bipennem [?] tenens; inscriptio ita disposita ut pars litterarum a sinistra pars a dextra dei sit, pars denique inter crura eius)* I. o. m. | Doliceno | Atilius | Primus | ɣ leg. | XIIII | G., | ex evo|cato leg. | X G. p. f., | ex | viso | pro salute | sua et suorum | v. s. l. l. m., | domo | Sergia | Marsis.

Carnunti rep. a. 1891 in sacrario Iovis Dolicheni (III S. 11129 vidit Hirschfeld; imago est arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 16, 1893 p. 183 cf. p. 214). — Similis imago dei Dolicheni est in tabula aenea III 3316, quam repraesentavit Domaszewski westd. Zeitschr. 1895 tab. IIII fig. 1^{a} *cf. p. 60.*

4310 I. o. m. | Dol. et rel.[1] | pro sa[*l.*] Aug. | G. Iul. Dioni|cus et M. Fol|nius Primus | cur. et Q. Ga|vius Zosimus | [*s*]crib. d. d. ex vot. | [*imp.*] Commodo [*Au*]relio co|[*s.*], sac. [*B*]asso et Crispo *(In lat. sin. urceus, in d. patera).*

Carnunti rep. a. 1891 (III S. 11131 cf. 13447; Bormann arch. ep. Mitth. 16, 1893 p. 211, quem secutus sum). — 1) *Religioni? (Bormann); cf. supra N. 4100.*

4311 [*I. o. m.*] | Dolich. | pro sal. | [*imp. Caes.*] C. | [*Iuli Veri M*]ax|[*imini p.*] f. | [*invic. Au*]g.[1] | [*Ulpi*]us | [*A*]mandianus | mil. leg. XIIII G., | librari[*u*]s | numeris[2], | cus. arm., | signif[*er*], | optio | o[*cta*]v[*i*] | pr. pr.[3] | candidatus[4] | numini | cum U[*l*]pio | Amando | [*ve*]t. le[*g.*] s. s. | p . . .

Carnunti rep. a. 1885 (III S. 11135 vidit Hirschfeld). Commentatus est Domaszewski arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 10 p. 19. — 1) *Nomina Maximini erasa.* — 2) *Cf. Brambach 1089: mensor frumenti numer(is).* — 3) *Principis prioris (cf. supra N. 2653 not. 2 cet.).* — 4) *Incertum utrum hoc quoque ad militiam pertineat (cf. supra N. 2350 not. 7) an ad religionem dei Dolicheni (cf. N. 4316. 4320).*

De sacrario Iovis Dolicheni Carnuntino cf. arch. ep. Mitth. 16, 1893 p. 176 seq.

4311[a] pro s[*alute*] et incolumitate | imp. Cae[*s. Traia*]ni Hadriani Augusti | Sex. Iuliu[*s Maio*]r[1] legatus ipsius pro praetore | templ[*um I. o. m. D*]olicheno dedicavit.

Lambaese (VIII S. 18221 partem vidit Schmidt). Ex alio exemplo eiusdem tituli videtur superesse VIII 2681. Ex eodem sacrario prodierunt etiam tituli supra N. 2415 et VIII S. 18223, fortasse alii quoque (VIII 2623 seq.). — 1) *Idem legatus Numidiae memoratur VIII 10296.*

4312 I. o. m. Dolicheno, pro [*salute impp. Caess.*] | M. Aurelli Antonini Pii A[*ug. et P. Sept. Getae*] | Pii Aug. et Iuliae Augustae [*matris Augg. et castr.*], | L. Lucceius Martinus leg[*atus Augg. pr. pr. prov.*] | Germaniae infer. tem[*plum vetustate col*]|labsum á solo restituit, c[*urante*] . . . . . . | Prisco ⅂ leg. XXX U. v. p. f.[1] Gen[*tiano et Basso coss.*][2]

Coloniae Agrippinae rep. (Kisa Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 1895 p. 86). — 1) *Centurione legionis tricesimae Ulpiae victricis piae fidelis.* — 2) *A. 211.*

4313 I. o. m. Dol. | Q. Poblicius Modestinus | [*VIvi*]r et Claud.[1] cenatorium p. s. f. | L. d. d. d.

Bononiae (XI 696 vidit Bormann). — 1) *Sevir et Claudialis (cf. XI 714 cet.).*

4314 Iovi optumo | maximo Do|locheno *(sic)* T. | Flavius Cos|mus iussu dei | fecit.

Romae, olim in ecclesia S. Alexii in Aventino (VI 411 vidit Henzen).

4315[a] I. o. D.[1] | pro salute | imp. L. ⟨Septimi Severi Pii Pertinacis[2]⟩ Aug. | Pii Felicis, et exercitum *(sic)*[3] | et p. R., D. Iun. Pacatus cum | Alexandro fil. sacrarum[4], | iussu I. D. sua pec. adampliavit, c. a.[5] Caecilio | Rufo[6] ⅃[7], sacerdotib. Sopatrus et Marin.[6] et Calus. r.[8]

4315[b] item auxit | [*s*]alvo imp. *!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!*[9] Pio Fel. Aug. n., | M. Caecilius M. f. Iul. Rufus Concord.[10], | ⅃ leg. III Cyrenaicae

ex corniculario | Aeli Iuliani pr. vig.[11] tetrastylum nymphaeum, | crateram cum columella et altarium cum columella | marmorea et aliam columellam, item orbiculum cum colu|mella et cetera ornavit, I. D. d. d.[12] dedicavit per | Clodium Catullum pr. vig., adsistente Orbio Laetiano subpr.[13] et | Castricio Honorato trib. coh. II vig.[14], pr. kal. Aug. | Aproniano et Bradua cos.[15], c. a.[5] Herculanio Liberale va[*l.*][16]

Romae, duae tabulae marmoreae, rep. in Esquiliis prope locum dictum trophaea Marii (VI 414 vidit Henzen). — 1) *Iovi optimo Dolicheno.* — 2) *Verba uncis inclusa in litura reposita sunt; antea ibi scripta fuisse putanda sunt nomina Commodi.* — 3) *Exercituum.* — 4) *Fortasse errore scriptum pro: sacrarium.* — 5) *Curam agente.* — 6) *Idem Caecilius idemque Flavius Marinus memorantur in frustulo tituli Iovi Dolicheno dedicati VI 30945 = Bull. inst. arch. 1884 p. 35.* — 7) *Centurione.* — 8) *Nomen non recte ut videtur scriptum vel non recte lectum (ultima littera incerta).* — 9) *Erasum nomen Commodi.* — 10) *Iunge: Iulia Concordia.* — 11) *Praefecti vigilum.* — 12) *Iovi Dolicheno donum dedit.* — 13) *Subpraefecto, sc. vigilum.* — 14) *Tribuno cohortis secundae vigilum.* — 15) *A. 191.* — 16) *Fortasse: valetudinario (Momms.; in lapide est* vai).

4316 b. f.[1] | Ex praecepto I. o. m. D. aeterni, conservatori totius poli et numini pra|estantisso *(sic)* exibitori invicto, L. Tettius Hermes eq. R.[2] et | kandidatus[3] et patronus huius loci, pro salute sua et Aur|eliae Restitutae coniugis et Tettiae Pannuchiae filiae suae | et suorum et Aureli Lampadi fratris carissimi, et pro saloute[4] | sacerdotium et kandidatorum et colitorum[5] huius loci, tabula | marmorea[6] cum proscaenio et columnis d. d. Quos elexit | I. o. m. D. sibi servire, M. Aurel. Oenopione[7] Onesimum signum[8] Acaci | notarium[9], et Septimium Antonium signum[8] Olympi patre[10], kandid., | patronos, fratres carissimos et collegas hon.[11], Aur. Magnesium, | Aur. Serapiacum, Antonium Marianum[12], M. Iul. Florentinum principe[13] | huius loci, et Aur. Severum veteranum curatorem tempuli *(sic)* et | Aur. Antiochum sacerdote, Gemi. Felix et Vibius Eutychianus | lecticari dei, Co . . . . . . centianus.

Romae in Aventino prope ecclesiam S. Alexii (VI 406. 30758 descr. saec. XVI Accursius, frustula pauca quae nuper eodem loco prodierunt Lancianius aliique). Eodem loco vel ibi prope prodierunt alii tituli Iovi Dolicheno dedicati, supra N. 1707. 4314, infra N. 4321, et praeterea VI 366. 409. Fuit eo loco sine dubio Dolocenum quod memorat Notitia urbis regione XIII (Aventini). — 1) *Bona Fortuna (sic potius more Graeco quam Latinorum: Bonum factum, cf. supra N. 467 not. 1).* — 2) *Eques Romanus.* — 3) *Kandidati sacerdotes hi vel cultorum antistites appellati fortasse a veste candida, qua utebantur diebus festis (Mommsen ad VI 406—413 qui citat Herodian 8, 7, 2).* — 4) *Diphthongus in* saloute, *item* colitor- *pro* cultor- *scriptum fortasse prodit originem horum hominum ex Graecia vel Oriente.* — 5) *Cf. not. 4.* — 6) *Tabulam marmoream.* — 7) *Oenopionem.* — 8) *Signo, debuit dicere.* — 9) *Idem notarius,* 10) *idemque pater (scilicet sacerdotum) memorantur N. 4318, ubi solis signis appellantur Acacius et Olympius.* — 11) *Honestissimos.* — 12) *Idem est infra N. 4318.* — 13) *Principes.*

4317 ex iussu I. o. m. D. | L. Tettius Hermes[1] | cum coiuge sua

et filis | et omnibus suis | cantharum cum | vase sua *(sic)* posuerun. *(sic)* *(In latere)* sub | scriba | Fonteio | Eutycho.

Romae olim in aedibus privatis ad forum Traianum, nunc Florentiae (VI 407 vidit Kiessling). — 1) *Idem qui posuit titulum qui praecedit.*

4318 *(sub statua Apollinis, partim scriptum in trunco, cui deus innititur, partim in basi)* ex prae|cepto | I. o. m. D. | per | Acaci|um | notari|um | et | Olympi|um | patrem[1], | Antonii Mariani pater et filius | simulacrum Apollinis | statuerunt.

Romae olim in aedibus privatis, nunc Potsdam (VI 408. 30759 vidit Bormann). — 1) *Iidem Acacius et Olympius qui N. 4316.*

4319 I. o. m. a. D.[1] et | Soli digno pres.[2], | pro sal. M. Aur. And|ronici et Tarquilie | Marcelle coiugis et | filiorum eius, aram | posuit ex voto per | C. Fab. Germanum sacerd.[3]

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 412 vidit de Rossi). — 1) *Iovi optimo maximo aeterno Dolicheno.* — 2) *Praestantissimo.* — 3) *Idem est infra N. 4320.*

4320 I. o. S. p. d.[1] | et Iunoni sanctae | Herae, Castorib. | et Apollini conservato|ribus, Thyrsus | pro salute patroni sui | et sua suorumque, | iussu numinis eorum | aram d., | salvis candidatis | huius loci[2], | per C. Fabium Germanum.[3] *(In latere)* ded. VI idus | [*O*]ct. | Peregrino et | Aemiliano | cos.[4]

Romae, rep. dicebatur extra portam Latinam (VI 413 vidit Henzen). — 1) *Iovi optimo Soli (?) praestantissimo (?) digno, vel etiam Dolicheno.* — 2) *Candidati huius loci sunt etiam N. 4316. Probabile est, hunc quoque titulum olim stetisse in Doloceno Aventinensi.* — 3) *Idem est N. 4319.* — 4) *A. 244.*

4321 Iovi optimo | maximo Dolichen. | Paezon Aquiliaes | Bassillaes actor | cum Paezusa filia sua | d. d.

4321[a] Iunoni | reginae | Paezon | Aquiliaes | Bassillaes | actor cum Paezusa | filia sua d. d.

Romae, illa certe aliquando extabat in Aventino (VI 366. 365 viderunt Smetius aliique).

4322 Iunoni sanctae | iusso Iovis | Dolychen. | P. Aelius Myron | neg.[1] d. d. *(In latere)* dedic. pr. id. Mart. | imp. Macrino[2] Aug. | et | Oclatinio Advento | cos.[3]

Romae, olim in monte Caelio (VI 367 cf. p. 3004; inscriptionem lateris delineavit Huebner ex. scr. ep. 964). — 1) *Negotiator.* — 2) *Macrini nomen erasum, sed ut facile adhuc dispiciatur.* — 3) *14 Mart. 218.*

4323 I. o. m. Dolic., | Aesculapio, | Ygiae cete|risq. diis | immort., T. Fl. | Maximus ex 7 | praet., p. p.[1], praef. | leg. III[2] Aug. Severi.[3] | cum Antonia An|tonina coniu|ge v. s.

Lambaese (VIII 2624 vidit Wilmanns). — 1) *Ex centurione praetoriano, primipilus.* — 2) leg. III *rasum.* — 3) *Severianae (titulus pertinet igitur ad aetatem Alexandri).*

4324 .... [*conservatori dd.*] | nn. | Augg. sacr., | Marcus Bar|semias sa|cerdos | Dolicheni | posuit *(vitula).*
Tarracinae ut videtur (X 6304 servavit Giovenazzi auctor accuratus).

4325 Iovi optimo | maxim. Damasceno | T. Cassius Myron | veteranus Augg. | d. d.
Romae in ecclesia S. Mariae Transtiberina, cippus in pineam exiens, vel globus (VI 405 vidit Smetius).

4326 iussu | Iovis optimi maximi | Damasceni | sacerdotes | M. Nemonio M. f. Pal. | Eutychiano | sacerdoti, honorato | equo publico ab | imp. Antonino Aug. | Pio p. p., | adlecto in ordinem | decurion. Puteolanor., | aedili, | M. Nemonius Callistus p.[1] | sacerdos remissa | collatione.
In agro Puteolano rep. (X 1576 vidit Mommsen). — 1) *Pater (?).*

4327 P. Postumius | P. l. Auctus | Iovi Balmarcodi | v. l. m. s.
Dêr-el-Kala prope Berytum (III 155 p. 971. 1220 vidit Waddington). De ruderibus templi Iovis Balmarcodis Dêr-el-Kala extantibus post alios dixit Schroeder ath. Mitth. 10, 1885 p. 165 seq. Alios titulos ad idem sacrarium pertinentes habes III 156. 158 (cum add. III S. 6668). 159 (cum add. III S. 6669, quem tamen male descriptum esse apparet). 6673. 6677. 6678. C. I. Gr. 4535. 4536. Clermont-Ganneau recueil d'arch. orientale 1 p. 101 seq. Euting Sitzungsber. d. Berl. Akad. 1887 p. 419. De interpretatione vocabuli Balmarcodis (Graece κοίρανος κώμων, Kaibel ep. Gr. 835) cf. III S. 6668.

4328 I. o. m. Balmarcodi | M. Verginius Bassus | 7 leg. IIII Scyt. | vot. sol.
Romae fuit initio saec. XIX, est Parisiis (VI 403 vidit Henzen). Videndum an non hic quoque titulus oriundus sit ex Syria (Momms. ad III 155). Legionem quartam Scythicam in Syria tetendisse notum est (supra N. 2288 cet.).

4329 aquila[1] | Soli | Alagabalo | Iulius Balbillus.
Romae in regione Transtiberina (VI 708 viderunt Smetius aliique). — 1) *Aquilae vocabulum Smetius in fine tituli collocat.*

4330 Ti. Iullo *(sic)* Balbillo | s. Sol. Elagabali[1], | Eudemon lib. | patrono optimo.

4331 Ti. Iul. Balbillo sac. Solis[2], | Eutyches Augg. lib. ofici|nator a statuis, amico | optimo. Dedic. kal. Ian. | P. Cornelio Anullino II | et M. Aufidio Frontone cos.[3]
Romae (VI 2269. 2270 illam nuper vidit Gatti Notizie degli scavi 1897 p. 418). — 1) Elagabali *vocabulum rasura temptatum.* — 2) *In titulis quos Iulius hic Balbillus ipse posuit (supra N. 1346. VI 1027. 2129. 2130) annis 199. 201. 215, Solis tantum sacerdos appellatur, non Solis Elagabali.* — 3) *A. 199.*

4332 deo Soli Alagabal. Ammudati[1], mil. leg. I Ad. bis p. f.[2] cons[*tantis*] . . .
O'-Szöny, ubi fuit Brigetio, rep. saec. XVIII statimque periit (III 4300 pro-

tulit Weszprémi Hungarus, auctor suspectus. Haec sincera iudicavit Mommsen; clausula quam idem auctor adiecit cum iterum titulum ederet, qua titulus ad annum 249 referretur, conficta esse videtur). — 1) *Confert Mommsenus carmen Commodiani instruct. 1, 18 'de Ammudate et deo magno'.* — 2) *Cf. supra N. 570 not 2. Titulum temporibus imperatoris Elagabali positum putat Domaszewski westd. Zeitschr. 1895 p. 60; quo tamen tempore legiones bis pias appellatas praeterea non novimus.*

4333 εὐθυντῆρι τύχης | Βηλῷ | Σέξστος[1] θέτο βῶ|μον | τῶν ἐν Ἀπαμείᾳ | μνησάμενος | λογίων.

(ab altera parte)

Belus, | Fortunae rector | mentisque magis|ter, | ara gaudebit, | quam dedit[2] | et voluit.

Vasione rep., nunc in museo Sangermanensi (XII 1277 vidit Hirschfeld). — 1) *Renierus rettulit ad Sex. Varium Marcellum patrem imperatoris Elagabali (supra N. 478), quod, ingeniose excogitatum, recte reiecit Hirschfeld.* — 2) *Videtur Sextus ita auxilio Beli compotem voti se factum esse significare.*

4334 pro salute imp. [*Caes.*] . . . . | C. Licinius N. . . . . | Palmyrenus [*aedem Belo*] constitu . . . | Ἡλιόδωρος ὁ . . . . | τὸν ναὸν Βη[λῷ] . . . . | Παλμυρην[ός] . . . .

Romae rep. extra portam Portuensem in vinea Bonellia (VI 50 = Kaibel Inscr. Gr. Sicil. Ital. 969). Alterius tituli eidem ut videtur deo ab iisdem hominibus dicati fragmentum est VI 51 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 970. In eadem vinea Bonellia prodiit titulus Graece et Aramaice scriptus dicatus θεοῖς πατρῴοις Βήλῳ Ἰαριβώ[λῳ] . . . . (Kaibel l. c. n. 972). Item in regione Transtiberina urbis prodiit titulus quem Ἀγλιβώλῳ καὶ Μαλαχβήλῳ πατρῴοις θεοῖς posuit T. Aurelius Heliodorus Palmyrenus (Kaibel l. c. n. 971).

4335 C. Iulius Anicetus[1] | ex imperio Solis | rogat, ne quis velit | parietes aut triclias[2] | inscribere aut | scariphare.

Romae rep. una cum ea quae praecedit (VI 52 vidit Henzen). — 1) *Idem Iulius Anicetus eodem loco posuit titulum editum Bullett. arch. comunale 1887 p. 94 et Roem. Mitth. 1889 p. 290 (iam VI 31034), denique eum qui sequitur.* — 2) *Cf. VI 712. 15593 = Orell. 4456 b, cet.; Marquardt Privatleben der Roemer ed. 2 p. 370 not. 2.*

4336 C. Iulius Anicetus | aram sacratam Soli divino | voto suscepto animo libens d. d.

Romae olim trans Tiberim, in ecclesia S. Caeciliae (VI 709 saepius descripta saec. XV. XVI). Titulus videtur prodiisse ex eodem sacrario ex quo N. 4334.

4337 *(protome dei Solis aquila vecta)* Soli sanctissimo[1] sacrum | Ti. Claudius Felix et | Claudia Helpis et | Ti. Claudius Alypus fil. eorum | votum solverunt libens merito, | Calbienses[2] de coh. III.[3] *(In latere exaratus est titulus Palmyrenus, supra quem iuvenis quadriga gryporum vectus, cuius capiti Victoria coronam imponit. In altero latere protome sacerdotis velati et culter falcis modo incurvus).*

Romae olim in aedibus privatis trans Tiberim, nunc in museo Capitolino (VI 710 vidit Henzen). — 1) *In titulo Palmyreno pro Sole appellatur Malakbel.* — 2) *Scr.* Galbienses *(cf. N. 1622 not. 3).* — 3) *Cf. supra N. 1621 not. 3 et N. 1622.*

4338 [*d*]eo Soli inv[*icto*] | Malachibe[*lo*] *(sic)* | Aelius Long . . . . | 7 frument. . . . . | [*pr*]o salute | . . . . iae . . . . | . . . . niu . . . .

Romae, fragmentum extractum ex alveo Tiberis vel si Bruzzam sequimur rep. in regione Transtiberina (VI 31036 = Eph. epigr. 4, 761 viderunt Henzen et Huelsen).

4339 Malagbelo | Aug. | sancto sacr. | T. Fl. Mansue|tus 7 leg. III[1] Aug. | v. s. l. l. m.

In Numidia loco dicto El-Kantara (VIII 2497 vidit Wilmanns). Illo loco tendebat numerus Palmyrenorum, cui videtur praefuisse Flavius Mansuetus, cf. supra N. 2625. — 1) leg. III *erasum.*

4340 deo num.[1] Malag. | pro salute d. n. | imp. Caes. M. Aureli | Severi Alexan|dri[2] invicti Pii fel. | Aug., divi M[*agni Antonini fil. cet.*] *(In latere)* [*m.*] n. P. | Sev.[3] | 7[4] Galtoniani *(sequuntur nomina militum).*

In extrema Numidia loco dicto Messâd (80 chil. ab Laghuât) rep., est Algerii (VIII 8795 cf. VIII S. 18020 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Numeri (?), scilicet Palmyrenorum.* — 2) *Alexandri nomen erasum.* — 3) *Milites numeri Palmyrenorum Severiani.* — 4) *Centuriâ.*

Etiam loco eiusdem regionis dicto el Gara prodiit titulus Malagbelo dedicatus VIII S. 18024.

4341 diis patriis | Malagbel[1] et Bebellaha|mon et Benefal et Mana|vat[2], P. Ael. Theimes[3] IIviral. | col.[4] templum fecit solo et | inpendio suo pro se suisq. | omnibus, ob pietate ipsorum | circa se iussus ab ipsis fecit, | et culinam subiunxit.

Sarmizegetusae in Dacia rep. (III S. 7954 vidit Domaszewski). — 1) *Alios titulos Malagbeli Sarmizegetusae rep. habes III S. 7955. 7956.* — 2) *Idem vocabulum reperiri in inscriptionibus Nabataeis monuit Noeldeke (III S. l. c.).* — 3) *Nomen Palmyrenum.* — 4) *Duoviralis coloniae.*

4342 dis deabusque | Iovi Beellefaro | sacrum pro salut. | T. Aur. Romani et | Iuliani et Diofanti | fratres[1] eq. sing. imp. n. | v. s. l. m.

Romae rep. in castris equitum singularium, ibi ubi N. 2180 seq. (VI 31168 = Ann. inst. arch. 1885 p. 288). — 1) *Non apparet utrum etiam pro Iuliani et Diophanti salute titulus positus, an ab his dedicatus sit.*

4343 . . . . e . . . . | [*Iovi B*]eheleparo qui s . . . .[1] | . . . c deo more patrio s[*acrum facere voluerit*] | . . [*h*]oc erit. Ni quis in . . . . | . . . rase velit. Ab is rebus q . . . . | [*c*]astus adito, item a suili[*bus*[2], ... *item ab*] | omnis generis melle. Ni . . . . | munda totus ante diem . . . . | det inmolatum, ni gust . . . . | partu ante diem X acci . . . . | Leonas vilic.

Romae rep. ad viam Portuensem (VI 30934 = Notizie 1887 p. 146 vidit Huelsen). Disseruit de hoc titulo Lafaye Revue de l'hist. des réligions 17, 1888 p. 218 seq., qui confert similes leges sacras Atticam C. I. Att. III 73. 74 et Rhodiacam Inscr. Graec. insul. mar. Aeg. I 789. — 1) *Plane incertum, quot litterae hic et in reliquis versibus perierint.* — 2) *Cf. C. I. Att. III 73. 74: μηδένα ἀκάθαρτον προσάγειν· καθαριζέστω δὲ ἀπὸ σκόρδων καὶ χοιρείων.*

4344 deo Soli | Hierobolo[1] | Aur. Bas|sinus dec. | col. Aequens.[2] | sacerd. nu|minum v. s. l. m.

Apuli in Dacia (III 1108 cf. p. 1390 ter vel quater descripta saeculis superioribus). — 1) *Sic (vel* Hierob .) *legerunt duo viri qui videntur vidisse saec. XVI; posteriores vocabulum non ucleaverunt. Eundem deum esse qui alibi dicitur Ἰαρίβωλος (cf. ad N. 4334), coniecit Momms., negavit Noeldeke apud Cumont monuments relatifs aux mystères de Mithra 2 p. 470. —* 2) *Decurio coloniae Aequensis.*

4345 deo Azizo bono p[*uero conserva*]|tori pro salutem dd. [*nn. Valeriani et Gal*]|lieni Augg. et Valerian[*i nobiliss. Caesaris*] | et Corneliae Saloninae [*Augustae et*] | leg. V Mac. III Piae[2] Fid[*elis*] . . . Donatus praef. leg. eiusde[*m*] . . . . . . templum inceptum perfecit . . . . . .

Thordae, ubi fuit Potaissa, rep. (III 875 vidit Mommsen). — 1) *Azizus deus Edessae colebatur una cum Sole, teste Iuliano or. IV p. 150. 154 Sp. (195. 200 Hertl.). —* 2) *Ter Piae. In nummis Gallieni eadem legio dicitur* VI P. VI F. *et* VII P. VII F. *Cf. praeterea supra N. 570 not. 2.*

4346 deo bono | puero Pos|phoro Apol|lini Pythio | T. Fl. Titus et | T. Fl. Philetus | p. s. s. s.[1]

Apuli rep. (III 1133 descr. Torma). — 1) *Pro salute sua suorum.*

4347 deo b. Pos|phoro Apol|lini Pythio | D. Iulius Ru|sonius cust. | armorum | pro salute sua | et suorum | v. s. l. m.

Apuli (Carlsburg) (III 1138 semel iterumve, sed accurate, descripta).

4348 deo bono | puero | [*P*]osphoro | . .

Apuli (Carlsburg) (III 1130 semel descripta saec. XVIII).

Eidem deo praeterea dedicati sunt alii tituli Apulenses III 1131. 1132. 1134—1137 et alius Dacicus III S. 7652 et Africanus supra N. 584 (vix huc pertinet inscriptio vasculi XII 5686, 1160).

4349 dis patris Ma|nalpho[1] et Thean|drio[2] pro sal. | dd. nn., | Cl. Victorinus | eq. coh. Ð[3] Canprag.[4] | et Cl. Maximus fil., | dom. Can.[5], v. s. l. l.

Pressburg in hortis quibusdam privatis, Aquinci vel potius, iudice Mommseno, Carnunti rep. (III 3668 cf. Eph. ep. 2, 722 vidit Mommsen). — 1) *Deus praeterea ignotus* (Manaph- *in lapide esse coniecit Mordtmann Zeitschr. der deutsch. morgenl. Gesellsch. 1875 p. 106 not. 1 propter Manaphii nomen Waddington 2386), fortasse recte* (l *littera cum duabus quae praecedunt contignata fuisse traditur). —* 2) *De Theandrio sive Theandrite deo Bostrae praesertim culto egerunt Waddington ad titulum syllogae suae vol. 3 n. 2046, Froehner mélanges p. 52, Mordtmann Zeitschr. der deutsch. morgenl. Ges. 1875 p. 105 seq. —* 3) *Eques cohorte quinquagenaria. —* 4) *Sic, vel* Canprac. *(non* Campag., *cf. supra N. 2746) lapis teste Mommseno. —* 5) *Incertum quae domus significetur (domo Canathenus, Mordtmann l. c. p. 106 not. 1).*

4350[a] Dusari | sacrum. | Dusari | sacrum.

4350[b c] Dusari sacrum. | *(a tergo)* Sacrum.

Puteolis rep., nunc Neapoli, bases tres (X 1556 vidi). In prima (N. 4350[a]) singula verba singula latera obtinent; lapides N. 4350[b] et 4350[c], qui sunt paullo lon-

giores, fortasse pro terminis erant quibus area Dusari sacrata distinguebatur. — Dusares deus Arabum memoratur ab Isidoro (Characeno?) ap. Hesychium s. v. Δουσάρην; Tertull. apol. 24, ad nat. 2, 8, Stephano Byz. s. v., aliis (cf. Mordtmann Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellsch. 1875 p. 103), praeterea in inscriptione Puteolana Nabataeis litteris scripta (Gildemeister Zeitschr. d. deutschen morgenl. Gesellschaft 23, 1869 p. 151), denique in inscriptionibus, quas edidit Euting nabataeische Inschriften aus Arabien p. 25. 30. 42. 48—64. Ludi Δουσάρια memorantur in nummis Bostranorum et Hadraenorum (Eckhel 3, 501).

4351 *(sub statua, cuius non supersunt nisi pedes)* domino Osiri | [*C.*] Gargennius Sp. f. Sca. Maximus | veteranus nomine fratris sui | M. Gargenni Sp. f. Sca. Macrini veterani.

4352 *(sub statuae deae mutila; videtur dea in lugentis modum brachium sin. genu superposuisse; manus dextra spicas tenebat)* dom[*in*]ae Isidi Taposiri[1] | C. Gargennius Sp. f. Sca. Maximus veteranus | nomine fratris sui M. Gargenni Sp. f. Sca. Macrini veterani.

Faesulis rep. a. 1883, bases duae marmoreae (XI 1543. 1544 viderunt Bormann et Helbig; cf. Gamurrini Notizie degli scavi 1883 p. 76). — 1) *Taposiris oppidum Aegypti (Plin. h. n. 27, 53. 32, 100. Ptol. 4, 5, 34; duos vicos eiusdem nominis memorat Strabo 17 p. 799. 800), ubi Osirim sepultum esse fama erat (Plutarch. de Is. et Osir. p. 359c, Stephanus Byz. s. v. Ταφόσιρις, Procop. de aedif. 6, 1 fin.); Isis ipsa ita nominata praeterea non reperitur.*

4353 pro salute domus Augusti[1] | ex corpore pausariorum[2] et | argentariorum Isidi | et Osiri mansionem | aedificavimus.

Romae (VI 348 cf. 30745 descripserunt complures viri docti saec. XVII). — 1) *Sic pars auctorum,* Augustae *alii.* — 2) *Cf. infra N. 4415, et praeterea vit. Carac. 9, 11, Pesc. Nigr. 6, 9.*

Isi et Osiri praeter hos titulus Latinus dedicatus est Veleiae XI 1160. Memoratur Osiris etiam infra N. 4417 in inscr. sepulcrali VI 20616 = Orell. 4766.

4354 Isidi | frugiferae[1] | . . . . .[2] *(duo pedes)* . . . . . | . . .[2] donum | posuit[3].

Romae olim in ecclesia S. Mariae in Aracoeli, ubi pedum imagines habebantur pro vestigiis angeli, nunc in museo Capitolino (VI 351 vidit Henzen). — 1) *Sic unus alterve eorum qui saec. XVI inscriptionem viderunt, neque aliter fere Henzen* (FRVGIIERAE). — 2) *Nonnulla evanuerunt.* — 3) *Haec iam evanida ex auctoribus saec. XVI.*

4355 Isidi reginae | *(duo pedem paria)* | C. Sempronius Crhyse|ros votum solbuit *(sic).*

Lavinii (Tomasetti Notizie degli scavi 1895 p. 349).

4356 Isidi reg[*inae*], | ob remissa exac.[1] | inliga[2] populo | a max. imperat. | Severo et Antonin. | Augg., | C. Subulnius Fa|ustinus v. s. l. m.

Florentiae rep. ad S. Florentii (XI 1585 vidit Bormann). Eodem loco multi

alii lapides Isidi reginae dedicati prodierunt (XI 1577 seq.). — 1) *Exacta;* 2) *errore incisum esse pro* inlicita *coniecit Hirschfeld (cf. Tac. a. 13, 51: exactionibus illicitis).*

Isidi reginae dedicatus est etiam titulus supra N. 2218.

4357 Isidi | victric. *(In alio latere eiusdem cippi)* Isidi | reg.

In Aquitania loco dicto Lunax rep., est Tolosae (XII 153 vidit Hirschfeld).

4358 Isi victrici sacr. | *(Isis alata globo innixa, pennas in capite gerens, d. coronam, s. palmam tenens)* C. Pontius C. l. | Fidelis sevir Aug. | ex imp.[1]

Corfinii rep. (IX 3144 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Ex imperio, scilicet Isidis.*

4359 dominae Isid[*i*] victrici, | nomine M. Calpurni Tironi[*s et*] suo, ex parte patrimoni sui | Sextilia M. lib. Homulla per Anic[*etu*]m lib. suum ut fieret, test.[1] cavit.

Bononiae (XI 695 vidit Bormann). — 1) *Testamento.*

4360 Cn. Domitius Cn. f. Firmus | sacerdos | Isidi triumphali | basim s. p. d. d., | adlector collegi ipsiu[*s*].

Romae (VI 355 viderunt Smetius aliique).

4361 Isidi myrioni|mae *(sic)* C. Iul. Mar|tialis pater et | L. Livius Victori|nus quaestor, | collegio Isidis | d. d.

Tordae, ubi fuit Potaissa Daciae, rep. (III 882 vidit Mommsen). Alii tituli Isidi myrionymae dicati sunt supra N. 1859, infra 4376[a], item III 4017, praeterea C. I. Gr. 4713[b]. 4922[d] (p. 1226) cet.; cf. etiam Plut. de Is. et Osir. c. 53.

4362 te tibi | una quae | es omnia, | dea Isis, | Arrius Bal|binus v. c.

Capuae, nunc Neapoli (X 3800 vidit Mommsen).

4363 Isidi matri | Sex. Claudius Valerianus | aram | cum suis ornamentis | ut voverat | d. d.

Parizet prope Grenoble (XII 2217 fortasse semel tantum descripta saec. XVII ab auctore quodam non satis accurato).

4364 *(luna crescens; sistrum)* Lúnae et Isid. | Aug. sacr. | C. Octávii | Pedónis lib. | Trophimio[1] sévir | Aug. v. s.

Manduel, non longe a Nemauso (XII 4069 viderunt Villefosse et Allmer). — 1) *Idem homo videtur posuisse XII 4068.*

4365 Valeria M. l. Citheris | Isidi victricis *(sic)* | Iunoni | ex visu circuitum | d. s. p. f. c.

Asculi (IX 5179 vidit Mommsen).

4366 ob honorem | Isidis Aug. | Apollini sacrum | Critonia Cn. l. Chrótis | minist[*e*]rio suo | dónum dedit.

Perusiae (XI 1916 semel descripta saec. XVI ineunte).

4367 dominae | Isidi | Flavia Marcellin. | Sortis[1] signum | menphiticum[2] | cum collari | argenteo p., | d. d. | L. d. d. d.

Tarracinae (X 6303 bis descripta saec. XVIII). — 1) *Sic alterum apographum,*

fortis *alterum (sed minus bonum); videtur intellegi signum Fortunae.* — 2) *Cf. N. 4368. Signum memphiticum est factum ex lapide Memphite, quem inter marmoris genera recenset Plin. h. n. 36, 56. Fortasse in colendis numinibus Aegyptiacis marmore uti ex Aegypto adlato religionis erat (Momms.).*

4368 A. Ravius | Hilarus | sacerdos | Isidis regi|nae, mega|lephor.[1], si|gillu mem|phiticu[2] *(sic)* cum | columella | d. d.

Romae (Eph. epigr. 4, 875 vidi). — 1) *Apud Hesychium (vol. 1 p. 407, 52 ed. Schmidt) legitur, ut monuit Lumbroso (Eph. l. c.), βυσσοφαρεῖ· μεγαλοφαρεῖ.* — 2) *Cf. ad eam quae praecedit.*

4369 P. Cornelius P. f. | Victorinus, | Isiacus et Anubiacus, | et decurialis scriba | librarius col. Ost.[1], | signum Martis cum | equiliolo Isidi | reginae restitutrici | salutis suae[2] | d. d.

Ostiae rep. in thermis (Eph. ep. 7, 1194 viderunt Huelsen et Mau). — 1) *De decuriis scribarum coloniae Ostiensis, altera librariorum, altera cerariorum, v. infra inter inscriptiones municipales.* — 2) Isi restitutri. *dedicatus est t. Tarracinensis Eph. ep. 8, 632.*

4370 Isidi Lydiae | educatrici | valvas cum | Anubi et ara, | Mucianus Aug. | lib., proc.

Romae (VI 30919 = Bull. comunal. 1889 p. 37 viderunt Huelsen et Gatti).

4371 Anubi | Aug. sac. | Lutatia | Tyche | v. s. l. m.

Aquileiae rep. (V 8210 Mommsen vidit ectypum). — *Ad Anubim pertinet etiam titulus male descriptus VI 97 = 3673.*

4372 Isidi | sign. Harpocratis | C. Didius | Acutianus | don. ded.

Patavii, nunc Catai (V 2796 vidit Mommsen).

4373 Isidi Bubas[*ti*][1] | Vener. arg. p. IS[2], | cor. aur. p. ⚌—Ↄ III[3], | cor. anal.[4] p. ⚌ ⚌— ′ $\overset{V}{III}$[5], | Caltil. Diodora | Bubastiaca[6] | testamento | dedit.

Ostiae rep., deinde Romae (XIV 21 p. 481 vidi). — 1) *De dea Bubasti Herod. 2, 138. 156 cet.; Drexler myth. Beiträge I 128 seq. Bubastus vel Bubastis oppidum Isidi sacrum vel in eius honorem aedificatum (Diod. 1, 27, 4; t. in insula Io rep., ap. Kaibel ep. Gr. p. XXI), ipsa Isis Βούβαστος videtur dici in hymno Isiaco ap. Kaibel l. c. 1028 v. 3. In elencho rerum sacrarum Nemorensi infra N. 4423 Bubastus vocabulum videtur significare partem fani Isiaci. De sacerdotibus Bubastiacis vide not. 6. Dies festi τὰ μικρὰ Βουβάστια καὶ τὰ μεγάλα Βουβάστια memorantur in inscriptione Canopi rep., ap. M. L. Strack die Dynastie der Ptolemaeer p. 227 v. 38.* — 2) *Venerem argenteam pondo unius et dimidii.* — 3) *Coronam auream pondo unciarum trium scriptulorum trium.* — 4) *Coronam analempsiacam (cf. N. 4423; Mommsen Herm. vol. 6 p. 10; Dilthey Jahrbb. des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande vol. 53/54, 1873 p. 5 not. 1).* — 5) *Pondo (unciarum) quinque scriptulorum octo.* — 6) *Alia Bubastiaca est CIL. VI 3880; cf. praeterea infra N. 4407.*

4374 Isidi Aug. | et Bubasti[1] | G. P.[2] Philinus, | Pomponi | Severi | lib., v. s. *(vacca, in cuius latere cernitur luna dimidia).*

Oedenburg, ubi fuit Scarbantia municipium Pannoniae superioris (III 4234 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 4373 not. 1.* — 2) *Pomponius.*

4375 Ti. Claudio Caisare | Aug. Germánico V, | Ser. Cornélio Órfito cos.[1], | Isidi invictai[2] et Serápi | M. Aídius SerⅎiliaÍ[3] Aⅎiol[*ai*] | lib. Amerimnus[4] | ex ⅎisú.

Romae, postea Velitris (VI 353 cf. 30747 descripserunt complures viri docti saec. XVII. XVIII, in his Sirmondus et Marinius; apices enotavit Cardinali, plures etiam Bianchinius, cf. not. 2. 3). — 1) *A. 51.* — 2) *Apex, quem supra tertiam huius vocabuli litteram exhibet VI 353, nullus videtur fuisse (notavit quidem Bianchinius illo loco aliquid, sed apicis dissimile, fissuram potius lapidis).* — 3) *De littera Claudiana cf. supra N. 211 not. 2. Apicem litterae Claudianae in hoc solo vocabulo superposuit Bianchinius, auctor accuratus, sed qui falli potuit, praesertim in lapide litteratura perquam tenui exarato, ut testatur Marinius. Nimium his apicibus tribuit Birt mus. Rhen. 52, 1897 suppl. p. 108.* — 4) *M. Aedius, sive ut tum scribi voluit, Aidius Amerimnus libertus fuit Aediae Serviliae, uxoris Aviolae, scilicet M.' Acilii Aviolae, qui consul fuit a. 54.*

4376 Isi et Serapi sacrum | Q. Fabius Titiani[1] lib. Ingenuus sevir | Augustalis, Fab. Candida sacrorum[2], s. p.

Rhegii (X 1 vidit Mommsen). — 1) *Fabii Titiani nobiles occurrunt in titulis Siculis X 7276. 7287. 7343. 7345. Eiusdem nominis vir fuit consul ordinarius a. 337 (supra N. 1227 cet.). Cf. item infra ad N.* 4383 *not. 3.* — 2) *Cf. infra N. 4408 seq.*

4376a I[*s*]i | myrionymae | et Serapi | Expect[*atus Her*]|metis Aug. d[*isp. vic.*][1] | v. s. l. [*m.*]

Soissons, ubi fuit Noviodunum Suessionum (Orell. 1877; Robert épigraphie de la Moselle 1 p. 29). — 1) *Supplevit Creuly bull. des antiquaires de France 1870 p. 149.*

4377 T. Memmius Cinyps | Tiberinus[1] Isidi et Sarapi | don. ded.

Lupiis (Lecce) loco antiquo in crypta subterranea (IX 17 vidit Mommsen). — 1) *Cognomina (sive alterum agnomen fuit) hic imposuit sibi a fluviis (Cinyps fluvius regionis Syrticae, Herod. 4, 175 cet.).*

4378 D. Valerius D. f. Cor. | Proculus aedil., dictator[1], | quaest. alimentorum, | hydraeum[2] [*g*]emmis[3] ex|ornatum et auratum | una cum Valeria Fortu|nata et Valeria Procula | Isidi et Serapi | d. d.

Nomenti rep., postea Romae (XIV 3941; catalogus vendit. Borghesian. [coll. du pavillon de l'horloge] 1893 p. 84 n. 541). — 1) *Dictator Nomenti.* — 2) *Hydraeum ornamentum in hydrae seu serpentis formam factum.* — 3) cemmis *apographa.*

4379 Isidi, Serapi, Liber., | Liberae voto | suscepto pro salute | Scapulae filii sui | P. Quinctius Paris | s. l. m. *(In latere dicuntur fuisse Isis et Serapis).*

Iader (Zarae) in Dalmatia, iam Veronae (III 2903 vidit Mommsen).

Isidi, Serapi, Silvano, Laribus dedicatus est t. Ostiensis supra N. 372.

4380 invicto deo | Serapi et Isidi | reginae | Philetus Augg. | lib. pro incolu|mitate sua et | Aureliae Qui|ntilianae a|rulam cum basi | et sigilla duo | votum libes | solvit.

Romae (VI 571 cf. p. 835 descr. de Duhn).

4381 pro salute ordinis et populi[1] signa | Serapis et Isidis cum ergasteris[2] suis | et aediculam in scholam, permit|tente ordine, | Apronianus r. p. Aequicul. s[*e*]r. ark.[3] | cum Aequicula[4] Bassilla et Aequi|culo[4] Aproniano fil. pec. sua fecit. | L. d. d. d.

Pace in Aequiculis (IX 4112 vidit Dressel). — 1) *Intellege, rei publicae Aequiculanorum.* — 2) *Ergasterium plerumque non multum differt a taberna. Quid hic subsit, incertum.* — 3) *Idem arcarius Mithrae dedicavit titulum supra N. 4190.* — 4) *Manu missi erant a re publica Aequiculanorum, ut ostendit gentilicium.*

4382 Sarapi et Isidi | L. Iunius Rufi|nus Proculi|anus[1] trib. l. c. | mil. leg. XIII G.[2]

Apuli in Dacia (III S. 7770 vidit Domaszewski). — 1) *Tribunus laticlavius militum legionis XIII Geminae.*

4383 Serapi conser|vatori et Isidi | ceterisq. dis de|abusq. immortalib. | *!!!!!!!!!* | *!!!!!!!!!!* | *!!!* s[1] p. a. s.[2] | cum Fabia Ti|tiana[3] uxore | et Titiano | filio.

Carnunti (III S. 11157 vidit Kubitschek). — 1) *Nomen eius qui dedicavit erasum.* — 2) *Litterae significationis obscurae.* — 3) *Fortasse eadem Maesia Fabia Titiana quae Caracallae a. 197. 198 posuit titulos Siculos X 7276. 7343. Ceterum cf. Mommsen ad III S. l. c.*

4384 deo sancto | Serapi | templum a so|lo fecit | Cl. Hierony|mianus leg. | leg. VI Vic. *(In utroque latere caducei duo, pelta lunata, astrum).*

Eburaci (VII 240 vidit Huebner).

4385 *(sphinx; pes angue circumvolutus; sphinx)* deo Serapi | M. Vibius | Onesimus | ex visu *(in latere sinistro Serapis sedens modio ornatus, s. sceptrum tenens; ad pedes canis [vel Cerberus?]; in latere dextro Isis s. situlam, d. sistrum tenens).*

Romae, nunc Urbini (VI 572 vidit Bormann; delineavit Fabretti 467 XX).

4386 D. Valerius | Chaereas | qq. pp.[1] cum | D. Valerio | Chaerean *(sic)* | iun., fil., qq., | et P. Aelio | Alexandro | fratre | protomen | Serapis ex | arg. p. X | ex viso | colleg[*io*] | . . .

Romae rep. sub Capitolio septentrionem versus (VI 30998 = Gatti Notizie degli scavi 1893 p. 117). — 1) *Quinquennalis perpetuus, collegii alicuius.*

4387 Serapidi deo . . . .
[*imp. Caesar*] M. Aurellius Antoninu[*s Pius felix Aug.*][1]
[*pont*]ifex max., tribunic. pote[*st.*] . . . . .
aedem . . . .

Romae in pavimento ecclesiae S. Agathae Gothorum (VI 570 saepius descripta saec. XVI—XVIII). Ad templum Serapis quod in regione urbis sexta recenset Notitia urbis, referunt topographi (Becker p. 583; Preller Reg. p. 124; cf. Huelsen mus. Rhen. 1894 p. 394, qui ex hoc templo Serapidis rudera superfuisse putavit in monte Quirinali quae antea a plerisque templi Solis fuisse putabantur). — 1) *Caracalla potius quam Elagabalus (cf. vit. Carac. 9 et Huelsen l. c.).*

4388 Sarapidi | deo maximo | Ti. Cl. Sarapiacus | sacerdos cum su|is donum dedit | d. d.

Carthagine rep. (VIII 1004 vidit Wilmanns).

4389 Sarapi | o. m. | Marius | Maro | d. d.

Veronae (Notizie degli scavi 1893 p. 14).

4390 Sarapidi | Neptuno | Aug.[1] sacr. | P. Aurelii | Pasinici[2] | cum suis | s. p. p. d. d.

Carthagine rep., in ancone sellae marmoreae (VIII 1002 cf. 12462 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) Iovi optimo m[*ax*]. Neptuno Serap[*idi*] *dedicatus erat etiam titulus Pannonicus III 3637.* — 2) *Ab iisdem Pasinicis Serapidi* ([τῷ] ἐν Κανώβῳ θεῷ μεγίστῳ; *cf. Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1030) eodem loco dedicatus est etiam titulus Graecus VIII 1003, ab altero eorum ibidem eidem VIII S. 12492.*

4391 Iovis Plutonis Serapis sacer.

Lambaese, in basi, cui porticus templi insculpta (VIII 2629 viderunt Wilmanns et Schmidt).

4392 Iovi Serapi | L. Alfenus Pate[*rnus*] | . .

Kirby Thore (Westmoreland) rep. (VII 298 Huebner vidit ectypum).

4393 [*I*]ovi o. m. Sarapidi | pro salute et victoria | imp. Nervae Traiani Caesaris | optumi Aug. Germanici Dacici | Parthici[1] et populi Romani, | vexill. leg. III Cyr.[2] fecit.

Hierosolymis (Mitth. u. Nachrichten des deutschen Palaestina-Vereins 1895 p. 22 imaginem dedit Zangemeister). — 1) *A. 116/7 (cf. supra ad N. 297).* — 2) *Vexillatio legionis tertiae Cyrenaicae. Titulus positus est tempore belli Parthici.*

4394 Soli Serapi | cum sua cline | in h. d. d. | Dextrinia Iusta | L. Dextrini Iusti | filia Agripp.[1] d. d.

Coloniae Agrippinae (Brambach 330 qui vidit). — 1) *Agrippinensis.*

4395 Iovi Soli optimo maximo | Sarapidi et omnibus diis et | imperatori Caesari Nervae | Traiano Aug. Germanico Dacico n.[1], | Epictetus libertus tabellarius[2], | curam agente operis Dionysio Sostra|ti filio Alexandrino, gubernatore | navis parasemo Isopharia T.[3] Cl. Theonis.[4]

Lutri in Creta (III 3 cf. p. 967 descr. Velsen et Graecus quidam). — 1) *Nostro.* — 2) tabularius, 3) T. *om. apographum Graeci.* — 4) *Navis, cuius gubernator Dionysius fuit, T. vel potius Ti. Claudii Theonis fuit nomenque habuit ab Iside Pharia (Momms.).*

4396 *(intra coronam quernam)* I. o. m. Soli Sarapidi | Scipio Orfitus v. c.[1], | augur | voti compos redditus *(in parte aversa eques loricatus, habitu imperatorio, vectus non equo sed tauro; humi cubat Terra mater; retro moenia oppidi alicuius. In latere sinistro tropaeum, Victoria, dea Roma; in latere dextro taurus ad immolandum adducitur).*

Romae rep. ad viam Appiam, ara marmorea, nunc in museo Capitolino (VI 402 vidit Henzen; anaglypha describit Helbig Führer durch die Sammlungen

in Rom I p. 397 n. 517). — 1) Vir clarissimus. Vix diversus Scipio Orfitus qui a. 295 taurobolium fecit (supra N. 4143/4). Sed Helbig anaglypha non posteriora esse ait primis annis saec. p. Chr. III. Videndum igitur num Scipio Orfitus usus sit basi antea aliis usibus destinata.

4397 Iovi Soli | invicto | Sarapidi | T. Aelius | Antipater | proc. Augg. | cum Umbricia | Bassa coniuge | gratias | agentes | posuerunt.

Sassoferrati in Umbria (XI 5738 vidit Bormann).

4398 Sarapidi | Iovi Soli, | Isidi Lunae | Dianae | dis deabusq. | conservatorib. | L. Aemil. Carus[1] | leg. Aug. pr. pr. | III Daciarum.

Apuli in Dacia (III S. 7771 vidit Domaszewski). — 1) Cf. supra N. 3013 not. 1.

4399 Sol. Serapi Iovi, | Libero patri | et Mercurio | et Silvan. sacr. | C. Corneli.[1] Hon|oratus d. d. d.[2], | Berna et An|thus fili, | D. Valeri. Neo|phitus IIII CCCLX[3].

Romae (VI 707 vidit Smetius). — 1) Cornelius. — 2) Dono dedit dedicavit. — 3) Numerus quid significet obscurum.

4400 I. o. m. Serapi, | caelesti For|tun. et Genio | loci P. Licini|us Pal. Tr.[1] Ↄ | leg. IIII M. p. | pro se suis|q. v. l. l. c.

Marienhausen im Rheingau (Ann. Nassov. I 2, 1830 p. 12 = Brambach 1541 semel a nescio quo descripta). — 1) Cognomen Licinii corruptum.

4401 Serapi Pantheo | sacrum | in honorem G. Ma|ri Prisciani, | Stelina Prisca | mater filii | indulgentissimi | d. d.

Beja, ubi fuit Pax Iulia Lusitaniae (II 46 descr. Huebner). — Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ Πανθέῳ Σαράπιδι dedicatus est t. Carthaginiensis VIII S. 12493.

4402 *Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ | Σαράπιδι καὶ τοῖς συννάοις | θεοῖς τὸ κρηπίδειον, λαμπάδα | ἀργυρᾶν, βωμοὺς τρεῖς, πολύλυχνον, | θυμιατήριον ἔνπυρον, | βάθρα δύο | Λ. Κάσσιος | Εὐτύχης | νεωκόρος τοῦ μεγάλου | Σαράπιδος*[1] | *ἀνέθηκεν ἐπ᾽ ἀγαθῷ* | permissu | C. Nasenni | Marcelli | pontificis Volcani[2] et | Q. Lolli Rufi Chrysidiani | et M. Aemili Vitalis | Crepereiani IIvir.

Romae olim ad ripam Tiberis, ex Portu sine dubio allata, est in museo Capitolino (XIV 47, Inscr. Gr. Sicil. Ital. 915 descr. Henzen et Kaibel). Ex Sarapeo Portuensi videntur praeterea prodiisse tituli Graeci Inscr. Gr. Sicil. Ital. 914. 916 seq. 1030. — 1) Cf. Inscr. Gr. Ital. 914: νεωκόρος τοῦ ἐν Πόρτῳ Σαράπιδος. 917. 919 seq. — 2) Cf. supra N. 4176 not. 3.

4403 . . . . . . | item L. L.[1], ... [*scr.*?] | aed. cur.[2], sacerd. bidentali[3], | neocori[4] Iovis magni Sarap., | Fundania P. f. Priscilla marito | optimo et sibi fecit.

Parisios in museum ex urbe Roma allata (XIV 188 vidi ectypum). Ostiensem esse puto, cf. Bull. dell' Inst. 1882 p. 152. — 1) Laurenti Lavinati. — 2) Cf. N. 1879, 2 cet. — 3) Cf. N. 3472 not. 2. — 4) Expectaveris neocoro.

4404

protome viri	*protome mul.*	*protome puellae*	*sistrum, patera*
G. Rabirius Post. l.[1] Hermodorus	Rabiria Demaris	Usia Prima sac. Isidis	

Romae ad viam Appiam (VI 2246 vidit Henzen). — 1) *Postumi libertus. Patronus potest fuisse Rabirius quem Cicero a. u. c. 700 defendit.*

4405 A. Caecili A. l. Olipor.[1]; | Cn. Caecili A. [*f.*] Silonis; | *(sequuntur alia nomina complura);* | T. Sulpici T. f. [Caecili.][2] sac. Isid. Capitoli[3]; | Porcia T. l. Ruf. [sac.][2] Sulpici[4] [Capitoli][2]; | *(deinde rursus alia nomina nonnulla)* | H. m. [*h.*] e. non seq.

Romae (VI 2247 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. Marquardt Privatleben p. 19.* — 2) *Quae uncis inclusi, errore videntur repetita ex superioribus.* — 3) *Alius sacerdos Isidis Capitolinae est VI 2248.* — 4) *Sulpicii, sc. uxor.*

4406 [*d.*] m. [*s.*] | *(imago sacerdotis; hinc flos loti, capsae duae, urceus, illinc item flos loti, hydria, gallus)* L. Valerius L. fil. Fyrmus | sacerdos Isidis Ostens. | et M. d. Trastib.[1] fec. sibi.

Ostiae rep., est Romae in museo Lateranensi (XIV 429; Benndorf et Schoene antik. Bildwerke des lateran. Museum p. 53, 80 tab. XVII fig. 2). — 1) *Matris deum Transtiberinae.*

4407 d. [*m.*] | Ostoriae Successae | sacerdoti Bubastium[1] | fecit T. Flavius Aug. lib. | Ampliatus coniugi | optimae et sanctissimae | bene de se meritae.

Romae (VI 2249 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 4373 not. 6.*

4408 [*P.*] Sextilius P. l. Papia | fecit sibi et patrono, | hic — sacrorum Isidis — conditus est.

Romae (VI 2244 vidit Smetius).

4409 M. Aemilius | Phoebus | sacror. ab Roma | Isidi donum d. l.[1]

Mutinae (XI 819 vidit Bormann). — 1) *Dat libens.*

4410 Fullonia L. f. | Tertulla sacror. | Isidis | locum dedit | C. Telegennio | Sperato sacerdoti, | VIvir. Aug., | telestinis[1] eius | posterisque eorum.

Foro Popilii (XI 574 vidit Bormann). — 1) *Intellege symmystas.*

4410a dis manib. | Claudia Ianua|ria Benedicta | sacrorum[1] | hic sita est.

Romae (VI 2279 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Sacra Isidis significari hic et in similibus titulis VI 2280—2282 non certum sed tamen probabile est (cf. supra N. 4376; t. urbanus, Notizie degli scavi 1890 p. 157, 2).*

4411 d. m. | Agrippine bere[1] | Memfianae[2] | fecerunt sui | b. m.

Prope Romam rep. (VI 11271 Henzen vidit ectypum). — 1) *Vere.* — 2) *Laudari videtur Agrippina propter praecipuum cultum Isidis (Mommsen, qui confert Petron. fr. 19 Buech.: Memphitides puellae sacris deum paratae).*

4412 sodalicium | vernarum | colentes Iside[*m*].

Valentiae (II 3730 II S. 6004 vidit Huebner).

4413 C. Ruf. | Volusianus[1] v. c. | pater, ierofanta[2], | profeta Isidis, pontifex dei Sol. | vot. solvi.

Romae rep. in monte Aventino (VI 846 vidit de Rossi). — 1) *Sine dubio ex gente Rufiorum Volusianorum supra N. 692. 1213. 1222. 4154.* — 2) *Hierophanta scilicet Hecatae, cf. N. 1260. 1264. 4152. 4153.*

4414

[*hic iacet Ogygii Bacc*]hi dei nota | [*sacerd*]os |
[*pastophorus*]quae[1] *(sic)* deae Nilo|[*tidis usque p*]udica, |
[*nomine Ale*]xandria, cui flos | [*vixd*]um[2] iuventae, |
[*cum iam P*]arcarum nota sustu|[*lit*][3] invida Diti[3]. |
[ἐνθά]δε Ἀλεξάνδρια κόρη πρόπο|λος Διονύσου, |
[π]αστοφόρος[1] τε θεᾶς Νειλώτιδος Εἴσιδος ἁγνῆς, |
εἴκοσι δὶς πληρώσασα χρόνῳ[4] κεῖται λυκαβάντων
(in latere dextro figura puellae pastophori).

Romae ut videtur rep., fragmentum sacrophagi, iam Florentiae (Eph. ep. 4, 874 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1366 Henzen vidit ectypum; Buecheler carm. epigr. 547). — 1) *Collegia pastophorum Isidem colentium saepius memorat Apuleius (met. 11, 17. 27. 30, qui ipse narrat se inter decurionum quinquennales collegii pastophorum in urbe Roma adlectum esse, ib. 11, 30 p. 817 Oud.); collegium pastophorum Industriensium est V 7468.* — 2) *Supplementum incertum.* — 3) *Abstulit ad Ditem (Bue.).* — 4) χρόνους *requirit Kaibel.*

4415 *(luna)* d. m. | Maximini | Festi pausar.[1] | Isidis t. p.[2] Arel. | collegae.

Arelate (XII 734 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. supra N. 4353.* — 2) *Titulum posuerunt (Villef.); de Iside triumphale (cf. N. 4360) populi Arelatensis cogitavit Mommsen.*

4416 dis manib. | C. Iulius Pr[*i*]mio | Isidis scopar., | vix. ann. LXXX. | Pie, salve.

Syracusis (X 7129 vidit Mommsen).

4417 sacerdos Osirim | ferens, προφή[της] | Ὀσείριν κ[ο]μ[ί]|ζω[ν][1].

Tyri rep., in statua artis Aegyptiacae, signum Osiridis prae se ferentis, t. incisus in latere hypobasis; in postica hypobasis legitur titulus hieroglyphicus (Erman Zeitschr. f. aeg. Sprache 31, 1893 p. 102). — 1) ΚΩΜ///|ΖΟ// *editum est.*

4418 d. m. | et memoriae aeternae | Lepidi[1] Rufi anubofori[2], | qui vixit annos XXXX m. VIIII d. III, | qui genuit palea matri[3] filio p.

Viennae (XII 1919 bis ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Epidi *alterum apographum.* — 2) *Hic desinit alterum apographum. De re cf. vit. Comm. 9, 4: sacra Isidis coluit ut et caput raderet et Anubim portaret.* — 3) *Haec, quae desunt in altero apographo (cf. not. 2), corrupta esse apparet.*

4419 A. Iulius Leonas do|num quod promi|serat Anubiacis, Do|mestica libert. d. s. p.

Nemausi (XII 3043 vidit Hirschfeld).

4420 C. Pomponius C. f. Ser., | melaneporus[1]; | Marcia L. l. Salvia, | melanepore; | C. Publili. C. l. Trupho, melaneporus; *(sequuntur alia nomina complura).*

4420a C. Pomponius C. f. Ser.; | C. Publili. C. l. Trupo; | Sex. Cloelius Sex. f. Col. | Niger, melanephorus[1].

Romae rep. ante portam Praenestinam, lapides duo, alter suo loco in sepulcro antiquo, alter (cum tertio) iuxta iacebat (VI 24627/28 vidit Lancianius). — 1) *Deli fuit σύνοδος τῶν μελανηφόρων (C. I. Gr. 2293 seq.; Lueders bull. Inst. 1874 p. 105 seq.; Bull. de corresp. hellénique 6, 1882 p. 318), quae numina Aegypti colebat.*

4421 diis manibus sac. | Ser. Sulpicio Aug. l. | Alcimo aedituo | ab Isem pelagiam, | vix. an. XXXVII, aeditu|avit an. X, fecit uxor | Ventria Aprodisia *(sic)* | vir. bene merent., mul. | infelicissuma, et sibi suis | l. l. p. eor.

Romae olim, nunc Florentiae (VI 8707 vidit Henzen).

4422 Isidi puel[*lari*][1] | iussu dei Ne[*tonis?*][2] | Fabia L. l. Fabiana avia | in honorem Avitae neptis | piissimae ex arg. p. CXII S = £ Ɔ V[3], | item ornamenta[4]: in basilio[5] unio et margarita | n. VI, zmaragdi duó, cylindri[6] n. VII, gemma car|bunclus, gemma hyacinthus, gemmae cerauniae | duae; in auribus zmaragdi duó, margarita duo; | in collo quadribacium[7] margaritis n. XXXVI, | zmaragdis n. XVIII, in clusuris duo[8]; in tibiis | zmaragdi duó, cylindri n. XI; in spataliis zmarag|di n. VIII, margarita n. VIII; in digito minimo anuli | duó gemmis adamant., digitó sequenti anulus po|lypsephus zmaragdis et margarito, in digito summo | anulus cum zmaragdo; in soleis cylindri n. VIII. *(In latere dextro Anubis capite canino brachiis volumen gerens, ibis, palmae arbor; in latere sin. avis rupi insidens, pastor sedens, bos.)*

Guadix, ubi fuit Accis, rep., est Sevillae (II 3386 p. 952 vidit Huebner). — 1) *Sic supplevit Huebner, propterea quod inscriptio dedicata sit in honorem puellae.* — 2) *Supplevit Huebner, conferens quae narrat Macrobius sat. 1, 19, 5 de deo aliquo huius nominis Accitanorum patrio.* — 3) *Ex argenti pondo CXII semisse unciis duabus semuncia scripulis quinque (libr. 112 unc. 8½¼).* — 4) *Similia sunt ornamenta statuae muliebris II 2060.* — 5) *Fortasse diadematis aliquod genus (redit in inscr. quae sequitur).* — 6) *Cf. Plin. h. n. 37, 78; Dig. 34, 2, 32, 9; XI 364 (= Henzen 6141).* — 7) *Ornamentum quattuor bacis constans.* — 8) *Scilicet smaragdi.*

4423 res traditae fanis utrisque.[1] | Signa n. XVII; caput Solis I; imagines | argenteas IIII; clupeum I; aras aeneas | duas; delphicam aeneam; spondeum I | argenteum et patera; basileum[2] ornatum | ex gemmis n. I; sistrum argenteum inauratum, | spondeum inauratum, patera cum frugibus, | collarem ex gemmis beryllis, spatalia cum | gemmis II, collarem alterum cum gemmis | n. VII, inaures ex gemmis n. X, nauplia[3] II | pura[3], corona analempsiaca[4] I cum gemmis | topazos n. XXI et carbunculos n. LXXXIIII; cancelli | aenei cum hermulis n. VIII intro et foras; | vestem liniam: tunicam I, pallium I, zona I | cum segmentis argenteis, stola I;

vestem altera | lintea pura: tunicam, pallium, stola, zona. | Bubasto[5]: vestem siricam purpuream, et | callainam[6]; labellum marmoreum cum | columella; hydria Hypsiana[7] et lentea | purpurea cum clavis aureis et zona | aurea, tunicas II praecincta et discincta | et palliolum; vestem altera alba: tunica, | stola, zona et pallium.

Prope Nemi, ubi fuit lucus et templum Dianae (cf. N. 3233 seq.) rep. (XIV 2215 vidit Henzen). — 1) *Fana fuisse Isidis indicio sunt sistrum et vestis lintea infra enumerata.* — 2) *Cf. N. 4422 not. 5.* — 3) *Quid sit, ignoratur.* — 4) *Cf. N. 4373.* — 5) *Hinc videntur incipere res alteri fano traditae (indicio est,* Bubasto *vocabulum paullo ultra versum prominens), et Bubasti nomine significari alterum ex duobus illis fanis Isidis; cf. N. 4373 not. 1.* — 6) *Cf. N. 3495.* — 7) *Hypsianae cognomen obscurum.*

4424 I. o. m. Hammoni Chnubidi[1], | Iunoni Reginae, quor. sub | tutela hic mons est, quod | primiter sub imperio p. R., | felicissimo saeculo dd. | nn. invictor. impp. Severi et | Antonini Augg. | et G[*etae nobili*]ss[*imi Caes. et*][2] | Iuliae Domnae Aug. m. k.[3], | iuxsta Philas novae | lapicaedinae adinven|tae, tractaeque sunt para|staticae et columnae | grandes et multae, sub | Subatiano Aquilae *(sic)* pr. | Aeg.[4] Curam agente op. dominic.[5] | Aurel. Heraclidae *(sic)* dec. al. Maur.[6]

In lapicidinis prope Syenen rep. columna, nunc Parisiis (III 75 descr. Letronne aliique). — 1) *Conferendi sunt tituli dedicati Χνοὺβει τῷ καὶ Ἄμμωνι, Σάτει τῇ καὶ Ἥρᾳ, Ἀνοὺκει τῇ καὶ Ἑστίᾳ et aliis diis compluribus, ap. M. Strack die Dynastie der Ptolemäer p. 251, 95. 256, 108 = C. I. Gr. 4893, hic certe repertus non longe a Syene in insula catarractarum. Ἱερὸν Κνούφιδος in vicina insula Elephantine memorat Strabo XVII p. 817. Cf. praeterea Drexler myth. Beiträge I p. 61 seq.* — 2) *Getae nomen erasum.* — 3) *Matris kastrorum.* — 4) *Subatianus Aquila praefectus Aegypti anno decimo Severi (cf. Prosopogr. imp. Rom.).* — 5) *Operum dominicorum.* — 6) *Decurione alae (Thracum) Mauretanae. Idem memoratur inter decuriones alares supra N. 2543. Alium decurionem alarem stationem agentem in lapicidinis Aegyptiis habes supra N. 2610.*

Incertum num Hammoni Iovi positus sit titulus supra N. 3338.

4425 I. o. m. | Ammoni *(sic)* | Mercurius | votum solvit | letus *(sic)* libes me|rito Maxim|o et Urban|o cos.[1]

Carnunti rep. (III S. 11128 vidit Hirschfeld). — 1) *A. 234.*

4426 Iovi | Hammoni | et Silvano | P. Stertinius | Quartus[1] d. d.

Romae in S. Caecilia trans Tiberim (VI 378 bis vel adeo semel tantum descripta saec. XV exeunte). — 1) *Fortasse Stertinius Quartus is qui proconsul Asiae fuit sub Hadriano.*

4427 Iovi Hammoni | barbaro[1] Silvano | sacerdotes: | Sempronia Salsula mater sac., | C. Iunius Mercurius, | L. Pistorius Suavis, | *(sequuntur alia nomina decem). (Postea alia manu additum)* Q. Liberius Procu|lus sacerdos, | Valeria Pauli|na mater | sacroru. *(Rursus alia manu)* Q. Caecilius Honoratus, | *!!!!!!!!!!*[2] | sacerdotes | dei barbari Silvani.

Carthagine (Revue arch. 1899 t. 35 p. 174. — 1) *Cf. infra N. 4497. —* 2) *Nomen alterius ex sacerdotibus erasum.*

4428

[*Pan*]thea cornigeri[1] sacris adiuncta Tonantis, |
[*q*]uae Libycis Maurisque simul venerabilis oris |
[*his*] etiam colitur te[*rr*]is, quam Iuppiter Hammon |
[*inter*] utrumque lat[*us*] m[*e*]diam cum Dite severo |
[*dext*]er sede tegit: hanc p[*u*]lvinaribus altis |
[*sublimi*]que dicat solio divosque frequentis |
. . . . . ianus a militiis de suplice voto |
. . . . . facie renova[*ns*][2] dominamque biformem. |

Ded. | pr. CCVII.[3]

Auziae in Mauretania (VIII 9018 vidit Wilmanns particulam quae fines versuum continebat). Buecheler carm. epigr. n. 253. — 1) *Corniger appellatur Hammon ab Ovidio art. am. 3, 789; metam. 5, 17. 15, 309 et ab aliis. —* 2) renovam *traditur, correxit Buecheler. —* 3) *Dedicatum (anno) provinciae 207 (p. Chr. 246). — Deam Caelestem (N. 4429 seq.) hoc carmine celebrari putat Buecheler.*

4429 Caelesti | sacr. | res publ. Lamb. | d. d. p. p.

Prope Lambaesim (VIII 2592 vidit Wilmanns).

4430 Caelestabus[1] Augustis sanctum, quod | C. Cornelius Aquila q., aedil., et nunc IIvir, | voverat, a solo structum sua pecunia | libens altaribus dedicavit cum Corneli[*i*]s | Donato patre et Victore filio, pr. CLXXIIII.[2]

4431 Caelesti Aug. reduci et conservatrici domus suae, | quot salvos incolumesque C. Iulium Victoricum et | Caecilia Namphamina *(sic)* parentes invenerit, C. Iulius Libosus cum Ulpia Dativa uxore ac liberis suis | hanc aram operis quadratari donavit, numi|nique peregre promissum libens reddidit votum | feliciter.

4432 diis Caelestibus Augg. C. Iuli|us Libosus cum suis omnibus v. s. l. a., XI kal. Iul., p. CCII.[3]

Auziae in Mauretania (VIII S. 20744. 20743. 20746 bis descriptae). — 1) *Sic lapis, non* Caelestibus. — 2) *(Anno) provinciae CLXXIIII, i. e. p. Chr. 213. —* 3) *(Anno) provinciae CCII, i. e. p. Chr. 242.*

Ex eodem sacrario Caelestium prodierunt etiam VIII S. 20745 et VIII 9015.

4433 aedem quam Cassia Maximula, flaminica divae Plotinae, Caelesti deae voverat, Sextili Martialis mari|tus, sacerdos publicus, omnibus honoribus functus, et Martialis filius, flamen perpetuus, aedilis, suo | sumtu a solo aedificatam d. d., marmoribus et museis et statua Pudicitiae Aug. et thorace Caelestis | Augustae[1] ornaverunt et die dedicationis decurionibus sportulas dederunt.

Solimân (30 chil. a Tunete), ablata dicitur ex ruderibus oppidi Carpitani (VIII 993 descr. Guérin). — 1) *Peplus deae Caelestis memoratur trig. tyr. 20.*

4434 q. b. f. f. sit[1], equites | deae magnae virgini | Caelesti restituerunt | templum numine ipso dictante, equites constanter eu|m templum restituerunt.

Ain Temouchent Mauretaniae, ubi fuerunt Albulae, rep. (VIII 9796 vidit Wilmanns). — 1) *Quod bonum faustum felix sit.*

4435 Rubrius Ro|gatus Bela|litanus[1], sa|cer. Cael.[2], vix|it an. LXX, | hic sit. est.

Testûr in Africa, ubi videtur fuisse Tichilla (VIII 1360 vidit Wilmanns). — 1) *Belalitensis episcopus memoratur a. 411 (Gest. coll. Carthag.).* — 2) *Sacerdos Caelestis.*

4436 d. m. | C. Avidio Primulo | sacerdoti Caelestis, | incomparabili | religionis eius, | C. Avidius Vitalis | patri b. m.

Tarracone (II 4310 ad exemplum Augustini).

4437 d. m. | C. Vari Apolausti | principi sacerdotium *(sic)* | daeae *(sic)* Caelestis, qui vixit | annis XXVIIII, | C. Varius Achilleus | fratri karissimo et | pientissimo et incom|parabali, per quem sem|per securior vixit.

Romae (VI 2242 vidit Henzen).

4438 Flaviae Epicha[*ridi*] | sacerdotiae | deae Virgini *(sic)* | Caelestis, | praesentissimo numini[1] | loci montis Tarpei, | Sextia Olympias h. f.[2] | et Chrestina Dorcadius h. f.[2], | honorificae feminae[3], | coniugi Iuni Hyle sacerd., | una cum sacratas et canistrariis, | dignissimae. *(In latere)* dedicata dib. Nov. | Aemiliano et Basso cos.[4]

Romae rep. sub montis Capitolini latere quod est septentriones versus (Gatti diss. acad. pontif. archaeol. ser. II 6, 1896 p. 322). — 1) *Casus perturbati.* — 2) *Honorifica femina (ut ex sequentibus apparet legendum esse).* — 3) *Spectat ad Flaviam Epicharidem, et ipsam honorificam feminam (coniugem scilicet viri honesti, quod vocabulum similiter usurpatum esse ut perfectissimi et egregii notum est).* — 4) *A. 259.*

Ipsi deae Caelesti in urbe Roma dedicati sunt tituli VI 77—79, ubi sane non omnino certum est intellegi deam Carthaginiensem. Sine dubio Carthaginiensi deae dicatus est t. supra N. 3923.

4439 pro salute Antonini imp. et Iulie Dome *(sic)* | po. sa. eor.[1] — | Saturno domino et Opi | reginae sac., templum et | aram et porticum fecerunt | L. Veturius Felix et Lucia Quieta, | feliciter.

Prope Lambaesim (VIII 2670 cf. p. 1739 vidit Schmidt). — 1) *Posuit sacerdos eorum, scilicet Saturni et Opis. Videntur haec omnia postea addita esse.*

Titulum Opi Augustae Theveste dicatum dedi supra N. 3332.

4440 Saturno Achaiae Aug.[1] sacr. | pro sal. imp. Caes. Antonini Aug. Pii p. p., | gens Bacchuiana templum sua pec. fecerunt, id. dedic.; | Candidus Balsamonis fil. ex XI pr.[2] amplius spatium in quo templum fieret, | donavit.

In Africa loco dicto Bu Djelida (VIII S. 12331 viderunt Cagnat et Schmidt).

Eodem loco repertus est titulus Telluri et Cereri dicatus supra N. 3959, item sacerdotis titulus infra N. 4465. — 1) *Num vere ita dictus Saturnus sive Romanus sive Graecus, ut distingueretur a Saturno Punico, non omnino certum. Ceterum similiter Ceres Graeca dicitur infra N. 4461.* — 2) *Undecim primis.*

4441 Saturno Aug. | sacrum Adi|ectus vilicus de | pecoribus[1] v. s. l. a.

Masculae (Khenchela) Numidiae (VIII 2232 cf. 17669 vidimus Wilmanns et ego). — 1) *Idem legitur in inscriptione quae sequitur et in aliis Masculitanis VIII 2234. 2235. 2236. VIII S. 17675. Cf. N. 4443g.*

4442 santo *(sic)* Saturn[*o*] | M. Vipsanius | Martialis sacer|dos sancitus | de pecoribus.

Thibili in Numidia (VIII S. 18897; misit Gsell).

4443a [*Sat*]urno | domino sa|crum Gallus | Cilonis f. v.[1] | et debi. l. a. s.

4443b Volussius | Felix votum | solvit vel debi|to domno Satu|rno libens a|nimo.

4443c . . . . . . ius | Sa[*p*]onianus pos|tulatum solvit.

4443d L. Paenius Ro . . ., | A. Paenius Felix | vota patris et | sua solveru.

4443e S. A. s.[2] | Haterii Saturni|nus et Iulianus nasi|lilim[3] voto susceptum | solverunt lib[*e*]nte | animo.

4443f Saturno | Aug. sac. | ex gente[4] | Q. Ma|rci Latronis | vota solver. | l. an[*i*]m.

4443g [*Saturno* | *A*]ug. sacr. | M. Caecilius Fest. | nasililim[3] ex vitu|lo[5] v. s. l. a.

4443h S. A. s. | Gargilia Secunda | votum nasili|lim[3] solvit | l. a.

4443i S. A. s. | Caecilius Macrinus | Ziommoris[6] | s. g. d.[7]

4443k . . . . | Iulius Postumu[*s*] | Q. Ballienis f. | ob sacerdotium | l. a. v. s.

4443l [*S*]entius Citus | sacerdos pr|ofesus *(sic)* | est lib. | animo.

4443m S. A. [*s.*] | Ca[*e*]cilius [*Fe*]s tus arrand.[8] | v. s. l. m.

Prope Thignicam in area Saturni sacra, stelae rep. una cum aliis similibus paene trecentis, pleraeque ornatae victimarum imaginibus signisve ad Saturni religionem pertinentibus (VIII S. 15094. 15147. 15131. 15120. 15098. 15110. 15075. 15095. 14924. 14973. 15028. 15076 huius et aliorum complurium imagines sunt Bull. archéologique du comité des travaux hist. 1889 tab. VI). — 1) *Votum.* — 2) *Saturno Augusto sacrum.* — 3) *Vox Punica, quae significare dicitur: oblatio diis (cf. quae exposuerunt Sachau aliique apud Schmidt VIII S. 14987).* — 4) genti eorum *est in simili titulo VIII S. 15148.* — 5) *Similiter ut videtur VIII S. 15017. 15133. Cf. praeterea supra N. 4441. 4442.* — 6) *Idem nomen sive eadem appellatio VIII S. 14926.* — 7) *Sacerdos? (Schm.).* — 8) *Vox obscura.*

4444ᵃ *(luna crescens inter duos caduceos)* S. A. s.[1] | L. Caecilius Bar|barus sacer|dos dei mag|ni Balcara.

4444ᵇ *(luna crescens, stella)* Saturno | Balcara|nesi Aug. | sac., M. | Ceionius Valerianus | v. s. l. a.

4444ᶜ *(protome Saturni velata, cum falce; in angulo superest imago Lunae)* Saturno domino | Balcaranensi Aug. sacr. | M. Sempronius [*Q*]uint[*us*] | capite ordina[*to*[2] . . . .] votum so[*lvit libens animo*] | Q. Servilio Pu[*dente*] | L. Fufidio Poll[*ione cos.*][3] | idibus Decem[*br.*]

4444ᵈ *(porticus quattuor columnarum, quarum partes inferiores tantum supersunt)* Saturno Aug. Balcaranesi | L. Sextilius Communis egre|gius viso admonitus libens | animo votum solvit *(homo libans ad aram; taurus, aries).*

Prope Tunetem, in summo monte Djebel Bu-Kornein, cippi rep. una cum aliis amplius trecentis (Toutain mél. d'archéologie XII 1892 p. 19 seq. n. 3. 5. 17. 18 tab. II fig. 2. 1, tab. I fig. 4). — 1) *Saturno Augusto sacrum.* — 2) *Cf. infra N. 4493.* — 3) *A. 166.*

4445 Satur[*no*] | Balcaran. | Augus. sac. | Q. Sallusti|us Felix sa|cerdos som|nio factus | l. a. v. s.

Ibi ubi eae quae praecedunt rep. (Comptes rendus du Comité des travaux hist., Ian. 1899 p. XX).

4446 Neapolitano[1] | Saturno | Aug. sacr. | C. Alfius Quad|ratus sacerdos | v. s. l. m.

Ibi ubi eae quae praecedunt rep. (Gauckler bull. archéolog. du comité des travaux hist. 1896 p. 231). — 1) *Vocabulum postea additum esse testatur editor, videtur id pertinere ad vicinam civitatem Neapolim (C. I. L. VIII p. 125).*

4447 *(protome Saturni velata, falx et patera; in angulis Sol et Luna)* Saturno Pal|mensi Aquen|si Aug. sacr. | L. Iulius Rufi|anus sacerdos | v. l. a. fecit.

Prope Carthaginem loco dicto la Soukra (Gauckler Bull. du comité 1897 p. 446; imago est Musée Alaoui tab. XXI fig. 810).

4448ᵃ *(luna crescens inter duas stellas)* Q. Herennius Felix | votum solvit do|mino Sobare[*n*]si.

4448ᵇ *(luna crescens inter duas stellas)* Sat. Sob.[1] sac. | P. Petronius | sacerdos.

Loco dicto Bu Beker (non longe a Tunete), ubi fuit Neferis (VIII S. 12392. 12394 descr. Delattre, huius ectypum vidit etiam Cagnat). — 1) *Saturno Sobarensi (idem est in t. eiusdem loci VIII S. 12390).*

4448ᶜ *(caput tauri, inter cuius cornua ornamentum peltae simile; in hoc scriptum est)* S. A. s.[1] | C. Fabius Sat. sacer. | Martis tem. aed. memo.[2] | et Fortunula coiux eius | cum filis suis votum | solvit.

Carthagine rep. (Villefosse bull. des antiq. de France 1899 p. 206 ad imaginem photographicam). — 1) *Saturno Augusto sacrum.* — 2) *De temenoro (τεμενωρός) aedis Memoriae cogitavit Villefossius (monens aedem Memoriae Carthaginiensem memorari apud Victorem Vitensem 4, 4), dubito num recte.*

4449 Frugifero | Saturno | Aug. sac. | Ti. Teltonius | Marcellus[1] | praefec. | leg. III[2] Aug. p. v. | v. s. l. a.

Lambaese (VIII 2666 vidit Wilmanns). — 1) *Eiusdem nominis homo est VIII S. 18078.* — 2) leg. III *abrasum, sed legitur.*

4450 Frugifero | Augusto sacr. | ex testamento C. Muti|li Felicis Annae[*i*]ani ad|sertoris publici, curante | C. Mutilio Optato cog|nato et herede, ex inscrib|to eius epulo d.[1] dato.

Loco provinciae Africae dicto Ain-Ghechil (Bull. du comité des travaux hist. 1894 p. 261, 1897 p. 370 Gauckler vidit ectypum). — 1) *Decurionibus.*

4451 deo | frugum | patrio[1] | Fru|gifero Aug. | L. Aufustius | Perpetuus | votum quod | promiserat | libens ani|mo cum libe|ris suis | solvit.

Dianae (Ain Zana) Numidiae (VIII 4581 cf. Gsell rech. archéol. p. 197). — 1) *Sic Gsell;* Saturno *legerat Renier.*

4452 deo sanc. Frug. Aug.[1] sac. | Sex. Victor dec. pr. g. N.[2], | monitus sacra religione | templum simul cum | area et aras summa | cum diligentia | restituit, s. p. d. d.[3], | cur.[4] Coret. Saturnino | et Lucio Aemilio | def.[5] publico. S. s. b. b.[6] | An. pr. CCVIII.[7]

In Mauretania loco dicto Kherbet Gidra, ubi fuit Sertei (VIII 8826 vidit Wilmanns). — 1) Deo sancto f|rugifero Au|g. *dedicatus est etiam titulus rep. Aquis Flavianis Numidiae, VIII S. 17720.* — 2) *Decurio, princeps gentis Numidarum, cf. VIII 8813. 8814.* — 3) *Sua pecunia dedicavit.* — 4) *Curantibus.* — 5) *Defensore (?).* — 6) *Supra scriptis (?) bonis bene.* — 7) *Anno provinciae CCVIII (p. Chr. 247).*

4453 Plutoni Aug. | frugifero deo | sacrum | Mercator Arbai Peregrini f. | voto suscepto aram marmo|ream promissam de suo | donavit idemque | dedicavit.

Henchir Kasbat provinciae Africae, ubi fuit Thuburbo maius (VIII 840 et VIII S. 12362 vidit Schmidt).

4454 Plutoni reg. mag.[1] sacr. | C. Pescennius Saturi filius Pal. Saturus Cornelianus | flam. pp. divi Hadriani, q., praef. iur. dic., IIvir. qq. | coloniae Zamensis[2], ob h[*ono*]rem flam. ampliata HS IIII mil. | taxatione[3] statuas duas posuit et epulum bis dedit | itemq. dedicavit. D. d.

In Africa loco dicto Sidi Amor Djedidi, ubi fuit Zama altera (VIII S. 12018 vidit Cagnat). — 1) *Regi magno (?).* — 2) *De duabus civitatibus, quibus nomen fuit Zama, cf. Schmidt VIII S. p. 1240. 1571.* — 3) *Cf. VIII S. 14427 (ubi est* taxatis legitim[*is*]*). Summae honorariae videntur non fuisse stabiles, sed pro unius cuiusque fortunis constitutae (Schmidt).*

4455 *(protomae viri et feminae)* Plutoni et | Cereri sac. | Q. M. Marinus | votum sol|vit libens animo.

Sitifi (VIII 8442 vidit Wilmanns).

4456 Plutoni Cyriae et[1] Cere|ri matri, diis sanctis, | Q. Clod. Clodianus, colo|nie patronus, dispunctor, | omnibus honoribus perf|unctus, votum promis|sum cum Iulia Donata | coniuge et Clodiis Apri|le filio ce-

terasque fi|lias aram constituit | dedicavitque, a. p. CCLXXXI[2], | XI kal. Mart.

Auziae Mauretaniae (VIII 9020 integra semel tantum descripta). — 1) et *videtur transponendum esse ante* Cyriae, *cf. N. 4457.* — 2) *A. p. C. 320.*

4457 Plutoni et Cyriae Cereri, Diti, sa[*nctis*] | M. Cornelius Crispinus omnib[*us ho*]|noribus perfunctus aram [*quam*] | promptissima voluntat[*e*] | promiserat, suis sump[*tibus*] | fecit dedicavitque cum Comin[*ia Romana*][1] | coniuge ac liberis suis, kal. Martis [*a. p. . .*].

Auziae Mauretaniae (VIII 9021 descripsit Renier ad imaginem photographam). — 1) *Nomen coniugis suppletum ex VIII 9070.*

4458 . . . . . Plut., Variccalae[1] Aug. | . . . . us Adventus sacerdos tem|[*plum*] . . [*a*] solo suis sumptib. fecit et dedic.

Thabracae in ora Africae (VIII S. 17330 descr. Toutain). — 1) *Cererem significari fortasse recte coniecit Schmidt.*

4459 Caereres *(sic)* et Plutoni Aug. sac. | pro salute imp. Caes. M. Au|reli Antonini Pii Fel. Aug. et totius [*domus eius*], | Turratenses s. p. l. a. f. *(supra corbis serpente circumdata et frugibus repleta, hinc illinc scrofa; ab utroque latere inscriptionis taeda).*

Prope Theveste (VIII S. 16693 Schmidt vidit ectypum).

4460 [*C*]ereribus[1] Domno[2]
tutoribus[1] ianua fecit
Sutrius Primus sta|tor templi s. p. f.

Theveste (VIII 1838 cf. VIII S. 16498 vidit Wilmanns). — 1) *Vocabula* Cereribus tutoribus *erasa esse ex ectypo agnovisse sibi visus est Schmidt.* — 2) *Intellege Plutonem vel Saturnum.*

4461 ex imperio | Cereri Graec[*ae*][1] | sacr[*u*]m M. Lart[*idi*]|us A. [*f.*?] Ambugaeus | sacerdos primus | aram qum gradi|bus dedicav. in suo.

Non longe a Bagrada flumine ut videtur, inter Tuccabor et Vagam, rep. (VIII 10564 cf. VIII S. 14381 descr. Tissot). — 1) *Numen quod colebant Graecum esse, non barbarum, videntur ita voluisse praedicare. Cf. N. 4440, et praeterea ad N. 1260 fin.*

4462 cultores Cereru[*m*] | hi qui i. s. s.: | C. Iulius . . . ., | L. Iulius Saturninus *(sequuntur alia nomina complura).*

Tipasae in Numidia (VIII 4848, melius Gsell bull. du comité des travaux hist. 1896 p. 179 n. 61).

. . . . . . [*nepoti L.*] Memmi | [*Tusci*]lli[1], pronepoti Memmi | Senecionis consularis[1], | sacerdotes Cereal.[2] universi | sua pecun. fecer.

Carthagine (Delattre mém. de la Soc. des antiq. de France 58, 1897/9 p. 16). — 1) *Cf. supra N. 1042.* — 2) *Cf. ad eam quae sequitur.*

4463 d. m. s. | C[*n.*] Corn. Da|tus dec., sacer|dos Cereali|um[1], arc.[2], aed., | pref. iuris d. | pro IIvir., ho|mini bono, | p. v. a. LII, | h. s. e.

Musti (VIII S. 15585 descr. Esperandieu). — 1) Ordo Cerealium fuit in non paucis civitatibus Africae, ut alibi Augustalium cf. VIII 12300. 14394. 15589. — 2) Arcarius? (ita hic appellari quaestorem putat Schmidt).

4464 Q. Agrinio Q. fil. Arn. | Sperato Speratiano | sacerdoti Cerer. c. I. K.[1] | anni CLXXXXVII[2], | cui cum ordo statuam | ob porticum e[*ius*] | liberalitat. n[*ovam*] | exstructam decrevis|set, de suo posuit. D. d.

Avittae Bibbae (VIII 805 vidit Wilmanns). — 1) Coloniae Iuliae Karthaginis. — 2) Videtur significari annus sacerdotii Cererum Carthagine constituti (potius quam annus a colonia deducta). — Similis titulus sacerdotis Cererum Carthaginiensis est VIII S. 12318.

4465 *(femina sacrificans in ara)* Aemilia Amot|micar[1] sacerdos | Cererum, p. vix. an. LXXV, | consacravit an. XXXV.[2] *(In latere figura in capite tenens manipulum spicarum).*

Bu Djelida in provincia Africa proconsulari (VIII S. 12335 vidit Schmidt; cf. Doublet bull. archéologique du comité des travaux hist. 1892 p. 129). — 1) Nomen mirum (Ammicares complures novimus in Africa). — 2) Una ex tribus X *in versu sequenti (postmodum ut videtur) adiecta est.*

4466 . . . . . | sacerdoti magne | Cererum castis|sime, matri caris|sime; cura ege|rum[1] fili eius.

Cillii (Henchir Gasrîn) provinciae Byzacenae (VIII S. 11306). — 1) Curam egerunt.

4467 *(figura libans in ara)* dis manib|[*u*]s sacrum | Iulia Zaba | sacerda mag|na, vixit an|nis n. LXXVIII.

In valle Bagradae non longe a Simitthu in ruderibus Henchir Sidi bu Gussa (Bull. archéologique du Comité des travaux histor. 1891 p. 232). — Aliae sacerdotes magnae, et ipsae sine dubio Cererum, sunt VIII 5149 (Thagaste). VIII 8353 cf. 20203. VIII S. 14437. Mél. de l'Ecole fr. de R. XIV p. 39, 98.

4468 d. m. | Iulia Credu|la sacer|dos Cere|rum loci | primi, | v. a. LXXV, | h. s. e. ‖ d. m. L. Proper|tius | Musta|cus v. a. LXX, | h. s. e.

Mastar (Ruffach) in agro Cirtensi (VIII 6359 servavit Cherbonneau).

4469 d. m. s. | Q. Domiti|us Pris|cus sace[*r*]d. | Frugiferi, | p. v. a. XC. ‖ d. m. s. | Cestia Turuti|a, p. v. a. | LXVIII, | h. s. e.

Thubursici Numidarum (VIII S. 17165 cf. Gsell rech. arch. p. 320).

4470 Sisoi Missunes fil., | sacerdos Matham|odis, pia vixit | annis LXXXVI, | h. s. e. | D. m. s. | Mamus Sissonies | filiai *(sic)*, pia vixit annis | LXXXV, curante Au|relio Bastresi filio.

In Africa loco dicto Henchir Gergûr, ubi fuit Masculula (VIII S. 15779 Schmidt vidit ectypum).

4471 d. m. s. | M. Valerius M. fil. | Corn. Felix Gal|lio aedilic., quinq., sa|cerd. dei Ditis in loc. | prim., bon. prob. incomp., | p. v. a. LXV, h. s. e. Auspici.[1]

In Africa loco dicto Henchir Sidi Tetuai (VIII S. 16406 Schmidt vidit ectypum). — 1) Fortasse signum Valerii.

4472 dis manibus | P. Rutilius | Maxim[*us*] sa|cerdos Plutonis h. [*s.*] est, | v. a. LX. | Porcia Veneria sacer|dos Caelestis viro pi|issimo fecit.

Hadrumeti (Bull. du comité des travaux hist. 1893 p. 200).

4473 Nutrici, Frugi|fero Aug. sa|crum.

4473ª [*I*]ani[1] patri Aug. | sacrum pro | salute domi|norum n. n. n.| Auggg. | P. Iuniu|s Solutorius | s. v.[2] religionis | [*fe*]cit | et d.

Musti in Africa rep., duae inscriptiones in eadem ara exaratae (Gauckler bull. du comité 1897 p. 406). — 1) *Sic supplevit editor, cf. VIII S. 15577 et supra N. 3324. — Alios titulos Iano patri in Africa dedicatos dedimus supra N. 3323 seq.* — 2) *Soluto voto.*

4474 *(protome muliebris ut videtur)* Nutrici Sat|urni Vic|ntia *(sic)* | v. s. l. a.

In confiniis Numidiae et Mauretaniae loco dicto Tassadan, deinde Fedj-Mzala (VIII S. 20217; Gsell bull. archéol. du comité des travaux hist. 1896 p. 209 n. 161, quem iam sequor).

4475 .... | Mulleia ... | Saturnina | nutrix Fr|ugiferi[1], | vixit an. | LXXXV d. d. | b. b.[2] d. d.

In Mauretania Sitifensi, non longe a ruderibus Thamallae (VIII S. 20592 vidit Gsell). — 1) *Mirum mulierem dici nutricem Frugiferi, i. e. Saturni vel Plutonis. Errorem subesse, et mulierem appellari debuisse sacerdotem Nutricis Frugiferi (cf. N. 4474) coniecit Gsell mél. d'arch. et d'hist. 18, 1898 p. 130 not. 6.* — 2) *Bonis bene? (cf. N. 4493 not. 3);* d. d. *bis repetitum obscurum.*

4476 Nutrici | deae | Aug. | sacr.

Lambaese (VIII 2664 vidit Wilmanns). — Ad hanc inscriptionem pertinuisse putat Cagnat simulacrum deae brachio infantem tenentis Lambaese repertum (cf. Cagnat Musée de Lambaese p. 45 tab. III fig. 2; adstipulatur Gurlitt arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 19, 1896 p. 14). Eiusdem nominis dea etiam in Norico (III 5314), Nutrices in Pannonia colebantur (III S. 14051 seq.), repraesentabanturque simili modo quo haec Africana (cf. Gurlitt l. c.).

4477 d. b. s.[1] | C. Aponius | Secundus sa|cerdos agnu do|mino[2], tauru domi|no[2], ovicula Nutri|ci, berbece[3] Iovi, ovicu|la Teluri *(sic)*, agnu Herc|uli, agna Veneri, edu[4] | Mercurio, | verbe.[3] Testi|monio[5] .... m .. LXV[6] *(instrumenta ad sacrificandum).*

4477ª d. b. s.[1] | C. C. Primus, | sac. Saturni, ag|nu tauro dom|ino[2], ovicla Tel|uri *(sic)*, berbece[3] | Iovo[7], ovicla | [*Nu*]trici, capone[8] | [*H*]erculi, edu[4] Merc|[*ur.*], aedua[9] Veneri, ber|[*bec*]e[3] Testimonio[5] | *(duo animalia)* [*p*]ecora | ....

Aziz ben Tellis in Numidia, non multum a finibus Mauretaniae (VIII 8246. 8247 vidit Wilmanns). — 1) *Dis bonis sacrum (?).* — 2) *Videtur intellegi Saturnus.* — 3) *Verbece (vel verbecem).* — 4) *Haedo, vel haedum.* — 5) *Deus praeterea ignotus.* — 6) *Cogitavi de anno provinciae Mauretaniae; sed tamen hic locus videtur fuisse provinciae Numidiae.* — 7) *Sic videtur esse in lapide (*o *in fine certum esse testatur Wilmanns).* — 8) *Caponi in re sacra locum fuisse hic primum videmus.* — 9) *Haeduae vocabulum novum.*

4478 Abaddiri[1] sa|ncto culto|res iuniores | suis sumtis[2] | aram constitu., | pro[*v.*] . . . .

Milianae in Mauretania (VIII 21481 = Eph. ep. 7, 529 descr. Purgold). — 1) *Cf. Augustin. ep. 17, 2: nomina quaedam mortuorum Punica collegisti .... miror quod .... in mentem non venerit habere tuos paganos et in sacerdotibus Eucaddires (?) et in numinibus Abaddires. Priscianus lib. VII p. 313 Hertz: abbadir ὁ βαίτυλος, lapis quem pro Iove devoravit Saturnus. Cf. Woelfflin Archiv f. lat. Lexikographie I 1884 p. 435.* — 2) *Sic potius quam* sumtib. *lapis.*

4479 deo patrio | Baliddiri Aug.[1] | sacrum. | Q. Tadius Q. fil. | Quirina Victor | statuam aeream | quam ob honorem | flamonii divi Seve|ri castelli Siguitani | pollicitus erat fac|turum se ex X ÐL[2], ampli|ficata liberalitate | ex X mille[2] cum base | Tadii | Victor iunior et | Saturninus et Honorata et Fe|lix filii et here|des eius dederunt | dedicaverunt. L. d. d. d.

Sigus in territorio Cirtensi (VIII S. 19121 vidi ectypum). — 1) *Eidem deo dedicatae sunt bases eodem loco repertae VIII S. 19122. 19123, et in agro Calamensi VIII 5279. Nomen dei Punicum, cf. VIII S. l. c.* — 2) *Statuam, quam pater promiserat ex denariis quingentis quinquaginta, filii fecerunt ex denariis mille.*

4480 Lilleo[1] Aug. | pro salute imp. Cae[*s.*] | M. Aureli Severi [*A*]|lex[*andri Aug.*][2] | C. Licinius Ciron. | Cronha.[3] sacerd. | Caelt.[4] aras suis | sump. fec. et ded.

Madaurae (VIII 4673 vidit Wilmanns). — 1) *Vox certa, nisi quod tertia littera fortasse* i *fuit (Lillosa cognomen est VIII 9191).* — 2) *Alexandri nomen erasum.* — 3) *Sic excepit Wilm.* — 4) *Sacerdos Caelestis.*

4481 Monnae[1] Aug. | sac.

Henchir Ain Tunga, ubi fuit Thignica provinciae Africae (VIII S. 14911 semel descripta). — 1) *Numen praeterea ignotum, sed a quo apparet derivatum esse usitatissimum in Africa nomen Monnicae.*

4482 Motmanio[1] | et | Mercurio | sacrum | Q. Manlius | Victor | 7 leg. III Aug. | v. s. l. a.

Lambaese rep. (VIII 2650 cf. p. 1739 Cagnat vidit ectypum). — 1) *Plane incertum num numen hoc praeterea ignotum vere Africanum sit.*

4483 diis conserva|toribus I. o. m., | Mercurio, Ge|nio exercitus, | Torchobo[*l*]i deo, | . . . .

Vazaivi (Ain Zui) in Numidia (VIII S. 17621 vidi).

4484 Mercurio sobrio[1], Genio Sesase[2], Pantheo Aug. sac. | pro salute imp. Caes. M. Aureli Severi Antonini Aug. Pii Felicis et | Iuliae Domnae Aug., matris Aug. et castror. et senatus et | patriae totiusque domus divinae eorum, Lucilia Ca|le flam.[3] col. Thub., templum a solo fecit libentiq. animo v. s.

Henchir Sidi Ali bel Kassem, ubi fuit Thuburnica (VIII S. 14690 Schmidt vidit ectypum partis maioris). — 1) *Cf. supra N. 3196.* — 2) *Genium pagi alicuius significari coniecit Schmidt.* — 3) *Flaminica.*

4485 Bacaci Aug. sac. | Gentiano et Bass|o cos., VII id. Maias[1] | C. Iulius Fronto|nianus et . . . .|estius Prudes | magg. Thib.[2] v. s. l.

4485ᵃ Severo et Quintia|no cos., pr. kal. April.[3], | B. Aug. s., P. Aufidius | Buturicus et . . . | Caecilianus | magg. Thib.[2]

4485ᵇ B. A. s. | Caro et Car[*i*]|no cos., ka[*l.*] | Apriles[4], N[*o*]|nius Felix et | Caecilius Ta|[*cit*]us m. T.[2]

In Numidia non longe ab Aquis Thibilitanis (Hammam Meskutin), in crypta montis Djebel Taia, tituli in viva rupe incisi (VIII S. 18828. 18832. 18847 descr. Schmidt). Eodem loco multi alii tituli eidem deo Bacaci Augusto sacrati extant, VIII S. 18829 seq. — 1) *9 Mai. 211.* — 2) *Magistri Thibilitanorum.* — 3) *31 Mart. 235.*— 4) *1 Apr. 283.* — *Conferendi sunt tituli alii deo Numidico, cuius nomen ignotum est, dedicati in crypta Ez-Zemma pertinente ad Phuam pagum territorii Cirtensis incipientes omnes a litteris* G. D. A. s. *(VIII 6267 seq. VIII suppl. 19249 seq.).*

4486 Haos Au[*g.*] | sac., | L. Lepidius | Primulus sa|cerdos hoc | loco initia|tus aram | posuit, vo|tum solvit, | d. d.[1] . . .

In Numidia loco dicto Fedj Merau (VIII 4641 = VIII S. 16759 bis descripta). — 1) p. p. *alterum apographum.*

4488 Masgav[*ae?*] . . . . | pro salute [*imp. Caesaris*] . . . . | . . Felici[*s Aug* . .] . . . . | Publicol[*a*] . . . . | ic. p. p. III m . . . . | ecacaio . . . .

In provincia Africa in ruderibus dictis Henchir Belda (Carton découvertes en Tunisie p. 216 n. 406). Recepi fragmentum cuius non nisi initia singulorum versuum extant (incertum quot litterae perierint) ac fortasse ne accurate quidem descriptum, propter deum Masgavam (Masinissae filius eius nominis memoratur Liv. 45, 13).

4489 Iemsali[1] | L. Percenius | L. f. Stel. | Rogatus | v. [*s. l. a.*]

Tupusuctu (Tiklat) Mauretaniae (VIII 8834 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. Cyprian. quod idola dii non sint c. 2: Mauri manifeste reges colunt nec ullo velamento hoc nomen obtexunt; Tertullian apol. 24: Mauretaniae (dei sunt) reguli sui; item ad eam quae sequitur.*

4490 nundina | annu., quod | praecepit | Iovis et Iu|ba[1] et Genius | Vanisnesi[2], | quod precepe|runt dii Ingi|rozoglezim.

In Mauretania loco dicto Hassnaua (VIII S. 20627 descripsit Gsell rech. arch. p. 286). — 1) *Cf. Minuc. Fel. 23: Iuba Mauris volentibus deus est; Lactant inst. div. 1, 15.* — 2) *Genius loci, ut videtur.*

4491 Auzio deo, Genio et conservatori col., | Extricatus . . . . | Maesia . . . . | institutae . . . . . Iucundae | coniugi . . . . Honoratae . . . Pri|mosae honore . . . . us suis De. Claudio Iuve|nale patre et Decennio Victorino fratre, instan|te L. Caecilio Victorino amico, kal. Ianuar[*i*]s prov. | CLXXXV.[1]

Auziae (Aumale) in Mauretania (VIII 9014 solus descr. saec. XVIII Shaw peregrinator Anglus). — 1) *A. p. Chr. 224.*

4492 deo invicto | Aulisvae | M!!!!!! | Fl. !!![1] [*praef.*] | alae expl. Po|mar.[2] Gordia|nae et proc. | Aug. n.

Tlemsen, ubi fuerunt Pomaria Mauretaniae (VIII 9907 vidit Wilmanns). — Eidem deo eodem loco dedicatus est titulus supra N. 2634, in regione vicina VIII S. 21704. — 1) *Nomen abrasum. —* 2) *Cf. N. 2634 not. 1.*

4493 diis Magifae[1] Augg. Q. T. Politicus simulacra deorum n. V, | Masidenis et Thililvae et Sugganis et Iesdanis et Masiddice[2], et templum | a fundamentis ex sua pecunia fecit ex s̄s̄. V̄ĪĪĪ n̄. itq. d. d. capiti viso[3], ipsis atpetentibus, cum suis omnibus, v. s. l. a. B. b. m. b.[4]

Prope Theveste, loco dicto Henchir Metkides, nunc Parisiis (VIII 16749 Schmidt vidit ectypum). — 1) *Nomen loci putat Schm., recte ut videtur. —* 2) *Nomen numinis fortasse aliquo modo coniunctum cum nomine loci Vasidice quem inter Tipasam Numidiae et Naraggaram indicat tabula Peut. —* 3) *Similiter legitur VIII 10856* viso capi[*t*]e; *VIII 4468* sacrum solvet ex viso capit[*e*]; *cf. etiam supra N. 4444c. —* 4) *Bonis bene, malis bene(?); cf. VIII 9182, ubi est* b. b. et mal. b. (b. b. m. m. *est VIII 8739). Sed fortasse praestat explicare: Bonis bene, mihi bene (Momms.).*

4494 diis Mauris | fudina vacurtum varsis.[1]

In provincia Africa loco dicto Henchir Ramdam (VIII S. 14444 Schmidt vidit ectypum). — 1) *Non intellegitur (secundi vocabuli simile aliquod est VI 9349).*

4495 diis patriis et Mauris | conservatoribus | Aelius Aelianus v. p., | praeses provinciae | Mauretaniae Caes., | ob prostratam gentem | Bavarum[1] Mesegneitisium[2] | praedasque omnes ac fami|lias eorum abductas | votum solvit.

Affreville in Mauretania, ubi fuit Zuccabar (VIII S. 21486 = Eph. ep. 7, 530 vidit Purgold). — 1) *De Bavaribus cf. supra N. 628. 1194. 2767 (not. 11). —* 2) *Sic qui nuper lapidem vidit Gsell* (t *et* i *litteris contignatis);* Mesegneitsium *Purgold.*

4496 dis Mauris [*con*]ser|vatoribus et Geniis | Satafis, Sallustius | Saturninus b. f., dup.[1], | ex questionario, | templum de suo | exornavit, | v. s. l. a.

Satafi in Mauretania (VIII S. 20251 bis descripta). — 1) *Beneficiarius, duplicarius. —* Dis Mauris salutaribus *dedicatus est titulus supra N. 2607 (= VIII S. 21720; in fine scr.* chortis | Sardorum | Severianae); diis Mauricis *titulus supra N. 2750.*

4497 Mauris Barba|ris Servilius Impe|tratus vo. so. lib. an.[1] | Victor veni, vic.[2] me fac. *(Hercules orbem humeris portans).*

Lambaese (VIII 2641 cf. VIII S. 18102 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Votum solvit libens animo. —* 2) *Victorem. — Alios titulos dis Mauris Lambaese dedicatos habes VIII 2638 seq.* Sacerdos Mauris *Lambaese est supra N. 342.*

4498 . . . . . o [*e*]t di[*is*] | patris et hospi|tibus, diis Mauri|cis et Genio loci | M. Cornel. Octavi|[*anus*][1] . . .

Sitifi (VIII 8435 vidit Delamare auctor accuratus). — 1) *Idem est supra N. 2774; videtur hunc quoque titulum posuisse, cum esset dux per Africam Numidiam Mauretaniamque.*

4499 Numini Mau|ror. Aug. | sacrum | C. Iul. Novel|lus fil. ob | honorem | patricium[1] | cultoribus | sua p. cum deal|bamentum *(sic)* d. d.

Satafi in Mauretania (VIII S. 20252 vidi ectypum). — 1) *Fortasse significatur patronatus quem cultores C. Iulio Novello filio detulerant.*

4500 Dianae | Aug. Mau|rorum sac. | L. Mamilius | Castus, L. Ae|milius Pri|mus IIviri | dedicave|runt.

Sitifi (VIII 8436 vidit Wilmanns).

4501 impp. Diocletiano et Maxim[*i*]ano Augg. et Constantio | et Maximiano nobilissimo *(sic)* [*C*]aess., C. Iul. Fortunatus cur. | ac disp.[1] reip. Albul. tempulu[*m d*]eae Maurae ad pristinum | statum reformavit, [*du*]umvira[*tu*] C. Iul. Gaitatis iun. | et L. Sei Felicis, aedilicio[2] L. Arri Privati et C. Muci Mu|ciani iun.; et Aur. Dom..... str. et Aur. | Quintum. *(sic)* et Em..... [*pecun*]ia sua | exibuerunt. T. Fl.......atus scripsi[*t*]. | Anno p[*rovinci*]a. CCLX.[3]

Ain Temouchent, ubi fuerunt Albulae provinciae Mauretaniae Caesariensis (VIII S. 21665 vidi ectypum). — 1) *Dispunctor.* — 2) *Mire dictum pro: aedilitate.* — 3) *A. 299.*

4502 Amminus | Andaitiáe f. | Bandiarba|riaico vo|tum l. m. s.

Prope Capinham vicum Lusitaniae (II 454 servavit Accursius). In eodem tractu Lusitaniae reperti sunt tituli qui sequuntur N. 4506. 4510. 4512[a].

4503 Celea | Clouti | deo D|urbed|ico ex v|oto a. [*l.*]

Ronfe prope Guimarães oppidum dioecesis Bracaraugustanae (II S. 5563 Huebner vidit imaginem photographicam).

4504 Edovio | Adalus Clo|utai v. s. l. m.

Caldas de Reyes (prope Santiago de Compostella) antiquae Callaeciae (II 2543 Huebner vidit ectypum).

4505 deo Bo|do Veic|ius vo|tū s. l. m.

In vico Callaeciae antiquae Villapalos, iam Leon (II S. 5670 vidit Huebner).

4506 d. Eaeco[1] | Clara|nus Ca|enici v. | s. l. m.

Caurii (Coria) provinciae Lusitaniae (II 763 ad exemplum accuratum Hispani cuiusdam). — 1) *Ad eundem deum pertinent II 741. 742.*

4507 Verore[1] | Rufus | M. ecx.[2] | visu.

Luco Augusti (Lugo) Callaeciae (II 2576 ad apographum Hispani cuiusdam). — 1) *Eidem numini videntur dedicati esse tituli II 2575. 2577/8.* — 2) *Haec fortasse non recte excepta.*

4508 [*Ce*]licus Fronto | Arcobrigensis | Ambimogidus | fecit *(vir barbatus)* | Tongoe|nabiago. | *(Iuxta in basi fastigiata)* Celicus | fecit | Fronto....

Bracarae Augustae, in horto quodam privato, iuxta fontem, anaglyphum vivae rupi incisum (II 2419 meliusque Eph. ep. 8 p. 401 n. 115 accurate descr. Leite de Vasconcellos).

4509 deo | Vagodonnaego | sacrum res p. | Ast. Aug.[1] per | mag. G. Pacatum | et Fl. Proculum | ex donis. *(In latere)* curante Iulio Apoll.

Inter Asturicam (Astorga) et Legionem (Leon) Hispaniae rep., est Leon (II 2636 cf. II S. p. 911 vidit Huebner). — 1) *Res publica Asturica Augusta.*

4510 ara pos. | Ton[*g*]ius[1] | Ton[*g*]etami[1] | f. I[*g*]aedit.[1] | milis | Trebarune | l. m. v. s.

4510[a] [*T*]on[*g*]ius | [*T*]on[*g*]etami | f. miles | si[*g*]nifer | coh. II Lus. | Viqtoriae | v. s. l. m. | Ardunnus | Comini f. fe.

In vico Lusitaniae Fundão, non longe ab Idanha a velha, ubi fuit civitas Igaeditanorum (cf. C. II 435), iam Lisbõae (Eph. ep. 8 p. 360 n. 13. 14 descr. Leite de Vasconcellos). — 1) *Pro* g *ubique scriptum est vel traditur* c.

4511 L. Valerius Silvanus | miles leg. VI Vict.[1] | Turiaco | [*v.*] s. l. m.

Santo Thyrso (inter Oporto et Bragam), antiquae Callaeciae (II 2374 meliusque II S. 5551; Huebner vidit imaginem photographicam). — 1) *Cf. supra N. 2250 not. 1. Titulus antiquior est Vespasiani imperio.*

4512 Togoti | L. Vibius | Priscus | ex voto.

Prope Talaveram de la Reina (ad Tagum fl.), ubi videtur fuisse Caesarobriga (II 893 cf. p. 828 descripta saec. XVI).

4512[a] Togae | Veienta[1] | Tusca pro | victoria | Garici | Fuscini | v. s. l. a.

Prope Coriam Hispaniae (II 801 semel descripta saec. XVI). — 1) *Fortasse* Veienia *(Hue.).*

4513[a] deo Endovellico | praesentissimi ac | praestantissimi | numinis | Sextus Cocceius | Craterus Honorinus | eques Romanus | ex voto.

4513[b] deo Endovellico | Hermes Aureliae | Vibiae Sab[*i*]nae[1] ser. | marmorarius | a. l. p.

4513[c] Endovelico | sacrum | ex religione | iussu numinis | Pomponia | Marcella | a. l. p.

4513[d] P. Sempronius Celer | Endovollico v. | s. l. a.

4513[e] deo | sancto | Endovellico | Ann. Q. f. Mariana | pro Pompeia Prisca | ex rensponsu *(sic)* | a. l. p.

4513[f] deo | Endovellico | sacrum | M. Fannius | Augurinus | merito hun[c] | deum sibi | propitiatum. *(In latere dextro corona, in sin. palma, a tergo aper.)*

Prope Villaviçosam Portugalliae (II 131. 133. 138. II S. 6269. 6265. 6266 cf. Eph. ep. 8 p. 358 has tres ultimas repertas anno 1889 vidit Leite de Vasconcellos, priores tres novimus ex apographis factis saec. XVI). Eodem loco alii tituli circiter triginta eidem deo dicati prodierunt, cf. C. II p. 17. II S. p. 807. 1029, praeterea titulus Fontano et Fontanae dicatus supra N. 3883. — 1) *Filia M. Aurelii ut videtur; cf. N. 387.*

...n numini et

...f. N. 4525. am|us Camal. Bormani|co[1] v. s. l. m.

4514b C. Pompeius | Gal. Caturo|nis f. . . .|ugenus Ux|samensis | [*d*]eo Borma|nico[1] v. s. p. |

Quisquis ho|norem agi|tas, ita te tua | gloria servet, |
praecipias | puero ne | linat hunc | lapidem[2].

In regione Bracaraugustana prope aquas salutares dictas Caldas de Vizella (II 2402. 2403 cf. II S. 5558 vidit Huebner utramque). — 1) *Fortasse non diversus deus Bormanus infra N. 4670, cf. N. 4656 not.* — 2) *Buecheler carm. epigr. n. 876.*

4515 dea Ataecina Turi|brig. Proserpina[1], | per tuam maiestatem | te rogo oro obsecro, | uti vindices quot mihi | furti factum est; quisquis | mihi imudavit involavit | minusve fecit [*e*]a[*s res*] q. i. s. s.: | tunicas VI . . . ., [*pa*]enula | lintea II, in[*dus*]ium cu|ius . . . . m ignoro | ia . . . . ius | vi . . .

Emeritae in Hispania (II 462 vidit Huebner). — 1) *Ad eandem deam videntur pertinere etiam tituli II 605 (ubi traditur* dominae [*T*]uribri[*g*]. Adaegina[*e*]), *item II 71. 461. II S. 5298. 5299 (in quibus Adaeginae nomen non perscriptum est).*

4516a Abelioni[1] | Derro | Borroconis f. | v. s. l. m.

4516b Abellioni | deo | Sabinus | Barhosis | v. s. l. m.

4516c Abellion|ni | Minicia | Iusta | v. s. l. m.

In Aquitania rep., arae tres, duae priores in saltu Pyrenaeo prope St. Béat, tertia loco dicto Aulon (XIII 30. 39. 171 vidit Hirschfeld). — 1) *Idem deus passim in eadem regione colebatur, cf. XIII 40. 77. 148. 166. 333. 337. 338.*

Ceterum de diis his saltus Pyrenaei cf. Hirschfeld Sitzungsber. der Berl. Akad. 1896 p. 446.

4517 Ageioni | deo | Labusius[1] | v. s. l. m.

Asque prope Bagnères-de-Bigorre (non procul a Lourdes), provinciae Aquitaniae (XIII 386 semel descripta saec. XVII). — 1) *Nomen fortasse corruptum.*

4518 Arpenino | deo | Belex Be|lexconis f. | v. s. l. m.

Cardeilhac in saltu Pyrenaeo rep., est Luchon (XIII 167 vidit Hirschfeld).

4519 Baeserte[1] | deo | Harbelex | Harsi f. | v. s. l. m. *(in lateribus: aper currens; amphora).*

4519a Baiosi | deo | Ce|niuria | v. s. l. m.

Gourdan in Aquitania rep. (XIII 85. 86 vidit Hirschfeld). — 1) *Partem oppidi appellari Basert, atque esse ibi sanctuarium appellatum Nr.-Dame de Bazert, a deo illo nimirum, perhibetur (Sacaze).*

4520 Baicori|xo deo[1] | Vernus | Serani [*f.*] | v. s. l. m.

4520a Baicorisc[*o*] | deo[1] | Geminus E|dunnis f. | v. s. l. m.

Arae duae, illa rep. prope Huos, extat Tolosae, haec Balesta (canton de Montréjeau) rep., est Luchon (XIII 92. 162 utramque vidit H[illegible] 1) *Aliae arae eiusdem dei sunt XIII 124. 323.*

accurate desc.

4514a Med

4521 deo | Basceia|ndosso[1] | Andox|us | v. s. l. m.

Melles prope St. Béat rep., est Tolosae (XIII 26 vidit Hirschfeld). — 1) *Videtur legendum* Bascei Andosso, *cf. N. 4536.*

4522 Bocco | Harauso|ni | M. Val. | Fuscus[1] | v. s. l. m.

4522a Bocco | Harousoni | M. Valerius | Fuscinus[1] | v. s. l. m.

In Aquitania rep. in agro Convenarum, loco ut perhibetur dicto 'Boucou' (commune de Sauveterre), arae duae, iam Tolosae (XIII 78. 79 vidit Hirschfeld). — 1) *Fratres, vel pater filiusque, videntur hos titulos dedicasse.*

4523 Borien|no[1] deo | Monsus | Taurini f. | v. s.

Prope Lugdunum Convenarum (St.-Bertrand) rep. (XIII 301 vidit Hirschfeld). — 1) *Tertia littera fortasse fuit* p.

4524 Erge | deo[1] | Egloge | v. s.

Rep. loco dicto Hautaget, deinde Tarbes (XIII 182 vidit Hirschfeld). — 1) *Multae aliae arulae eiusdem dei in eadem regione repertae, XIII 181. 184 seq.*

4525 Erditsed. | consacran.[1] | *(protomae duae cum urceo)* Borodates | v. s. l. m.

Tolosae, sed fortasse ex saltu Pyrenaeo ablata (XII 5379 = XIII 397 bis vel ter descripta saec. XVI/XVII). — 1) *Consacrani (cf. N. 4530).*

4526 Fano | Her. Aus|cor. Ritse|he[1] sacrum | G. Val. Vale|rianus.

In Aquitania non longe a Tardets (Basses-Pyrénées) in finibus ut videtur Tarbellorum (XIII 409 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Sic interpretatur Mommsen vocabula nullis punctis divisa; de Auscis populo vicino (ibi ubi hodie Auch) monet Hirschfeld.*

4527 Diane et | Horolati[1] | et Garre[1] | deo An|nous[2] | v. s. l. m.

In saltu Pyrenaeo sub radicibus montis Gar in vico Chaum rep. (XIII 60 vidit Hirschfeld). — 1) *Deorum haec nomina agnosci in nominibus locorum recentibus 'Ore' et 'le pic de Gar' monuerunt editores.* — 2) *Idem nomen hominis XIII 315.*

4528 Ilixoni | deo[1] | Fab. Festa | v. s. l. m.

Luchon rep., est Parisiis (XIII 345 vidit Hirschfeld). — 1) *Eidem numini dedicati sunt etiam tituli XIII 346. 347 eodem loco reperti.*

4529 Secundin|us Secun|di Ilunn[*o*][1] | v. s. l. m.

4529a Asto Ilun|no[1] deo | C. Fabius | Lascivos | v. s. l. m.

Arae duae, illa St.-Béat rep., haec prope eundem locum vel certe in eadem regione (XIII 27. 31 utramque vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. N. 4536.*

4530 Lahe[1] | deae | consa|crani.[2]

4530a Lahe[1] | pro salutae *(sic)* | dominorum | M. Iulius | Geminus | v. s. l. m.

Marignac-las-Peyres rep., est Tolosae (XIII 147. 144 vidit Hirschfeld). — 1) *Eidem numini etiam alii tituli in hac regione positi sunt (XIII 142 seq.).* — 2) *Cf. N. 4525.*

4531 Fago | deo[1] | Bonxus | Taurini f.

Prope Lugdunum Convenarum (St. Bertrand-de-Comminges) rep. (XIII 223 vidit Hirschfeld). — 1) *Alii tituli eiusdem dei sunt XIII 33. 224. 225.*

4532 Sexs|arbori | deo | T. Pompeiu[s] | Campanus.

4532[a] ex voto | Sexsarbori | deo | L. Domit. | Censorinus | v. s. l. m.

4532[b] Sex | Arboribus | Q. Fufius | Germanus | v. s.

In Aquitania rep. in agro Convenarum, in regione ut videtur oppidi St.-Gaudens (XIII 175. 132. 129 vidit Hirschfeld).

4533 Leherenno | deo | Mandatus | Masueti f. | v. s. l. m.

4533[a] Marti | ......[1] | Leherenni | Ingenus | Siricconis f. | v. s. l. m.

4533[b] Leherenno | Marti | Titullus A|moeni fil. | v. s. l. m.

Ardiège in Aquitania rep. arae marmoreae, cum aliis non paucis eidem deo dicatis, iam Tolosae (XIII 98. 111. 113 vidit Hirschfeld). — 1) *Versus videtur antiquitus erasus (Hirschf.).*

4534 ex voto | Marti Lel|hunno[1] ob | sanitatem | suam et suoru. | Tib. Claudius | Faustinus | v. s. l. m.

Aire in Aquitania (ad Aturum sive Adour fl.) rep. (XIII 423 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Eidem deo etiam alii tituli eodem loco positi sunt, XIII 422 cet.*

4535 Herculi | Toleandosso[1] | invicto | Primigenius | Sembi fil. | v. s. l. m.

St.-Elix in Aquitania rep., est Tolosae (XIII 434 vidit Hirschfeld). — 1) *Secunda pars vocabuli videtur redire N. 4521; cf. etiam N. 4536.*

4536 Cn. Pompeius | Cn. l. Hyla | Herculi | Ilunno[1] Andose[2] | v. s. l. m. *(In parte aversa)* deus | Herculis *(sic)* | invictus, | signum | argenteum | p. p.[3] XII de sua | pecunia fe|cit. *(In latere dextro: clava cum pelle leonina; in latere sin. scyphus, ex quo folia populea emergunt.)*

Narbone olim dicitur extitisse, dudum est Tolosae (XII 4316 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. N. 4529.* — 2) *Cf. N. 4521. 4535.* — 3) *Pendens pondo? (Momms.).*

4537 ......[1] [*et Ma*]rti Segomoni sacrum | [*ex stipe*[2]] annua | [*Q. Adginnius*[3] *Ur*]bici fil. Martinus | [*Sequanus*[3] *sac*]erdos Romae et Aug. | [*creatus*(?) *M. Ner*]atio Pansa cos.[4], [*flamen, IIvir in c*]ivitate Sequanorum, | [*cui tres provincia*]e Galliae honores | [*omnes*(?) *impensis*] suis decreverunt.

Lugduni (XIII 1675 saepius descripta saec. XVI). — 1) *Initio* I. o. m. *vel* Num. Aug. *fuisse censet Hirschfeld.* — 2) *Supplementum petitum ex XIII 1669.* — 3) *Haec suppleta ex alio titulo (XIII 1674) quem idem Q. Adginnius Martinus posuit Iovi optimo maximo (cf. infra inter titulos municipales Galliae).* — 4) *Consul suffectus videtur fuisse sub Vespasiano, cf. Prosopogr. imp. Rom.*

4538 n.[1] Aug., | deo Mar|ti Segom|oni Dun|ati[2] Cass|ia Satur|nina ex voto, | v. s. l. m.

Culoz ad Rhodanum superiorem rep. (XIII 2532 vidit Hirschfeld). — 1) *Nu-*

minibus Augustorum (cf. infra N. 4543. 4714. 4830^f; Mommsen Herm. 19 p. 232 not. 3). — 2) *Idem dei nomen infra N. 4547.*

4539 Gallio l.[1] | Maturci *(in latere)* v. s. l. m. deo | Segomoni donavi.

In asini sive muli ahenei basi, rep. prope Nuits in agro Haeduorum (XIII 2846 ex imagine edita Rev. arch. n. s. 34, 1877 tab. XIX aliisque). — 1) *Libertus.*

Eidem deo praeterea dicati sunt tituli rep. in Sequanis XIII 5340 et in Alpibus maritimis supra Nicaeam V 7868.

4540 Marti | Toutati[1] | Ti. Claudius Primus | Attii liber. | v. s. l. m.

4541 d. Marti Alatori | Dum. Censorinus | Gemelli fil. | v. s. l. m.

In Britannia loco dicto Rooky Wood rep., lamellae argenteae inauratae, Martis imaginibus ornatae, nunc in museo Britannico (VII 84. 85 vidit Huebner). — 1) *Ab hoc Marte Toutate vix diversus Teutates deus Gallorum memoratus a Lucano 1, 445 et a Lactant. 1, 21. Cf. praeterea infra N. 4566. 4691.*

4542 Marti | Albiorigi[1] | Sex. Cornelius | Sacratus | v. s. l. m.

Sablet prope Vasionem rep., est Avennione (XII 1300 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. XII 1060:* Albiorice | v. s. l. m.

4543 deo | Marti | Belatucad|ro et numi|nib. Augg. | Iulius Au|gustalis | actor Iul. Lu|pi praef.

Plumptonwall rep., iam Londinii (VII 318 vidit Huebner).

4544 deo | Belatu|cadro a | muro | sivitus | tincs . .[1] | ex cune|um . . is| . . . . . .|rum.[2]

Brougham (Westmoreland) rep. (Bruce lapidar. septentrional. p. 412 n. 807, inde Eph. ep. 3, 85). — 1) *Ita cernitur in imagine monumenti quam edidit Bruce l. c., qui ipse in lapide post Belatucadri nomen nil nisi* a | . . amio | siut . . . | tinus *agnovit. Inest in his sine dubio nomen dedicantis (ad deum has reliquias refert Huebner Westd. Zeitschr. 3, 1884 p. 124 et apud Schererum Sitzungsber. der Berl. Akad. 1884 p. 575, cogitans de Thingso infra N. 4760).* — 2) [*Fr*]is[*iorum Germano*]rum *explet Huebner l. c.*

4545 deo | Blatucairo | Audagus | v. s. p. s. s.

Brougham Castle (Westmoreland), nunc Newcastle (VII 295 cf. Eph. ep. 7, 953 viderunt Huebner et Haverfield). — *De aliis inscriptionibus huius dei vide Eph. ep. 7, 1053.*

4546 Marti | Beladoni[1] | T. Fl. Iustus | ex iussu.

Prope Aquas Sextias rep. (XII 503; nuper Avennione vidit Espérandieu). — 1) *Sic legit Esp. (antea editum erat* Beladonni).

4547 Aug. sacr. | Marti Bolu|inno[1] et Duna[*t.*][2] | C. Domit. Viri|lis decurio pro | salut. sua et Iul. | Thalli Virilli|ani fili et Avi|tillae Aviti fil. | uxoris, v. s. l. m.

Bouhy rep., est Nevers (XIII 2899 vidit Hirschfeld). — 1) *Idem deus, a quo Bouhy loci nomen ductum esse putant, est XIII 2900.* — 2) *Cf. N. 4538.*

4548 Aug. Marti Brito|vio . . . Salvius | Secundini fil. | ex voto.

Nemausi (XII 3082 p. 834 Hirschfeld vidit partem).

4549 Márti | Budenic[*o*] | Grátus | Severi | filius.

Prope vicum Collias, non longe a Nemauso (XII 2973 vidit Allmer).

4550 ... Marti | Camulo | L. Lellius | Serius | v. s. l. m.

Arlon, ubi fuit Orolaunum vicus ut videtur Remorum (Schuermans Bull. des commissions roy. d'art et d'archéol. Brux. 1876 p. 118). Alios titulos Marti Camulo dicatos habes VII 1103 cf. Eph. 7, 1093 et supra N. 235 (deum Camulum Viromanduum non recte nonnulli invenire sibi visi sunt in fragmento XIII 1465), Camulo una cum aliis diis dicatum titulum infra N. 4633. Falsi sunt tituli VI 5, 3337 (= Orell. 1978). IX 436*. XIV 428*.*

4551 Marti | Carro | Cicino | L. Pomp. My|rismus | v. s. l. m.

Prope Reios Galliae Narbonensis rep. (XII 356 ad ectypum photographicum descripsit de Laurière architectus).

4552 Marti Caturigi[1] | L. Camill. Aetolus | templum a novo | in[*st*]ituit.

Prope Eburodunum (Yverdun) rep. (XIII 5046 vidit Schmidt). — 1) *Alios eiusdem numinis titulos ex eadem regione habes XIII 5035. 5054 = Inscr. Helv. 70.*

4553 I. o. m. | et Marti Ca|turigi Gen|io loci, C. | Iul. Quietus b. cos.[1] | v. s. l. l. m. *(in latere cantharus et patera; in altero latere culter et securis).*

Prope Boeckingen (ibi ubi N. 2613) rep., est Stuttgart (XIII 6474 = Brambach 1588 vidit Zangemeister). — 1) *Beneficiarius consularis.*

4554 [*i*]n h. d. d. | deo Marti | Cicollui | Pudens | Pudentiani[1] | fil.

Dijon rep. (XIII 5479 vidit Hirschfeld; Mowat revue arch. 14, 1889 p. 371). — 1) *Fortasse idem Pudentianus qui anno 249 posuit titulum XIII 5473.*

4555 Aug. sac. | deo Marti Ci|collui et Litavi, | P. Attius Paterclu[*s*] | v s. l. m.

Aignay-le-Duc (Creuly revue arch. 5, 1862 p. 116, Mowat revue arch. 14, 1889 p. 372, Lejay inscr. de la Côte d'Or p. 13).

4556 Paterio[1] | cornice Mar. | Cnabetio[2] vot. r.[3] l. l. m.

Osterburken ad limitem Germaniae rep., tabella aenea (Schumacher Kastell Osterburken [obergerm.-raet. Limes fasc. 2] p. 31). — 1) *Quod post* Paterio *cernitur in aere, non est littera, est fortasse interpunctionis signum.* — 2) *Alius titulus eiusdem dei est XIII 6455 = Brambach 1598.* — 3) *Votum rettulit.*

4557 deo Mart[*i*] | Condati[1] V . .|robnus[2] p[*ro*] | se et suis v. s. l. m.

Prope rivum Chester Burn rep., est Newcastle (Eph. 7, 984 vidit Haverfield). — 1) *Eidem deo dicatus est titulus VII 420.* — 2) *Nomen dedicantis incertum est.*

4558 deo Marti | Corotiaco | Simplicia | pro se v. p. l. m. *(in parte postica)* Glaucus fecit.

In basi imaginis aenei hominis iacentis, rep. ad Martlesham in comitatu Suffolk, deinde in museo Britannico (VII 93[a] cf. p. 306 vidit Huebner qui delineavit ex. scr. epigr. n. 905).

4559 Flavia Cuba | Firmani filia | Cososo deo Marti suo[1] | hoc signum donavit | Augusto.

Levroux in finibus Biturigum rep., basis aenea (XIII 1353 aliquoties descripta circa a. 1600). — 1) Marti suo *in provincia Narbonensi non raro titulos dedica-*

verunt (XII 2986. 4222, item ut videtur 4221. 5377); cf. Hirschfeld Beiträge zur Gesch. der Narb. Provinz (Westd. Zeitschr. 8, 1889) p. 19 (137), qui confert Florum 1, 20. Vide etiam infra N. 4585.

4560 Marti Gia|rino | v. s. | Sex. Iul. Firminus.

In Gallia Narbonensi loco dicto St. Zacharie rep., deinde Massiliae (XII 332 vidit Hirschfeld).

4561 Marti | Halamarđ.[1] | sacrum | T. Domit. Vindex | Ͽ leg. XX V. v.[2] | v. s. l. m.

Prope Roermond loco dicto Horn (non longe a Mosa), deinde Roermond (Brambach 2028 cui descripsit Ianssen). — 1) *De littera* Đ *cf. supra N. 2626 not. 1; de vocabulo egit Griebenberger Zeitschrift f. deutsches Alterthum 35, 1891 p. 389.* — 2) *Centurio legionis vicesimae Valeriae victricis.*

4562 in h. d. d.[1] deo Marti Inta|rabo[2] Vitalius Victorinus | et Novellinius Mallus fa|num e[*t*] simu[*l*]acrum a fundam|[*ent*]is ex voto r[*es*]tituerunt.

Löwenbrücken prope Trier rep. a. 1896 (Lehner Korrespondenzbl. d. Westd. Zeitschr. 1896 p. 122). — 1) *In honorem domus divinae.* — 2) *Sic potius quam* Intai|rabo.

4563 deo Intarabo | ex imperio Q. | Solimarius | Bitus aedem | cum suis orna|mentis consa|cravit l. m.

Niersbach in agro Treverorum rep. (Brambach 855 semel descripta saec. XVII).

4564 deo Entarabo[1] et Genio | 7[2] Ollodag. porticum quam | Velugnius[3] Ingenuus promi|serat post obitum eius | Sollavius Victor fil. adoptivos | fecit.

Foy prope Bastogne, in agro olim Treverorum (nunc Belg. prov. Luxemburg) rep. a. 1892, nunc Bruxellis, litteris saeculi p. Chr. 1 (Waltzing Bull. de l'Acad. roy. de Belgique 24, 1892 p. 379, Korrespondenzbl. d. Westd. Zeitschr. 1892 p. 103. 234). — 1) *Litterae* t, *contignatae cum ea quae praecedit particulam in lapide se invenisse (vel certe locum esse litteris* n *et* t *contignatis) ait Waltzing Bull. l. c. p. 387, Westd. Korrespondenzbl. 1899 p. 134;* Enarabo *tantum in lapide esse adfirmat Schuermans Westd. Zeitschr. 1896 p. 396.* — 2) *Centuriae (sed nescio cuius generis centuria significetur).* — 3) *Simile nomen N. 4573.*

4565 Marti Aug. | Lacavo sacrum | Adgentií ex aere | colláto.

Nemausi (XII 3084 vidit Hirschfeld).

4566 Marti | Latobio | Harmogio[1] | Toutati[2] | Sinati | Mog|... enio[3] C. Val. | [*V*]alerinus | ex voto.

Seckau in Norico (III 5320 cf. III S. 11721 viderunt Wilmanns et Hirschfeld). — 1) *Sic hic et N. 4568; cf. N. 4574.* — 2) *Cf. N. 4540.* — 3) *Cf. N. 4577.*

4567 Latobio | Aug. sac. | pro salute | Nam. Sabinae | et Iuliae Bassillae | Vindonia Vera mat. | v. s. l. m.

In Carinthia, in valle Lavant, loco dicto St. Paul, provinciae Norici (III 5098 cf. p. 1825 descripserunt Eckhel aliique).

4568 Harmogio[1] | [*A*]ug. sac. | C. Marius | Serotinus | ex iussu.

Poetovione (Pettau) (III 4014 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 4566.*

4569 *1.*

Σώματος ἐν καμάτοις | μογεροῖς ψυχῆς τε πόνοισιν |
[*C*]orporis adque animi dírós | sufferre labores |

2.

[ἄχρ]ι τανηλεγέος θανά|του Τυχικός ποτε κάμνων, |
dum nequeo mortis pro|pe limina saepe vagando, |

3.

εὐξάμενος Λήνῳ[1] προφυ[γ]εῖν[2] χαλέπ' ἄλ[γ]εα[3] νούσων |
servátus Tychicus divino | Martis amore |

4.

Ἄρηι κρατερῷ δῶρον | τόδε θῆκε σαωθείς.
hoc múnus parvom pr[*o*] | magna dedico cura.

Pommern prope Confluentes (Coblenz) rep., abacus capituli columnae; titulus scriptus litteris optimis per quattuor abaci latera dispositus est (Inscr. Gr. Ital. n. 2562 descr. Zangemeister, imaginem dedit Weisbrodt Ann. Rhenan. 77 tab. IV cf. p. 48). — 1) *Martem Lenum (N. 4570) agnovit Kaibel West. Korrespondenzbl. 8, 1889 p. 227.* — 2) ΠΡΟΦΥ|ΤΕΙΝ, 3) ΑΛΤΕΑ *lapis.*

4570 [*in h. d.*] d. Leno Mar[*t*]i[1] Arte| . . . co[2] M. Iedussius Mag[*nus? et*] Iu[*l*]ia Iut . . a . . . . | [*coniux iu*]ssu p[*osuerunt*].

Prope Bitburg rep. ad vicum Fliessem (Brambach n. 840; Hettner westd. Korrespondenzbl. 7, 1888 p. 147). — 1) *De aliis inscriptionibus eiusdem dei egit Hettner l. c.* — 2) *Alterum cognomen Martis putat Hettner.*

4571 deo Marti | Leucimalaco | M. Fuscius Sec|undus decur. | Quirina[1] | v. s. l. l. m.

4571^a^ [*Le*]ucimal[*aco*][2] | . . ufilliu[*s*] | Augustus | votum sol. | plostralibu[*s*][3] | dedicavit.

Demonte ad fluvium Sturam in Alpibus maritimis (V 7862^a^. 7862 Mommsen vidit ectypa). — 1) *Tribus loco insolito posita.* — 2) *Initio num perierit aliquid (Martis vocabulum), non videtur constare.* — 3) *Plostralia feriae nescio quae mulionum (Momms.).*

4572 Marti Leucetio | T. Taticius Censorinus | v. s. l. l. m.

4572^a^ Curtilia Prepusa | Marti Loucetio | v. s. l. l. m.

Marienborn prope Mogontiacum rep., nunc in museo Wiesbadensi, tabellae aeneae (Brambach 930. 929; Huebner ex. scr. epigr. n. 937. 936).

4573 [*in honorem*][1] | domu[*s*] divinae | Marti Loucetio | sacrum | Amandus | Velugni[2] f. Devas[3].

Worms rep. a. 1888 (XIII 6221 = Zangemeister Korresp.-Bl. 1888 p. 115). — 1) *Principium inscriptionis perscriptum fuisse videtur in alio lapide, cum hic integer sit.* — 2) *Idem nomen in figlinis quibusdam Coloniensibus, cf. etiam supra N. 4563.* — 3) *Hominem oriendum ex Deva Britannicae intellegit Zangemeister.*

Loucetium Martem habes etiam XIII 3087, eundem cum Nemetona infra N. 4586^a^, eundem cum Victoria N. 4586^b^.

4574 Marti Ma[*r*]|mogio[1] Aug. s[*ig*]|num cum si .... | Iun. Philocra[*tes*] | cum Iul. C..isii ... | coma ... cir ... | v. [*s. l. m.*]

Sisciae rep. (III S. 10844 vidit Domaszewski). — 1) *Sic lapis hic et is qui sequitur; aliter supra N. 4566. 4568.*

4575 Marmogio | sacr. M. V. | Rutilius | v. s. l. m.

Olim loco Austriae dicto Perwart, provinciae Norici, iam Vindobonae (III 5672. III S. 11815 viderunt Mommsen et Hirschfeld).

4576 deo Marti Medocio[1] Camp|esium et Victorie Alexan|dri Pii Felicis Augusti nos[*t.*], | donum Lossio Veda[2] de suo | posuit, nepos Vepogeni Caledo.

Camaloduni (Colchester) rep. a. 1891, tabella aenea (Haverfield archaeological journal 49, 1892 p. 188. 216). — 1) *Sic legit Haverfield, in aere esse videtur* MEDOCIO. — 2) *Nomen peregrinum.*

4577 Num. Aug. | et Marti | Mogetio[1] | Gracchus | Ategnutis fil. | v. s. l. m. *(in lateribus anaglypha a dedicatione frontis aliena, Amorem exhibentia; in postica corona quernea laureis et vittis ornata).*

Avarici Biturigum (Bourges) rep. a. 1884 (XIII 1193 vidit Hirschfeld; imago est Bull. du Comité des travaux hist. 1885 tab. XVI ad p. 467). — 1) *De similibus nominibus vel cognominibus deorum cf. ad N. 4706.*

4578 Aug. | Marti Mullon.[1] | Tauricus Tauri f. | v. s. l. m.

Craon (inter Angers et Rennes) (XIII 3096 Mowat vidit ectypum). — 1) *Sic potius quam* Mulion., *Mowat collato ectypo.*

Alias duas inscriptiones Marti Mulloni dedicatas (XIII 3148. 3149), repertas in oppido Rennes, tertiamque una repertam Martis Vicinni (XIII 3150), dabimus infra inter titulos municipales Galliae. Praeterea ad eiusdem numinis cultum videntur pertinuisse tituli Nantes reperti XIII 3101. 3102.

4579 deo Marti Ocelo et | numini imp. Alexandri[1] Aug. | et Iulia[*e*][1] *Mamaeae Aug.*], ... dom .....

Carlisle rep. (Haverfield Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 1894 p. 50). — 1) Alexandri, Iulia[*e*] *vocabula erasa, sed legi potuerunt.*

4580 Vigilia Metia | Massae[1] filia | Marti Olloudio | v. s. l. m.

Prope Antipolim (Antibes) rep. (XII 166 bis ut videtur descripta saec. XVII). — 1) *Cf. infra N. 4614 not. 2.*

4581 Marti | Rigisamo[1] | Ti. Iul. Eunus | ex vissu *(sic).*

Avarici Biturigum (Bourges) rep. a. 1885 (XIII 1190 vidit Hirschfeld). — 1) *Deus Mars Rigisamus reperitur etiam VII 61.*

4582 deo Mar. | Rigae[1] | Scirusor[2] | sac. v. s. l. m.

Malton in Britannia rep. (VII 263[a] Huebner vidit ectypum). — 1) *Sic potius quam* Marrigae. — 2) *Nomen hominis mirum.*

4582[a] deo Marti | Aug. Rudian|o[1]; curator|es curaver|unt.

St.-Etienne prope Deam (Die) Vocontiorum (XII 1566 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Idem deus est etiam XII 341 (cf. add.). 381. 382. 2204.*

4583 Marti Randosati Bassinus Bassuli f. v. s. l. m.

Prope Courpière in agro Arvernorum rep., vas argenteum (XIII 1516 imaginem ed. Plicque bull. des antiq. de France 1884 p. 240).

Martem Thingsum habes infra N. 4760.

4584 nu. Agg.[1], deo Marti Vorocio[2] Gaiolus Gai f. | v. s. l. m.

In anulo magno aheneo (qui suspendi debebat sub statua dei), Vichy rep., est in museo Sangermanensi (XIII 1497 vidit Hirschfeld). — 1) *Numinibus Augustorum. Pro* G *in hoc titulo ubique scriptum est* Є. — 2) *Locus Voroglo (sed scribendum Vorocio) indicatur in tabula Peutingerana prope Aquas calidas Vichy; idem hodie dicitur Vouroux (Villef.).*

4585 L. Coelius Rufus, | Iulia Severa uxor, | L. Coelius Mangius f.[1], | Divannoni, | Dinomogetimaro | Martib.[2] | v. s. l. m.

In oppido Galliae Narbonensis St.-Pons de Thomières (XII 4218 Renier vidit ectypum). — 1) *Filius, scilicet eorum qui praecedunt.* — 2) *Genios intellegit Hirschfeld (cf. supra N. 4559 not. 1); possis etiam conicere Divannonem et Dinomogetimarum appellari Martes.*

4586 Marti et Nemeto|nae | Silvini Iustus | et Dubitatus | v. s. l. l. p.

Altrip rep., est Manhemii (XIII 6131 vidit Zangemeister). Deam peculiarem Nemetum, in quorum finibus hic t. repertus est, Nemetonam fuisse censet Zangemeister. Cum in his titulis Nemetona Marti societur, sola est supra N. 1010 in titulo quem dedicavit homo nobilis Romanus aetatis Flavianae.

4586[a] Peregrinus | Secundi fil. | civis Trever | Loucetio | Marti et | Nemetona *(sic)* | v. s. l. m.

Aquis Sulis (Bath) Britanniae (VII 36 vidit Huebner).

4586[b] [*i.*] h. d. d. | Marti L|[*eu*]cet. et Vi[*c*|*t*]oriae M . . | [*S*]everinus [*p*]|ro suis fil[*i*]|s Sperato e[*t*] | Pupo civ[*ib.* | *T*]reveris . . | . . . . .

Grosskrotzenburg ad Moenum rep. a. 1893 (Limesblatt n. 5 [1893] p. 133).

4587 deo Mecurio *(sic)* Adsmerio I. Venixxam.[1] v. s. l. m.

In vasis ahenei, reperti Poitiers, margine (XIII 1125 vidit Hirschfeld). — 1) *Idem nomen XIII 1337, similia III 3797. 3820. 3825.*

4588

d. Atesmeri- o v. s.	Heusta l. m.

Meaux rep., bases duae gemellae signorum aeneorum quorum pedes vel vestigia tantum restant (XIII 3023 delineavit Longpérier Comptes rendus de l'Académie des inscr. et belles lettres 1868 p. 432). Inscriptiones coniungendas esse, legendumque d. Atesmerio Heusta v. s. l. m. *putat Longpérier.*

4589 Genio Mercur[*ii*] | Alauni Iul. Ac . . .|nius Augustinus | ex v. s. l. l. m.

Manhemii (Brambach n. 1717 p. XXXI; Haug Denksteine des Antiquariums in Mannheim n. 88). — Alaunio *videtur esse dedicatus t. repertus in Gallia Narbonensi, prope Alaunium stationem viae Taurinis Arelate ducentis, XII 1517 (cf. Hirschfeld l. c.).*

4590 Mercurio | Arverno[1] | M. Iulius | Audax | pro se et | suis l. m. *(in unoquoque latere: arbor).*

Inter Novaesium (Neuss) et Krefeld rep., prope praedium Gripswald, non longe a Rheno et Gelduba, est in museo Bonnensi (Brambach n. 256 vidit). — 1) *Alia ara eiusdem dei una inventa est (Brambach 257), cf. praeterea Brambach 2029. Mercurius Arvernus is est cuius praecipua sedes apud Arvernos fuit, cf. infra N. 4600.*

4591 Adverno *(sic)* | L. Valerius | Atticus | [*i*]mp. i[*p*]s.[1]

Coloniae Agrippinae (Klein Ann. Rhenan. 90, 1891 p. 199). — 1) *Sic litteras evanidas supplevit editor.*

4592 Mercurio | Arvernorigi[1] | Cossillus d|onavi es visu | letus libes merito.

Miltenberg (XIII 6603 = Brambach 1741 vidit Zangemeister). — 1) *Cf. Hirschfeld C. I. L. XIII p. 194a.*

4593 *(eques, quem bestiae duae invadunt)* deo Mercurio Kanetonnessi[1] G. Propert. Secundus v. s. l. m. *(In parte aversa disci)* p. III :: [2]

Berthouville in Normandia rep., discus argenteus, iam Parisiis (XIII 3183, 23 vidit Hirschfeld). Una reperta sunt multa alia vasa argentea eidem deo dicata (XIII 3183, 1 seq.). — 1) *Kanetonnum olim dictum fuisse locum quo titulus rep. est recte fortasse coniecit Lenormant.* — 2) *Pondo libras tres trientem (sextantem significari putant, scilicet :: posito pro* Ξ, *propter verum pondus disci).*

4594 Mercuri | Channini | . . . . .[1]

Rohr prope Blankenheim (Freudenberg Ann. Rhenan. 53, 1873 p. 173; Wiedemann ib. 92, 1892 p. 272). — 1) *Vestigia incertarum litterarum. De Mercurio Channinefatium cogitavit primus editor, cf. Scherer Sitzungsber. der Berl. Akad. 1884 p. 577 not. 1 (aliter Much Zeitschr. für deutsches Alterth. 35, 1891 p. 208).*

4595 Mercurio | Cimbrio | *(reliqua, partim detrita partim ut videtur erasa legi non potuerunt).*

E monte Heiligenberg (prope Heidelberg) translata Handschuchsheim, iam Heidelberg (XIII 6402 vidit Zangemeister).

4596 in [*h.*] d. d. deo | Mercurio | C[*im*]briano[1] | aed.[2] cum si|gillo et ar|am posuit | Marcellin|ius Marcianu|s cor.[3] coh. IV Aq. | v. s. l. l. mer., Fau|stino et Ru|fino cos.[4]

Mogontiaci (XIII 6742, Brambach 1284 semel descripta saec. XVII). — 1) C.mabriano *vel* mambriano *traditur. Mercurio Cimbriano dedicati sunt etiam tituli Miltenberg rep. XIII 6604. 6605. Hunc quoque titulum in regione Miltenbergensi repertum esse coniecit Zangemeister (XIII l. c.)* — 2) *Aediculam.* — 3) *Cornicularius.* — 4) *Traditur* coss. *(a. 210).*

4597 deo | Mercurio | Cimiacino | aram turariam | M. Paternius | Vitalis, qui | aedem fecit et | signum posuit, | v. s. l. l. m. | Dedicat. III kal. Octobr. | Gentiano et Basso cos.[1]

Ludenhausen prope Epfach (Abudiacum) Raetiae rep., deinde Augustae Vindelicorum (III 5773 vidit Mommsen). — 1) *A. 211.*

4598 deo Mercurio Cisso|nio Dubitatia Castula | natione Syria templum | et porticus vetustate | conlabsum denuo de suo | restituit.

Vesontione rep. (XIII 5373 aliquoties descripta saec. XVII). Alii Mercurio

Cissonio dicati tituli sunt XIII 6085. Brambach 400 (= Düntzer Alterthümer des Museum Wallraf-Richartz p. 26 n. 10). 1461.

4599 deo Mer. Clavariati.

Les Granges, non procul a Troyes, rep., patera argentea (XIII 3020 vidit Froehner). In parte antica paterae caelatus est Mercurius in aedicula stans.

4600 num. Aug. | et deo Mercuri *(sic)* | Dumiati[1] | Matutinius | Victorinus | d. d.

In agro Arvernorum (Auvergne), in summo monte Puy-de-Dôme rep. a. 1874 in fundamentis aedificii antiqui, tabella aenea, iam Clermont-Ferrand (XIII 1523 vidit Hirschfeld). — 1) *Montem Puy-de-Dôme aetate antiqua appellatum esse Dumium ex hoc agnomine Mercurii videtur colligi posse. In hoc ut videtur fano stetit colossus aeneus Mercurii quem in civitate Galliae Arvernis Zenodorus artifex fecit temporibus Neronis (Plin. h. n. 34, 45). Item hoc videtur fuisse fanum apud Arvernos situm, Gallica lingua Vasso Galate vocatum (cf. infra N. 4604), quod temporibus Valeriani et Gallieni incenderunt Alamanni (Gregor. Tur. hist. Franc. 1, 32). Cf. Hirschfeld XIII p. 194, Sitzungsber. der Akad. d. Wiss. Berlin. 1897 p. 1102. 1112.*

4601 deo Mercurio Iovantucaro pro salute | Romaniae Romanae et Romani Severi | Iulius Romanus pater vissu *(sic traditur)* monitus | v. s. l. l. m.

Tholey prope St. Wendel, in finibus Treverorum, rep., cista ut dicitur aenea (Ann. Rhen. 49, 1870 p. 188 semel descripta a. 1755).

4602 Aug. sacr. deo | Mercurio | Victori Ma[*g*]|niaco[1] Ve[*l*]launo[2] | C. Capitoius *(sic videtur)* Macri|nus restituit.

Hières ad Rhodanum non longe a Lugduno (XII 2373 vidit Allmer). — 1) Macniaco, 2) Veilauno *lapis teste Allmero.*

4603 in h. d. d. | deo Mercur. Mocco[1] | L. Mascl. Masculus et | Sedatia Blandula | mater ex voto.

Andemantunni, quae et civitas Lingonum (Langres) (XIII 5676 partem vidit Hirschfeld). — 1) *Dei nomen mansisse per multa saecula colli cuidam appellato 'Mont de Moque' sito prope Langres ex actis quibusdam ecclesiae Lingonensis referunt.*

4604 [*i*]n h. d. [*d.*] | deo Mercu[*rio*] | Vassocaleti[1] | Mandaloniu[*s*] | Gratus d. [*d.*]

Bitburg in Treveris (Brambach 835; vidit Zangemeister cf. C. I. L. XIII p. 194 not. 4). — 1) *Hoc vel simili vocabulo fanum nobile apud Arvernos (Mercurii sine dubio) appellatum esse tradit Gregorius Turonensis; cf. ad N. 4600 et Hirschfeld Sitzungsber. der Akad. d. Wiss. 1897 p. 1113 not. 1.*

4605 Merc. | Aug. Visucio Iul. | Montanus T. Iul. | Secundi Fausti | lib. | v. s. l. m.

Burdigalae (XIII 577 vidit Hirschfeld). Visucii titulos composuit Keune Westd. Korrespondenzbl. 1897 p. 82 seq.

4606 Mercu|rio Vi|du|co[1] | *(Mercurius stans)* | cives | Lemo|vic. | v. s. | l. m.

Burdigalae (XIII 576 vidit Hirschfeld). — 1) *Fortasse esse debuisse* VIÐVCO *observat Hirschfeld.*

4607 Visucio | aedem cum sign[*o*] | C. Candidius | Calpurnianu[*s*] | d. c. c. S. N.[1], item dec.[2] [*c*.] | c. Nemet.[3] fec.

In monte Heiligenberg supra Heidelbergam rep., est Mannheim (XIII 6404 vidit Zangemeister). Eodem loco complures tituli Mercurio dicati prodierunt (XIII 6398. 6399 = Br. 1703. XIII 6400. 6401 = Br. 1702). — 1) *Decurio civium civitatis Sueborum Nicretum (sic Zangemeister C. I. L. XIII 2, p. 231, Neue Heidelberger Jahrb. 3, 1893 p. 4, collato titulo XIII 2633). Civitatis eius caput fuit Lopodunum, hodie Ladenburg. Ab eadem civitate positi sunt miliarii quos supra dedimus N. 472. 532.* — 2) *Sic litteras contignatas legit Zangemeister.* — 3) *Decurio civium civitatis Nemetum (cf. supra N. 428 not. 2).*

4608 *(Mercurii et Visuciae imagines fractae)* deo Mercurio Vi|sucio et sacte *(sic)* Visu|cie, P. Quartionius | Secundinus decu[*r*. | *c*]ivi. Suma.[1] ex iu.[2] v. s. l. m.

Ad vicum Köngen (prope Esslingen ad Nicrum fl.), ubi fuit Grinario, rep., est Stuttgarti (XIII 6384 = Brambach 1581 vidit Zangemeister). — 1) *Decurio civitatis Sumalocennensis. De Sumelocenna sive Sumalocenna, sita ibi ubi est Rottenburg, cf. supra N. 2334 (ubi vere in lapide est* qq.*), infra inter municipales Germaniae et imprimis Zangemeister C. I. L. XIII 2 p. 214 seq.* — 2) *Iussu.*

4609 *(protome mulieris; protome Mercurii iuvenilis petasati; caduceus)* deo Mercurio et Ros|merte Cantius Titi | filius ex vot.

Langres rep. (XIII 5677 vidit et delineavit Petavius).

4610 in h. d. d. deo | Mercurio et Ro|smerte, Docci | Aprossus et Ac|cep[*t*]us IIIIIIviri A[*u*]gustal., | v. s. l. m.

Rheinsport ad Mosellam in finibus Treverorum rep., est Mannheim (Haug Denkst. des Antiquariums in Mannheim n. 15).

4611 Aug. sa[*c*.] | deae Rosm|[*er*]tae | Cne.[1] Com|inius Ca|ndidus | et Apro|nia Avi|tilla | v. s. l. m.

Gissey-le-Vieil in finibus Haeduorum (XIII 2831 bis vel semel tantum descripta). — 1) *Vix recte exceptum.*

4612 *(Mercurius, chlamyde et torque indutus, sin. caduceum tenens, dextr. crumenam, super aram vel potius cistam apertam; retro animal quoddam; iuxta deae, fortasse Rosmertae, figura mutila)* [*I*]ndus Mediom[*atric*.] | Mercurio v. [*l. m.*] s. *(In latere sin.: figura muliebris mutila; in latere d.: homo [vel deus] caedens arborem, supra arborem caput bovinum, grues tres*[1]*).*

Prope Augustam Treverorum rep. (Lehner Korrespondenzbl. d. Westd. Zeitschr. 1896 p. 35 seq., cum imagine frontis et lateris dextri; cf. Reinach Revue celtique 18, 1897 p. 257). — 1) *De heroe arborem caedente et de gruibus cf. ad N. 4613[a].*

4613[a] Iovis *(Iupiter, sceptrum et fulmen tenens; ad pedes eius aquila). In latere sinistro:* Volcanus *(Vulcanus pileatus, malleum et forcipem tenens). In latere dextro:* Esus[1] *(deus seminudus securi, quam dextra tenet, salicem caedens*[2]*). In parte aversa:* tarvos trigaranus[3] *(taurus dorsuali ornatus; retro salices arbores, inter quarum folia grues tres capiti et dorso tauri insidere videntur*[2]*).*

4613b [*C*]ernunnos[4] *(deus barbatus, auribus cervinis et cornua gestans cervina, ex utroque cornu torquis suspensa est). In latere dextro:* Smert[*ull*]os *(deus barbatus, dextra clavam contra serpentem tollens). In parte aversa:* Castor *(Castor equum tenens). In latere sinistro Pollucis nomen periit (deus equum tenens).*

4613c Fort .... *(deae duae, una nescio quid rotundum, altera in humero arcum vel lanceam gerens). In parte aversa* ... ius ... *(deus loricatus et galeatus et mulier, Mars ut videtur et Venus). In latere dextro Mercurii et alterius dei, in latere sinistro nescio quorum duorum deorum imagines; inscriptiones perierunt.*

4613d Tib. Caesare | Aug., Iovi optum[*o*][5] | maxsumo | nautae Parisiac[*i*] | publice posieru|n[*t*]. *(In parte aversa)* Eurises *(homines tres barbati pileati cum peltis et lanceis; unus praeterea manu dextra circulum gerit. — In latere dextro homines tres imberbes pileati cum scutis et lanceis; inscriptio numquam videtur adfuisse. — In latere sinistro)* Senani useilom[6] *(homines tres mutilati, medius cornutus videtur.).*

Parisiis rep. a. 1710, arae quattuor (XIII 3026 b c d a vidit Hirschfeld; imaginem primae dedit Reinach revue celtique 18, 1897 p. 254, omnium imagines Desjardins Géographie de la Gaule III p. 261 seq., anaglypha enarravit Mowat bull. épigraphique de la Gaule 1, 49 seq.). — 1) *Esus deus Gallorum memoratur a Lucano 1, 445 et Lactantio inst. div. 1, 21.* — 2) *Idem deus arborem caedens, itemque grues tres non cum tauro, sed tamen cum capite bovino, redeunt N. 4612. Mowat bull. épigr. 3 p. 163 confert ciconias quae extant in ara Chesterholmiensi VII 704. Fabulas Hiberniae cum his composuit Arbois de Iubainville revue celt. 19, 1898 p. 247 seq., revue arch. 36, 1900 p. 70 seq.* — 3) *Taurum et tres grues significari apparet.* — 4) *Cornuti significationem in hoc vocabulo inesse putant.* — 5) o *littera ad versum sequentem reiecta (cf. Hirschfeld l. c.).* — 6) *In priore vocabulo testes idonei consentiunt; in altero* s *litteram non agnovit Hirschfeld* (useiloni *Mowat). Vocabulis his idem Gallice significari quod Latine in antica scriptum est, aram a nautis Parisiacis publice positam esse, nonnulli sibi persuaserunt, sine causa.*

4614 deo Sucello, | Nantosuelte[1]: | Bellausus Mas|se[2] filius v. s. l. m. *(deus barbatus, sceptrum tenens malleatum; dea alata).*

Saarburg Lotharingiae, in finibus Mediomatricorum, rep. a. 1895, iam Metz in museo (Wendling Korrespondenzbl. d. westd. Zeitschr. 1895 p. 229; Keune ib. 1896 p. 53; imago est Westd. Zeitschr. 1896 p. 340; Jahrb. der Gesellsch. f. lothring. Gesch. u. Alterthumskunde 1896 p. 169). — 1) *De Sucelo sive Sucello cf. infra N. 4689; Nantosuelta ignota est.* — 2) *Idem nomen est supra 4580. XIII 6347 (= Brambach 1696) et alibi.*

4615 I. o. m. | Sucaelo et | Gen. loci pro | salute C. | Calpurni | Seppiani p. p. | leg. XXII Pr. p., | Trophimus | actor [*et?*] can|abari ex | voto.

Mogontiaci rep. a. 1882 (XIII 6730; Keller inscr. mus. Mogunt. n. 25a, Ann. Rhen. 74, 1882 p. 189).

4616 Iovi Accioni[1] | [*pa*]trio Suetrius | [*Sabi*]nus[2] leg. | ...

4616a dis reducibus | patriis | Suetrius Sabinus[2] | leg. Aug. pr. pr. fec.

In museo Pestinensi, haec certe rep. prope Pesth in ripa Danuvii (III 3428. 3429 cf. Eph. 2, 631 vidit Mommsen). — 1) *Lacum Lemanum a Graecis appellatum esse Accion (?) tradit Avienus or. marit. 683, quem locum contulit Holder celt.*

Sprachschatz s. v. Acionna dea (infra N. 4695) non videtur huc pertinere. Unde oriundus fuerit is qui titulos posuit (not. 2), nescimus. — 2) *Est C. Octavius Appius Suetrius Sabinus supra N. 1159.*

4617 I. o. m. | Addo ex | voto po|suit pro s|alute sua | suorum[*q.*] | mannoe | diem [1] *(reliqua evanida).*

Altrip prope Spiram rep. (XIII 6128 vidit Zangemeister). — 1) *Haec obscura.*

4618 I. o. m. | Agganai|co [1] M. No|nius Veru|s cum suis | v. s. l. m.

Ticini (V 6409 vidit Mommsen). — 1) *Cf. infra N. 4820.*

4619 I. o. m. | Adceneico [1] v. s. l. m. | Firmasius Mansu|[*etus*] . . .

Mediolani (V 5783 vidit Mommsen). — 1) Adoneico *aliquando editum erat, male.*

4620 Iovi | Baginati [1] | Corinthus | Nigidi | Aeliani | ex vot.

Morestel in finibus Allobrogum (XII 2383 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Cf. infra N. 4669.*

4621 I. o. m. Bussumario [1] | C. Atil. Eutyches Aug. | col. Apul. pro salute | sua suorumq. omnium | exedram long. p. XXX latam | p. XXV cu[*m porti*]cu pec. sua f[*e*]cit.

Apuli (Maros Porti) in Dacia rep. (Iung arch. ep. Mitth. 19, p. 70). — 1) *Eidem deo* (I. o. Bussumaro) *dicatus est alius titulus Apulensis III 1033, eidem fortasse Moesicus III S. 12403. Agnomen dei Gallicum* (Busu *et* Bussumarus *legitur in nummis Gallicis, certe ex parte repertis in Pannonia, cf. Lelewel études numismatiques 1, 277; Wiener num. Monatsh. 2, 1861 p. 105; Muret-Chabouillet catal. des monnaies gauloises de la bibl. nationale n. 10141. 10144).*

4622 I. o. m. Tanaro [1] | T. Elupius [2] Galer. | Praesens [*Cl*]unia [3] | pri. leg. XX V. v. | Commodo et | Laterano | cos. [4] | v. s. l. m.

Chester rep. a. 1653, nunc Oxonii (VII 168 Huebner vidit sed evanidam; videtur non plus semel descripta esse). — 1) *Cf. Much Zeitschr. f. deutsches Alterth. 35, 1891 p. 372.* — 2) *Nomen corruptum.* — 3) Gunia *traditur.* — 4) *A. 154.*

4623 Iovi Ta|ranuco [1] | Arria Suc|cessa v. s.

Scardonae in Dalmatia rep. (III 2804 ad apographum factum saec. XVII). — 1) *Incertum an cum hoc deo componendus Taranis deus Gallorum memoratus a Lucano 1, 445.*

4624 *(lunula)* deo | Taranucno | Verat[*i*]us | Primus | ex iussu.

Prope Boeckingen (ibi ubi N. 2615) rep., est Stuttgart (XIII 6478 = Brambach 1589 vidit Zangemeister).

4625 in h. d. d. deo | Taranucno | Travini [1] | quibus ex | collata | stipe . . . . | Iul. Iu . . . | c. co . . . . | iuss . . . . .

Godramstein prope Landau rep., est Manhemii (XIII 6094 vidit Zangemeister). — 1) *Vocabulum obscurum (prima littera incerta).*

4626 I. o. m. | Uxellimo [1] | Serandius *(sic)* | Verinus | dec. Cel. p. i. *(sic)*, | Pomp. | Ursula eius | cum Urso fil. | v. s. l. m.

In pago Bukovza, prope Roemerbad Tüffer, provinciae Norici (III 5145 cf. p. 1829 vidit Wilmanns). — 1) *Cognomen Iovis Gallicum, cf. infra N. 4693*[a].

4627 *(imago Herculis fracta)* Herculi | Maliator.[1]

Obernburg ad Moenum rep. (Christ Ann. Rhen. 62, 1878 p. 49 vidit Zangemeister cf. Neue Heidelberger Jahrb. 1895 p. 55 not. 4). — 1) *Herculi Mal(l)iatori, explicat Zangemeister, qui monuit malleum attribui solitum esse a Germaniae populis summo apud ipsos numini (Thunar). Nomen dedicantis fortasse in alio lapide scriptum erat (Zangem.).*

4628 Herculi | Magusan|[*o*][1] sacrum | Val. Nigri|nus dupli. | alae Tun|grorum.

Ad vallum Pii Britannicum inter Polmont et Mumerills rep. (VII 1090 bis ut videtur descripta). — 1) *Idem deus est supra N. 2188 (ubi non* Macus-, *sed* Magus- *in lapide esse iam constat: VI 31162) et in titulo Bonnensi Ann. Rhen. 73,74 (cf. infra N. 4780 not. 2); praeterea memoriam eius servaverunt nummi Postumi (Eckhel 7, 444).*

4629 *(rosa)* Herculi | Magusano[1] et | Haevae[2] Ulp. | Lupio et Ul|pia Ammava | pro natis | v. s. l. m.

In insula Batavorum in regione dicta Betuwe, deinde Bruxellis (Brambach 130 aliquoties descripta saec. XVII/XVIII). — 1) *Sic unus ex testibus,* Ma|cusano *plerique.* — 2) *Sic (duabus postremis litteris contignatis) plerique ex descriptoribus,* Haeva *nonnulli. Vix cogitandum de Hebe-Graecorum, potius de Caiva infra N. 4741.*

4630 pro sa[*l.*] .... | [*Herc*]uli Magusan[*o*] .. | .. is Abirenibu[*s, Sil*]vano et Geni[*o*] ..., | .. ne Mahal ... | ... rie, Mercu[*rio*] .. | [*cete*]risque dis dea[*busque* | *omn*]ibus, Similin[*ius*] | ... nus vered[*ar.*][1] .. | ... stis Dirmes ....| ... nus item c ... | ... cu ....

Deutz rep. (Schwörbel Ann. Rhen. 77, 1884 p. 45 cf. Ihm ib. 83 p. 172 n. 450; vidit Zangemeister). — 1) *Numeros veredariorum novimus in Germania superiore (Limesblatt n. 27 p. 763) et in Dacia (III 13795/6 = arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 17 p. 224).*

4631 Aug. sacr. | deo | Herculi | Sex. Orgius | Suavis[1] | d. s. p. d. | L. d. ex d. pag.[2]

4632 Aug. sacr. | deo Mercu|rio | Sex. Orgius | Suavis[1] | d. s. p. d. | L. d. ex d. pag.[2]

Chalon-sur-Saône, ubi fuit Cavillonum Haeduorum (XIII 2609. 2608 vidit Hirschfeld). — 1) *Idem homo Augustonemeti titulum XIII 1462 dedicavit Genio Arvernorum.* — 2) *Locus datus ex decreto paganorum.*

4633

Arduinne[1]	Camulo[1]	Iovi	Mercurio	Herculi
(Diana succincta cum arcu et pharetra)	*(Mars cum hasta et clipeo)*	*(Iuppiter d. hastam, s. fulmen tenens)*	*(Mercurius caduceum gestans)*	*(adiacent ei a d. exuviae leonis et caput tauri; ipse s. Hesperidum mala tenet)*

M. Quartinius M. f. cives Sabinus Remus[2]
miles coh. VII pr. Antoniniane p. v. v. l. s.

Romae, est in museo Vaticano (VI 46; cf. Huebner ex. scr. epigr. 490). — 1) *Arduinnae (de qua cf. etiam N. 4697) et Camuli (cf. N. 4550) nomina et imagines viderunt Smetius Pighius aliique; cum periissent post medium saec. XVI, eorum loco manu recenti reposita sunt Saturni et Martis nomina, illius etiam*

imago. Ceterum hac usus inscriptione Ligorius et Dianae Arduinnae titulos nonnullos confinxit (XIV 430. 436*) et Camuli (cf. ad N. 4550).* — 2) *'Cives' (sic scriptum in titulis militum oriundorum ex Germania etiam supra N. 2508. 2564. 2575, infra N. 4743. 4811. 4832. Brambach 981) vel potius 'civis Remus' ideo separantur, ut tribus, quae nulla fuit, locus legitimus aliquo modo expleatur (Henzen).*

4634 I. o. m. | et Genio loc[*i*], | Marti Hercul[*i*] | Mercurio[1] | Ambiomarcis[2], mi|lites leg. XXX U. v. | M. Ulp. Panno, | T. Mans. Marcus, | M. Ulp. Lellavvo, | T. Aur. Lavinus | v. s. l. m.

Rigomagi (Remagen) rep. (Braun Ann. Rhen. 26, 1858 p. 115; inde Brambach 646). — 1) *Sub Martis Herculis Mercurii nominibus latere tria summa numina Germanorum (Tac. Germ. 9) monuit Zangemeister Neue Heidelberger Jahrbücher 1895 p. 52. Cf. infra N. 4833.* — 2) *Vocabulum videtur pertinere ad deorum nomina quae praecedunt, sed significatio latet (cf. Zangemeister l. c. p. 53).*

4635 Mercurio | Apollini | Minervae[1] | Togirix | Metiae f. | v. s. l. m.

Eburoduni (Yverdun) (XIII 5055 = Inscr. Helv. 139 vidit Mommsen). — 1) *A Gallis maxime Mercurium, post hunc Apollinem et Martem et Iovem et Minervam coli tradit Caesar b. Gall. 6, 17.*

4636 Apollini Anextiomaro[1] M. A. Sab.[2]

South Shields (prope Newcastle) rep., patera aenea (Eph. ep. 7, 1162 vidit Haverfield). — 1) *Sic potius quam* Anextlomar- *est in aere (Haverfield archaeological journal 50, 1893 p. 296). Idem numen memorari in fragmento lapidis (*..i Anex... *superest in v. 1) adservato in oppido Le Mans (XIII 3190) notavit Villefosse bull. monumental 1889 p. 583.*

4637 Num. Au[*g*.] | et Genio Apol[*l*]inis | Atepomari, Iul. Atr|ectus Craxanti fil. et Iul. | Gnaius Atrecti fil. d. s. d.

Non longe a Poitiers rep., loco dicto Peu-Berland, in confiniis Pictavorum et Biturigum Cuborum (XIII 1318; Revue celtique 1896 p. 35).

4638 et[1] deo Apollini | Cobledulitavo | M. Pompeius, C. Pomp. | Sancti sacerdot. | Arensis[2] fil., Quir. Libo[3] | sacerdos Arensis[2], | qui templum deae | Tutelae et therma[*s*] | public. utraq. ol[*im*] vetustate collab[*sa*] | sua pecunia rest., | v. s. l. m.

Périgueux, ubi fuit Vesunna Petrucoriorum, cf. supra N. 3735 (XIII 939 vidit Hirschfeld). — 1) *Cum basis superne integra sit, fortasse alter lapis superpositus fuit, et in eo alterius dei nomen scriptum.* — 2) *Sacerdos Arensis est sacerdos ad aram Augusti Lugdunensem.* — 3) *Idem homo cum patre memoratur in titulo Lugduni reperto XIII 1704, in quo uterque appellatur sacerdos.*

4639 Apollini | Mapono[1] | .. Terentius | .. f. Ouf. | Firmus Saen.[2] | praef. castr. | leg. VI V. p. f.[3] | [*d*.] d.

Hexham in Britannia rep. (VII 1345 descr. Bruce). — 1) *Apollini Mapono videtur etiam dedicatus esse titulus VII 218. 'Maponi' locus aliunde non notus nominatur a Ravennate (5, 31 p. 436, 20) inter diversa loca Britanniae (Hue.).* — 2) *Intellegitur Saena Italiae (Siena).* — 3) *Praefectus castrorum legionis sextae Victricis piae fidelis.*

4640 deo | Mapono | et n.[1] Aug. | Durio | et Ramio | et Trupo | et Lurio | Germa|ni v. s. l. m.

In Britannia non longe a vallo Hadriani, loco dicto Armthwaite, prope Plumptonwall (VII 332 bis ut videtur descripta). — 1) *Numinibus.*

4641 in h. d. d. | Apollini Tou|tiorigi | L. Marinius | Marinia|nus Ɔ leg. VII | Gem. Alexan|d[*ria*]nae[1] vo|ti compos.

Aquis Mattiacis (Wiesbaden) rep. (Brambach 1529; Lehner mus. Wisbad. n. 312). Similiter Apollini cuidam cognomine Gallico videtur fuisse dedicatus t. Bonnensis (dudum deperditus) Orell. 2021 = Brambach 463 (APOLLIN⊥IVIGI *vel* APOLLINI LIVIC·I *vel* APOLLIN·LIVICI *apographa).* — 1) *Vocabulum erasum.*

4642 deo Apollini Vindonn[*o*] . . Urbici|us Flaccus v. [*s. l.*] m.

4643 *(caput virile radiatum et alatum, scilicet Apollinis vel Solis)* [*deo Apollini Vind*]onno et Fontibus | . . . . [*P*]risci v. s. l. m.

In finibus Lingonum, loco dicto la Cave, prope Essarois, rep., iam Châtillon in museo (XIII 5644. 5645 vidit Hirschfeld; Thédenat mém. des antiq. 49, 1888 p. 211. 212).

4644 Apoll. | Virotuti | T. Rutil. Buricus | . . . .

Prope Annecy rep. (XII 2525 vidit Hirschfeld). Ad eundem deum fortasse pertinuit XIII 3185.

4645 pro salute et | victoriae *(sic)* Aug.[1] | Apollini et Ver|iogodumno | tribunalia dua | Setubogius Esuggi | f. d. s. d.

Amiens, iam Parisiis (Orell. 2062; Revue arch. 1899, 2 p. 226). — 1) *Sic (litteris* A *et* u *contignatis) Seymour de Ricci Revue arch. l. c., adprobante Mommseno qui et ipse vidit; antea legerant* VICTORIA EXXG. *(= exercituum Germaniae).*

4646 Apollini | Granno | Q. Lusius | Sabinia|nus | proc. | Aug. | v. s. [*l.*] m.

In Scotia prope Edinburg rep. (VII 1082 saec. XVI aliquoties ut videtur descripta).

4647 in h. d. d. [*d*]eo Apolli|n[*i G*]ra[*nn*]o Phoeb. | L. I[*n*]genuviu[*s*] Pri|manu[*s*] ex voto p.

Treveris (Hettner Steindenkmäler des Museums zu Trier p. 36 n. 47). — [*G*]ranno, Camenis *aliisque compluribus diis dicatus est tit. Bonnensis supra N. 1195. Apollo Grannus praeterea ex multis aliis titulis notus est.*

4648 deo Apol|lini Gran|no Amar|colitan. | Veranus | Verci f. | Tilande[*r*][1] | v. s. l. m.

Prope Augustodunum (Autun) rep., loco dicto Branges (XIII 2600 vidit Hirschfeld). — 1) *Incertum utrum cognomen Verani an ethnicum (Hirschf.).*

4649 Apollini Gran|no Mogouno[1] | aram | Q. Licini. Trio | d. s. d.

Horburg prope Colmar rep., postea Argentorati, ubi periit anno 1870 (XIII 5315 vidit Brambach n. 1915). — 1) *Cf. infra ad N. 4706.*

4650 Apollini | Granno | et Nymph|is C. Vidius | Iulius pro | se et suis | v. s. l. l. m.

Rep. ad Danuvium in monte Ennetach, est Ulmae (III 5861 cf. III S. 11894 vidit Zangemeister).

4651 Apollini Granno et sanctae Hygiae ......|.. at. deum i[p]s[o]rum pro salute Luc....

Faimingen in alveo Danuvii rep., est Augsburg (III 5873 cf. III S. p. 1854 viderunt Mommsen et Hirschfeld).

4652 Apollini | Granno et | sanctae | Sironae | sacrum.

Romae (VI 36 descr. Smetius aliique).

4653 Apollini | et Sironae | idem[1] | Taurus *(in lateribus iuvenis, vir; in parte postica: Apollo).*

Luxovii (Luxeuil) in Sequanis in thermis rep. (XIII 5424 vidit Hirschfeld). Eodem loco prodiit N. 4680[a], *ubi vide.* — 1) idem *potius quam* itidem. *Alia ara ab eodem Tauro iuxta videtur fuisse statuta.*

Apollini et Sironae praeterea dicati sunt tituli XIII 6272. 6458 (= Brambach 919. 1597 = Orell. 2048. 2047). III 5588.

4654 Sironae | Abducietus | Toceti fil. | v. s. l. m.

Burdigalae (XIII 582 vidit Hirschfeld).

4655 *(protome muliebris)* deae Đironae | Maior Ma|giati filius | v. s. l. m.

St.-Avold rep., postea Argentorati (Robert épigraphie de la Moselle I p. 93). Deae Sironae dedicati sunt praeterea tituli Treverensis (Brambach n. 814; Hettner Steindenkmäler des Museums zu Trier n. 49), ubi item scriptum est ĐIRON-, *aliique complures (XIII 6327 = Brambach 1698 = Henzen 5912; XIII 3143; Ann. Rhenan. 44/5, 1868 p. 63).*

4656 deo Apol|lini Borvoni | et Damonae | C. Daminius | Ferox civis | Lingonus ex | voto.

Bourbonne-les-Bains, inter Langres et Epinal (XIII 5911 Zangemeister vidit ectypum gypsaceum). Eodem loco alii multi tituli eisdem Borvoni et Damonae positi reperti sunt (XIII 5912 seq.; Chabouillet rev. arch. n. s. 39, 1880 p. 18 seq.). — A Borvone (N. 4658. 4659 not. 3) sive Bormone (N. 4659), deo sine dubio aquarum salutarium, apparet et hunc locum nomen habere et alia similiter appellata, Bourbon Lancy (cf. N. 4659) et Bourbon l'Archambault. Hoc loco (Bourbon l'Archambault) qui extant fontes calidi, ii videntur esse qui in tabula Peutingerana appellantur Aquae Bormonis. Eidem deo dedicati sunt ad Aquas Sabaudiae (Aix-les-Bains) tituli XII 2443. 2444. Etiam Bormanum et Bormanam (infra N. 4670), item deum Bormanicum (supra N. 4514), huc pertinere probabile est (videndum an huc non pertineat etiam V 7504).

4657 Aug. sacr. | deo Albio et Damonae[1] Sex. Mart. | Cocillus ex iussu eius v. s. l. m.

Prope Arnay-le-Duc, inter Autun et Dijon, ad thermas (source minérale de Maizières) vas aeneum olim inauratum, litteris punctim scriptis (XIII 2840; delineavit Villefosse bull. des antiquaires de France 1899 p. 322). — 1) *Cf. N. 4656. 4659.*

4658 Aug. sacr. deo | Borvoni et Candi|do aerari[1] sub cu|ra Leonis et Mar|ciani ex voto r.[2]; | aerari dona.[3]

Entrains (inter Auxerre et Nevers), ubi fuit Intaranum vicus Senonum (XIII 2901 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Intellege fabros aerarios.* — 2) *Restituerunt?* — 3) *Aerarii donaverunt.*

4659 C. Iulius Eporedirigis[1] f. Magnus | pro L. Iulio Caleno[2] filio | Bormoni et Damonae[3] | vot. sol.

Bourbon-Lancy (in Burgundia vetere, hodie dép. Saône-et-Loire; cf. ad N. 4656), non longe a Ligere fl. (XIII 2805 Hirschfeld vidit ectypum gypsaceum). — 1) *Eporedorix Haeduus memoratus a Caesare b. G. 7, 39 seq. potest fuisse e maioribus huius.* — 2) *Fortasse hic Iulius Calenus Haeduus memoratus a Tac. h. 3, 35.* — 3) *Alius titulus eodem loco rep. (XIII 2806) dicatus est* Borvoni et Damonae, *iisdemque videntur fuisse dicati XIII 2807. 2808.*

4660 deae | Suli Mi|nervae | Sulinus | Matu|ri fil. | v. s. l. m.

Bath rep. ad caput fontis calidi (VII 43 vidit Huebner). Illo loco fuerunt Aquae Sulis memoratae in itinerario Ant. p. 486. Memorat hos fontes calidos Britanniae etiam Solinus 22, 10 (18), aitque eos fuisse in tutela Minervae, scilicet Minervae Sulis. — Cf. etiam ad N. 3134.

4661 Priscus | Touti f. | lapidariu[s], | civis Car[*nu*]|tenus Su[*li*] | deae v. [s.]

Bath rep. (Haverfield Procès-verbaux du Comité des travaux hist. et arch. 1900 Ian. p. II).

Deae Suli *(sic VII 40. 41) vel* deae Suli Min. *(VII 42) dedicati sunt etiam tituli eodem loco reperti VII 40—42,* dea Sul. *(sic) titulus rep. Alzey XIII 6266 cf. Ihm ann. Rhen. 83, 1887 p. 184 n. 551. In titulo Dacico III 1156 incertum est utrum eadem dea an Suleviae Germanorum (infra N. 4772 seq.) intellegendae sunt.*

4662 Sul[*e*]viae[1] | Idennicae[2] | Minervae | votum.

Prope vicum Collias Galliae Narbonensis, non longe a Nemauso (XII 2974 ad exemplum Guirani Nemausensis auctoris accurati). — 1) Suliviae *traditur (*dae Sulev[*iae*] *dicatus est titulus Trevir Hettner Steind. d. Mus. Trier n. 109; Sulevis vel Suleviabus dedicatos titulos habes infra N. 4772 seq.).* — 2) *Loci Eyssènes, hodie Seynes dicti nomen comparant regionis illius periti.*

4663 Minervae | Belisamae[1] | sacrum | Q. Valerius | Montan. | e[*x*] v[*oto*].

St.-Lizier in Aquitania (XIII 8 saepius descripta). — 1) *Eidem deae videtur esse dedicatus titulus Celticus Vasione in Gallia Narbonensi rep., quem edidit Hirschfeld XII p. 162 (Σεγομαρος Ουιλλονεος τοουτιους Ναμαυσατις ειωρου Βηλησαμι σοσιν νεμητον . . .).*

4664 p. s. d. d.[1] | Q. Eniboudius | Montanus Ɔ[2] | leg. III Italicae | ordinatus [*e*]x eq. | Rom.[3] ab domino | imp. M. Aur. A[*n*]toni|no Aug., aram posu|it deo Abinio | l. m.

Villavecchia prope Nizzam, deinde Parisiis (V 7865 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Pro salute domus divinae.* — 2) *Centurio.* — 3) *Cf. supra N. 2655. — Eodem loco ab eodem homine ara posita est* deo . . orevaio. — Deo Abianio *Aptae in Gallia Narbonensi posita est ara XII 6034.*

4665 Adidoni et Augusto | Sex. Talonius Musicus d. s. p. p. *(ab altera parte extat titulus Christianus).*

Le Puy (XIII 1575 vidit Hirschfeld).

4666 deo Alisano[1] Paullinus | pro Contedio fil. suo | v. s. l. m.

In agro Haeduorum loco dicto Visignot rep., iam in museo Sangermanensi,

in paterae aeneae manubrio, titulus punctim exaratus (XIII 2843 vidit Hirschfeld; cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 932). — 1) *Idem deus memoratur in titulo Celtico XIII 5468 = Huebner ex. scr. epigr. n. 931.*

4667 deo Baconi[1] | G. Lautius . . [*f.*] | Sabinus | decurio alae I | Flaviae . . . .

Chalon-sur-Saône, ubi fuit Cavillonum Haeduorum (XIII 2603 vidit Hirschfeld). — 1) *Marcellus martyr Cavilloni cultus narratur ad atrium divi Baconis (sic certe unus codex actorum) perductus esse (act. Sanct. mens. Sept. II p. 200; monuit Canat inscriptionis huius primus editor).*

4668 Bacurdo[1] | sacrum | M. Alban[*i*]us | Paternus | optio | v. s. l. m. | II Sil. cos.[2] *(cornu copiae).*

Coloniae Agrippinae (Brambach 385 e Grutero aliisque; fortasse semel tantum descripta). — 1) *Alius eiusdem dei titulus ap. Brambach 386.* — 2) *Duobus Silanis consulibus, i. e. a. 189.*

4669 Felix Sme|ri f. Bagino | et Bagina|tiabus[1] | [*v.*] s. l. m.

Tarendel prope Bellecombe in finibus Allobrogum rep., iam Valence (Allmer revue épigr. 3, 1895 p. 359 n. 1124). — 1) *Cf. supra N. 4620.*

4670 Bormano | et Borman[*ae*] | P. Saprin[*ius*] | Eusebes v. s. | l. m.

Prope Deam Vocontiorum (Die) rep. (XII 1561 vidit Hirschfeld). — *Bormanae praeterea dicatus est titulus XIII 2452. Cf. ad N. 4656.*

4671 Aug. sacru. deo | Brixantu propitiu[1].

Prope Moulins-en-Gilbert (inter Autun et Nevers) rep., est Parisiis, clavis aenea permagna (XIII 2812 vidit Hirschfeld et sinceram indicavit; dubitant de antiquitate Babelon et Blanchet catal. des bronzes p. 736 n. 2424). — 1) *Brixanto propitio.*

4672 ex imperio | T. Attius Quartus | Caiiaro[1] v. s. l. m.

Arelate (XII 655 vidit Hirschfeld). — 1) *Sic Hirschfeld (cum altera* I *longiore),* Cailaro *antiquiores auctores.*

4673 in h. d. d. | deo Caprion[*i*] | L. Teđđiatius[1] | Primus.

In finibus Treverorum rep. prope locum Mürlenbach (Brambach 849; Hettner Steindenkmäler des Museums zu Trier n. 113). — 1) TEĐĐIATIVS *lapis.*

4674 Dullovi[*o*][1] | M. Licinius | Goas | v. s. l. m.

Vasione (XII 1280 bis ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Dullovi *traditur. Eiusdem dei est XII 1279.*

4675 [*C.*][1] Caesari Ger|manici [*f.*][1] Aug. | p. p. et Etnoso | Anavus Attici lib. | v. s. l. m.

Avarici Biturigum (Bourges) rep. a. 1882 (XIII 1189 vidit Hirschfeld). — 1) C. *et* f. *litterae sine vestigiis perierunt.*

4676 [*A*]ug. deo Gisaco[1] | . . uricius Agri|[*co*]la de suo po|suit.

Évreux, ubi fuit Mediolanum Aulercorum Eburovicum (XIII 3197 vidit Hirschfeld). — 1) *Haud diversus Gesacus deus, cui dedicatus est titulus Ambianensis, quem citat Hirschfeld (XIII l. c.).*

4677 Lanovalo | Q. Corn. | Smertullus | v. s. l. m. | pro Placido | fratre.

Prope Cadenet Galliae Narbonensis, non longe a Druentia fl., (XII 1065; Rabïet mémoires de la Soc. des antiquaires de France 1887 p. 338). Eodem loco alius eiusdem dei titulus repertus est (Comité des trav. hist., procès-verbaux Febr. 1900 p. VI).

4678 P. Cornelius | Phileros | Larrasoni[1] | v. s. l. m.

Prope Moux (inter Narbonem et Carcasonem) rep., est Carcasonne (XII 5369 vidit Hirschfeld). — 1) *Eiusdem dei eodem loco alius titulus Latinus (XII 5370), tertiusque Graece scriptus (ib.), reperti sunt.*

4679 Letinnoni[1] b. opif.[2] | imper. poni[3] | Nemausenses.

Ledenon (inter Nemausum et Rhodanum), nunc Nemausi (XII 2990 cf. add. p. 832 vidit Hirschfeld). — 1) *A numine locum ubi titulus repertus est nomen habere apparet.* — 2) *Bonae opiferae (Hirschf.).* — 3) *Imperio.* — 4) *Intellege: posuerunt.*

4680 Luxovio et Brixiae[1] G. Iul. Firma[*n*]us[2] v. s. l. m.

4680[a] [*Lu*]ssoio | et Briciae[1] | Divixti|us Cons|tans | v. s. [*l.*] m.

Luxovii (Luxeuil) in Sequanis, haec postea Vesoul (XIII 5426. 5425 huius ectypum vidit Hirschfeld, illam semel tantum descriptam habemus medio aevo in codice quodam olim abbatiae Luxoviensis). — 1) *Fortasse numina fuerunt aquarum salutarium, cf. supra N. 4653 not.* — 2) Firmar. ius. *traditur.*

4681 Maglo | Matonio | Atto | marmo|rarius | v. s. l. m.

Agen, ubi fuit Aginnum provinciae Aquitaniae (XIII 915 vidit Hirschfeld).

4682 Ti. Cl. Professus Niger omnibus | honoribus apud Aeduos et | Lingonas functus, deo Moritasgo[1] | porticum testamento poni | iussit suo nomine et Iuliae | Virgulinae uxoris et filiarum | Cl. Professae et Iul. Virgulae. | Iul. Vir[*g*]ul[*a*] fil. | posuit.[2]

Alesiae rep. a. 1652 (XIII 2873 descripserunt modo repertam Thomas quidam auctor incorruptus, et praeterea unus alterve). — 1) *Idem nomen, teste Caesare bell. Gall. 5, 54, regi Senonum fuit.* — 2) *Haec scripta in margine fortasse postea demum adiecta fuerant.*

4683 L. Crispius | Augustinus | dumvir diis | Rubacasco et | Rubeoni votum | s. l. l. m.

Demonte in Alpibus maritimis, cf. supra N. 4571, rep. (Ferrero act. academ. scient. Taurin. 26, 1890/1 p. 685 tab. XII).

4684 Aug. Rudiobo sacrum. | Cur. Cassiciate d. s. p. d.[1] | Ser. Esumagius Sacrovi[*r*][2], Ser. Iomaglius[3] Severus | f. c.

Neuvy-en-Sullias prope Orléans rep., basis equi aenei (XIII 3071 vidit Hirschfeld). — 1) *De sua pecunia dedit.* — 2) SACROVIB *aes.* — 3) Seriomaglus *scriptum uno vocabulo.*

4685 deo Sedato | T. Vintelius | Vegetinus IIviral. | d. s. d. d.

St. Maurice in valle Rhodanica rep. (Anzeiger für schweiz. Altertumskunde 1896 tab. IX cf. p. 112).

4686 Sedato | sacrum | coh. I Bre. | ex v. s. l.[1] | V. s. c. a.[2] Iul. | Maxim|o dec.

Pfünz ad limitem Raetiae rep. (III 5918 vidit Mommsen). — 1) *Cohors prima Breucorum ex voto solvit libens.* — 2) *Votum solutum curagente (sic Momms.).*

Eiusdem dei praeterea habemus titulos Pannonicos III 5922 III S. 10335 et Moesicum III S. 8086.

4687 deo Sinquati | L. Honorat|ius Aunus | v. s. l. m.

Prope confinia regni Belgici et Francogalliae rep., loco dicto Fagny (dép. de la Meuse), vel, si alios sequimur, Géromont prope Gérouville (Lux. belg.), tabula aenea (Publications de la Société pour la recherche des monum. histor. dans le Grand-Duché de Luxembourg 6, 1850 tab. V fig. 2 cf. p. 47; Liénard archéol. de la Meuse III p. 84 tab. XXIV n. 4).

4688 deo Silvano Sinq. | Paternius pro sa|lute Emeriti fili | sui io[1] s. l. m.

Una cum ea quae praecedit rep., basis signi aenei (iuvenem nudum exhibentis), cuius inferior pars tantum restat (Publications de la Société pour la recherche des monum. dans le Grand-Duché de Luxembourg 6, 1850 tab. V fig. 1 cf. p. 49; Liénard l. c. p. 85 tab. XXIV n. 7). — 1) io *non intellegitur.*

4689 deo | Sucelo.

Eburaci rep., anulus argenteus (Eph. 3, 181 Huebner vidit ectypum aeneum). — Eundem deum habuimus supra N. 4614. 4615; eidem praeterea dedicati sunt tituli Viennensis XII 1836 (deo Sucello), *Eburodunensis XIII 5057 = Momms. Inscr. Helv. 140* (Sucello), *Rhenanus XIII 6224 = Brambach 884* (deo Sucelo).

4690 numin. | Aug. et | [*d*]eo Telon.[1] | . . mai . . .

Périgueux, ubi fuit Vesunna (cf. supra N. 3735) Petrucoriorum (XIII 948 vidit Hirschfeld). — 1) *Eidem deo et deae Stannae sive quo alio nomine fuit eodem loco dedicatus est titulus XIII 950—954. Nomen oppidi hodie Toulon, quod fuit Telo Martius (it. Ant. p. 505 cet.), num huc pertineat, incertum.*

4691 Petiganus | Placidus | Toutati[1], | Medurini[2] | votum sol|vet *(sic)* anni|versarium.

Romae rep. in castris equitum singularium (VI 31182 vidit Huelsen; Henzen annal. 1885 p. 290). — 1) *Cf. supra N. 4540. 4566.* — 2) *Fortasse nomen vel agnomen dei.*

4691[a] Vindedo.[1]

Eburoduni (Yverdun), columnae pars (XIII 5059 vidit I. Schmidt). — 1) *Nomen dei primo casu positum putat Mommsen, ut in N. 4769; f. N. 4703*[a].

4692 deo Ouni|origi Sa|turnalis | Pauli filius | ex voto.

In Gallia Belgica, loco dicto le Chatelet (inter Saint-Dizier et Ioinville) rep., tabula aenea, nunc Parisiis (Mowat bull. monumental 1882 p. 256; delineavit Huebner ex. scr. epigr. n. 930).

4693 L. Eppius Leo | Uxsacano | v. s. l. m.

Bedouin prope Carpentorate (Carpentras) Galliae Narbonensis (XII 1178 p. 823 Allmer vidit ectypum).

4693[a] Aug. sacr. | deo *(in parte opposita)* Uxello.

Parisiis, tabella aenea (Mowat bull. des antiquaires de France 1888 p. 255;

Babelon et Blanchet Bronzes antiques de la Bibl. nationale p. 740 n. 2306). Ad idem numen videtur pertinere XII 387 (ubi tamen est Uxelio, *cf. Mowat bull. des antiq. l. c. p. 256).*

4694 Uxovino | v. s. l. m. | Q. Annius | Bottus.

Bonnieux prope Aptam Iuliam (Apt) Galliae Narbonensis rep. (XII 1105 vidit Hirschfeld).

4695 Aug. Acionnae | sacrum | Capillus Illio|mari fil. porticum | cum suis orna|mentis, v. s. l. m.

Prope Orléans ad fontem l'Etuvée rep. (XIII 3063 vidit Hirschfeld).

4696 deae Aug. | Andartae[1] | L. Carisius | Serenus | IIIIIIvir Aug. | v. s. l. m.

Deae Vocontiorum (XII 1556 vidit Hirschfeld). — 1) *Eiusdem deae complures alii tituli eodem loco reperti.*

4697 deae Ardbi|nnae[1] T. Iuli|us Aequalis | s. l. m. *(In utroque latere arbor).*

Prope Düren rep., iuxta viam quae Montjoie ducit, ad vicum Gey, ad extremam silvam Arduennam (Braun ann. Rhen. 29/30, 1860 tab. II cf. p. 68; inde Brambach 589). — 1) *Cf. N. 4633.*

4698 deae Artioni[1] | Licinia Sabinilla.

Muri prope Bernam rep., est Bernae, basis sigilli aenei (XIII 5160 = Inscr. Helv. 215; delineavit Huebner ex. scr. epigr. n. 901). — 1) *Idem numen in titulo rupi inciso prope Bitburg (Aen. Rhen. 55/6, 1875 p. 245; vidit Zangemeister).*

4699 Athuboduae[1] | Aug. | Servilia Teren|tia | v. s. l. m.

Prope Ley (inter Annecy et lacum Lemannum) rep., est Annecy (XII 2571 vidit Hirschfeld). — 1) [*C*]athuboduae *fuisse coniecit Pictet.*

4700 deae Bibraci[1] | P. Capril. Pacátus | IIIIIIvir Augustal. | v. s. l. m.

Augustoduni (Autun) rep., clipeus aeneus argento inductus, iam Parisiis in museo (XIII 2652 vidit Hirschfeld). — 1) Bibracti *multi auctores, ut etiam XIII 2651. 2653 (quos titulos tamen non vidit Hirschf.).*

4701 Cantismerte | L. Quartillius | Quartinus | l. m.

In summa valle Poenina non longe a Seduno (Sitten, Sion) rep. (XII 131 Mommsen vidit ectypum).

4702 Aug. sacr. deae Cluto[*i*]|dae[1] et vcanis *(sic)*[2] Masavensibu[*s*][3] | Mediusacer | Medianni [*f.*] | murum inter arcus duos c[*um*] | suis ornamentis d. s. d.

In vico Mesves rep., iam Nevers (XIII 2895 vidit Hirschfeld). — 1) *Eadem dea memoratur in crotalo aeneo XIII 2802, in quo scriptum est* dea Clutoiϑae. — 2) *Intellege: vicanis.* — 3) *Vicus Masava memoratur etiam in tabula Peutingerana et alibi.*

4703 Dexivae[1] et Caudel|lensibus[2] C. Helvius Pri|mus sedilia, v. s. l. m.

In Gallia Narbonensi prope Cadenet (non longe a Druentia fl.) rep. a. 1772 (XII 1064; Rabiet mém. de la Société des antiquaires de France 1887 p. 331). — 1) *Dexivam eandem ac Fortunam esse putat Calvet Avenniensis, apte conlato versu Fredegodi in vita S. Wilfridi Eboracensis c. 15 v. 558 (Migne 133, 992): non igitur*

coeptum dissolvit Dexia votum. Eidem deae alii tituli eodem loco dicati, XII 1062. 1063. De Dexuiatibus Galliae Narbonensis (Plin. h. n. 3, 34) monuit Rabiet. — 2) *Ita incolas oppidi hodie Cadenet antiquitus dictos esse putant.*

4703ª Diíona[1].

Laudun a dextro Rhodani in agro Volcarum rep., est Nemausi, ara (XII 2768 vidit Allmer). — 1) *Rivi la Vione nomen contulit Charvet Viennensis; rectius fortasse Keune Westd. Korrespondenzbl. 1896, 104 attulit Auson. carm. 19 (ord. urb. nob.) c. 160: Divona Celtarum lingua, fons addite divis.*

4704 Aug. sacr. dea[*e*] | Icauni[1] | T. Tetricius African. | d. s. d. d.

Auxerre, ubi fuit Autessiodurum Senonum (XIII 2921 bis descripta saec. XVIII). — 1) *Icaunis (vel forte Icauna, nam fines omnium versuum ab altero tantum auctorum lecti sunt, nec sine difficultate ut videtur) antiquum nomen fuit fluminis Yonne cf. vita S. Germani episcopi Autissiodorensis c. 12 (act. Sanct. mens. Iul. 7, 215): in conspectu Autissiodorensis oppidi interposito Icauna flumine monasterium collocavit.*

4705 deae Icovellau|nae[1], | sanctissimo | numini, Genia|lius Satu[*r*]-ninus[2] | v. s. l. m.

Sablon prope Metz rep., tabella aenea (Jahrbücher d. Vereins v. Alterthumsfr. im Rheinlande 66, 1879 tab. IV fig. 1, cf. ib. 69, 1880 p. 34 not. 1; Huebner ex. scr. epigr. n. 903). — 1) *Una prodiit alia tabella aenea cum nomine eiusdem deae (Jahrb. 66 l. c. fig. 2), tertia tabella, sed marmorea, prodiit Augustae Treverorum (Hettner Westd. Korrespondenzbl. 1891 p. 135, Steindenkmäler des Museums zu Trier n. 110).* — 2) Satuaninus *incisum est.*

4706 deáe | Mogon|tiáe[1] Iul. | Paternus | tabellár. | ex vótó.

Sablon prope Metz rep. (Zangemeister Ann. Rhenan. 69, 1880 p. 34). — 1) *Deo Moganti dedicati sunt tituli Britannici infra N. 4728. 4733; similia nomina vel agnomina deorum N. 4566. 4577. 4649. 4728 not. 1 (cf. Zangem. l. c.).*

4707 deae | Nariae | reg. Arure.[1] | cur. Feroc. l.[2]

Muri prope Bernam rep., basis sigilli aenei, est Bernae (XIII 5161 = Inscr. Helv. 216; delineavit Huebner ex. scr. epigr. n. 902). — 1) *Regio Arurensis (dicta a fluvio Aar; nautae Aruranci sunt in titulo inscr. Helv. 182).* — 2) *Curante Feroce liberto (libertum ipsius regionis ad vici formam constitutae intellegi putat Mommsen).*

4708 Nariae | Nousan|tiae | T. Frontin. | Hibernus | v. s. l. m.

Cressier prope Aventicum Helvetiae (XIII 5151 = Inscr. Helv. 163 Mommsen vidit ectypum gypsaeum).

4709 C. Iulius | Floru[*s*] | Onuavae[1].

Burdigalae rep. a. 1828 (XIII 580 semel descripta). — 1) *Ad eandem deam pertinebat epigramma metricum Burdigalae semel (a. 1526) descriptum, XIII 581 = Buecheler carm. epigr. n. 871.*

4710 L. Gellius | Sentronis f. | Ritonae aede *(sic)* | v. s. l. m.

Montaren prope Uzès (Ucetiam), Galliae Narbonensis (XII 2927 Allmer descr. ectypum).

4711 deae Soioni[1] | Aug. | Luccius Marcia. | et Sennius Mari|anus de suo posu|erunt loco priva|to Upeior. pupillor.

Prope Soyons (ad Rhodanum) rep., nunc Valence (XII 2656 vidit Hirschfeld). — 1) *Soyons locum nomen habere ab hac dea apparet.*

4712 Solimarae | sacrum | aedem cum suis | ornamentis | Firmana Cobrici [*f.*][1] | mater[2] | d. s. d.

Avarici Biturigum (Bourges) rep. a. 1687 (XIII 1195 bis desripta). — 1) *Traditur* C. Obrici e. — 2) *Titulum a filio filiave Firmanae positum iuxta fuisse credendum est.*

4713 de. Vercane[1] | et Medune | L. T. Acc[*e*]ptus | v. s. l. m.

Bertrich (non longe a Mosella), ubi sunt aquae salutares etiam Romanis notae (cf. v. Veith Ann. Rhenan. 85, 1888 p. 6 seq.) rep. (Brambach 709; Hettner Steindenkmäler des Museums zu Trier n. 111). — 1) *Huius deae memoria superest etiam in titulo reperto prope Zweibrücken (Fickler archaeol. Zeitung 26, 1868 p. 64 = Ann. Rhen. 46, 1869 p. 113:* deae Vercanu).

4714 deo | Antenocitico[1] | et numinib. | Augustor. | Ael. Vibius | 7 leg. XX V. v.[2] | v. s. l. m. *(in lateribus serta, urceus, culter).*

4715 deo Anocitico[1], | iudiciis optimo|rum maximorum|que impp. n. sub Ulp. | Marcello cos.[3] Tine|ius Longus in pre|fectura equitu[*m*] | lato clavo exorn[*a*]|tus et q. d.[4]

Benwell (prope Newcastle), ad vallum Hadriani, rep. (VII 503. 504 vidit Bruce; huius imaginem dedit Haverfield Archaeologia Aeliana 19, 1898 p. 180). — 1) *Fortasse ad idem numen pertinebat VII 656.* — 2) *Centurio legionis XX Valeriae victricis.* — 3) *Consulari, sc. Britanniae; cf. supra N. 3795 not. 1.* — 4) *Quaestor designatus.*

4716 deo | Berganti | et n. Aug.[1] | T. Aur. Quintus | d. d. p. et s. s.[2]

Longwood prope Slack rep. (Eph. ep. 7, 920 vidit Haverfield). — 1) *Numinibus Augustorum.* — 2) *Donum dedit pecunia et sumptu suo (Mo.).*

4717 deae Br[*i*]gantiae | sacrum | Congenn[*i*]c|cus[1] v. s. l. m.

South Shields (cf. N. 4636) rep. a. 1895 (Academy 20 Apr. 1895 p. 342). — 1) *Nomen Gallicum (cf. XII 4883; similia supra N. 2514; Liv. epit. 61 cet.).*

4718 *(femina alata stans, capite galeam turritam et foliis ornatam, d. hastam, s. globum gerens; vestita est tunica talari et paludamento. Iuxta scutum).* Brigantiae s. Amandus | arcitectus ex imperio imp. [*f.*][1]

Birrens in Caledonia rep., est Edinburgi (VII 1062 vidit Huebner). — 1) *Post* imp. *litteram aliquam videntur vidisse auctores antiquiores; imperatum fecit, explicat Mommsen.*

4719 d. Vict. Brig.[1] | et num. Aagg.[2] | T. Aur. Aurelian|us d. d. pro se | et suis smacs.[3] *(In latere)* Antonino | II et Geta | cos.[4]

Inter Eburacum et Manchester loco dicto Greetland rep., est Cantabrigiae (VII 200 vidit Huebner). — 1) *Deae Victoriae Brigantiae (sic recte Huebner;* Duici. Brig. *priores).* — 2) *Numinibus Augustorum.* — 3) *Haec incerta.* — 4) *A. 205.*

4720 deae Vic|toriae | Brigant. | a. d.[1] Aur. S|en[*o*]pianu[*s*][2].

In rivo Calver (Yorkshire) rep., est Leeds (Haverfield archaeological journal 49, 1892 p. 191 cum tab.). — 1) *Aram dedicat? (Haverf.).* — 2) *Nomen non certae lectionis.*

Deae Nymphae Brig. *dedicatus est titulus VII 875. Noti sunt Brigantes populus Britanniae (Tac. ann. 12, 32 cet., Agr. 17 cet.), quorum dea tutelaris haec Brigantia ab initio potest fuisse.*

4721 deo sancto Cocidio | Q. Peltrasius | Maximus trib., | ex corniculario | praeff. praetorio ee|mm. vv.[1], v. s. l. m.

Bewcastle non longe a vallo Hadriani rep. a. 1898 (Haverfield in actis societatis antiq. Cumbricae II 15, 1899 p. 459 cum tab.). — 1) *Eminentissimorum virorum.*

4722 deo | Cocidio milites | leg. XX V. v.[1] | v. s. l. m. | Apr. et Ruf. cos.[2] *(aper currens et arbor).*

Prope Lanercost ad vallum Hadriani rep. (VII 802 vidit Huebner). — 1) XX. V. v. *litteras consulto erasas esse putat Huebn.* — 2) *Consules suffecti anno incerto (cf. II 2008 cum adnot.). — Eodem loco ab aliarum legionibus vexillationibus eidem deo positi sunt tituli VII 800. 801; cf. praeterea VII 876.*

4723 deo | Silvano | Cocidio | Qu. Florius | Maternus[1] | praef. coh. | I Tung. | v. s. l. m.

Housesteads ad vallum Hadriani rep. (VII 642 vidit Huebner). — 1) *Idem praefectus* deo Marti *titulum posuit eodem loco VII 651.*

4724 Mart. Coc. m. | leg. II Aug.[1] | ϟ[2] Sanctiana, ϟ[2] Secundini | d. Sol.[3], sub cu|ra Aeliani [ϟ]; | cura. Oppius | Felix optio.

Prope Stanwix ad vallum Hadriani rep. (VII 914 descr. Bruce). — 1) *Milites legionis secundae Augustae.* — 2) *Centuria.* — 3) *Domo Solvenses, scilicet ex Solva Norici (Buecheler eph. ep. 3 p. 136).*

4724a deo | sancto | Cocidio | Paternius | Maternus | tribunus coh. | I Nervane | ex evocato | Palatino[1] | v. s. l. m.

In Britannia rep. trans vallum Hadriani loco dicto Netherby (VII 953 vidit Bruce). — 1) *Cf. Mommsen Eph. ep. 5 p. 150.*

4724b deo | Marti | [*C*]ocidio | .. Martius | .. [*c*]oh. I Da|[*cor.*], Genio | vall[*i*][1], | [*v. s.*] l. m.

In Britannia ad vallum Hadriani loco dicto Old Wall non longe a Carlisle (VII 886 vidit Bruce praeter primum versum et postremum). — 1) *Videtur Cocidius appellari Genius valli; mirum tamen id positum esse post nomen demum dedicantis.*

4725 *(Nympha cubans)* deae | Covventinae | T. D. Cosconia|nus pr. coh. | I Bat. l. m.

4726 deae Nim|fae Coven|tine Ma. D|uhus Germ. | posi. pro se et su. | v. s. l. m.

In Britannia rep. a. 1876 ad vallum Hadriani, ubi fuit Procolitia (Eph. ep. 3, 185. 190 cf. Eph. 7, 1034, Herm. 12, 1877 p. 262. 264 Huebner vidit ectypa). Una reperti sunt multi alii tituli Coventinae dicati, Eph. ep. 3, 186 seq., Herm. l. c.

4727 deo Matuno | pro salute | *(complura perierunt)*[1] | bono generis | human. impe|rante, C. *//////* | *//////////* [*leg.*][2] | Aug. pr. pr. posuit | ac dedicavit, | c. a.[3] Caecil. Pac .....

Trans vallum Hadriani loco dicto Elsdon, fragmenta duo, iam Durham (VII 995 vidit Huebner). — 1) *Periisse apparet nomen imperatoris.* — 2) *Nomen legati erasum.* — 3) *Curam agente.*

4728 deo | Mogonti Cad.[1] | et n. d. n.[2] Aug. | M. G. Secundinus | bf. cos.[3] Habita|nci prima stat.[4] | pro se et suis pos.

Trans vallum Hadriani loco dicto Risingham, iam Cantabrigiae (VII 996 vidit Huebner). — 1) *Eidem deo dedicata est ara eodem loco reperta VII 997 (in qua scriptum fuisse dicitur* deo Mouno Cad.*); cf. praeterea N. 4733, item supra N. 4706 not. 1.* — 2) *Numini domini nostri.* — 3) *Beneficiarius consularis.* — 4) *Cf. Domaszewski Relig. des roem. Heeres (Westd. Zeitschr. 1895) p. 97 not. 396.*

4729 d. m.[1] Nodonti | Fl. Blandinus | armatura[2] | v. s. l. m.

4729a Pectillus | votum quod | promissit | deo Nudente | m. dedit.

In Anglia, loco dicto Lydney Park (Gloucestershire), repertae tabellae duae aeneae (VII 138. 139; Huebner ex. scr. epigr. 943. 944). — 1) *Deo magno (potius quam Marti).* — 2) *Cf. supra N. 2362 n. 2.*

4730 devo | Nodenti Silvlanus *(sic)* | anilum perdedit, | demediam partem | donavit Nodenti. | Inter quibus nomen | Seniciani nollis | petmittas *(sic)* sanita|tem, donec perferat | usque templum No|dentis.

In Anglia loco dicto Lydney Park rep., tabella stannea (VII 140 cf. Ann. Rhenan. 67 p. 35).

4731 Verbeiae[1] | sacrum | Clodius | Fronto | praef. coh. | II Lingon.

Ilkley in Britannia rep. (VII 208 semel ut videtur descripta). — 1) *Dea est praeterlabentis fluminis Wharfe, ut observavit Camdenus.*

4732 deo Ve|teri san|cto An|diatis v. s. l. m.

In Britannia rep. trans vallum Hadriani loco dicto Netherby (VII 960 Huebner vidit ectypum).

4733 deo | Mogonti[1] | Vitire s[*anc.*][2] | Ae. Secund. | v. s. l. m.

Netherby (VII 958 vidit Bruce). — 1) *Cf. N. 4706.* — 2) *Lectio incerta* (sran *Bruce,* sflav *vel* sfiav *alii).*

4734 deo | Vitiri | Maximu|s v. s. *(in lateribus aper, bufo).*

Ebchester (non longe a vallo Hadriani) rep., iam Dunelmi (VII 459 vidit Huebner).

4735 dibus | Vitiribus | Deccius | v. s. l. m. *(in lateribus aper, anguis).*

Carvoran (ad vallum Hadriani) rep., iam Edinburgh (VII 767 vidit Huebner). — *Eorundem numinum non pauci alii tituli in Britannia reperta sunt (cf. C. I. L. VII p. 331).*

4736 in h. d. d. | i. u. *(sic)* d. d.[1] | dis Cas|sibus[2] | Castus | Taluppe[3] | v. s. l. l. m.

Neustadt an d. Hardt rep. (XIII 6116 vidit Zangemeister). — 1) *Haec male repetita videntur.* — 2) *Alios titulos iisdem diis dicatos habet Brambach n. 1398 (= Ann. Rhenan. 66, 1879 p. 44). 1779 (= XIII 6153).* — 3) *Idem nomen esse etiam in titulo prope Gandershofen (agri Vangionum) reperto (XIII 6028 = Brambach 1851) monet Zangemeister.*

4737 deo Requalivah|ano[1] Q. Aprianus | Fructus ex imp. pro | se et suis v. s. l. m.

Blatzheim (inter Düren et Coloniam Agrippinam) rep. (Zangemeister Ann.

Rhenan. 81, 1886 p. 78). — 1) *De nomine dei cf. Holthausen ap. Zangemeister l. c. p. 81; Much Zeitschrift für deutsches Alterth. 35, 1891 p. 374.*

4738 Abueccanis[1], | Avehae et Hellivesae, | Sexti Val. Peregrin. | et Val. Felicio fratres | ex reditu ipsarum | l. p. | Mu[*c*]iano et Fabiano cos.[2]

Glenel, prope Coloniam Agrippinam, rep. a. 1893 (Kisa Westd. Korrespondenzblatt 12, 1893 p. 97). — 1) *Prima vocabuli littera praeter particulam quandam periit, sed tamen certa videtur.* — 2) *A. 201.*

4739 Alateivi|ae ex iussu | Divos[1] | medicu.

Xanten, nunc Bonnae (Brambach 197; Hettner catal. mus. Bonn. p. 20 n. 63). — 1) s *litteram pertinere ad versum qui sequitur (legendumque* Divo | medicus) *coniecit Henzen.*

4740 deae | Burori|ne quod | votum [*f*]|ecit Ilar|us[1] pro s[*e*] | et suis [*l. p.*].

Domburg in ora Batavorum rep., iam Middelburg (Brambach 46 cui delineavit Ianssen; vidit Zangemeister). — 1) *Nomen dedicantis non certum.*

4741 Caivae[1] deae | aedem omni sua impensa | donavit | M. Victorius Pollentin. et ob | perpetuam tutelam eiusd. aedis | dedit IIS n. C.[2] | Dedicatum III non. Oct. | Glabrione et Torquato cos.[3] | V. s. l. m.

In finibus Treverorum rep. prope locum dictum Pelm (a Treveris Coloniam versus), est Treveris (Brambach 853; Hettner Steindenkmäler des Museums zu Trier n. 112). — 1) *Sic primus legit Hettner;* Calvae *priores.* — 2) *Sestertium nummum centum milia.* — 3) *5 Oct. 124.*

4742 deae Gar|mangabi et n.[1] *///////* | *////*[2] Aug. n., pro | sal. vex. Suebo|rum Lon.[3] Gor.[4] vo|tum solverunt m. *(Supra pro ornamentis gyri nescio qui; in lateribus patera, culter).*

Lanchester (prope Durham) rep. (Westd. Korrespondenzbl. 12, 1893 p. 184 Huebner vidit ectypum; Haverfield archaeological journal 50, 1893 p. 293 cum tab. cf. p. 310, Archaeologia Aeliana 16, 1894 tab. ad p. 315). — 1) *Numini.* — 2) *Gordiani nomen videtur erasum (*[*G*]o[*rdi*]|ani *Haverf.); ceterum in titulis eodem loco repertis supra N. 2620. 2621 Gordiani nomen mansit illaesum; cf. etiam not. 4.* — 3) *Agnomen vexillationis Sueborum a loco aliquo sine dubio derivatum (de Longovicio cogitaverunt editores, quod ante hunc titulum repertum putaverant fuisse ibi ubi est Lancaster, cf. C. VII p. 70).* — 4) *Si vere Gordianae vocabulum datum vexillationi Sueborum subest, mirum est illaesum id mansisse.*

4743 deae Hariasae[1] | hd.[2] Ti. Ulpius Acutus du[*p.*] al. | Sulp. sing. cos.[3], | cives[4] Traianenses[5], | v. s. l. m. Crispino et Aeliano[6] co[*s.*].[7]

Coloniae Agrippinae rep. a. 1674 una cum N. 3384 (Brambach 314 semel ut videtur descripta). — 1) *De nomine deae egit v. Grienberger Zeitschr. f. deutsches Alterthum 36, 1892 p. 309 seq.* — 2) *Non intellegitur; litteras appositas esse ab eo qui descripsit ut lacunam significaret ('hic deficit'), acute coniecit Mommsen.* — 3) *Duplarius alae Sulpiciae (cf. supra N. 2502), singularis consularis.* — 4) *Cf. supra N. 4634 not. 2.* — 5) *Cf. N. 2181 not. 4.* — 6) *A. 187.* — 7) coss. *traditur.*

4744 deae | Harimel|lae[1] sac. Ga|midiahus | arcx.[2] v. s. l. l. m.

Birrens prope Middleby Caledoniae rep. (VII 1065 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. Much Zeitschr. f. deutsches Alterthum 36, 1892 p. 45.* — 2) *Nomen et*

officium dedicantis male transscriptum videtur; fuit ille vix arcarius, ut putat Huebner, sed potius architectus.

4745 [*in h. d. d. deae*] | Hluϑenae [*sacrum*] | pro salute im[*p. M. Aureli* | *S*]everi Alexa[*ndri Pii*] | Fel. invicti [*Aug. et Iul.*] | Mamaee ma-[*tris Aug.*], | vexillat. leg. [*I M. P. f., cu*]r. [*a*]gen. Ing[*enuo*].

Prope Iversheim rep. (Freudenberg ann. Rhen. 50/51, 1871 p. 184, qui supplevit). Deae Hludanae (sic plerumque scribitur) alium titulum dedimus supra N. 1461 (ubi cf. not. 2).

4746 deae Idba|n. Gabiae[1] | sacru[*m*] ex | [*i*]mp. ip.[2] Albani|us Primu[*s v.* | *s.*] l. [*m.*]

Pier prope Iülich rep., iam Bonnae (Brambach 625; Ihm ann. Rhen. 83, 1887 p. 28, quem sequor). — 1) deab. Idba|ns. Gabiab. *legerat primus editor.* — 2) *Imperio ipsius.*

4747 dae *(sic)* | Menma|nhiae | Aur[*e*]lius | Placidus | v. s. l. l. m.

Romae rep. in castris equitum singularium (VI 31178 = Annal. Inst. arch. 1885 p. 289).

4748 *(dea cum cane et pomis, supra genii duo, iuxta Neptunus, Hercules)* deae | Nehalenniae | Flettius Gennalonis | pro se et suis | v. s. l. m.

4749 *(dea cum cane)* Nehaleniae | L. Iustius Satto et | L. Secundinius Moderatus | fratres v. s. l. m. *(ad sinistram: Neptunus tridentem tenens, Neptunus delphinum tenens; ad dextram: Hercules in pelle leonina sedens, Hercules ad palmam).*

4750 *(dea cum cane et prora)* deae Nehalenni|ae Ianuarinius | Ambacthius pro | se et suis v. s. l. m.

4751 deae N[*e*]halenniae | ob merces recte conser|vatas M. Secund. Silvanus | negotiator cretarius | Britannicianus | v. s. l. m.

Domburg in ora Batavorum (Brambach 27. 28. 36. 43 cui delineavit Ianssen lapides iam incendio ad pauca fragmenta redactos). — Eodem loco non paucae aliae arae eiusdem deae repertae sunt, Brambach 29 seq., aliae prodierunt Deutz (Brambach 441. 442). De nomine deae post alios egit Much Zeitschrift für deutsches Alterthum 35, 1891 p. 324 seq.

4752 deae Ricagam|bedae pagus | Vellaus milit. | coh. II Tung.[1] | v. s. l. m.

Birrens prope Middleby Caledoniae rep., est Edinburgi (VII 1072 vidit Huebner). — 1) *Intellege paganos Vellavos militantes in cohorte secunda Tungrorum. Cf. ad N. 4756.*

4753 deae | Sandraudigae[1] | cultores | templi *(in lateribus cornu copiae).*

Prope Zundert rep., est Leidae (Brambach 132 vidit). — 1) *De nomine egit v. Grienberger Zeitschr. f. deutsches Alterthum 35, 1891 p. 390.*

4754 deae Sunuxsali aedem ex iu[*s*]su i[*psius*] | a novo sumptu suo omni pro Tertinio | Iustino filio Probia Iustina fecit, domino | nostro Gordiano Aug. et Aviola cos.[2]

Hoven prope Zülpich (Klinkenberg ann. Rhen. 87, 1889 p. 194). — 1) *Alias*

inscriptiones eidem deae dicatas, repertas in eadem regione, habes ap. Brambach 569. 633, aliam repertam non longe inde, Remagen ad Rhenum, habes Ann. Rhen. 93, 1892 p. 222. Eiusdem deae nomen legitur in vasculo quodam (ann. Rhen. 53/54, 1873 p. 310). Noti Sunuci populus Germaniae (cf. supra N. 2556). — 2) *A. 239. Deae Vagdavercusti dedicatus est t. supra N. 2536.*

4755 Vihansae[1] | Q. Catius Libo Nepos[2] | centurio leg. III | Cyrenaicae scu|tum et lanceam d. d.

Prope Tongern s. Tongres rep., tabella aenea (Schuermans Bulletin des commissions royales d'art et d'archéol. Bruxell. 11, 1872 p. 42). — 1) *Cf. v. Grienberger Zeitschr. f. deutsches Alterthum 36, 1892 p. 310.* — 2) *Alterum cognomen potius quam vocabulum adiectum ad distinguendum Libonem ab alio eiusdem nominis.*

4756 deae Virade[*c*]|thi pagus Con|drustis[1] mili[*t.*] in coh. II Tun|gro.[2] sub Si[*l*]v[*i*]o | [*A*]uspice pr|ae[*f.*]

Birrens, ibi ubi N. 4752, rep. (VII 1073 vidit Haverfield cf. Zangemeister ad XIII 6486). — 1) *Condrusi populus Germanicus memorantur apud Caesarem bell. Gall. 2, 4, 10. 6, 32 cet. Hodie quoque Condroz regio quaedam regni Belgici appellatur.* — 2) *Cives Raeti militantes in eadem cohorte secunda Tungrorum Marti et Victoriae posuerunt titulum supra N. 2555. Cf. N. 4752.*

4757 deae | [*Vir*]adecd[*i* | *civ*]es Tungri | [*et*] nautae | [*qu*]i Fectione[1] | [*c*]onsistunt.

Prope Vechten, qui locus horae fere spatio distat ab Utrecht, deinde Leidae (Leemans arch. Zeitung 1869, 89). — 1) *Apparet Vechten nomen ex antiquitate vix immutatum loco mansisse.*

4758 Virodacti | sive[1] Lucene | [*A*]ugustius Iustus ex voto | numinibus | [*sa*]nctissi[*mis*].

Mogontiaci (XIII 6761 vidit Zangemeister; Hettner Westd. Zeitschr. 2, 1883 p. 430). — 1) *Cf. supra N. 3149. 3736. V 6568. XI 1823 (quos titulos attulit Hettner).*

4759 in h. d. d. | dae *(sic)* ViroÐÐI | Avita Max[*i*]mi|ni v. s. l. l. m.

Kälbertshausen prope Neckarburcken, in limite Germanico, iam Carlsruhe (XIII 6486 = Brambach 1726 vidit Zangemeister).

4760 deo | Marti | Thingso | et duabus | Alaisiagis | Bede et Fi|mmilene | et n. Aug.[1] Ger|m.[2] cives Tu|ihanti[3] | v. s. l. m. *(feminae figura).*

4761 *(protome parva)* deo | Marti et duabus | Alaisiagis et n. Aug.[1] | Ger.[2] cives Tuihanti[3] | cunei Frisiorum[4] | ver. ser.[5] Alexand|riani votum | solveru[*nt*] | libent[*es m.*]. *(in lateribus instrumenta ad sacrificandum).*

Housesteads, ubi videtur fuisse Borcovicium statio valli Hadriani, rep. (Huebner Westd. Zeitschr. 3, 1884 p. 121. 122 cf. p. 292; Eph. ep. 7, 1040. 1041; imagines sunt Archaeol. Aelian. 10, 1885 tab. II. III ad p. 150). Tractaverunt Scherer Sitzungsber. der Berl. Akad. 1884 p. 571 seq.; Pleyte in actis minor. acad. Amstel. ser. III, 2, 1885 p. 109 seq. (cf. Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 1886 p. 255 seq.). — 1) *Numinibus Augustorum.* — 2) *Germani.* — 3) *Scherer l. c. p. 573 confert vocabulum regionis Twenthe, olim Tuianti, veteri Frisiorum agro finitimae.* — 4) *Cf.*

*Mommsen Herm. 49, p. 232 seq.; supra N. 2635. — 5) Quid subsit, obscurum (*ser.* fortasse male scriptum pro* Sever.; *priore vocabulo locum significari coniecit Watkins; ei Vercovicium nomen fuisse, Momms.).*

4762 in h. d. d. | diabus Malvisis | et Silvano, | Aur. Vere|cundus | ordi. Brito.[1] | v. s. l. m.

Coloniae Agrippinae (Brambach 362 vidit). — 1) Cf. N. 2624. 2630.

4763 Comedovis | Augustis | M. Helvius Severi | fil. Iuventius | ex voto.

Aix-les-Bains Sabaudiae (XII 2445 saepius descripta saec. XVI—XVIII).

4764 Diginibus | sacrum | Sex. Comminius | Sacratus et | Cassia Vera | ex imp. ips.

Coloniae Agrippinae (Brambach 316 qui vidit).

4765 Digenibus | v. s. l. m. Licini|a Terentulla.

Baeterris (XII 4216 vidit Hirschfeld).

4766 Iulia Ter|tia Domes|ticis[1] v. s. m. l.

Bonnae rep. (Ann. Rhenan. 59, 1876 p. 40). — 1) Alius titulus item Bonnae rep., sed mutilus, dedicatus est ... | [*Do*]mesticis | ... vibus | ... edonib. *(Brambach 469; Hettner catal. mus. Bonn. p. 19 n. 58);* Iunonibus dom[*esticis*] *titulus Zülpich rep. (Hettner l. c. p. 20 n. 59); cf. praeterea N. 4779.*

4767 Iflibus | Marcu[*s*] | et Atiu[*s*] | v. s. l. l. m.

Prope Dormagen rep., nunc Bonnae (Brambach 292; Ihm ann. Rhenan. 83, 1887 p. 172 n. 454).

4768 Rufina | Lucubus | v. s. l. m.

Nemausi (XII 3080 vidit Hirschfeld).

4769 Lugoves.

Aventici, capitulum Corinthiaci ordinis ingens ex marmore albo, litteris maximis olim aere repletis (XIII 5078 = Inscr. Helv. 161 vidit Mommsen). Nomen cum primo casu scriptum sit, imagines superpositae fuisse videntur (Momms.). Iisdem Lugovibus *dedicatus est t. Hispanus II 2818; eadem numina cum aliis compluribus videntur memorari in Bonnensi Brambach 469 (cf. ad N. 4766).*

4770 Menmadútis | M. Licinius | Sabinus | v. s. l. m.

Baeterris (XII 4223 vidit Hirschfeld).

4771 Proxumis | Grátus | Celeris f. | v. s. l. m.

4771[a] Laliae | Primulae | Proxsumis | suis v. s.

4771[b] Urassia | P. s.[1] v. s. l. m.

Nemausi (XII 3117. 3119. 3127 Hirschfeld vidit ectypa). — 1) Proxumis suis.

4771[c] Pro[*x.*] *(protomae mulierum tres)* | Bituka v. s. l. m.

Nemausi (XII 3114 vidit Allmer).

Harum dearum multae aliae arae Nemausi repertae sunt, nonnullae etiam aliis locis Galliae Narbonensis (Vasione XII 1330, Avennione XII 1024, cet.).

4772 Suleviabus | C. Paccius | Pastor | vet. leg. | XXII P. p. f[*i*]d. | v. s. l. m.

Schweppenburg prope Andernach (Brambach 673 ad exempla facta saec. XVIII).

4773 Sulev[*i*]s | d[*e*]a[*bus*] | C. Hosti|lius Sat|urnin. | et Hosti|lia Al[*p*]i|na[1] fra|tres.

Prope Bingium rep., nunc Mogontiaci (Körber Inschriften des Mainzer Museums, 1900, p. 12 n. 8). — 1) *Etiam* Aliena *legi potest.*

4774 Banira et Doninda [*et*] | Daedalus et Tato Icari fil|i Suleis suis, qui curam | vestra agunt, iden *(sic)*[1] | Cappo Icari [*l.*]

Prope Lousannam rep. (XIII 5027 = Inscr. Helv. 134 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse: Idennicis, cf. supra N. 4662 (Hirschfeld XIII l. c.).*

4775 Sulevis | Iuno|nibus sacr. | L. Cas. Nigri|n[*ianus pro*] | se [*et suis p. c.*]

Marquise (inter Calais et Boulogne-sur-mer) rep. (Villefosse comptes rendus de l'acad. des inscr. 1884 p. 344).

4776 *(deae tres sedentes; infra tres viri sacrificantes)* Sulevis et Campestribus sacrum | L. Aurelius Quintus 7 leg. VII Geminae | votum solvit laetus libens, | dedicavit VIIII k. Septembre. Bradua et Varo cos.[1]

Romae (VI 768 saepius descripta saec. XVII. XVIII, delineavit Fabrettius, unde repetivit Ihm Ann. Rhen. 83, 1887 p. 79). — 1) *24 Aug. 160.*

4777 Matribus | Sulevis | Similis Atti f. | ci. Cant.[1] | v. l. s.

Camuloduni (Eph. ep. 7, 844 vidit Haverfield). — 1) *Civis Cantius (Haverf.), scilicet ex Cantio (Caes. b. G. 5, 13 cet.; Strabo 1 p. 63 cet.).*

4778 ded. III k . . . . nias[1] | Apro et Maximo cos.[2] | pro salute impp. nn. Augg. | Matribus paternis | et maternis meisque | Sulevis[3] Candidini|us Saturninus dec. | eq. s. impp. nn. | voto libens posui.

Romae rep. in castris equitum singularium (VI 31161 vidit Huelsen; Henzen ann. inst. arch. 1885 p. 271). — 1) . . . nias *vel* . . . . rias. — 2) *A. 207.* — 3) *Incertum utrum Matres dicantur Suleviae, an diversae sint ab illis, cf. Zangemeister Neue Heidelb. Jahrb. 1895 p. 52 n. 3.*

4779 Matiribu[*s*] | domestici[*s*] | *(reliqua non perscripta).*

Bonnae (Brambach 470; Hettner catal. mus. Bonn. p. 20 n. 60).

4780 Matribus sive | Matronis Auf|aniabus[1] dom|esticis Q. Clo|dius Marcelli|nus[2] miles leg. I | M. v. s. l. [*m.*] *(In superficie arae piscis, in lateribus instrumenta ad sacrificandum, praeterea etiam in laterum altero dicitur fuisse piscis.)*

Bonnae (Klein Ann. Rhen. 67, 1879 p. 69 tab. V cf. Ihm ib. 83 p. 136 n. 207). — 1) *Cf. N. 4795 seq.* — 2) *Eiusdem nominis vir, centurio legionis primae Minerviae piae fidelis, eodem loco dedicavit titulum Herculi Magusano (Ann. Rhen. 73, 74).*

4781 Matribus paternis Hannanef. | T. Fl. Victorinus | Ɔ[1] leg. XXX U. v. v. s.

Coloniae Agrippinae rep. (Brambach 321 semel descripta saec. XVII). — 1) *Centurio* (IƆ *vel* ⅁ *traditur).*

4782 Matribus Arsacis[1] | paternis sive maternis | M. Aur. Lu.[2] Veronius Ve|rus [*b. f.*][3] praefecti pro | se et suis v. s. l. m.

4783 Matribus | Frisavis[4] paternis.

Prope Xanten ut videtur rep. (Brambach 1969. 1970 cf. Ann. Rhen. 53/54, 1873 p. 242. 243 solus ut videtur descripsit Turkius quidam saec. XVII). — 1) Marsacis *in lapide fuisse coniecit Bergk Westd. Zeitschr. I p. 153 not. 2, cogitans de Marsaciorum gente, de qua supra N. 2508.* — 2) *Sic traditur.* — 3) PE *traditur.* — 4) *Sic potius quam* Trisavis *codex autographus Turkii.*

4784 *(deae tres sedentes)* dea[*bus*][1] | Matribus tramarinis[2] | patris[3], Aurelius Iuvenalis.

Newcastle (VII 499 vidit Huebner; imaginem monumenti exhibet Ihm Ann. Rhenan. 83, 1887 p. 42 fig. 6). — 1) *Vocabuli* deabus *pars erat sculpta a sinistra, pars a dextra reliquae inscriptionis.* — 2) Matribus tramarinis *vel* deabus Matribus tramarinis *(sic VII 303. 319) praeterea in Britannia dedicati sunt tituli VII 303. 319. 994, praeterea is qui sequitur.* — 3) *Intellege: patriis.*

4785 I. o. m. | et Matrib|us Olloto|tis sive tra|nsmarinis[1] | Pomponius | Donatus b. f. cos.[2] pro | salute sua | et suorum | v. s. l. a.

Binchester rep. a. 1891 (Haverfield archaeological journal 49, 1892 p. 197). — 1) *Ollototarum vocabulo quidam putant ipsam transmarinarum notionem significari (cf. Haverfield l. c. p. 226, Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 1891 p. 256); num recte, viderint alii.* — 2) *Beneficiarius consularis.*

4786 Matrib. | Ital[*i*]s, Ger|manis, | Gal., Brit., | [*A*]ntonius | Cretianus | [*b.*] f. cos. rest.

Winchester rep., est Londinii (VII 5 vidit Huebner).

4787 Mat. Af.[1], Ita., Ga., | M. Minu. Mude.[2] | mil. leg. VI vic. | guber.[3] leg. VI | v. s. l. l. m.

Eburaci (VII 238 vidit Huebner). — 1) *Afris.* — 2) *M. Minucius Mudenus (?).* — 3) *Gubernator (Momms.); de Matribus gubernatricibus legionis sextae cogitavit Huebner. Fortasse titulus positus cum legio sexta imperante Hadriano ex Germania in Britanniam transiit (Momms. Eph. ep. 5 p. 215).*

4788 M[*at*]ribus | omnium | gentium | templum | olim vetus|tate conlab|sum G. Iul. Cu|pitianus ϑ | p. p.[1] restituit.

In Britannia rep. ad vallum Hadriani loco dicto Cambeckfort (VII 887 vidit Bruce). — 1) *Centurio primipilaris (?).*

4789 Matribus | Brittis | L. Valerius | Simplex | mil. leg. XXX | U. v. | v. s. l. m.

Prope Xanten rep. a. 1609 (Brambach 201 cf. Ann. Rhen. 53/4, 1873 p. 241 aliquoties descripta saec. XVII).

4790 [*M*]atribus meis | [*Ger*]manis Suebis | . . V[*e*]recuniu[*s*] | . . us negotiato[*r* | *cre*]tarius v. s. l. m.

Coloniae Agrippinae (Schmitz arch. Zeitung 1870, 54).

4791 *(dearum trium reliquiae)* [*Mat*]ribus Suebis | . . euthungabus[1] | [*I*]ulius Secundu[*s* | *I*]uli Philtati lib. | [*v.*] s. l. m.

Coloniae Agrippinae (Ihm mus. Rhen. 45, 1890 p. 639). — 1) *Initio videtur periisse non amplius una littera.*

4792 Matribus | Treveris | T. Paternius | Perpetuus | cornicular. | leg. leg. | XXX U. v. l. m.

Prope Cliviam rep., nunc Bonnae (Brambach 149; Hettner Catal. mus. Bonn. n. 52).

4793 Matribus | Noricis | Anneus Maximus | mil. leg. I M. | v. s. l. m.

Prope Vechten, i. e. ibi ubi N. 4757 (Leemanns arch. Zeitung 1869, 89).

Matronas Senones in titulum Orell. 478 (= XIII 6475) nonnulli intulerunt, non recte ut videtur.

4794 pro salute dom[*ini*] | n. imp. L. Sept. Severi | Aug. totiusq. domus | eius, Aufanis Ma|tronis et Matribus | Pannoniorum et | Delmatarum | Ti. Cl. Pompeianus[2] | trib. mil. leg. I Min. | loco exculto cum | discubitione[3] et tabula[4] | v. s.

Lugduni (XIII 1766 vidit Hirschfeld). — 1) *Matronas sive Matres Pannoniorum et Dalmatarum Aufanias dictas esse puto (potius quam Matronas Aufanias diversas a Matribus Pannoniorum).* — 2) *Vix hic Claudius Pompeianus nepos M. Aurelii ex Lucilla, interfectus a Caracalla (vit. Carac. 3, 8).* — 3) *Sedilia ad advenarum commoditatem parata recte intellegit Ihm.* — 4) *Tabula fortasse intellegenda picta. Cf. III S. 7960.*

4795 Matronis | Aufanib. C. | Iul. Mansue|tus m. l. I M. | p. f.[1] v. s. l. m., fu|[*i*]t ad Alutum | flumen secus | monte Caucasi.[2]

Coloniae Agrippinae (Brambach 405 vidit cf. Ihm ann. Rhen. 83, 1887 p. 145 n. 277). — 1) *Miles legionis I Minerviae piae fidelis.* — 2) *Alutus flumen Daciae (bello Dacico Mansuetum eo venisse coniecit Ihm l. c. p. 72); Caucasi mentio quo pertineat, obscurum.*

4796 deab. Aufan. | et Tutelae loci | pro salute et in|col[*u*]mitate sua | suorumq. om|nium L. Maiori|us Cogitatus b. f. | cos.[1] vot. sol. l. l. m. | idibus Iulis | Gentiano et | Basso cos.[2]

Mogontiaci rep. a. 1895 (Körber Inschr. d. Mainzer Museums, 1900, p. 12 n. 7). — 1) *Beneficiarius consularis.* — 2) *A. 211.*

4797 Matribus Au|[*f*]aniabus[1] M. | Iul. Gratus.

Carmone in Baetica (II S. 5413 ad accuratum exemplum Gagi). — 1) *Titulum dedicatum esse ab homine oriundo ex Germania probabiliter coniecit Huebner.*

Matronis Aufaniabus multi alii lapides dedicati sunt, plerique in Germania inferiore, sed etiam alibi, cf. Ihm Ann. Rhenan. 83 p. 29.

4798 *(Matronae tres sedentes, dextra et sinistra capita cucullis vel mitris indutae, canistra frugibus repleta tenentes)* Matronis | Afliabus | M. Marius | Marcellus | pro se et suis | ex imperio ipsarum *(in lateribus camilli).*

Coloniae Agrippinae (Brambach 338; Ihm ann. Rhen. 83, 1887 p. 146 n. 282 cum imagine ib. tab. I). De imaginibus Matronarum saepe obviis in lapidibus Rhenanis (cf. infra N. 4802. 4803. 4805) dixit Ihm l. c. p. 38 seq.

4799 Matronis | Aflims[1] | M. | Iullionius | Agilis | v. s. l. m.

Wesseling ad Rhenum rep., iam Bonnae (Aus'm Weerth ann. Rhen. 74, 1882 p. 199; Ihm ib. 83, 1887 p. 144 n. 272). — 1) *Cf. N. 4807 not. 1.*

4800 Matroni[*s*] | Alagabiabus | Iul. Pusua[1] | pro se et Iuli[*s*][2] | Peregrino | Sperato | Severo | v. s. l. m.

Bürgel ad Rhenum, inter Novaesium et Coloniam Agrippinam (Brambach 296 aliquoties descripta saec. XVIII. XIX). — 1) *Sic vel* Iul. Pusval. *vel* Iulius val., 2) Iulis *vel* Iulisi *vel* Iul... *apographa.*

4801 Matrib. Ala|tervis et | Matrib. Cam|pestrib.[1] coh. I | Tungr.[2] ins.[3] | Ulp. S....[4] | [Ͻ] leg. XX V. v.

Non longe ab Edinburgh, loco dicto Cramond (VII 1084 aliquoties descripta). — 1) *Cf. N. 4828 seq.* — 2) *Cf. supra N. 3230 cet.* — 3) *Instante.* — 4) *Cognomen recte legi non potuit.*

4802 Matronis | Etttra|henis *(sic)* | et | Gesa|henis | M. Iul. Amanus *(Matronae tres, canistra tenentes frugibus repleta; infra: viri duo sacra facientes).*

Bettenhofen (non longe a Roedingen ubi prodiit N. 4803) rep., est Bonnae (Brambach 617 cf. Ihm Ann. Rhenan. 83, 1887 p. 150 n. 305).

4803 *(tres Matronae, canistra tenentes frugibus repleta)* Matron. Gesaien[*is*] | M. Iul. Valentinu[*s*] | et Iulia Iustina | ex imperio ipsarum l. m.

Prope Roedingen (non longe a Iülich) rep. una cum ea quae sequitur et compluribus aliis Matronarum lapidibus, est Mannheim (Brambach 613, Huebner ex. scr. ep. n. 399 cf. Ihm Ann. Rhenan. 83, 1887 p. 149 n. 294; imaginem monumenti exhibet Haug archaeol. Zeitung 34, 1876 p. 61; Ihm Ann. Rhen. l. c. p. 38).

4803[a] Etrahenis[1] | et Gesahenis | Bassiana Ma|terna et Bass[*i*]ana Paterna | ex imp. ips. l. m.

Prope Roedingen rep., nunc Mannhemii (Brambach 616 cf. Haug Antiq. Mannh. n. 31, Ihm Ann. Rhenan. 83, 1887 p. 149 n. 300). — 1) *Sic vel etiam* Etraienis *lapis.*

4804 Matronis | Gabiabus | Celorius Ius|tus l. m.

Rövenich prope Zülpich rep. (Brambach 557 semel ut videtur descripta circa annum 1600). — *Eodem loco complures alii lapides* Gabiabus *vel* Matronis Gabiabus *dicati reperti sunt (Brambach 558—560);* Iunonibus Gabiabus *dicatus fuit titulus Bramb. 394 = Orell. 2084.*

4805 *(Matronae tres sedentes)* Matronis Hama|vehis C. Iulius | [*P*]rimus et C. Iulius | Quartus ex imperio | ipsarum l. m.

Altdorf prope Iülich rep., iam Coloniae Agrippinae in museo (Brambach 621, Ihm Ann. Rhenan. 83, 1887 p. 151 n. 307).

4806 Matronis | Rumanehabus[1] | sacr. | L. Vitellius | Consors | explo.[2] | leg. VI victr. *(in lateribus arbores).*

Iülich rep., iam Coloniae Agrippinae (Smetius 33, 8; Brambach 601; Ihm Ann. Rhen. 83, 1887 p. 152 n. 313). — 1) *Iisdem deabus altero cognomine auctis* (Matronis Rum[*a*]nehis et Maviaitinehis, *vel* item Aviaitinehis) *dedicatus fuit titulus olim una cum N. 4800 adservatus Orell. 2088 = Brambach 297, cuius lectio parum certa est.* — 2) *Sic videtur legendum esse (litterae* plo *contignatae), cogitandumque de exploratore legionis, qui sane alibi non invenitur.*

4807 Matronis | Saitchamims[1] | Primus Freiat|tonis[2] l. m.

4807[a] Matron. | Saithamia[*b.*][1] Q. Cominius | Primio l. [*m.*]

Hoven prope Zülpich (i. e. ibi ubi N. 4754) rep. (Klinkenberg ann. Rhenan. 89,

1890 p. 251). — 1) *Apparet idem vocabulum a filio Freiattonis Germanice flecti, a Cominio Primione Latine (similiter supra N. 4799, item Brambach 612). Cf. Much Zeitschr. für deutsches Alterthum 35, 1891 p. 315 seq., 325 seq.* — 2) *Friattius est in t. Agrippinensi Westd. Korrespondenzbl. 12, 1893 p. 95, Freioverus civis Tunger supra N. 2575.*

4808 Matron[*i*]s | Vallabnei|hiabus | L. Acconius | Candidus | pro se et | suis ex i[*mp*.] | p. p. s. s.[1]

4809 Matronis | [*V*]alabnei|abus Q. Pri|minius Ap[*t*]|us v. s. l. m.

4810 . . . . . | Vallamnei|hiabus | Iulia Geneti | f. Lella | ex imperio.

Coloniae Agrippinae haec rep. ante a. 1840, illae a. 1892 (Klinkenberg Korrespondenzbl. d. Westd. Zeitschr. 1892 p. 101; Brambach n. 333 cf. Klinkenberg l. c.). — 1) *Non intellegitur* ([*i*]ps. s. [*l*.] *intellegit editor).*

4811 Matribus | Mopatibus | suis | M. Liberius | Victor | cives[1] | Nervius | neg. fru.[2] | v. s. l. m.

Nijmegen (Noviomagi), ibi ubi N. 3198 (Brambach 71 qui vidit). — 1) *Cf. N. 4633 not. 2.* — 2) *Negotiator frumentarius.*

Nullae fuerunt Matres Quadruburgienses, quibus dedicatus ferebatur titulus Orell. 2090 male suppletus, cf. Brambach 166; Ihm ann. Rhen. 83, 1887 p. 155 n. 333.

4812 Matribus | Elitivis | Capella Tessi [*f*.][1] | v. s. l. m.

St. Christol prope Carpentorate (Carpentras) Galliae Narbonensis rep. (XII 1174 vidit Allmer). — 1) *Sic coniecit Hirschf.*, Capellatessi *traditur.*

4813 Matris Aug. | Eburnicis[1] | L. Iul. Sammo | et . . . .

Yvours prope Lugdunum (XIII 1765 delineavit Boissieu). — 1) *Eburnum nomen fuisse pago Yvours probabile est (Boiss.).*

4814 Matribus | Adcultus | Vassedonis f. | v. s. l. m.

4815 Matrabus | v. s. l. m. | Euneos Sex. | Afrani l.[1]

4815[a] Matrabus | Sex. Co[*e*]lius | Nigri lib. | Ingenuus[2] *(vir stans manu s. fruges*[?] *tenens).*

Vasione vel prope Vasionem ut videtur (XII 1304. 1309. 1306 ad apographa facta saec. XVI vel XVII). — 1) *Libertus fortasse fuit Sex. Afranii Burri (supra N. 1321).* — 2) *Libertus fuit Sex. Coelii Nigri, XII 5864.*

4816 *(intra coronam)* Matris | Mithres soc. XL vil. | ad Tur.[1] | L. XIII p. a. VI.[2]

Allondaz prope Albertville in finibus Allobrogum (XII 2348 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Sociorum quadragesimae (cf. supra N. 1852 seq.) vilicus ad Tur. (nomen loci, de quo praeterea ex antiquitate nihil traditur, sed quem fuisse ibi ubi hodie est Tournon propter nominis similitudinem suspicatus est Allmer). Videtur hoc loco fuisse mansio dicta ad Publicanos viae Augusta Praetoria per Alpem Graiam Viennam ducentis (tab. Peut.; it. Ant. p. 345).* — 2) *Haec explicationis incertae (cf. Hirschf. et Momms. ad XII l. c.).*

4817 Matris Aug. | in honorem | domus Saediorum | Eutyches lib. | aedem cum ara | dat.

Lugduni (XIII 1759 vidit Hirschfeld).

4818 in | honor[*em*] | domus divi|nae dis Ma[*tr*]abus[1] | vicani vici Pacis *(tres deae stantes)* | *(reliqua legi non potuerunt).*

Metz rep. a. 1561 (Robert épigr. de la Moselle tab. V fig. 1 cf. p. 47 seq.; Ihm ann. Rhen. 83 p. 13. 162, 385 vidit ectypum; descripsit Zangemeister). — 1) *Sic sine dubio legendum; in lapide est* MAI IABVS.

4819 imp. Nerva Traia|no V cos.[1] Matr|onis v. s. l. l. m. | M. Catullius Me|rcator et M. Ca|tullius Secundus.

Montorfani prope Comum rep. (V 5252 vidit Mommsen). — 1) *A. 103.*

Titulum Matronis in eadem regione dedicatum pro salute C. Caesaris Germanici filii (a. 37/41) dedimus supra N. 191.

4820 Niger | Tertullius | Severus | Matronis | et Adganais[1] | v. s. l. m.

Galliani prope Cantù, inter Comum et Mediolanum (V 5671 bis descripta). — 1) *Cf. supra N. 4618. 4619.*

4821 Matronis | Braecorium | Gallianatium.

Galliani prope Cantù (Pais 847 ad ectypum).

4822 sanctis Matr|onis Ucellas|icis Concana|unis Novell[*i*]|us Marcianu[*s* | *P*]rimuli filiu[*s*] | votum Mas|uonnum | Matronis | v. s. l. m.

Corbettae, inter Mediolanium et Novariam (V 5584 vidit Mommsen).

4823 Matronis | Vediantiabus[1] | P. Enistalius P. f. | Cl. Paternus | Cemenelensis | optio ad ordine[2], | ⅄ leg. XXII | Primigeniae | piae fidelis, l. m.

Tourette prope Nizzam (V 7872 aliquoties descripta). — 1) *Cf. Plin. h. n. 3, 47. Ptol. 3, 1, 43 (Momms. C. I. L. V p. 916).* — 2) *Cf. supra N. 2666*[b].

4824 Matronis et | Geniis Ausuciatium | consacravit | Arvius Nigri f. nomine | suo et C. Semproni Nigri et | Banionis Cucalonis filiae | parentium suorum.

Ossuccio ad lacum Larium (V 5227 vidit Mommsen).

4825 Matronis | et vicanis[1] | C. Sexsticius | Carbasus.

Cornate, inter Mediolanium et Bergomum (V 5716 bis descripta). — 1) *Cf. Ihm Ann. Rhenan. 83, 1887 p. 36.*

4826 Matronis | Iunonibus | Valerius | Baronis f. | v. s. l. m.

Arcisate, inter lacus Larium et Verbanum (V 5450 bis ut videtur descripta). — *Cf. supra N. 3122.*

4827 M. Calpurnius | veteranus | domina[*b*]us[1] | v. s. l. m.

In summo monte Poenino (Grand S. Bernard, cf. N. 4850 seq.) rep., tabella aenea (Notizie 1887 p. 469). — 1) DOMINARVS *aes.* — *Titulum* domnab. *dedicatum dedimus iam supra N. 3120.* — *Incertum num huc pertineat t.* dominis *dedicatus XII 2446. Diversa sunt numina memorata supra N. 4071.*

4828 Matr. tribus campe[*str.*] | et Genio alae pri. Hispano|rum Asturum *!!!!!!!* | *!!!!!!!*[1] Gordianae, T. | Agrippa prae. templum a solo | [*res*]tituit.

Benwell ad vallum Hadriani rep., est Newcastle (VII 510; delineavit Haverfield Archaeologia Aeliana 16, 1894 p. 323). — 1) Pupienae Balbinae *vocabula erasa esse recte statuit Haverf.*

4829 Campes|tribus et | Britanni.[1] | Q. Pisentius | Iustus pref. | coh. IIII Gal. | v. s. l. l. m.

Castle-hill ad vallum Pii Britannicum rep., est Glasgoviae (VII 1129 vidit Huebner). — 1) *Britanniae.*

4830 Campest. et | Eponae ala I | sing. p. f. c. R.[1], qui pre.[2] | Ael. Bassianus | praef. v. s. l. l. m.

Pföring ad Danuvium rep., iam Monachii (III 5910 III S. 11909 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 2492 not. 2.* — 2) *Cui praeest.*

Eponabus et Campestribus dedicatus est titulus supra N. 2417. Campestres habuimus iam supra N. 2604. 4776. 4801.

4831 I. o. m. | Victoriae | Victrici pro salu|te imp. n. et sua | suorum, | M. Coccei. | Firmus | Ɔ leg. II Aug.

4831[a] Dianae | Apollini | M. Coccei. | Firmus | Ɔ leg. II Aug.

4831[b] Genio | terrae | Brita|nnicae | M. Coccei. | Firmus | 7 leg. II Aug.

4831[c] Marti | Minervae | Campestri|bus Hercl. | Eponae | Victoriae | M. Coccei. | Firmus | Ɔ leg. II Aug.

In Britannia rep. ad vallum Pii, loco dicto Auchindavy, nunc Glasgoviae (VII 1111—1114 vidit Huebner).

4832 Iovi Iunoni, | Soli Lunae, | Herculi Minervae, | Marti Mercurio, | Campestribus, | Terrae Caelo | Mari Neptuno, | Matribus Suleis[1], | Genio imp., | M. Ulpius Nonius | veteranus Aug. | cives[2] Nemens[3] | v. s. l. m.

Romae rep. in castris equitum singularium, cf. supra N. 2180 (VI 31171 vidit Muenzer; Henzen ann. inst. 1885 p. 260). — 1) *Cf. N. 4777. 4778.* — 2) *Cf. N. 4633 not. 2.* — 3) *Cf. N. 428 not. 2.*

4833 Iovi optimo | maximo, Iunoni, | Minervae; Marti[1], | Victoriae, Herculi[1], | Fortunae, Mercurio[1], | Felicitati, Saluti, Fatis, | Campestribus, Silvano, | Apollini, Dianae, Eponae, | Matribus, Sulevis[2] et | Genio sing. Aug.[3] | ceterisq. dis immortalib., | veterani missi | honesta missione ex eodem | numero[4] ab imp. Hadriano | Antonino Aug. P. p. p. | Priscino et Stloga cos.[5], | l. l. m. v. s. *(In latere sinistro)* qui coeperunt mil. L. Lamia Aeli. | Sex. Carmi. Vetere cos.[6] | missi honesta mission. no. Ian.: | P. Aelius Augurinus, | *(sequuntur nomina decem et septem). (In latere dextro)* missi honesta missione: | P. Ael. Placidus, | *(sequuntur nomina decem et septem, in his)* P. Ael. Vangio[7] sig.

Romae rep. in castris equitum singularium, una cum N. 2180 seq. (VI 31149 = Annal. inst. arch. 1885 p. 252). — 1) *Cum dedicantium plerique fuerint ex Germania, probabile est Martis, Herculis, Mercurii nominibus significari tria summa numina Germanica, ut supra N. 4634 (Zangemeister Neue Heidelberger Jahrbücher*

1895 p. 51, qui etiam sub Victoriae Fortunae Felicitatis vocabulis coniecit latere deas quasdam Germanicas; sed cf. Wissowa strena Helbigiana p. 339). — 2) *Cf. supra N. 4778 not. 3.* — 3) *Eisdem deis deabusque multae aliae arae eodem loco dedicatae sunt ab equitibus singularibus missis honesta missione, quarum unam iam dedimus supra N. 2181.* — 4) *Scilicet ex numero equitum singularium Augusti.* — 5) *A. 141.* — 6) *A. 116.* — 7) *Vangiones populus Germaniae superioris, unde hic P. Aelius Vangio signifer aut originem traxit aut certe nomen (Zangemeister l. c. p. 50).*

4834 iussu deorum C. Vale[*rius*] . . . . . | Herculi Eponae S[*ilvano aedi*]|culam restituit [*sua pec. pro*] | salutem suam et . . . . . . [*et*] | Proculo muliis[1] . . . .

Romae (VI 293 vidit Henzen). — 1) *Muliones intellegendos esse coniecit Marinius.*

4835 Herculi et Eponae[1] Aug. | pro salute imp. Caes. M. Aur. | Antonini Pii Felicis invicti | *(sequuntur nomina eorum qui dedicaverunt).*

Mariasaal prope Klagenfurt, ubi fuit Virunum Norici, iam Klagenfurti (III 4784 vidit Mommsen). — 1) *Non rarus Eponae in Norico cultus, cf. III 4776. 4777. 5176. 5192. 5312.*

4836 in h. d. d. | deae Eponae | et dis Ma[*t*]rabus[1], | G.[2] loci, | Sattonius Vi|talis lib. . . . | . . . . im . . . | . . Traiano Decio Aug. | . . . . | cos.[3] XV kal. Apr.

Til-Châtel prope Dijon (XIII 5622 semel descripta saec. XVII). — 1) Mairabus *traditur. Cf. N. 4815. 4818.* — 2) *Genio.* — 3) *A. 250 vel 251.*

4837 I. o. m., | Epone regin., | Genio loci, | P. Bennius Eg|regius mil. | coh. vol.[1], adiu[*t.*] | princ.[2], bf. cos.[3] v. s.

Prope Docleam in Dalmatia rep. (III S. 12679 Bormann vidit ectypum). — 1) *Significatur cohors octava voluntariorum, cf. supra N. 2586.* — 2) *Adiutor principis; cf. supra N. 2448 not. 1.* — 3) *Beneficiarius consularis.*

4838 deae Epona[*e*] | et Genio Leuc. | Tib. Iustinius Titianus[1] [*b. f.* | *leg. l*]eg. XXII [*Pr.*] | Antonin[*ian.*] | ex vo[*to*] *(in latere sinistro dea, sc. Epona, inter duos hinnulos; in latere dextro figura adulescentis, sc. Genii).*

Naix rep., ubi fuit Nasium Leucorum (cf. Ptol. 2, 9, 13), inter Divodurum et Durocorturum, postea Metz (Robert épigraphie de la Moselle p. 15 tab. I fig. 5—7). — 1) *Idem beneficiarius legati legionis XXII Mercurio dedicavit Mogontiaci titulum Brambach n. 999 (= Henzen 6799), anno 210, id est paullo ante hunc titulum positum, qui propter Antoninianae vocabulum legioni additum videtur esse positus non ante a. 212.*

4839 Augusto sacrum. Deae | Eponae | Connonius Icotasgi fil. | templum cum suis orna|mentis de suo donavit l. m.

Entrains (inter Auxerre et Nevers) rep. a. 1896 (XIII 2902 ad imaginem photographicam editam Bull. de la Société Nivernaise).

Eponab. et Campestrib. *dedicatus est titulus supra N. 2417.* — *Inscriptiones deae Eponae composuit Reinach revue arch. 26, 1895 p. 322 seq., qui tamen non recte ait Eponam coniunctam reperiri tam cum Marte Segomone quam cum Marte Camulo nisus inscriptionibus mutilis quas pro libito suppleverunt (supra N. 4537. III S. 8671). Cf. etiam infra N. 4917 not. 7.*

4840 Matro|nis, Axi|mo, L. | Iulius Marcelli|nus v. s. l. m.
Aximae (Aime) in Alpibus Graiis (XII 100 Hirschfeld vidit ectypum).

4841 Marti | et Vasioni | Tacitus.
Vasione (XII 1301 bis ut videtur descripta).

4842 C. Andolatius | Nemauso v. s. l. m.
Nemausi (XII 3093 vidit Hirschfeld).

4843 Nem. Aug. | Cénsor[1] | iugárius | ex vóto, sí | [*f*]ilia superstit.[2] | decessisset.
Nemausi (XII 3102 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Cf. N. 4850 not. 3.* — 2) *Superstite.*

4844 Iovi et Nemaus. | T. Flavius Herm. | exactor oper. | basilicae[1] mar|morari et lapi|dari v. s.
Nemausi (XII 3070 vidit Hirschfeld). — 1) *Ad basilicam ab Hadriano in Plotinae honorem Nemausi extructam (vit. c. 12), cuius basilicae opus marmorarium et lapidarium Hermeti illi exigendum fuerit, refert Allmer.*

4845 deo Nem[*auso* | *Se*]x. Utullius | Perseus | horologium | et cerulas[1] II | argenteas | t. p.
Nemausi (XII 3100 aliquoties descripta saec. XVI/XVII). — 1) *Cerulas num recte viri docti habeant pro ceriolaribus, dubitat Hirschfeld.*

4846 Sulpic. Cosmus rest.[1] | [*L*]aribus Aug. | sacrum et | Minervae, | Nemausó, | Urniaé, | Avicantó[2], | T. Cassius T. l. | Felicio exs | vót.
Nemausi (XII 3077 saepius descripta). — 1) *Restituit (haec postea ut videtur addita).* — 2) *Fontium vel fluviorum nomina videntur.*

4847 August. | Laribus | *(vir capite velato, libans ad aram)* cultores Urae | fontis[1].
Nemausi rep., nunc Lugduni (XII 3076 vidit Hirschfeld). — 1) *Uram fontem esse hodie dictam Eure censent.*

4848 Aug. Vin[*tio*] | sacr. | T. Valerius . . [*f.*] | Crispinus | sacer. Vinti, | praef. pag. Dia.[1], | aedem. d.

4848[a] deo Vintio | Polluci[2] | Cn. Terentius | Billonis fil. | Terentianus | ex voto.
In Sabaudia rep., haec loco dicto Seyssel ad Rhodanum, illa non longe inde loco dicto Hauteville (XII 2558. 2562 Hirschfeld vidit ectypa). — 1) *Praefectus pagi Dianensis.* — 2) *Alius titulus Vintii Pollucis repertus est Seyssel (XII 2561).*

4849 Marti Vintio | M. Rufinius Felix | Sal.[1], IIIIIIvir et in|cola Cemenel. | ex voto s.
Vintii (Vence) in Alpibus maritimis (XII 3 vidit Mommsen). — 1) *Incertum utrum ad nomen Felicis pertineat, an salinatoris aliudve simile officium significetur.*

4850[a] Poenino | pro itu et reditu | C. Iulius Primus | v. s. l. m.

4850[b] Phoebus Fusci | Ti. Caesaris | Poenino v. s. l. m.

4850c Iovi Poenino | L. Paccius L. f. Pal. | Nonianus | Fundis | 7 leg. VI Victricis p. f. | ex voto.

4850d Iovi op. m. | Poenino | T. Cl. Severus | fr. leg. III | Italic.[1] v. s. | l. m.

4850e Iovi Poenino | Q. Silvius Peren|nis tabell. colon. | Sequanor. | v. s. l. m.

4850f Numínib. Augg.[2] | Iovi Poenino | Sabineiius Censor[3] | Ambianus | v. s. l. m.

In summo monte Poenino (Grand S. Bernard) rep., tabulae aeneae, extant ibi in museo (V 6875. 6884. 6881. 6869. 6887. 6885 vidit Mommsen). — 1) *Frumentarius legionis tertiae Italicae.* — 2) *Cf. supra N. 4538.* — 3) *Cognomen, ut supra N. 4843.*

4851 I. o. m. Poenino | C. Domitius | Carassounus | Hel.[1], mango | v. s. l. m.

Ibidem rep., tabella aenea (Notizie degli scavi 1892 p. 68). Alias eiusdem generis inscriptiones eodem loco repertas habes Notizie degli scavi 1887 p. 468, 1892 p. 440, 1894 p. 35). — 1) *Helvetius.*

4852 I. o. m. | Arubino | L. Camp. | Celer | sacerdos | urbis | Romae | aeternae | et Iulia | Honorata | con. pro se | et suis v. s. l. m.

In monasterio quodam prope Gratz (III 5443 semel descripta saec. XVI).

4853 I. o. m. Arubiano | et Bedaio sancto | Tul. Iuvenis | bf. cos. leg. II | Ital. Antoninian. | v. s. l. m. | idib. Mais d. [*n.* | *imp. Antonino*][1] | II et Sacerdote cos.[2]

Pidenhart prope Seeon ad Chiemsee lacum rep., deinde Monachii (III 5580 vidit Mommsen). — 1) *Elagabali nomen erasum.* — 2) *A. 219.*

Iovi Arubiano vel Arubino et Bedaio praeterea dedicatus est titulus III 5575, Iovi Arubiano et Celeiae III 5185.

4854 Bedaio Aug. | P. Domitius | Flaccus | et Q. Lucret. | Optatus | IIvir., | [*P*]ompeiano | [*et Avi*]to cos.[1]

4855 Bedaio Aug. | sacr. Alon.[2] | L. Cassius Lucullus | et C. Vind. Constans | [*II*]vir., Fusco | . . . .[3]

4856 sacro Aloun|arum Aug. Noi. | Ivenalis et L. Vig|ius Victorin. | [*G*]ordiano et Pom|peiano cos.[4] vot. | m. *(sic)* s. l. m.

Chieming ad Chiemsee lacum, in qua regione fuit Bedaium situm inter Iuvavum et Pontem Aeni testibus itinerariis, cf. Ohlenschlager in act. min. acad. Monac. 1883 p. 215 seq. (III S. 11777. 11778. 11779 vidit Hirschfeld). — 1) *A. 209.* — 2) *Cf. N. 4857.* — 3) *Fortasse significatus erat annus 225.* — 4) *A. 241.*

4857 Bedaio Aug. | sacr. Aloun|ar. Setoni|us Maxim|ianus et | Fir. Firmi|nianus IIvir., | Perpetuo et Cornel. cos.[1]

Chieming, nunc Monachii (III 5572 vidit Mommsen). — 1) *A. 237.*

4858 Bedaio Aug. | et Alounis | sacr. | C. Catius | Secundia|nus IIvir, | imp. Antonin. | II et Sacerdote cos.[1]

Olim in monasterio Seeon, deinde Monachii (III 5581 vidit Mommsen). — 1) *A. 219.*

4859 I. o. m., | Eponae | et Celeiae | sanctae | M. Si .... | .....
Celeiae (Cilli) in Norico (III 5192 vidit Mommsen).

4860 I. o. m. et Cel. | et Noreiae | sancte, Rufi. | Senilis bf. cos.[1] pro se et suis | v. s. l. m.
Celeiae (III 5188 vidit Mommsen). — 1) *Beneficiarius consularis.*

4861 Marti | Herculi | Victori|ae | Noreiae.
Celeiae (III 5193 vidit Mommsen).

4862 Noreiae | sacrum.
Romae rep. in castris equitum singularium (VI 31179 = Ann. inst. arch. 1885 p. 290). — *In Africa reperitur* d. m. s. Norei. *superscriptum titulo sepulcrali adulescentis nati matre Norica, VIII 4882.*

4863 *(globus, in quo stetit statua)* Noreiae | Aug. sacr. | Q. Fabius | Modestus | domo Róma, | dec. al. I Aug. | Thracum | phialam | argent. p. II:·[1], embl.[2] Nóreiae | aurea uncias duas, | d. d.
Non longe a ruderibus Viruni rep., a Klagenfurt sept. versus loco dicto Hohenstein (III 4806 vidit Mommsen). — 1) *Pondo II uncias tres (sive quadrantem),* 2) *emblemata.*

4864 Noreiae Isidi fecit | A. Trebonius.
In monte Ulrichsberg prope Klagenfurt rep., non longe a ruderibus Viruni (III 4810 aliquoties descripta). Titulus dicatus Isidi Norei. *est supra N. 1467. A Sueborum parte etiam Isidi sacra fieri solere ait Tac. Germ. 9, quam Isidem hanc esse Noreiam coniecit Zangemeister Neue Heidelberger Jahrb. 1895 p. 47 not. 5.*

4865 Belesti Aug. | T. Tapponius | Macrinus | et Iulia Sex. l. | Cara cum suis | v. s. l. m.
In Norico, in confiniis regionum quae nunc sunt Kärnthen et Krain, prope S. Leonhard in monte Loibl (III 4773 vidit Mommsen).

4866 Belino | Aug. sac. | C. Marius | Severus | d. d. *(in latere: urceus, in altero latere: patera in qua poma sunt et spicarum calamorumve fasciculus).*
In Norico, prope Klagenfurt rep. (III 4774 vidit Mommsen).
Ut aliis provinciis et civitatibus sui dei, sic Noricis Belenus deus erat teste Tertulliano apol. 24, cf. ad nat. 2, 8, quem tamen praecipue Aquileiae cultum esse tituli N. 4867 seq. demonstrant; atque etiam θεὸς ἐπιχώριος Aquileiensium dicitur ab Herodiano 8, 3, 8 (Iulii Carnici quoque fuit aedes Beleni, V 1866. Carnicum potius quam Noricum numen putat Mommsen ad V 732). A militibus ex Pannonia oriundis colitur VI 32544 (2800).

4866[a] Q[ua]rt[us] | Belino | pro se et | suos.
Gréasque in Gallia Narbonensi (Revue des étud. anciennes 1900 p. 167 Iullian vidit ectypum). — *In Gallia Belenum cultum esse indicat Ausonius profess. 5, 9. 11, 24. Cf. XII p. 924.* — Bellino *qui dicitur in Arvernis dedicatus titulus XIII 1461 valde suspectus est.*

4867 D. Lurius D. f. | Vol. | Belino | v. s. l. m., | Nymphis[1].
Aquileiae rep. (Majonica archeografo triestino 1895 p. 191). — 1) *Ara videtur*

dedicata Belino simul et Nymphis (nisi Belino est cognomen Lurii. Momms.). Fonti Beleno dedicati sunt tituli V 754. 755.

4868 Belino Aug. | sacrum | voto suscepto | pro A. Aquillio | C. f. Pom. Valente | IIIIv. i. d. desig., | Phoebus lib. | v. s. l. m.

Belinae prope Aquileiam, deinde Veronae (V 738 vidit Mommsen).

4869 Apollini[1] | Beleno | C. Aquileiens. | Felix | quod vilic. | summarum[2] | [*voverat*], ...

In vico Beligna prope Aquileiam (V 737 vidit Mommsen partem priorem). Vicum illum nomen accepisse a templo Apollinis Beleni apparet. — 1) *Cf. Herod. 8, 3, 8 Βέλεν[ον] δὲ καλοῦσι τοῦτον (Aquileienses), σέβουσι δὲ ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι θέλοντες (inde vit. Maximin. 22).* — 2) *Cf. supra N. 4189 not. 2.*

4870 Beleno | Aug. sacr. | L. Cornelius | L. fil. Vell. | Secundinus | Aquil., | evoc. Aug. n., | quod in urb. | donum vov., | Aquil. | perlatum | libens posuit. | L. d. d. d.

Prope Belinam agri Aquileiensis rep., postea Venetiis (V 742 vidit Mommsen).

4871 Apollini | Beleno | Aug. sac. | C. Petilius | Venustus | trib. praetorian. | v. s.

Gradi prope Aquileiam, postea Patavii (V 748 vidit Mommsen).

4872 deo Beleno | M. Flavius | Florianus v. e., | a ducena.[1], | quod | princeps leg. | vovit . . . .

Aquileiae rep. (Majonica archeografo triestino 1895 p. 190). — 1) *Vir egregius, a ducenariis.*

4873 Apollini | Beleno Aug. | in honorem[1] | C. Petti C. f. Pal. | Philtati, eq. p., | praef. aed. pot., | praef. et patroni | collegiorum | fabr. et cent., | Diocles lib. | donum dedit. | L. d. d. d.

Aquileiae, deinde Venetiis (V 749 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 3550 not.*

4874 Belen. Aug. | in memor.[1] | Iulior. | Marcell. et | Marcellae et | in honorem | Iuliarum | Charites et | Marcellae filiar. | et Licin. Macron. | iunior. nepotis, | C. Iul. Agathopus | IIIIIIvir Aquil. | L. d. d. d.

Prope Belinam agri Aquileiensis rep., postea Venetiis (V 744 saepius descripta saec. XVI/XVII). — 1) *Cf. supra N. 3550 seq.*

Adde titulum supra N. 625 ab ipsis imperatoribus Diocletiano et Maximiano Apollini Beleno Aquileiae dedicatum. — Denique Belenus memoratur in hoc epigrammate Tibure rep. (XIV 3536 vidi; Buecheler carm. epigr. n. 879):

Antinoo et Beleno par aetas formaque si par,
cur non Antinous sit quoque qui Belenus?
Q. Siculus.

4875ᵃ C. Aemilius | Felix Aecur.[1] | v. s. l. m.

4875ᵇ Auctus | Aecornae | v. s. l.

4875ᶜ G. Cl. Pri|am. Aec. | v. s. l. m.

Emonae (Laibach) rep. (III 3831/3 vidit Mommsen). — 1) *Cf. ad N. 4876.*

4876 P. Petronius P. l. | Amphio, | C. Fabius C. l. | Corbo | mag. vici aedem | Aequor.[1] de vi. | s.[2] f. coir.

Oberlaibach ubi fuit Nauportus (I 1466. III 3776 semel descripta saec. XVI). — 1) *Aequornam sive Aecornam sive Aecurnam Momms. (ad I 1466) putat aequoris deam fuisse, Nauporti cultam propter maris Hadriatici et Danuvii commercium quo vicus hic florebat (cf. Strabo 4 p. 207 cet.); cum commercio ipsum cultum deae postea Nauporto Emonam (N. 4875) transisse.* — 2) *De vici sententia.*

4877 Laburo | ex vot. | sacr. | M. Marcel[*l.*] | fil.[1] et | M. Vibius | Marcellus | f. f.

Prope Laibach (Emonam) rep. (III 3840 semel descripta saec. XVII). — 1) *Videtur nomen corruptum.*

4878ª Bindo Neptuno[1] | sacrum. | Proculus Parm|anic. praepos. | v. s. l. m.

4878ᵇ B[*i*]ndo Neptuno[1] | sacr. | Licinius Teuda | praep. et pri[*nc.*] | Ia[*p*]odum[2] | v. s. l. m.

Prope Bihač in Bosnia ad Privilica fontem rep. (III S. 14325. 14326 descr. Patsch wiss. Mitth. aus Bosnien und der Hercegovina VI p. 156. 158). — 1) *Una cum his aris aliae prodierunt eidem numini dedicatae, et ipsae pleraeque a praepositis Iapodum.* — 2) *Cf. supra N. 2673; item N. 847 cet.*

4879 Apollin[*i*] | Tadeno | Charmid[*e*]s[1] | col.[2] d. d.

Ilidže prope Sarajevo rep. (III S. 13858 descr. Patsch wiss. Mitth. aus Bosnien IV p. 249). — 1) Charmidis *lapis.* — 2) *Coloniae (nescio cuius), sc. servus.*

4880 Armato s. | Sest. One|sime ex | voto pos. | l.

Zupanjae in Bosnia rep. (Patsch wiss. Mitth. aus Bosnien VI 1899 p. 223). Eiusdem dei ignoti alia ara, item a muliere posita, prodiit eodem loco (ib. p. 224).

4881

moenia qui Risinni[1] Aeacia[2], qui colis arcem
   Delmatiae, nostri publice lar populi[3],
sancte Medaure[4] domi e[*t*][5] sancte hic, nam templa quoq. ista
   vise, precor, parva magnus in effigia,
succussus laeva sonipes qui[6] surgit in auras,
   altera dum letum librat ab aure[7] manus.[8]
Talem te consul iam designatus in ista
   sede locat venerans ille tuus *!!!!!*[9],
notus Gradivo belli vetus ac tibi, Caesar
   Marce, in primore [*cl*]arus[10] ubique acie.
adepto consulatu[11] *!!!!!!!!!!!!!*[9]
tibi respirantem faciem patrii numinis,
hastam eminus quae iaculat refreno ex equo,
tuus, Medaure[4], dedicat Medaurius.

Lambaese in templo Aesculapii (VIII 2581 vidit Renier. Buecheler carm. epigr. n. 1527). — 1) *De Risinio (hodie Risano) oppido orae Dalmatiae cf. Mommsen CIL. III p. 285.* — 2) *Incertum ab Aeaco an ab Aiace derivatum vocabulum*

(cf. Buecheler). — 3) *Apparet Medaurum in patria dedicantis potissimum cultum esse.* — 4) *Deus praeterea ignotus, nisi quod in eodem templo Aesculapii Lambaesitano inventum est arae fragmentum inscriptum:* Medau|ro Aug. | s[*acru*]m *(VIII 2642). Madaurae civitatis Numidiae nomen vix huc pertinet.* — 5) e *traditur.* — 6) *Scr.* cui. — 7) *Cf. Vergil. Aen. 9, 417 (Bue.).* — 8) *Apparet Medaurum repraesentatum fuisse equo insidentem et tela iaculantem.* — 9) *Nomen eius qui dedicat bis data opera erasum est. Legatus sine dubio fuit Numidiae, in legatione consul designatus et mox ad ipsum consulatum promotus (cf. not. 11). Cum in duabus inscriptionibus positis anno 167 nomen legati Numidiae erasum sit (VIII 4208. 17866), etiam hic titulus videtur eodem fere tempore positus esse.* — 10) in primore parus *exemplum quoddam Reniero subministratum, qui ipse non legeret nisi* in primo .... us. — 11) *Haec postea addita esse apparet, cum is qui dedicat consul factus esset.*

4882 C. Turranius | C. f. Severus | evoc. Aug. | [*L*]atrae aram | p.
Prope Scardonam Dalmatiae rep. (III 2816 vidit Mommsen).

4883 Pupillor. | Moicorum | liberta | Dumma La|trae v. s. l. m.
Prope Nedinum Dalmatiae (III 2858 vidit Mommsen). — Etiam prope Corinium Dalmatiae prodierunt tituli Latrae dedicati III S. 9970. 9971.

4884 L. Granius | Voltimes. f.[1] | Rufus Intossicae v. | s. l. m.
Albonae in Histria quae nunc est (III S. 10074 vidit Hirschfeld). — 1) *Alius 'Voltimesis filius' est ib. n. 10070.*

4885 Sentonae | Eutychus | v. s. l. m.
Tersatto prope Fiume (III 3026 bis vel ter descripta).

4886 Geminus | Boninus | Hostiducis | Sentonae | v. s. l. m.
Albonae (III S. 10075 vidit Hirschfeld).

4887 Nocturno | sacrum | C. Cassius | Valens | benif. ex impe[*r.*]
Salonis (III 1956 vidit Mommsen). — Eiusdem dei alius titulus rep. est Aequi in Dalmatia (III S. 9753). Nocturnum, sed plane incertum an hunc, ioculariter nominat Plautus Amphitr. I 1, 116 (272). Praeterea deus aliquis eiusdem nominis invocatur in tabella plumbea Carthaginiensi, quam edidit Wünsch mus. Rhen. 1900 p. 260 (Νοκτοῦρνε qui possides tractus Italie et Campanie, qui tractus es per Acerushium lacum, perducas ad domus tartareas . . . Maurussum *cet.).*

4888 Nocturno | Victor Brixianorum[1] v. [s.] *(vir sedens manu sin. fortasse sceptrum tenens).*
Brixiae (V 4287 vidit Mommsen). — 1) *Brixianorum servus (publicus).*

4889 Veicae | Noriceiae | A. Poplicius D. l. A . . . | P. Postumius P. l. Pau. | coir.
Alicubi in Histria (I 1465. V 717 semel descripta).

4890 Seixomniai | Leuciticai[1] | Polates.
In Histria prope Rovigno rep. (V 8184 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Numinis cuiusdam epichorii nomen videtur (Momms.).*

4891 Numini Me|lesoco Aug. | Cn. Papirius | Eumelus | ex | voto.
In Histria loco dicto Castel nuovo ad dextram canalis Arsiae (V 8127 bis vel semel descripta).

4892 Eiae[1] | Aug. | Ant. | Severi|ne | v. s.

Polae (V 8 vidit Mommsen). — 1) *Eidem numini dedicata est etiam ara apud Nesactium Histriae rep., Pais n. 1.*

4893 Euancelus *(sic)* | colonorum | Polensium | Boriae[1] v. s. l. m.

Polae (V 7 vidit Mommsen). — 1) *Boriam volunt Boream ventum eundemque qui hodie per illas partes dicitur Bora aquilo violentissimus; et verum est reperiri tam apud Graecos quam apud Latinos sequiores formas Βοῤῥᾶς et Bora (Momms.).*

4894 Aninia M. f. Magna et | Seia Ionis et Cornelia Ephyre | magistrae B. d.[1] | porticum restituerunt et | aediculam Fonionis.

4895 Fonioni | sac. | Seia Ionis | mag.[2] | d. d.

Aquileiae (V 757. 758 haec semel, illa saepius descripta ab auctoribus accuratis). — 1) *Bonae deae.* — 2) *Magistra, sc. Bonae deae. Cf. supra N. 3497 seq.*

4896 Hostilia P. f. | Serena | Ludriano.

Calibago inter Feltriam et Bellunum rep. (V 2066 vidit Mommsen).

4897 Alantedoba | Sex. Cornelius | Primus | v. s. l. m.

Ossemi di sotto in agro Camunnorum (Val Camonica) (V 4934 bis vel ter descripta saec. XVI/XVII).

4898 Cuslano sac. | L. Octavius | C. f. Crassus, | L. C. Octavi L. f. | Martialis et | Macer.

S. Giorgio Ingannapoltron, in pago Arusnatium territorii Veronensis, iam Veronae (V 3898 vidit Mommsen).

4899 Iovi Feluenni | P. Calpurnius | Mandatus | t. f. i. | ex HS DCCC.

Mazane supra Negrarium in pago Arusnatium (V 3904 vidit Mommsen).

4900 Revino | sacr. | P. P. I.[1] | v. s. l. m.

Gargnani ad lacum Benacum (l. di Garda) (V 4875 vidit Mommsen). — 1) *Sunt nomina dedicantis.*

4901 Sex. Nigidius | Fab. Primus ae|dil. Brix., decur. | honore grat. d. d.[1], | ex postulatione pleb. | aram Bergimo restit.

Arco prope Rivam rep., est Veronae (V 4981 vidit Mommsen). — 1) *Decurio honore gratuito decreto decurionum.*

4902 L. Vibius Visci[1] l. Nymphodotus | Bergimo votum, | C. Asinio Gallo C. Marcio Cen[*s*]or. | cos.[2], | L. Salvio Apro C. Postu[*mi*]o Costa | IIviris quin[*q*]uennalibus.

Brixiae rep., est Veronae (V 4201 vidit Mommsen). — 1) *Patronus Vibius Viscus fortasse memoratur Horat. sat. 1, 10, 82 cum schol.* — 2) *A. 746.*

4903 d. d.[1] | Alo | Sex. Nig. | Sollonius | v. s. l. m.

Prope Brixiam rep. (V 4197 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse: domino deo.*

4904 deo Alo | Saturno | Sex. Commo|dus Valeriu[*s*] | v. s. l. m.

Brixiae (V 4198 descripserunt Brixiani complures a saec. XVI ad XVIII).

4905 d. s.[1] | Saturno[2] | ex vot. | Cl. Victorinus | sig.[3] cum base | pro sal. sua | s.[4] omn. l. l. m.

Prope Tridentum rep. (V 5021 vidit Mommsen). — 1) *Deo sancto.* — 2) *Collato titulo eo qui praecedit apparet Saturni nomine hic et in aliis titulis Alpinis et Subalpinis (supra N. 3328 cum not. V 3916. 5024 cet.) intellegi numen quoddam epichorium. De sacrario huius Saturni, quod fuit in valle Anauna prope Cles, ad quod pertinuerunt tituli V 5067—5069, egit Campi arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 16, 1893 p. 74.* — 3) *Signum.* — 4) *Suorumque.*

Leges templorum.

4906 L. Aienus L. f., Q. Baebatius Sex. f. aedem dedicarunt | (2) Iovis Liberi[1] Furfone a. d. III idus Quinctileis L. Pisone A. Gabinio cos.[2], mense Flusare[3] | (3) comulateis[4] olleis legibus illeis regionibus, utei extremae undae quae[5] lapide | (4) facta hoiusque aedis ergo uteique ad eam aede scalasque lapide st[*r*]uctuendo[6] | (5) columnae stant citra scalas ad aedem versus, stipitesque aedis hu[*i*]us[7] tabula|-(6)mentaque. Utei tangere sarcire tegere devehere defigere mandare[8] ferro oeti[9] | (7) promovere referre[10] fasque esto. Sei quod ad eam aedem donum datum donatum[11] dedicatum|(8)que erit, utei liceat oeti venum dare[11]; ubei venum datum erit, id profanum esto. Venditio | (9) locatio aedilis esto quem quomque veicus Furfens. fecerit, quod se senti[*a*]t[12] eam rem | (10) sine scelere sine piaculo[13], alis ne potesto. Quae pequnia recepta erit, ea pequnia emere | (11) conducere locare dare, quo id templum melius honestius seit, liceto. Quae pequnia ad eas | (12) res data erit, profana esto, quod d. m.[14] non erit factum. Quod emptum erit aere aut argento | (13) ea pequnia, quae pequnia ad id templum[15] data erit quod emptum erit, eis rebus eadem | (14) lex esto, quasei sei dedicatum sit. Sei qui heic sacrum surupuerit, aedilis multatio esto, | (15) quanti volet. Idque veicus Furf. m.[16] pars fifeltares[17] sei apsolvere volent sive condemnare, | (16) liceto. Sei quei ad huc[18] templum rem deivinam fecerit Iovi Libero aut Iovis genio, pelleis | (17) coria fanei sunto.

Prope S. Mariae de Furfona rep., ubi fuit Furfo vicus Sabinorum, nunc Aquilae (I 603. IX 3513. Ritschl tab. LXXXII). Egit de hoc titulo Iordan krit. Beiträge zur Geschichte der lat. Sprache p. 251 seq. — 1) *De Iove Libero cf. supra N. 3065.* — 2) *A. u. c. 696.* — 3) *Mense Florali (mensis ex Sabellica consuetudine in sacris retentus).* — 4) *Sic (sed cum puncto inter* comula *et* teis*) lapis; non intellegitur.* — 5) *Requiritur ut videtur* utei extrema fundamenta sunt *(cf. supra N. 112 inscr. lateris:* uti infimum solum huiusque arae titulorumque est), 6) structas struendas(?). — 7) humus *lapis.* — 8) *Vocabulum sine dubio corruptum.* — 9) *Ferro in re sacra uti non licuisse notum est.* — 10) *Inserendum videtur* liceat. — 11) *Cf. infra N. 4910.* — 12) sentiunt *lapis.* — 13) *Scilicet:* vendere locare *(quod fortasse excidit in lapide).* — 14) *Dolo malo.* — 15) *Videtur requiri* emendum *(O. Iahn).* — 16) *Maior.* — 17) *Vocabulum corruptum (principium fortasse manu recenti in lapide scriptum).* — 18) *Scr.* hoc.

4907 L. Aelio Caesare II P. Coelio Balbino Vibullio Pio cos.[1] | VII idus Octobres, | C. Domitius Valens IIvir i. d., praeeunte C. Iulio Severo pontif., | legem dixit in ea verba quae infra scripta sunt: |

Iuppiter optime maxime, quandoque tibi hodie hanc aram dabo dedicaboque, ollis legib. | ollisque regionibus dabo dedicaboque, quas hic hodie palam dixero, uti infimum solum huius arae est:[2] | si quis hic hostia sacrum faxit, quod magmentum nec protollat[3], it circo tamen probe factum esto; ceterae | leges huic arae ea[e]dem[4] sunto, quae arae Dianae sunt in Aventino monte[5] dictae. Hisce legibus hisce regionib. | sic, uti dixi, hanc tibi aram, Iuppiter optime maxime, do dico dedicoque, uti sis volens propitius mihi collegisque | meis, decurionibus, colonis, incolis coloniae Martia[*e*] Iuliae Salonae, coniugibus liberisque nostris.

Salonis rep., epistylium in duas partes divisum, pars intuenti dextra inde a saec. XVI Patavii (III 1933 utramque partem descripsit Dalmata quidem circa annum 1435 et post eum unus alterve; partem quae extat Patavii vidit Mommsen). — 1) *A. 137.* — 2) *Id est: illis legibus dedicabo, quas hic hodie palam dixero; illis regionibus dedicabo, uti infimum solum huius arae est. Nam ibi arae termini sunt, ubi solum incipit planum esse (Momms.).* — 3) *Quamvis exta non deponat. Cf. supra N. 112 (not. 10).* — 4) eadem *apographum optimum.* — 5) *Cf. Dionys. 4, 26 Festus p. 165 s. v. Nesi. Lex aedis Dianae Aventinensis videtur fuisse antiquissima huius generis, quas scripta Romae proposita fuerat.*

4908 Dianae Augu[*st*]ae. | Sex. Iulius . . . . . or proc. Aug. simula[*crum Dianae Augustae hac lege do dedico*], | uti extra e . . . . um quam me sentio ded[*icare, . . . ne ex*] eo t[*emplo ubi nunc est*] | exportetur neve ex eo loco in quo nunc est in ali[*um*] transferatur de[*po*]na|tur aliave qua ratione amoveatur, neve ab alio [*quo nisi ab eis o*]mnibus | [*q*]uibus ornandum tergendumve erit contingatu[*r contractetur, n*]isi ab eo sa|[*cerdot*]e qui sacerdotum Apollinis primus erit sequ[*ndove veniam ne*]gotii [*petii*]t, | [*si quid laesum de*]labsumve erit uti ad pristinam for[*mam reducatur restituatur*]. *(In latere paucae tantum litterae supersunt.)*

Mactari in Africa (VIII S. 11796 = mus. Rhen. 44, 1889 p. 481 lapidem vidit Cagnat, ectypum Schmidt, cuius supplementa pleraque retinui).

4909 Aninia Sex. l. Ge Iunonibus[1] hanc | aram locumque his legibus dedicavit. | Si quis sarcire reficere ornar. coronar. volet, licet. | et si quit sacrifici quo volet ferre et ibi ubi volet, uti sine | scelere sine fraude lic[*et.*][2].

Prope Carpi, qui locus est non longe a Mutina, rep. (XI 944 descripserunt Mutinenses complures, in his Cavedonius). — 1) *Cf. supra N. 3115 not. 1.* — 2) *Liceto.*

4910 . . . . . . l .
. . . . itque eadem lege sacrum esto. Si quot | donum pecuniave aut stipes huic | signo datae erunt[1] itq. si IIvi|ri decurionesq. coloni coloniae | Civicae Aug. Brixiae vendere[1] volue|[*rint*] . . . . .

.... [*fu*]neris c[*ausa?*] ..... | fieri iu[*sserit*] ... | facito ... | Si hosti[*am*] ..... | caeder[*e*] ... | secun ....

Brixiae rep., fragmentum tabulae marmoreae (C. I. L. V suppl. Ital. I n. 1273 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 4906 vv. 7. 8.*

4911 honce loucom | ne qu[*i*]s[1] violatod | neque exvehito neque | exferto quod louci | siet, neque cedito[2], | nesei quo die res deina[3] | anua fiet; eod die, | quod rei dinai[4] cau[*s*]a | [*f*]iat, sine dolo cedre[5] | [*l*]icetod. Sei quis | violasit, Iove bovid | piaclum datod; | sei quis scies | violasit dolo malo, | Iovei bovid piaclum | datod et a.[6] CCC | moltai suntod[7]. | Eius piacli | moltaique dicator[*ei*][8] | exactio est[*od*].

Prope Spoletium rep. (XI 4766 descr. Bormann). — 1) qus *lapis.* — 2) *Caedito.* — 3) *Divina,* 4) *divinae.* — 5) *Caedere.* — 6) *Asses.* — 7) *Cf. Mommsen Strafrecht p. 1017 not. 2.* — 8) *Dicator videtur esse qui dicat rem sacram. Sed tamen hic videtur significari magistratus Spoletinus. Cf. Buecheler mus. Rhen. 37, 1880 p. 627; Mommsen Strafrecht p. 811 not. 5.*

4912 in hoce loucarid[1] stircus | ne [*qu*]is fundatid[2] neve cadaver | proiecitad[3] neve parentatid. | Sei quis arvorsu hac faxit, [*in*] ium | quis volet pro ioudicatod n. [*L*][4] | manum iniect[*i*]o estod.[5] Seive | mag[*i*]steratus[6] volet moltare, | [*li*]cetod.

Luceriae rep. (IX 782 ex historia quadam oppidi Lucerini a. 1861 edita; lapis periit aut latet). — 1) *Intellege: luco,* 2) *fundito,* 3) *proicito.* — 4) ni *traditur (emendavit Momms.).* — 5) *Cf. Momms. Strafrecht p. 177 not. 2.* — 6) mac .. steratus *traditur.*

4913 QVOI HOI[1] .... | .... SAKROS ⁝ ES|ED[2] SOR[3] .... ‖ ..... IA .. IAS[4] | RECEI[5] ⁝ LO ....[6] | ..... EVAM[7] | QVOS ⁝ RI[8] .... ‖ .... ‖ .... M ⁝ KALATO|REM[9] ⁝ HAP[10] .... | ... CIOD[11] ⁝ IOVXMEN|TA[12] ⁝ KAPIA[13] ⁝ DOTAV ... ‖ M ⁝ ITE ⁝ RI .....[14] | .... M ⁝ QVOI HA|VELOD : NEQV .... | .... ODIOVESTOD[15] ‖ .. OIVOVIOD[16].

Romae, cippus tofaceus antiqua aetate truncatus et glarea, humo, victimarum ossibus, vasculorum fragmentis superingestis sepultus, nec tamen loco motus, prodiit m. 1, 40 sub pavimento marmoreo et ipso antiquo in foro Romano prope arcum Severi, mense Mai. 1899 curam agente Boni architecto (primus edidit Gamurrini Notizie degli scavi 1899 p. 166 cum imaginibus p. 153—157; deinde Huelsen Berliner phil. Wochenschr. 1899 p. 1003; tum Comparetti iscrizione arcaica del foro Romano [*1900*], *cuius imagines repetivit Huelsen archaeol. Anzeiger 1900 ad p. 10; praeterea de Sanctis Rivista di filol. classica 1900 p. 249). Inscriptus est cippus litteris antiquissimis* C *pro* G *(cf. not. 5),* 𐌇 *pro* H, P *pro* R, ϙ *pro* Q, ϟ *pro* S, Y *plerumque pro* V, *litterae autem ita per quattuor latera dispositae, ut scriptura alternis versibus invicem modo ab imo in altum, modo ab alto deorsum directa sit: βουστροφηδὸν scriptum dixeris cippum, si eum, qui erectus stat, inclinatum tibi repraesentaveris. Cum pars cippi dimidia vel etiam maior perierit, pauca tantum intelleguntur. Conferenda quae exposuerunt Comparetti l. c. et Enmann Bull. de l'Acad. de St. Pétersbourg 1899 Dec., Otto Archiv f. lat. Lexikographie 12, 1900 p. 109.* — 1) *Potest fuisse* HONce. — 2) *Sacer sit (cf. Festus p. 318*^{b}*).* — 3) SORD *certum esse*

ait Comparetti (cogitans de sordibus quas facere nefas in loco consecrato); SORM... *Gamurr. Huels.* — 4) ƎIASIAS *Gamurr.*, ...IASIAS *(fortasse* ...SIASIAS*) Huels.*, ..IAIꟻAS *Comp.* — 5) *Regi.* — 6) LO... *non nimis certum.* — 7) [*D*]evam *(= deivam) post alios intellegit Enmann;* MAVE.. *legendum esse putat Compar. (ut quadratarius hic ab ordine quem alibi tenuit aberraverit), supplens* mave[*led*]. — 8) RI... *Gam.*, RI... *vel* RE... *Huels.* — 9) *De kalatoribus cf. infra N. 4970 seq.* — 10) HAB... *Comp.* — 11) *Sic Gam. Huels.*, ...IOD *Comp.* — 12) *Iumenta intellegi putant (cf. Otto Archiv f. lat. Lexikographie 11, 1900 p. 435).* — 13) *Litterae* PI *mire coartatae, certae tamen videntur.* — 14) M⁝I:TE⁝RI⁝I... *Gamurr.*, M⁝ITE⁝RII... *Huels.; duas postremas litteras* PE *esse fractas ait Comp., legens:* m iter pe.... — 15) O DIOV *(diu = interdiu)* ESTOD *legit Comp.*, OD⁝IOVESTOD *(= iusto?) Gamurr. Totam hanc partem sic legit, versus quarti lateris transponens, Thurneysen mus. Rhen. 1900 p. 484:* ...OD:IOVESTOD | VELOD:NEQV.... | ....M⁝ QVOI HA|M:ITERI... — 16) *Haec litteris minoribus scripta in angulo lapidis.*

4914 haec area[1], intra hanc[2] | definitionem cipporum | clausa veribus, et ara quae | est inferius, dedicata est ab | imp. Caesare Domitiano Aug.[3] | Germanico ex voto suscepto, | quod diu erat neglectum nec | redditum, incendiorum | arcendorum causa, | quando urbs per novem[4] dies | arsit Neronianis temporibus.[5] | Hac[6] lege dedicata est, ne cui | liceat intra hos terminos | aedificium exstruere, manere, | nego[*t*]iari, arborem ponere | aliudve quid serere, | et ut praetor[7], cui haec regio | sorti obvenerit, sacrum faciat[8] | aliusve quis magistratus | Volcanalibus X k. Septembres | omnibus annis vitulo robeo | et verre[9] r.[10] ac precationibus | infra scriptam aedi... k. Sept. | ianist............ | ..... dari...... quae s.; | quod imp. Caesar Domitianus | Aug. Germanicus pont. max. | constituit q........ | fieri.

*Romae rep. saec. XVII, cum ad S. Andreae in Quirinali novae aedificationis fundamenta iacerentur, cippus ex lapide Tiburtino (VI 826 = 30837*b *cf. Huelsen Roem. Mitth. 1894 p. 95: semel descripta). Similes lapides etiam in aliis urbis partibus fuisse videntur, certe unus eodem fere tenore inscriptus fuit saec. XVI ineunte ad S. Petri fabricam adductus, alius saec. XVII videtur repertus esse in circo maximo (VI 30837*a c *cf. Huelsen l. c.).* — 1) *Hanc ipsam aream cippis definitam et in medio aram repppererunt a. 1888, cum prope ecclesiam S. Andreae in Quirinali fundamenta domus iacerent, cf. Lanciani bull. comunale 1889 p. 330 seq. cum tab. X, Huelsen Roem. Mitth. 1891 p. 117.* — 2) hancce *traditur* (hanc *fuit in eiusdem tituli exemplo descripto ad S. Petri).* — 3) *In eodem exemplo nomina Domitiani erasa fuerunt.* — 4) *Scilicet cum 'sexto die finis incendio factus' esset, mox denuo erupit (Tac. ann. 15, 40).* — 5) *A. 64.* — 6) et hac *eiusdem tituli exemplum descriptum ad S. Petri.* — 7) *Cf. supra N. 3616 not. 3.* — 8) *Pro* sacrum faciat *in exemplo descripto ad S. Petri erat* litaturum se sciat. — 9) *Exemplum descriptum ad S. Petri videtur desiisse in vocabulo* verre. *Quae sequuntur, incerta esse apparet (fortasse evanida in lapide).* — 10) Robeo? *(Buecheler).*

4915 extra hoc limen aliquid de sacro | Silvani efferre fas non est.
Romae (VI 576 vidit Henzen).

4916 .... | d[*abitur?*][1] | pro sanguine [*bovis? Ӿ*] .. | et corium[2]; | si holocaustum Ӿ X .... | Pro sanguine agni et pelle Ӿ IS[3]; | si holocaustum, Ӿ II≥[4]. | Pro gallo holocausto Ӿ I≥[5]; | pro sanguine a. XIII. | Pro corona a. IIII. | Pro calidam in hominem a. II.

Romae (VI 820 semel descripta saec. XVI, a Cittadinio ut videtur). — 1) *Supplevit Mommsen.* — 2) *Corio, requirit idem.* — 3) *Denarius unus et semis.* — 4) *Denarii duo et semuncia, scilicet denarii, id est bes (Momms.).* — 5) *Cf. not. 4*

Ferialia.

Feriale Cumis repertum, pertinens ad sacra Augusti tantum Caesaris, dedimus supra N. 108. — Fastos anni Romani, qui extant lapidi incisi, composuit Mommsen C. I. L. 1 p. 298 seq., ed. 2 p. 240 seq. cum enarratione plenissima.

4917 . . . .

.... *19*	XIII	*18*	X[*V*]	[*II*]I idus [*I*]u[*l.*][1]	*13 Iul.*
.... *20*	XII	*19*	XIIII	Apolli[*nar.*]	
.... *21*	XI	*20*	XIII	X k. Aug.	*23 Iul.*
.... *22*	[X]	*21*	XII	Neptun[*al.*][2]	
.... *23*	VIIII	*22*	XI	idibus Au[*g.*][3]	*13 Aug.*
.... *24*	VIII	*23*	X	Diana.	
.... *25*	VII	*24*	VIIII	X k. Septem[*br.*]	*23 Aug.*
.... *26*	VI	*25*	VIII	Volkanalia[4]	
.... *27*	V	*26*	VII	III idus Decem[*br.*]	*11 Dec.*
....		*27*	VI	Septimontiu[*m*][5]	
.... *28*	IIII	*28*	V	XVI k. Ianuar.	*17 Dec.*
....		*29*	IIII	Saturnalia[6]	
.... *29*	III	*30*	III	XV k. Ia[*n*]uar.	*18 Dec.*
.... *30*	[*prid.*]	*31*	prid.	Epone[7]	
Nov.		*Dec.*			

Prope Guidizzolo inter Mantuam et Veronam rep., tegula (C. I. L. I ed. 2 p. 253). — 1) *Dies extremus ludorum Apollinarium Romae.* — 2) *Feriae Neptuni, cf. C. I. L. I ed. 2 p. 323.* — 3) *Natalis Dianae in Aventino.* — 4) *Cf. supra N. 4914.* — 5) *Cf. C. I. L. I ed. 2 p. 336.* — 6) *ib. p. 337.* — 7) *Eponae sacrum in nullo alio hemerologio inventum est (cf. C. I. L. I ed. 2 p. 337), scilicet observari non solitum nisi in terra Gallica.*

4918 administrante Romano iun. sacerdote | feriale domnorum[1] sic: |
3. Ian. III nonas Ian. vota.[2] |
11. Febr. III idus Febr. Genialia.[3] |
1. Mai. kal. Mais lustratio[4] ad flumen | Casilino.[5] |
13. Mai. III idus Mai. rosaria[6] ampiteatri.[7] |
25. Iul. VIII kal. Aug. lustratio ad flumen | ad iter Dianae. |
27. Iul. VI ka[*l.*] Aug. profectio ad iter Averni.[8] |
15. Oct. idus Oct.[9] vendemia Acerusae.[10] |
iussione domnorum Felix votum | sollicite solvit X kal. Decembr.[11] | Valentiniano III et Eutropio[12].

Capuae rep., est Neapoli (X 3792 vidit Mommsen, cf. Berichte der sächs. Gesellschaft der Wiss. 1850 p. 64 seq.). — 1) *Dominorum ferias intellege imperatoris auctoritate constitutas, imperiales ferias dictas cod. Iust. 3, 12, 3* [4]. — 2) *Vota pro salute principis d. 3 Ian. concipi solita, cf. Plut. Cic. 2 cet.* — 3) *Ludos Genialicios, fortasse Genio populi Romani factos, sub hoc ipso die 11 Febr. et insequenti recenset hemerologium Philocalianum (cf. C. I. L. I ed. 2 p. 309).* — 4) *Videtur intellegi lustratio segetum, cf. Marquardt Staatsverw. III² p. 201.* — 5) *Ex mentione Casilini, lacus Averni, paludis Acherusiae (cf. infra) colligitur feriale hoc spectasse ad Campaniam universam.* — 6) *Cf. Marquardt Staatsverw. III² p. 311.* — 7) *In amphitheatro, Capuae puto.* — 8) *Lacus Avernus.* — 9) *Dies postremus feriarum vindemialium (interpr. cod. Theod. 2, 8, 19).* — 10) *Intellege: ad paludem Acherusiam (Plin. h. n. 3, 61 cet.).* — 11) *22 Nov. dies imperii Valentiniani iunioris (fasti Hydat. ad a. 375, ap. Momms. chron. min. I p. 242).* — 12) *A. 387.*

4919 templum dedic. | L. Venuleio Apro|niano II L. Sergio | Paulo II cos.[1] | V k. Mart., qui di|es post bis VI k.[2] fuit.

Constantinae (VIII 6979 vidit Delamare auctor accuratus). — 1) *A. 168.* — 2) *Post bissextum kalendas. Cum anno illo dies bissextilis accessisset, in posterum dies dedicationis celebrandus erat eius rei ratione habita (Momms.).*

4920 locum reli|giosum per in|solentiam di|rutum | Virtuti et n.[1] | Aug. repurga|tum reddidit | C. Severius | Emeritus Ɔ | reg.[2]

Bath (VII 45 cf. p. 306 vidit Huebner). — 1) *Numini.* — 2) *Centurio regionarius (Momms.; cf. eiusdem Strafrecht p. 312 not. 1.*

Inventaria sacra.

4921ᵃ synopsis. | Iovis Victor argenteus | in kapitolio habens in capite co|ronam argenteam querqueam | folior. XXX, in qua glandes n. XV, fe|rens in manu dextra orbem argen|teum et Victoria[1] palmam ferentem | [*spinar.* ?] XX et coronam folior. XXXX, | [*in manu*] sinistra hastam arg. tenens | . . . . .

4921ᵇ . . . . sub ins[*crip*]|tione [*no*]minis Longani.[2] | [*I*]tem in nymphaeo in corona summa [*in*] | circumitu litterae n. XXXX auro inlumi|natae; hederae[3] distinguentes incoctiles[4] | n. X. Scyphi dependentes auro inluminati n. VI. | Cantharum auro inluminatum. Statuae | aereae n. VI et Cupido, marmoreae n. VI. | Silani aerei n. VI. Manualia[5] n. VI.

Cirtae (Constantinae) rep., iam Parisiis, tabulae duae (VIII 6981/2 vidit Wilmanns). Tabulae quamvis diversis manibus scriptae sint, tamen ex eadem synopsi videntur superesse. — 1) *Victoria(m).* — 2) *Longus vel Longanus aliquis donarium aliquod, de quo in praecedentibus mentio facta erat, videtur dedicavisse eique nomen suum inscripsisse.* — 3) *Foliola punctorum loco in inscriptionibus saepe posita.* — 4) *Aurum hederis illis incoctum significari fuisse coniecit Momms.* — 5) *Mantelia in nymphaeo post lavationem manibus tergendis adhibita putat Momms.*

4922 . . . . Thyreu . . . . | Thronos : . . . | bis fri . . . .|lebit no . . . .|tudinem. | Thyrsos : no . . . . .|tio est sev . . .

. . |endo . . . . . . | Thorax . . . . | deri . . . . . | Histos : dum . . . . | Caneon : sp . . . . | noli tim . . . .|ribus qu . . . .|. Cerauniu . . . . . .

Carthagine (VIII S. 12501 vidit Schmidt). Res, quae videntur sacrae esse vel aliquo modo ad cultum pertinere, Graecis vocabulis enumerantur ex ordine litterarum Graecarum.

Sacerdotes publici populi Romani.

4923 Iunoni[1] | Iuniae C. Silani f. | Torquatae[2] | sacerdoti Vestali | annis LXIIII, | caelesti patronae, | Actius l.

Romae in museo Vaticano, incertum quo loco rep. (VI 2128 vidit Henzen). — 1) *Cf. supra N. 3645. 3123.* — 2) *Eidem Iuniae Torquatae positus est titulus VI 2127. Memoratur in titulis libertorum VI 20788. 20852 et a Tacito ann. 3, 69.*

4924 Praetextatae Crassi fil.[1] | v. V.[2] maximae | C. Iúlius Creticus | a sacris.

Romae rep. exeunte a. 1883, cum regio fori a radicibus montis Palatini ad sacram viam detegeretur, in atrio Vestae, una cum multis aliis similibus basibus (VI 32409 vidit Huelsen; Lanciani Notizie 1883 p. 448). — 1) *Filia ut videtur fuit M. Licinii Crassi Frugi consulis c. p. Chr. 64 et uxoris eius Sulpiciae Praetextatae (Tac. hist. 4, 42).* — 2) *Virgini Vestali.*

4925 Numisiae L. f. | Maximillae | v. V. max.[1], | C. Helvidius Mysticus | devotus beneficiis eius.

Romae rep. una cum N. 4924 (VI 32411 vidit Huelsen; Lanciani notizie 1883 p. 448). — 1) *Eidem Vestali maximae positus est anno 201 titulus VI 2129.*

4926 Terentiae | Flavolae | v. V. | maximae | Cn. Statilius | Menander | fictor v. V.[1], | Cn. Statili | Cerdonis | fictoris v. V. | alumnus.

Romae rep. una cum N. 4924 (VI 32413 vidit Huelsen; Lanciani notizie 1883 p. 449). — 1) *Idem homo posuit titulum mutilum VI 32423. Alii fictores virginum Vestalium iique viri egregii sunt infra N. 4936 et C. I. L. VI 2134 idemque ib. 32419 (= Bull. comunale 1884 p. 5, 699), cf. infra not. ad N. 4934, fictor virginum Vestalium loci secundi infra N. 4933. Cf. etiam N. 3314.*

4927 Terentiae | Flavulae | v. V. | max., sorori, | Terentius Gentian|us fl. Dialis, v. c., pr. | tut., cum Pomponia | Paetina uxore et | Lolliano Gentian[*o*] | filio frat[*ris*].[1]

Romae, nescimus quo loco rep. (VI 2144 saepius descripta saec. XVI—XVIII). — 1) fratribus *Ligorius.*

Ad eandem Terentiam Flavolam pertinent tituli supra N. 1155, et VI 2130; ex hoc apparet eam Vestalem maximam fuisse a. 215. Praeterea memoratur in actis ludorum saecularium anni 204, nondum virgo maxima sed maximae proxima (Eph. ep. 8 p. 267 not. 2).

4928 Campiae Severinae v. V. max. sanctissimae, cuius sinceram pudicitiam senatus comprobatam aeterna laude publice cumulavit, Q. Vetu-

rius Callistratus v. e.[1] suffragio eius factus proc. rat. summ. privatarum bibliothecarum Augusti n.[2], et procurator eius.

4929 Campiae Severinae v. V. max., sanctissimae benignissimae, pro conlatis in se beneficiis equestr. ord. item secundae militiae[3], Aemilius Pardalas trib.[4] coh. I Aquitanicae petito eius ornatus. *(In latere)* dedicata IIII idus Maias Sabino II et Venus[*t*]o cos.[5]

Romae rep. a. 1497 'in ruinis templi Vestae', i. e. in foro Romano eodem loco quo N. 4924 seq. (VI 2132. 2131 semel descriptae). — 1) *Vir egregius.* — 2) *Cf. Hirschfeld Verw. 1 p. 190.* — 3) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 543 not. 4. Supra N. 2749 cet.* — 4) *Tribunatu.* — 5) *A. 240.*

4930 Flaviae L. fil. | Publiciae v́. V́. max. | sanctissimae piissimaeq., | cuius sanctissimam et | religiosam curam sacrór., | quam per omnes gradus | sacerdotii laudabili admi|nistratione operatur, numen | sanctissimae Vestae matris | comprobavit, | Aemilia Rogatilla c. f.[1], sororis fil., | cum Minucio Honorato Marcello | Aemiliano c. p.[2], filio suo, | ob eximiam eius erga se | pietatem. *(In latere dextro)* col.[3] V id. Iul. | dd. nn. i[*mp. Philippo*][4] Aug. II et | [*Philippo*][4] Caes. cos.

4931 Fl. Publiciae v. V. max. | sanctissimae ac religiosis|simae, quae per omnes gradus | sacerdotii aput divina altaria | omnium deorum et ad aeternos ignes | diebus noctibusque pia mente rite | deserviens merito ad hunc | locum cum aetate pervenit, | Bareius Zoticus cum Flavia | Verecunda sua ob eximiam eius | erga se benibolentiam praestantiamq. *(In latere sinistro)* dedicata pr. kal. Oct. | dd. nn. Valeriano Aug. IIII et | Gallieno Aug. III coss.[5]

4932 Flaviae L. f. Publiciae | religiosae | sanctitatis v. V. max., | cuius egregiam morum | disciplinam et | in sacris peritissimam | operationem merito | res publica in dies | feliciter sentit, | Ulpius Verus et Aurel. | Titus 77 deputati[6] | ob eximiam eius erga se | benivolentiam | g. p.[7]

4933 Fl. Publiciae | sanctissimae | ac piissimae | v́. V́. max., | T. Fl. Apronius | fictor v́. V́.[8] | loci secundi, | dignissimae | ac praestantissi|mae patronae | cum suis.

Romae rep. una cum N. 4924 (VI 32414. 32416. 32415. 32418 vidit Huelsen; Lanciani Notizie 1883 p. 450 seq.). — 1) *Clarissima femina.* — 2) *Clarissimo puero.* — 3) *Collocata.* — 4) *Sic explevit Lancianius nomina imperatorum erasa, referens ad annum 247.* — 5) *A. 257.* — 6) *Cf. supra N. 2669 not. 1.* — 7) *Gratis (?) posuerunt.* — 8) *Cf. supra N. 4926 not. 1.*

4934 Fl. Publiciae v. V. max., | merito sanctissimae ac piissi|mae, quae rite et pervigili adminis|tratione omnes gradus laude | cumulata sacra sua venerata vi|vit, ut saeculari aetate ministerio | adsit et in futoro *(sic)* perseveret, | Q. Terentius Rufus et Caenia | Verissima parentes | Terentiae Rufillae v. V.[1], | cuius multi temporis bonitatem | et humanitatem eius

circa se | in brevi senserunt. *(In latere)* dedica[*ta*] | dd. nn. Vale[*riano Aug.*] ..[2] [*et*] | Gallien[*o Aug.*] . . . [*cos.*].

Romae olim in aedibus privatis (VI 2135 vidit Smetius). — 1) *Rufilia haec, cum eo tempore sub Publicia sacra Vestae curaret, post annos XL ipsa virgo maxima facta sacris Vestae praesidebat (VI 2143).* — 2) *Periit aut* II *aut* III *aut* IIII; *titulus dedicatus fuit aut a. 254 aut 255 aut 257.*

Eidem virgini praeterea positi sunt tituli VI 2134. 32419 (= Bull. comunale 1884 p. 5, 699), hi duo ab eodem Q. Veturio Memphio fictore virginum Vestalium, VI 32417 (= Notizie 1883 p. 452, 8). Ad eandem pertinet tabella aenea VI 2147 = XV 7126.

4935 Coeliae Claudianae | v. V. maximae | a diis electa *(sic)*, merito | sibi talem antistitem | numen Vestae reservare | voluit. | Coelia Nerviana soror una | cum Pierio coniuge ac liberis | suis, orantes ut per tot saecula | facere dii permittant.

Romae rep. sub radice montis Palatini e regione SS. Cosmae et Damiani (VI 2139 vidit Smetius).

4936 Coeliae Claudianae v. V. max., sanctissim. ac super omnes retro maximas religiosissimae, cuius sanctimonia a cunctis praedicatur. Nunc certe pertinet[1] esse te talem, cuius laudem numen quoque Vestae honoravit. Fl. Eucharistus, Septim. Epictetus i. p.[2], Aur. Optatus sacerdotes sacrae u[*rb*]is[3] de X prim.[4] *(In latere)* dedicata kal. Mart. M. Iunio Maximo II et Vettio Aquilino coss.[5], curante Fl. Marciano v. e., fictore v. V.[6]

Romae rep. a. 1497 una cum N. 4928. 4929 (VI 2137 semel descripta). — 1) *Scr.* apparet *vel simile quid (Momms.).* — 2) *Iuvenis perfectissimus.* — 3) ussis *traditur* (sacerdotes sacrae urbis *eidem virgini eodem anno posuerunt titulum VI 2136). Pro ministris sacrorum Vestae hos sacerdotes habet Momms.* — 4) d. ex prim. *traditur; emendavit Momms.* — 5) *A. 286.* — 6) *Cf. N. 4926 not. 1.*

4937 Coeliae Claudianae v. V. | max., sanctissimae religi|osissimae ac super om|nes piissimae, cuius ope|ra sacrorum gubernan|te Vesta matre maxi|matus sui XX[1] conplebit, | Aurelius Fructosus cli|ens et canditatus *(sic)* benig|nitatae *(sic)* eius probatus. | Sic XX, sic XXX[2], feliciter! *(In latere sinistro)* Pergamiorum[3] XXX[2] sic | ΠΑΝ[4].

Romae rep. in atrio Vestae a. 1883 (VI 32420 vidit Huelsen; Lanciani Notizie 1883 p. 453). — 1) *Vicennalia.* — 2) *Triginta, sc. annos. Cf. supra N. 694, 4.* — 3) *Cf. VI 10273. 10274. 10284 cet.* — 4) *Litterae incertae significationis, vix pertinent ad ea quae praecedunt.*

Eidem virgini positi sunt tituli VI 2136. 2138. 2140. 32421.

4938 ob meritum castitatis | pudicitiae adq. in sacris | religionibusque | doctrinae mirabilis | C / / / / / / e[1] v. V. max., | pontifices vv. cc.[2], | promag. Macrinio | Sossiano[3] v. c., p. m.[4] *(In latere dextro)* dedicata V idus Iunias | divo Ioviano et Varroniano | conss.[5]

Romae rep. una cum N. 4924 (VI 32422 vidit Huelsen; Lanciani Notizie 1883 p. 454). — 1) *Nomen virginis erasum, fortasse ideo quod sacris relictis ad Christi fidem se convertit; Claudiae nomen ibi fuisse, quam ex sacerdote Vestali Christianam factam esse indicat Prudentius perist. 2, 528, coniecit Marucchi (cf. de Rossi*

bull. dell' Inst. 1884 p. 33). — 2) *Viri clarissimi.* — 3) *Eiusdem nominis vir temporibus Diocletiani memoratur in titulis Africanis VIII 608. 5332 cet.* — 4) *Pro meritis? (Lanc.).* — 5) *A. 364.*

4939 ... | .... [*contine*]ntis vitae, | pudicitiae, castitatis, | iuxta legem | divinitus datam, | decreto pontificum.

Romae rep. ibi ubi eae quae praecedunt a. 1891 (VI 32424 vidit Huelsen; Barnabei Notizie 1891 p. 232).

Titulum Coeliae Concordiae virginis Vestalis maximae habes supra N. 1261.

4940 D. Licinius | D. l. Astragalus | sacerdos virginum | Vestalium.

Romae rep. ad viam Latinam (VI 2150 cf. p. 3295 vidit Gatti).

4941 .... | C. Va ...... | rex sacrorum, augur, | cum Manlia L. f. Fadilla | regina sacrorum | patri karissimo.

Romae (VI 2123 servavit Sirmondus).

4941[a] .... | Manlia L. f. Fadilla | regina sacr., marito | optimo et sibi.

Prope Romam ad viam Cassiam (VI 2124 servavit Fabrettius).

Alii reges sacrorum populi Romani sunt supra N. 971. 1043.

4942 d. m. | L. Manlio L. f. Pal. | Severo regi sac|rorum[1], fictori | pontificum p. R., IIII|viro Bovillensi|um, collactane|o dulcissimo et | indulgentissimo | erga se fecit.

Castel Gandolfi ad lacum Albanum, iam Romae (XIV 2413 vidit Henzen). — 1) *Rex sacrorum fortasse non Romae sed ibi ubi fuit quattuorvir Bovillis.*

4943 v. f.[1] | L. Appius | Sabini lib.[2] | Cinnamus | [*fic*]tor ponti|[*ficu*]m Romae, | [*sexv*]ir Aug., sibi.

Veronae (V 3352 aliquoties descripta saec. XV. XVI). — 1) *Vivus fecit.* — 2) *Appii Sabini sunt XI 1146 col. 3, 40; Dittenberger et Purgold Inschr. v. Olympia n. 355.*

4944 mansiones[1] saliorum Palatino|rum a veteribus ob armorum magnalium[2] | custodiam constitutas longa nimi[s] | aetate[3] neglectas pecunia sua[4] | reparaverunt pontifices Vestae | vv. cc.[5] promagisterio Plotii Acilii | Lucilli, Vitrasii Praetextati[6] vv. cc.

Romae rep. in ruderibus templi Martis Ultoris in foro Augusti (cf. Iordan Top. I 2 p. 447 not. 15), ibique extat sed imminuta (VI 2158 vidit Henzen, quae perierunt adsumpta ex apographo facto saec. XV exeunte). — 1) *Curia saliorum, quam memorat Cic. de div. 1, 17, 30, diversa videtur fuisse.* — 2) *Videntur eadem esse quae plerumque dicuntur ancilia.* — 3) longanimitate *apographum vetus*, ... aetate *superest (restituit Mommsen).* — 4) *Ex eo quod pecunia sua mansiones saliorum reparaverunt pontifices, Borghesius opp. 7, 382 collegit titulum exaratum esse post annum 382, quo Gratianus deorum reditus in fiscum convertit, non recte ut videtur.* — 5) *Viri clarissimi.* — 6) *Lucillum et Praetextatum duobus annis continuis promagistros fuisse statuit Mommsen.*

Album saliorum Palatinorum habes infra N. 5024.

4945 C. Curtius | Post. l.[1] Helenus | lupercus.

Ex urbe Roma ut videtur in Siciliam allata (VI 32437 vidit Mommsen Panormi). — 1) *Eiusdem Postumi Curtii liberta est XI 3328.*

4946 L. Afilano[1] L. f. | An. Provinciali | equo p. ornat., | luperco desig. | Huic ordo statu|am decrevit. | L. Afilanus Verecun|dus h. u. s. r.[2]

Affile in Latio (XIV 3442 vidi). — 1) *Nomen ductum a vocabulo oppidi.* — 2) *Honore usus sumptum remisit.*

4947 d. m. In hoc tumulo iacet corpus | exanimis *(sic)*, cuius spiritus inter de|os receptus est; sic enim meruit: | M. Ulpius Maximus eques Romanus, qui et | lupercus cucurrit, uius[1] loci[2] refrige|ras[3], cuius fama in eterna nota est. | Qui vix. ann. XL mensib. III dies XXVIIII. | ...... esis coniugi inconparabili | ... [*sanc*]tissimo marito meo, qui vi|xit mecum plus minus annos XVIII; in quo | nulla querella abuit[4]. Cum bixit, bixit[5]; ubi defunctus es *(sic)*, male bixi.[6] | P.

Romae (VI 2160 vidit Henzen). — 1) *Huius.* — 2) *Intellege: hoc loco.* — 3) *Refrigerans.* — 4) *Habui.* — 5) *Cum vixit, (fortasse bene vocabulum quadratarii culpa omissum) vixi*, 6) *ubi defunctus est, male vixi.*

4948 Q. Veturius Q. f. Pom. Pexsus | lupercus Fabianus[1] ex collegio | Virtutis, trib. mil. II, praefectus | fabrum. | Fidustia L. f., mater. | Raecia M. f., | soror. | Arbitratu Agriliae L. f. materterae, | ex testamento, HS ↀↀ.

Nepete in Etruria (XI 3205 vidit Bormann). — 1) *Alius* [*lupercu*]s Fabianus *est in t. urbano Notizie degli scavi 1899 p. 53, 6. Lupercus Quinctialis vetus est supra N. 1923.*

Magistros lupercorum habes supra N. 1924. 2676 et in t. Ocriculano Notizie degli scavi 1898 p. 406.

4949 L. Licinio L. fil. Quir. | Secundino | decurioni Cae|sariensium, | equo publico | exornato | sacrisque luper|calibus functo, | *//////* */////* | */////*[1] con|sobrino.

Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (VIII 9406 vidit Wilmanns). — 1) *Nomen eius qui titulum posuit consulto deletum.* — *Una extat basis gemella eidem viro posita a matre VIII 9405. Alius eques Romanis 'sacris lupercalibus functus' est in t. item Caesariensi VIII S. 21063 = Eph. ep. 5, 1011.*

4950 C. Petronius C. f. | harispex, | Crispinia[1] natus.

Montepulciani in Etruria, nunc Florentiae (XI 2385 vidit Bormann). — 1) *Mater indicatur more Etrusco. Cf. supra N. 964 not. 5.*

4951 M'. Valerio M'. f. | Quir. Saturnino | tribuno | mil. leg. III | Cyreneicae, | harispici maximo.

4951[a] M'. Valerio M'. f. | Quir. Basso | trib. mil. leg. III | Cyreneicae, | scrib. q. VI primo, | harispici maximo, | testamento fieri | iussit sibi et fratri suo[1] | HS L m. n., arbitratu | heredum.

Prope Romam, VII mil. pass. ab urbe ad viam Nomentanam rep. (VI 2164. 2165 vidit Henzen). — 1) *Scilicet Valerio Saturnino cui praecedit.*

4952 L. Vinulleius L. f. | Pom. Lucullus | arispex | ex sexaginta[1]. | In fr. p. VII, in ag. p. XII.

Romae rep. extra portam Salariam (VI 32439 vidit Gatti Notizie 1890 p. 120). — 1) *De ordine haruspicum sexaginta cf. Marquardt Staatsverw. III² p. 415; Bormann Jahreshefte des oesterr. arch. Inst. II 1899 p. 134.*

4952a d. m. | M. Oppi Placidi | har. prim.[1] de LX, | cui locum sepultur. | ord. sanctissim. Lug. | dedit.

Lugduni (XIII 1821 vidit Hirschfeld). — 1) *Haruspicis primi.*

4953 d. m. | L. Sevi L. f. | Stellatina | Clementis | arispicis, | vix. ann. XXX, | ex ordine arispicum LX, | curatori arcae[1] bis, IIIIvir. | iure dicundo, [*i*]tem aedili, | C. Sevius | Celsus | fratri optumo | d. d. f. p.

Tarquinicis rep. (XI 3382 vidit Bormann). — 1) *Arcam Bormann (Jahreshefte des oesterr. arch. Inst. II 1899 p. 135) putat ordinis haruspicum sexaginta, qui sedem habuerit Tarquiniis.*

4954 d. m. | Cn. Iuli Picentis mil. co. | XIIII urb. 7 Terentiani, | arespici ordinato[1], | fecit | Cn. Iulius Theagenes | pater filio piissimo.

Romae (VI 2166 cf. p. 3295 saepius descripta saec. XVII et nuper a Tomassettio). — 1) *In ordinem haruspicum recepto.*

4955 L. Fonteius Flavianus | haruspex Augg. CC[1], | pontifex, dictator | Alban., mag. publicus | haruspicum, ordini | haruspicum LX | d. d.

Romae (VI 2161 vidit de Rossi). — 1) *Haruspex Augustorum ducenarius (haruspex Augusti est supra N. 1458).*

4956 d. m. | Cn. Iuli Cn. fil. | Domati Prisci | ex equo public., | adiutoris | haruspicum | imperatoris, | pontificis | Albani.

Romae (VI 2168 vidit Bormann).

4957 d. m. | D. Iunio D. f. | Quad.[1] Certo | sacerdoti et | aruspici publico | nepotes pientissimi.

Puteolis rep. (X 3681 vidit Mommsen). — 1) *Errore fabrili ut videtur pro* Claud.; *cf. eam quae sequitur.*

4957a d. m. | D. Iunio D. f. Clau. | Certo sacerdoti | et aruspici publico | ex genere sacerdo|tum creato, fratri pientissimo.

In promunturio Miseni rep. (X 3680 semel descripta saec. XVIII).

4958 [*L. Ca*]fatius L. f. Ste.[1] haruspe[*x*], | fulguriator. | *(litteris Etruscis)* Cafates Lr. Lr.[2] nests'vis trutnot frontac.

Pisauri (XI 6363 vidit Bormann). — 1) *Stellatina tribus Tarquiniensium. Fortasse hic haruspex oriundus fuit Tarquiniis, ubi inventa esse credebatur harispicina (Cic. de div. 2, 23, 50 cet. cf. Bormann Jahreshefte II p. 136 not.).* — 2) *Lars appellabatur et ipse Cafatius et pater eius Etrusce. De titulo Etrusco post alios dixit Deecke die etr. Bilinguen (etr. Forschungen u. Studien 5, 1883) p. 27 seq.*

4959 L. Veturius | Rufio | [*a*]vispex, extispicus, | [*sac*]erdos publicus | [*e*]t privatus.

Iguvii (XI 5824 vidit Bormann).

4960 L. Valerius L. l. | Auctus | avium inspex | blaesus, a. | LVI. S. t. t. l. | Felicio frat.

Asturicae (Astorga) in Hispania (II 5078 cf. p. 911 vidit Huebner).

4961 C. Norbanus | Flacci[1] l. | Quietus, pullarius[2].

Romae (VI 2200 aliquoties descripta saec. XVII). — 1) *Fortasse is qui consul fuit a. p. Chr. 15.* — 2) *Cf. supra N. 2662 not. 1, item N. 1886. 1907.*

4962 Q. Servilius Q. l. Auctu[*s*] | victumarius[1] fecit sib[*i*] | et Acaniae Q. l. Lepidae.

Romae (VI 2201 vidit Henzen). — 1) *Victimarios inter milites habuimus supra N. 2157 not. 20. 2875; alius est in t. Rhenano Orell. 2454 = Brambach 433.*

4963 . . . . .[1] [*pontifici*] | maximo trib. potest. XIII[2], cos. III, p. p., | colleg. victimarior., qui ipsi et sacerdotibus et | magistr. et senatui apparent, quod cum commodis eorum | inpugnaretur, liberalitate eius restituta sint.[3] Dedic. VI k. Maias | . . . .

Romae, nunc Urbini (VI 971 vidit Bormann). — 1) *Apparet titulum dedicatum fuisse Hadriano, qui solus cum tribunicia potestate esset XIII, consul fuit tertium.* — 2) *A. 129.* — 3) *Scilicet commoda.*

4964 [*magistri*] quinq. | [*collegi*] teib. Rom.[1] qui | . . . . Iov. epul., sac. | [*p. p. s.*][2]: | . . . . ius C. L. Salvius, | *(sequuntur alia nomina libertinorum novem).*

Romae rep. in foro (VI 3696 vidit Henzen). — 1) *Teibicinum Romanorum.* — 2) *Iovis epulo, sacris publicis praesto sunt? (sic Bormann VI 30932; de Iove epulone praeterea ignoto cogitaverat Momms.).*

Alias inscriptiones ad collegium tibicinum qui sacris publicis praesto erant pertinentes habes VI 3877. 3877[a].

4965 collegio tibicinum | et fidicinum Romanorum, | qui s. p. p. s.[1], | Ti. Iulius Tyrannus | [*i*]mmunis perpetuus et | [*Ti. I*]ulius Tyrannus f. | h. c. d. d.[2] | Dedicatum k. Mart. | [*U*]rso Serviano II, L. Fabio Iust. cos.[3]

Romae in museo Capitolino (VI 2191 vidit Henzen). — 1) *Qui sacris publicis praesto sunt.* — 2) *Honoris causa dono dederunt.* — 3) *1 Mart. 102.*

4966 dis manibus | collegio symphonia|corum, qui sacris publi|cis praestu *(sic)* sunt, quibus | senatus c. c. c.[1] permisit e | lege Iulia[2] ex auctoritate | Aug. ludorum causa.

Romae rep. ad viam Appiam (VI 2193 = 4416 vidit Henzen). — 1) *Coire convocari cogi (Momms.).* — 2) *Cf. Suet. Aug. 32; Mommsen Strafrecht p. 876.*

4967 d. m. | T. Aur. T. f. Pomt. | Clito dec. coll. fid. | R.[1], vixit ann. VIII m. | IIII [*d.*] XXII, Aur. Nice|phorianus et Filume|ne filio dulcissi|mo b. m. f.

Romae ut videtur rep., nunc Neapoli (VI 2192 vidit Mommsen). — 1) *Decurialis collegii fidicinum Romanorum.*

4968 M. Iulius Victor | ex collegio li|ticinum cornicinum.
Romae (Gudius 205, 2 vidit; Orell. 4105).

4969 .... | apparitori | pontificum, | parmulario | ....
Romae (VI 2196 semel descripta saec. XVI).

4970

[*in*] honorem domus Augustae kalatores pontificum et flaminum.

Romae in foro, epistylium marmoreum, cuius pars dextra prodiit anno 1899 a latere occidentali Regiae (Gatti Bull. comunale 1899 p. 146, Notizie degli scavi 1899 p. 128), pars prior descripta est saec. XVI (VI 900 adnotat., cf. Huelsen Jahrb. des arch. Inst. 1889 p. 231). — Scholam kalatorum pontificum et flaminum eo loco fuisse putat Huelsen Roem. Mitth. 1899 p. 262, arch. Anzeiger 1900 p. 8.

4971 kalatores pontificum et | flaminum: | P. Cornelius Ialyssus, | D. Valerius Alexander, | Ti. Claudius Heronas, | T. Tettienus Felix[1], | L. Cornelius Helius, | C. Asinius Hierax, | M. Annius Fidus, | L. Iavolenus Phoebus[2], | App. Annius Falernus, | Ti. Claudius D[*iotim*]us, | ...[3]

Romae rep. in foro prope templum Castoris (VI 2184ª = 32445ª vidit Henzen). Pars fuit basis a kalatoribus dedicatae Traiano anno 101 vel 102, cuius frons et latus intuenti dextrum multo antea prodierant item in foro Romano (VI 2184ᵇ = 32445ᵇ). — 1) *Fortasse libertus hic fuit Tettieni Sereni supra N. 2118 (cf. N. 3593 not. 1), qui pontifex fuisse potest,* 2) *hic sine dubio libertus L. Iavoleni Prisci (supra N. 1998 not. 4), quem pontificem fuisse constat (supra N. 1015), mos enim fuit, ut kalatores legerentur ex libertis sacerdotum ipsorum.* — 3) *Reliqui kalatores pontificum et flaminum, non minus viginti quinque, perscripti erant in alio latere eiusdem lapidis (v. supra). Similis laterculus kalatorum pontificum et flaminum, eodem fere tempore (a. 102) lapidi incisus, eademque fere nomina continens, est VI 2185 = 31034. — Titulus Septimio Severo et Iuliae eius dedicatus a kalatoribus pontificum est Bullett. arch. comunale 1899 p. 252.*

4972 [*C. Quincti*]o Trógi[1] lib. Su... | kalatori pontif.; | C. Quinctio C. f. Recepto f.; | Quinctiae Urbanae; | C. Quinctio Aucto; | P. Numisio Marioni.

Puteolis rep., est Neapoli (X 1726 vidit Mommsen). — 1) *Familiae huius nominis memoria servatur formula accusationis T. Quincti Trogi scelerati apud Varronem de ling. Lat. 6, 92 (Momms.).*

4973 L. Iunius Silani | l.[1] Paris dispes., | calator augur., | vixit annos XXXII. | In fr. p. XII, in ag. XII.

Romae (VI 2187 vidit Henzen). — 1) *Patronus fortasse is Silanus ad quem pertinuit t. Canusinus IX 347 (cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 245 n. 547).*

4974 T. Statilius Corvini | lib.[1] Epaphra | calator XVvir.

Romae, rep. in Esquiliis in sepulcro libertorum et servorum gentis Statiliae (VI 3878 vidit Henzen). — 1) *Patronus videtur fuisse Taurus Statilius Corvinus consul a. 45.*

4975 Vinicio Coetaeo[1] | calat. VIIvir. epul.[2], | liberto optumo, | patronus.

Fundis (X 6227 bis descripta saec. XVI). — 1) Coctaeo *alterum apographum.* — 2) *Alius kalator septemvirum est X 8388.*

4976 Q. Caecilió | Feróci | kálátóri sacerdótii | Titialium Flaviálium, | studiósó | éloquentiae, | vixit annis XV | mense I diebus XXIIII, | filio optumo ac | reverentissimo, | M. Gavius Charinus[1]. *(In latere dextro)* Somno Orestilla filia *(Genius alatus dormienti similis faci inversae innixus). (In latere sinistro)* Fatis Caecilius Ferox filius *(Fortuna pedem rotae imponens).*

Romae (VI 2188 vidit Henzen). — 1) *Idem est VI 13813.*

Calatorem Marcianum Antoninianum habuimus supra N. 2748. Cf. praeterea infra N. 5031.

4977 M. Valerius | Messalla[*e*][1] | l. Philarg., | viat. augur.[2] | Θ[3] Thais | Philargyri. | In f. p. XII, in agr. | p. XX.

Prope Romam rep. inter vias Pincianam et Salariam (Gatti bull. com. 1887 p. 257). — 1) *Fortasse Messalla Corvinus consul a. 723, quem constat fuisse augurem (Dio 49, 16).* — 2) *Alius viator augurum est supra N. 1899.* — 3) *Defuncta.*

4978 D. Laelius Balbii *(sic)* l.[1] | Satur viator | VII[2] epulon.

Romae (VI 2194 vidit Henzen). — 1) *Patronus fortasse is qui memoratur Tac. ann. 6, 48; diversus consul a u. c. 748 (infra N. 5050 v. 151 not. 57).* — 2) *Septem(virum).*

4979 Valeriae | Donatae uxori | carissimae fecit | Ti. Claudius | Aug. lib. | Lysimachus viator | sodalium Augustalium | et sibi posterisque suis et | libertis et libertabus | posterisque eorum.

Tibure (XIV 3647 vidi).

4980 Firviae C. f. Primae; | Antiocho publico p. R. | Aemiliano[1] pontificali, | Primus publicus Tusculanorum | arcarius, vir, heres Primaes, f. c.

Romae (VI 2307 vidit Henzen). — 1) *De duobus nominibus servorum publicorum cf. Momms. Staatsr. I² p. 309 not. 3.*

4981 d. m. | Hermeti Cae|senniano | publico pon|tificum Pia[1] Fo|rtunata con|iugi b. m. fecit.

Romae (VI 2308 cf. 32506 bis vel ter descripta). — 1) *Possis conicere* pontific. Ulpia.

4982 Felix publicus | Palfurianus[1] | augur.[2], Barbiae | coniugi suae posuit.

Romae, postea Florentiae (VI 2315 vidit Henzen). — 1) *Punctum traditur esse inter* Pal. *et* Furianus. — 2) *Augurum.*

4983 dis manibus | Myrini Domitiani | publici a commen|taris XVvir. s. f., | Arruntia Doliche | fecit coniugi caris|simo et libertis liber|tabusq. suis posterisq. | eorum.

Romae (VI 2312 vidit Henzen).

4984 d. m. | Apolaustus Modian[*us*] | publ. VIIvir. epulon., item | Apolaustus Claudianu[*s publ.*] | VIIvir. epulon., ... | Iustus Gavianus publ. fet[*ial.*][1] ... | P. Volusius Renatu[*s*] ... | Volusiae Iustae matri[2] ...|simae omnium feminaru[*m*] ...|tiori, univiriae, que v. mec[*um an.*] ... | m. II d. XXI ceterisque .... | posterisque eorum.

Romae (VI 2318 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) Publ. f. et *vel* publ. e. et *vel* publ. et *apographa.* — 2) *Volusii hi quomodo coniuncti fuerint cum duobus Apolaustis et Iusto qui praecedunt, non apparet.*

4985 d. m. | Graphico publico Maeciano sodalium Titium, | Scribonia Syntyche coniugi karissimo fecit | et sibi et suis posterisque eorum. In fr. p. VII, in ag. p. XII.

Florentiae, originis ut videtur urbanae (VI 3882 semel descripta).

4986 Agathoni publ. | Siliano a sacris | sodal. Augustal., | Coelia Primilla | coniugi bene|merenti posuit.

Romae rep. ad viam Appiam una cum N. 4993 (VI 2323 vidit Henzen).

4987 d. m. | Epigoni publ. | sodalium | Flavialium, | Crescens et | Abascantus | collegae eius | b. m.

Romae prope sepulcra Statiliorum rep. (Eph. epigr. 4, 881 vidit Lancianius).

4988 d. m. | . . . . .[1] Savina Ti. Clau[*dio*] | Isidoro et sibi et Onesi[*mo*] | Iuliano publico ex sacer[*dot.*] | Aureliano Antoniano *(sic)* Veria[*no*] | et libertis libertab. q. pos[*ter.*] | q. eorum.

Romae (VI 2324 vidit Henzen). — 1) *Nomen ut videtur gentilicium Savinae erasum, nescimus cur.*

4989 d. m. | Clodiae Eutychiae | Alexander Iulianus | publicus curionis | maximi, coniugi suae | de se benae maeritae | fecit, | titulum marmoreum | posuit. Hic situs est.

Romae (VI 2325 vidit Henzen).

4990 diis manibus | Felici Corneliano | publico curionali, | vixit annis LVIII, | Iulia Cloe | coniugi | bene merenti | fecit.

4990[a] Fortunatus | públicus Sulpi|cianus curió|nalis, vixit | annis XXX. | Fecit Iulia Clóe.

Romae rep. (VI 2326. 2327 vidit Henzen).

4991 Lali publici | sacerdotialis | cineribus locus. | Avonia Aphrodisia | coniugi bene | merenti fecit.

Romae, nunc Neapoli (VI 2332 vidit Mommsen).

4992 dis mánibus | Claudiae | Antoniae | lib.[1] Lachne, | Philippus Rustián. | publicus ab | sacrario | divi Augustí, | coniugi carissimae | fécit et sibi.

Romae (VI 2329 vidit Detlefsen). — 1) *Liberta Claudia haec Lachne fuit Antoniae, Claudii qui imperavit filiae.*

4993 d. m. s. | Successus pub. | Valerianus a | sacrario, Anni|ae Fortunatae | coniugi suae caris|simae b. m. f. | vixit annis XXX.

4993[a] d. m. s. | Successus publ. | Valerianus aedi. | a sacrario divi Aug., | fecit sibi se vivo. B. b.[1]

Romae (VI 2330[a b] vidit Bormann). — 1) *Bonis bene (cf. supra N. 4493 not. 4).*

4994 diis manibus | T. Flavi Aug. l. | Onesimi | aeditui templi | novi divi Aug.[1], | Fir[*mi*]a Martilla | uxor piissima | et sibi, et | Flavia Crispina l.

Romae ut videtur (VI 8704 semel descripta). — 1) *De templo novo divi Augusti cf. Henzen Arv. p. 55.*

4995 dis manibus | ... Aug. lib. Bathyllus aeditus templi divi Aug. | [*e*]t divae Augustae quod est in Palatium, | inmunis et honoratus.

Romae rep. in sepulcro libertorum et servorum Liviae ad viam Appiam (VI 4222 vidit Henzen).

4996 d. m. | T. Flavio Aug lib. | Liberali aedituo | aed. Martis ultoris, | Claudia Exoche | coniugi | bene merenti et | sibi fecit, | vixit ann. LVII.

Romae (VI 8709 vidit Smetius).

4997 d. m. | Abascanto Aug. lib. | aedituo aedis Neptuni | quae est in circo Flamin.[1], | Flavius Ascanius et | Pallans Caes. n. ser. | adiutor a rationib. | patri piissimo fec.

Romae (VI 8423 vidit Smetius). — 1) *Cf. Plin. h. n. 36, 26.*

4998 *(vir sacrificans ad aram)* diis Manibus | sacrum | Ti. Claudio Acuto | aedituo aedis | Concordiae, qui vixit | annis LXXXXVI sine ulla | offensa, Iulia Classica bene | merito erga se, et sibi libertis | libertabusque posterisque eorum. | Locus sepulchri continet | per cippos dispositos iuger. | quattuor, et nubilare[1] locus habitationis | tutela monimenti.

Romae (VI 2204 vidit Henzen). — 1) *Idem ut videtur quod nubilarium, Varro r. r. 1, 13, 5. Colum. 1, 6 sub fin.*

4999 diís propitís | Claudia Ti. f. Quinta | C. Iulió Hyméto aedituo | Diánae Plancianae, | paedagógo suo καὶ | καθηγητῇ, item | tutori a pupillatú | ob redditam sibi | ab eo fidelissime | tutelam, et C. Iúlio | Epitynchano frátri | eius, et Iúliae Sporidi | mammae suae f., | lib. libertabusq. poste. eor.

Romae (VI 2210 vidit Henzen).

5000 C. Vibius | Polycarpus, | C. Vibius | Dorus. || Halus Ti. Claudi Caesaris aedituus | de aede Iovis porticus Octaviae.

Roma sine dubio Senam Gallicam adlata (VI 8708 vidit Mommsen).

5001 Quintio | Augusti et | Augustae, | aedituus Vestae. || Veneria | Iuliaes Aug. | verna, v. a. XVI, | h. s. e., || fratres.

Romae (VI 5745 vidit Henzen).

5002 Doridi Asinii Galli, | aedituae a Diana, | Antiochus conser. | b. m. f.

Romae, nunc Florentiae (VI 2209 vidit Henzen).

Alios aedituos habes supra N. 3184. 3396. 3717. 4421.

5003 Salviae | sacrariae | Xystus | conserus *(sic)* | de suo dat.

Celore prope Veronam rep. (V 3423 vidit Mommsen).

Sacerdotia quaedam externa a populo Romano recepta.

5004 Sp. Turranius L. f. Sp. n. L. pron. Fab. | Proculus Gellianus | praef. fabrum II, praif. curatorum alꟻei[1] | Tiberis[2], praif. pro pr. i. d. in urbe Laꟻinio, | pater patratus populi Laurentis[3] foederis | ex libris Sibullinís percutiendi cum p. R.; | sacrorum principiorum p. R. Quirit. nominis|que Latini, quai apud Laurentís[4] coluntur, flam. | Dialis, flam. Martial., salius praisul, augur, pont.; | praif. coh. Gaitul., tr. mil. leg. X. | Loc. d. d. d.

Pompeiis rep. in aede q. d. Iovis, est Neapoli (X 797 vidit Mommsen). — 1) *De littera Claudiana cf. supra N. 211 not. 2.* — 2) *Cf. Hirschfeld Verw. p. 153; Mommsen Staatsr. II*[3] *p. 1050 not. 2.* — 3) *Cf. C. I. L. XIV p. 187 not. 2 fin.* — 4) *I. e. Lavinii, cf. C. I. L. XIV p. 186.*

5005 Q. Manlius | Philumenus | sacerd. Laur. | Lavin., sigillum | cum ara huic | arae superposuit | et scriptur. eius | vetustat. corrup. | renovavit | voto suscept. | L. d. d. d.

Laude Pompeia (Lodi) (V 6357 vidit Mommsen).

5006 T. Vennonio T. f. Stell.[1] | Aebutiano patrono et | municipi col. Aug. [*T*]aur.[2], | eq. R. eq. p.[3], iud. ex V dec.[4] | selecto, cur. r. p. Alb. | Pompeianorum, L. L.[5], | pontif. eiusde sacerd.[6], | Munia Q. f. Celerina uxor | marito karissimo.

Prope Romam ad XIII lapidem viae Flaminiae (VI 1635. XI 3940 solus descripsit saec. XVI Lipsius). — 1) *Stellatina tribus coloniae Taurinensis.* — 2) *Coloniae Augustae Taurinorum* (Laur. *traditur pro* Taur.). — 3) *Equiti Romano equo publico.* — 4) *Iudici ex quinque decuriis.* — 5) *Laurenti Lavinati.* — 6) *Alios pontifices Laurentium Lavinatium habes supra N. 1392. 1886. 2741.*

5007 Pomponiae | C. f. Drusillae | M. Numisius | M. f. M. n. Cor. | Quintianus | Laurens Lavinas[1], | flamen Floralis, | patronus munic., | coiugi rarissimae. | L. d. d. d.

Lesinae, ubi fuit Teanum Apulum (IX 705 vidit Dressel). — 1) *Alios Laurentes Lavinates habes supra N. 1332. 1358. 1368. 1371. 1899. Cf. etiam N. 1147. 1429. 1431. 1433. 2650. 1886. 2748.*

5008 d. m. Olympo Laurentium Lavinatium | arcario, q. vix. ann. XXXIIX m. VII, Syntrophus | collega et duo Noni Proculus et Lixitana b. m. fecer.

Romae (VI 2197 vidit Marinius).

5009 dis man. | C. Noni C. f. Ursi | sacerdotis Cabesis | montis Albani[1], | curionis. | C. Nonius Iustinus | alumno dulcissimo. | Vix. ann. LI m. XI d. XIII.

Romae (VI 2174 vidit Henzen). — 1) *Sacerdotes hi ita dicti ab oppido quo-*

dam vestusto, cuius incolae memorantur apud Dionys. Hal. ant. 5, 61 et Plin. h. n. 3, 64, a quo oppido etiam Monte Cavi nomen accepit mons Albanus (Mommsen bull. dell' Inst. 1861 p. 206). Cf. C. I. L. XIV 2228.

5010 *protome virilis* *protome muliebris*

L. Antistius Cn. f. Hor. Sarculo[1] Antistia
salius Albanus[2], idem mag. saliorum L. l. Plutia[1]

Rufus l., Anthus l., imagines de suo fecerunt patrono et patronae pro meritis | eorum.

Romae olim, nunc Londinii (VI 2170 vidit Huebner). — 1) *Ad eosdem homines pertinet etiam VI 2171.* — 2) *Salius arcis Albanae est supra N. 2749.*

5011 summae sanctimo[*niae* | *a*]c plenae religionis, . . . | . . erae v. V. maximae ar[*cis* | *A*]lbanae[1], sanctissim[*e* | *pie*]ntissime religiose [*de sa*|*cri*]s suis sollicitae, men|[*te a*]c disciplina uberius | . . [*ho*]nores sacerdo[*tii*] . .

Romae (VI 2172 vidit Henzen). — 1) *Alia virgo (Vestalis) maxima Albana reperitur in titulo Bovillensi XIV 2410. Pontifices Albani sunt supra N. 887. 4955. 4956, pontifex Albanus minor N. 1345.*

5012 d. m. | M. Fabio C. f. | Sab. Praesenti | sacerdot. Caeninens.[1], | equo publ., iudici ex | V decur.[2], aug.[3], IIvir. i. d.[4] | Hic rei p. suae HS $\overline{\text{CCCC}}$ leg.[5] | et ad schol. exornandam HS $\overline{\text{C}}$. | Q. Fabius . . . . | L . . . .

Mantuae (V 4059 ter descripta saec. XV. XVI). — 1) *Alios sacerdotes Caeninenses habes supra N. 1740. 2744/5, infra N. 5054.* [*Sacerdos*] Caeniniensis a po[*ntificibus creatus*] *videtur esse XI 3103. Cf. Wilmanns de sacerdotiorum p. p. R. quodam genere* [*Berol. 1867*] *p. 40 seq.* — 2) *Iudici ex quinque decuriis.* — 3) *Auguri.* — 4) *Duoviro iure dicundo.* — 5) *Legavit.*

5013 . . . [*tr. p*]l. [?] cand[*id., quaest., patrono*] | in Italia Volsiniensium | patriae suae, item Ferent. | et Tiburtium, item colon. | Italicens. in prov. Baetica, | praet. Etrur. XV populor.[1], | sacerdoti Caeninensium, | M. Helvius M. f. Clemens Arnen|sis domo Carthagine, praef. eq. | alae primae Cannanefatum, | praesidi[2] sanctiss. et rarissimo. | Cura agente L. Aconio Callisto, | trib. mil. leg. XIIII Gem. Sev.

Volsiniis (XI 2699 saepius descripta saec. XVI et rursus saec. XIX, Bormann vidit partis ectypum). — 1) *Cf. supra N. 1429.* — 2) *Pannoniae superioris, ubi et ala prima Cannenefatium et legio quartadecima Gemina tunc videntur castra habuisse.*

5014 L. Pacideio L. f. L. nep. L. pron. | Ter. Carpiano[1], spl. eq. R.[2], | munito sacerd. Lanvin.[3], | pat. mun. Caiat., item col. | Allifanor., pat. et curat. r. p. | Atinat., item Saepinatium, | pat. Teanensium Apulum, | Domitia Galatia uxor et | Pacideii Marcia c. f.[4] et Car|piani sen. et iun. fili.

Limatolae prope Caiatiam (Cajazzo) Campaniae, iam Neapoli (X 4590 vidit Mommsen). — 1) *Idem fortasse Carpianus patri posuit titulum X 4606.* — 2) *Splendido equiti Romano.* — 3) *Sacerdotio Lan(u)vinorum. Cf. C. I. L. XIV p. 192.* — 4) *Clarissima femina.*

5015 C. Sallio C. f. | Quir. Proculo[1] | splendidissimo viro, | patrono

Aveiatium | Vestinorum, sacerdoti et | pontifici [*L*]anivino immu|ni, iterum qq., summo | magistro Septaquis, splen|[*did.*] . . .

5015[a] C. Sallio C. f. | Quir. Proculo | sacerdoti Lanuvi|norum inmuni, pon|tifici, patrono civi|tatis Amiterninorum, | iterum qq., summo | magistro Septaquis, | ob merita et amorem | eius vicani Forulani | patrono bene merenti.

In Sabinis rep., illa ad S. Victorini, ubi fuit Amiternum, haec loco dicto Civita Tomassa, ubi fuit vicus Foruli (IX 4207. 4399 hanc vidit Dressel). — 1) *Eiusdem viri est IX 4206; ad filium eius pertinuit IX 4208.*

5016 C. Valerio C. f. Pap. | Mariano | honores omnes | adepto Trident., | flamini Rom. et Aug., | praef. quinq., augur., | adlecto annon. leg. III | Italic.[1], sodali sacror. | Tusculanor., iudici | selecto decur. trib.[2], | decurioni Brixiae, | curatori rei p. Mant., | equo publ., praef. fabr., | patrono colon., | publice.

Tridenti (V 5036 vidit Mommsen). — 1) *Cf. Mommsen C. I. L. V p. 531*[b]. — 2) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 536 not. 3.*

5017 Q. Arruntio | Q. f. Vol. Iusto | q., aed., pat. col., | pat. mun. Saepin., pat. | mun. Vicentin., pat. et cur. | r. p. Terevent., sacer. Tuscul. | fanitali, | ordo et populus | ob insign. fidem industriam | erga se in civilib. officis | [*e*]t splendor. muneris | gladiatori, | [*adv*]o[*c*]ato fisci stat. hereditati[1].

Boviani Undecimanorum in Samnio (IX 2565 viderunt Mommsen aliique). — 1) *Stationis hereditatium.*

5018 d. m. | Flaviae Vere praesule | sacerdot. Tusculanor., | vix. ann. VI mes. XI die[*s*] . ., | fecit Fl . . . .

Ravennae, sed Roma sine dubio allata (VI 2177 vidit Bormann).

5019 L. Valerio | L. f. Pom. | Iuniori eq. p., | iurat. ad sacra | Etr., pont., q., aed., IIvir., | accenso velato, | plebs urban. | L. d. d. d.

Arretii (XI 1848 vidit Bormann).

5020 d. m. | P. Aelio | Porciano | sacerdoti | Suciniano, | q. vix. annis | XXIIII m. VII.

Romae (VI 2178 cf. Bull. comunale 1888 p. 308 nuper vidit Gatti).

5021 [*P. Ael. P*]orcianus sacerd. | [*Sucin*]ianus putei inven|[*tor*][1] suis inpendis fecit.

5021[a] [*Π.*] *Αἴλιος Πορκιανός* | [*ἱε*]*ρεὺς Σουκινιανῶν* | [*δ*]*εκουρίας γερούλων, φρέαρ* | [*εὑ*]*ρέτης*[1], *ἰδίαις δαπάναις* | *ἐποίησεν.*

Romae, haec nunc extat Neapoli (VI 2179; Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. n. 1082 qui vidit). — 1) *De hac re nihil praeterea compertum.*

5022 d. m. | Ti. Cl. | Domnioni[1] | Suciniano | archinea|nisco, | fecit Cl. | Ianuaria suo | patri.

Romae (VI 2180 cf. p. 3303 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Homo eiusdem nominis, sed incertum an hic, supra N. 1810.*

5023 v. f. | Ofilliae | Quintae | sacrorum, Ro|maniensi, C. Iulius | Hymenaeus contu|bernali.

Veronae (V 3416 vidit Mommsen).

Fasti sacerdotum populi Romani.

5024

[*C. Erucio Claro*] | M. Cornelio Cethego cos.[1]: |

Q. Tineius Rufus[2] loco T. Hoeni Severi cos.[3] |

Q. Tineius Sacerdos loco L. Anni Largi flaminis[3]. |

M. Claudius Fronto Neocydes loco | L. Satri Kari flaminis. |

T. Fundanius Vitrasius Pollio[4] loco | L. Rosci Aeliani flaminis. |

T. Cornelius Anneus Fuscus loco | L. Cossoni Eggi Marulli flaminis. |

L. Hedius Rufus Lollianus Avitus loco | M. Acili Vibi Faustini flaminis. |

M. Sosius Laelianus Pontius Falco loco | L. Anni Ravi[5] exaugurati[6]. |

T. Statilio Severo | L. Alfidio Herenniano cos.[7]: |

Q. Hedius Rufus Lo[*llianus Gentia*]nus[8] | loco Ponti Falco[*nis*]. |

. . [*Q*]uinti[*l*]io [*Maximo* | *Ser. Calpurnio Scipione Orfito cos.*[9]]: |

. . . .

Romae rep. una cum compluribus aliis similibus fragmentis (VI 1978 vidit Henzen). Superesse hoc fragmentum, ut reliqua simul reperta, ex albo saliorum Palatinorum demonstravit Borghesius opp. 4 p. 510 seq. (cf. not. 5). — 1) *A. 170.* — 2) *Cf. supra N. 4038 not. 1.* — 3) *Apparet salios Palatinos ex sacerdotio exiisse, cum aut consules fierent aut flamines.* — 4) *Cf. N. 1112 not. 4.* — 5) *Huic Ravo positus est titulus supra N. 1121, quo titulo, cum Ravus in eo appelletur salius Palatinus, Borghesius usus est ut hunc laterculum saliis Palatinis attribueret.* — 6) *Cur Ravus exaugurari debuerit, nescimus.* — 7) *A. 171.* — 8) *Supra N. 1145.* — 9) *A. 172.*

5025 dec. XXVII. | [*A*]dlectus ad numerum ex s. c. | [*Nero Claudius*] Caesar Aug. [*f.*] | Germanicus[1], | [*Ti.*] Claudio Caesare Aug. German. V | [*Se*]r. Cornelio Orfito cos.[2], | p. R. c. ann. DCCCIIII. | [*C.*] Rutilius G[*al-l*]icus cooptatus[3], | . . [*G*]alerio Trachalo Ti. Catio Silio Ital. cos.[4], | p. R. c. an. DCCCXXI. | [*T.*] Tettienus Serenus[5] | coopt. | [*i*]mp. Caes. [*Domitianus*] Aug. Ger. XVI | Q. Volusius Saturninus[6] | cos.[7], | p. R. c. an. DCCCXLIIII[8] | *(Sequuntur aliae cooptationes, usque ad annum p. Chr. 230).* ||

dec. XXVIII. | Adlectus ad numerum ex s. c. | T. Caesar Aug. f. imperator[9], | imp. Caesare Vespasiano Aug. III | M. Cocceio Nerva cos.[10], | p. R. c. an. DCCCXXIIII. | *(Deinde post multum spatium vacuum)* Laterano et Rufino cos.[11] | super numerum | cooptatus ex s. c. | M. Aurelius Antoninus | Caes. destinatus [*imp.*][12] | p. R. c. a. DCCCCXLVII[*II*][13]. | Imp. [*M. Opellius*] Severus [*Macrinus Aug.*][14] | cooptatus | C. Bruttio Praesente T.

Messio Extricato | II cos.[15], | p. R. c. ann. DCCCCLXX. | Q. Aradius Rufinus cooptatus | imp. Antonino II et Sacerdote II cos.[16], | p. R. c. ann. DCCCCLXXII.

Romae prodiit a. 1596, mox periit (VI 1984 semel vel bis descripta). Contineri hac tabula relationes de additis ad sacerdotium sodalium Augustalium locis vicesimo septimo et vicesimo octavo, et cooptationes factas in utrumque illum locum, demonstravi eph. ep. 3 p. 74. — 1) *Cf. supra N. 222 not. 3.* — 2) *A. 51.* — 3) *Scilicet in locum Neronis, cum Galba successor eius iam antea inter sodales Augustales esset cooptatus (Suet. Galb. 8), cooptatus est Rutilius Gallicus, de quo cf. supra N. 1007.* — 4) *A. 68.* — 5) *Cf. supra N. 2118.* — 6) *Requiritur casus sextus.* — 7) *A. 92* (cos. *vocabulum videtur adiunctum fuisse ad prioris consulis nomen).* — 8) *Aera Capitolina (cf. supra N. 466 not. 4).* — 9) *Cf. supra N. 258 not. 3.* — 10) *A. 71.* — 11) *A. 197.* — 12) imp. *vocabulum supplevi, cf. supra N. 446.* — 13) *Hic quoque apparet adhibitam fuisse aeram Capitolinam.* — 14) *Cf. supra N. 466.* — 15) *A. 217.* — 16) *A. 219.*

Ex actis fratrum Arvalium.

Acta fratrum Arvalium marmori incisa, reperta partim quinque fere milibus passuum ab urbis Romae porta Portuensi, via olim dicta Campana, cf. infra N. 5048 not. 3 (hodie via della Magliana) in vinea quae fuit Ceccarelliorum, ubi lucum deae Diae fuisse apparet, partim variis locis ipsius urbis Romae, quo aedificandi causa medio aevo allata erant, composuerunt primus Marinius atti e monumenti de' fratelli Arvali (Rom. 1795), deinde Henzenus 'Acta fratrum Arvalium quae supersunt' (Berol. 1874, cum amplissimo commentario), C. I. L. VI p. 460 seq. n. 2023—2118. Fragmenta quae post annum 1874 accesserunt, composuit Huelsen Eph. epigr. 8 [1892] p. 316 seq., C. I. L. VI p. 3261 seq. n. 32338—32597. Quomodo acta in lapidibus disposita fuerint, quaesiverunt Huelsen eph. ep. 8 p. 341 seq., Hula arch. ep. Mitth. 17, 1894 p. 67 seq. Excerpta ex actis fratrum Arvalium dedimus iam supra N. 229/230. 241. 451.

Cooptationes fratrum.
In magistri defuncti alius substitutus.

5026 — — — [*is*]dem cos.[1] pridie eidus Maias in regia[2] | [*Cn. Cornelius*] Cn. [*f.*] Lentulus augur[3], mag.[4], in locum L. | [*Aemili*] Paulli[5] Drusum Caesarem[6] Ti. f. Augusti n. | [*fratrem*] Arvalem cooptavit et ad sacra vocavit. | [*Adfuerunt*] Cn. Pompeius Q. f.[7], L. Domitius Ahenobarbus[8], | [*L. Calpurnius*] Piso pontif.[9], [*T.*] Quinctius Crispinus | [*Valerianus*][10]; per tabellas cooptarunt | [*imp. Caesar*] Augustus, Ti. Caesar Augusti f., Germanicus | [*Caesar Ti. f.,*] Paullus Fabius Maximus[11].

[*Isdem consul*]i[*b*]us[12] XVIII k. Ianuarias in regia[2] | [*Cn. Corneli*]us Cn. f. Lentulus augur, mag., in locum Cn. | [*Pompeii Q. f.*] . . Pompeium augurem et in locum imp.[13] | [*Caesaris*] Augusti[13] . . . . . .[14] fratres Arvales | [*cooptavit et*] ad sacra vocavit. | [*Adfuerunt Drusus*] Caesar Ti. f., L. Piso pontifex, T. Quinctius | [*Crispinus Valerianus*], M. Cornutus; per tabellas cooptavit | [*Ti. Caesar divi Aug. f.*] Augustus.

Ex tabulae marmoreae, quae continebat acta anni p. Chr. 14, pagina priore, fuit Romae olim in domo privata, sed ablata sine dubio ex luco fratrum Arva-

lium (VI 2023; Henzen act. fratr. Arv. p. XXIX). — 1) *Significatur annus p. Chr. 14, cf. infra not. 13.* — 2) *Postea ad cooptandos collegas fratres Arvales convenerunt in aede Iovis Statoris, in aede divi Iuli, tum, certe inde ab a. 78, in aede Concordiae vel in pronao eius aedis (cf. Henzen comm. p. 151).* — 3) *Consul fuit a. u. c. 740.* — 4) *Magister, scilicet collegii fratrum Arvalium.* — 5) *Cf. Prosop. imp. Rom. I p. 35 n. 269.* — 6) *Cf. supra N. 166 seq.* — 7) *Consul ut videtur a. 723 u. c., cf. Eph. ep. 8 p. 306. 319.* — 8) *Is qui consul fuit a. 738 u. c., avus Neronis.* — 9) *Consul a. 759, cf. supra N. 900.* — 10) *Consul suff. a. 755.* — 11) *Cf. supra N. 919.* — 12) .... eidus *traditur.* — 13) *In locum Augusti, defuncti d. 19 Aug. a. p. Chr. 14, alius Arvalis cooptatus d. 15 Dec.* — 14) *Nomen eius qui in locum Augusti cooptatus est, periit, vix casu, sed potius, ut coniecit Henzen, rasura antiqua, fortasse nomen fuit Cn. Calpurnii Pisonis damnati a. p. Chr. 20, cf. supra N. 95 not. 4.*

5027 — — isdem cos.[1] k. Mart. | in aede Concordiae, adstantibus fratribus Arvalibus, ex tabella imp. | Caesaris Vespasiani Aug. missas *(sic)* C. Salvium Liberalem Nonium Bas|sum[2] in locum C. Matidi Patruini demortui[3] cooptamus. In collegio ad|fuerunt L. Veratius Quadratus, C. Vipstanus Apronianus, L. Maecius | Postumus, C. Salvius Liberalis Nonius Bassus. Isdem cos. | mag.[4] C. Saloni Matidi Patruini, in cus *(sic)* locum successit, obiit magisterium | eodem anno isdem cos. k. Mart. P. Sallustius Blaesus[5]. Isdem cos. V id. Mart. | in aede Concordiae mag. P. Sallustius Blaesus, cooptatus in locum C. Ma[*tidi*] | Patruini, collegi. fratrum Arvalium convocavit flam[*inemque*[6] *nominavit*] | L. Veratium Quadratum. | In collegio adfuerunt P. Sallustius Blasus *(sic)*, L. Veratius Q[*uadratus, L. Maecius*] | Postumus, C. Iunius Mefitanus, A. Iulius Quadratus, [*C. Salvius Liberalis*] | Nonius Bassus. — —

Ex tabula marmorea, quae fuit Romae in hortis privatis, est in museo Capitolino (VI 2056; Henzen act. Arv. p. CII). — 1) *Intelleguntur consules a. 78, quorum nomina praecedunt.* — 2) *Cf. supra N. 1011.* — 3) *Idem Patruinus magister fratrum Arvalium fuit eo ipso anno quo defunctus est, cf. infra.* — 4) *Magisterio. Mirum ita dici, quamquam iam defunctus erat Patruinus.* — 5) *Eodem die quo Nonius Bassus cooptatus in locum Patruini, magister in locum Patruini factus est Sallustius Blaesus.* — 6) *De flamine fratrum Arvalium cf. Henzen act. p. V.*

5028 Isdem cos.[1] IIII k. Mart. | in pronao aedís Concordiae, habita sollemni prec[*atione*] | per M. Valerium Trebicium D[*ec*]ianum mag., in locum [*P.*] | Metili Nepotis L. Iulium Catum ex litteris imp. C[*aesaris*] | Traiani Hadriani Augusti fratrem Arvalem | cooptaverunt et ad sa[*cr*]a vocaverunt, ibique tabulae aperta[*e si*]gno [*signatae quod*] exprimit kaput Augustí, | [*in quibus*] scriptum [*fuit*]: imp. Caesar Traianus | [*Hadrianus*] Aug. fra[*tribus Arval*]ibus collegís suis | [*salutem. In locum P. Me*]tili Nepotis col|[*lega*]m nobis meá senten[*tia coopto L.*] Iulium Catum. | [*Ad*]-fuerunt in collegió M. V[*alerius Treb*]icius Decianus | mag., Ti. Iulius Candidus Caec[*ilius Simplex*], Ti. Iul[*i*]us | Candidus, Ti. Iulius Alexander [*Iulianus, L. Iuli*]us | Catus.

Ex tabula marmorea, reperta a. 1868/9 in vinea Ceccarelliorum, ubi fuit lucus fratrum Arvalium (VI 2078 = 32374; Henzen act. fratr. Arv. p. CLII). — 1) *Significantur consules anni 118, quorum nomina praecedunt.*

Adlectio et substitutio publicorum.

5029 Isdem cos. k. Febr. allectus Narcissus Annianus publicus loco | Nymphi Numisiani ad fratres Arvales.

Ex tabula quae continebat acta anni p. Chr. 87 (v. infra N. 5034) pag. II vv. 14. 15 (VI 2065; Henzen act. Arv. p. CXIX).

5030 . . . . Severo, L. Iulio Severo cos. | III idus Decembr. | [*in locum Ca*]rpi publici Corneliani promoti ad tabulas quae|storias transscribendas substitus *(sic)* est Epictetus Cuspianus publi|cus ex litteris M. Fulvi Aproniani promagistri.

Ex tabula, quae continebat acta anni 155, vv. 62—64 (VI 2086; Henzen act. fr. Arv. p. CLXXI).

Calatores fratrum.

5031 — — — ibique[1] cum aditi essent fratres Arvales á Bittio Callistrató nomine Bitti Thalli calatoris Bitti Proculí[2] | [*petente*], ut ei ob introitum redderetur, quaerereturque an legitimi calatoris loco habendus esset, qui [*subs*]ti|[*tutus in numerum calator*]um sine introitú fuerat, placuit: cum calator accessio sit sacerdotis, semel ob introitum inferrí | [*debere, licet alius ca*]lator ab eodem sacerdote substitueretur. — — —

Ex tabula, quae continebat acta anni 120 (VI 2080. 32375 correctam a Vaglieri Notizie degli scavi 1897 p. 318). — 1) *In luco deae Diae, cum ludi circenses ederentur. De re cf. Mommsen Staatsr.* I^2 *p. 344 not. 3* (I^3 *p. 359 not. 6).* — 2) *Intellegitur Q. Fulvius Gillo Bittius Proculus frater Arvalis memoratus in actis inde ab anno 101 (v. infra N. 5025 fin.), paullo ante defunctus, cum die 7 Febr. anni huius 120 alium in eius locum substitutum esse legamus (VI 2080 v. 22).*

Vota quotannis mense Ianuario pro salute principis nuncupari solita.

5032 . . . astu[1] [*ea ita faxis, tum tibi collegii*] | fratrum Arval[*ium nomine bove aurato voveo esse futurum*]. | Iuppiter o. m.! quae in verb[*a tibi bove aurato vovi esse futur*]um, [*quod*] | hoc die vovi, ast tu[2] ea ita fa[*xis, tum tibi donum*] auri p. XXV, | argenti p. IV[3] ex pecunia fratrum [*Ar*]valium nomine eorum | positum iri voveo. | Iuno regina! quae in verba Iovi o. m. bove aurato vovi esse | futurum[4], quod hoc die vovi, ast tu ea ita faxis, tum tibi colle[*gii*] | fratrum Arvalium nomine bove aurata[4] voveo esse futuru[*m*]. | Minerva! quae in verba Iovi o. m. bove aurato vovi esse futuru[*m*], | ast tu ea ita faxis, tum tibi collegii fratrum Arvalium n[*omine*] | bove aurata voveo esse furum *(sic)*. | In eadem verba vovit deae Diae, Saluti, divo Augusto. | Adfuerunt Paullus Fabius Persicus, Cn. Domitius Ahenobar[*bus*], | M. Furius Camillus. | A. d. VII idus Ianuar. |

Taurus Statilius Corvinus promagister collegii fratru[*m*] | Arvalium nomine in luco deae Diae pro salute C. Caesaris A[*ug.*] | Germanici vaccam, quam III non. Ianuar. voverat, inmola[*vit*].

Ex fragmentis tabulae marmoreae rep. a. 1868 in vinea Ceccarelliorum (VI 2028; Henzen Arv. p. XLI seq.). Videtur tabula pertinuisse ad acta anni 38 (cf. Henzen l. c.). Principium periit. — 1) *Scr.* ast tu *(cf. not. 2). Iovem precatur promagister fratrum Arvalium.* — 2) *Cf. Iordan krit. Beiträge zur Gesch. d. lat. Sprache p. 290 seq.; praeterea infra N. 5050 not. 32.* — 3) *Simile quoddam donarium praeter solitum bovem auratum Iovi promitti videtur in voto quodam extraordinario facto sub finem regni Claudii (VI 2034 cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 226; ib. 7 p. 326 n. 7).* — 4) *Cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 225.*

5033 L. Flavio Silva Nonio Basso, | Asinio Pollione Verrucoso cos.[1] | III nonas Ian., | magister C. Iúnius Tadius Mefitánus collegi fratrum Arvalium nómine vota nuncupavit | pró salute imp. Titi Caésaris dívi f. Vespasiáni Aug. pontif. max., tribunic. potest., cos. VIII, et Caésaris | diví f. Domitiani cós. VII et Iúliae Aug. liberórumque eórum victumis immolatis in Ca|pitólio quaé superióris anni magister voverat persolvit[2] Iovi o. m. boves mares II, | Iunoni reginae vaccás duas, Minervae vaccás II, Saluti publicae vaccas II et in | proximum annum nuncupávit, praeeunte L. Pompeió Vopisco C. Arruntio Ca|tellió Celere[3] in ea verba quáe infra scripta sunt: |

Iuppiter o. m., si imp. Titus Caésar Vespásianus Aug. pontif. max., trib. potest., p. p., | et Caésar dívi f. Domitianus, quós nós sentimus dicere, vívent domusque | eorum incolumis erit a. d. III nón. Ian. quaé proximaé p. R. Q., rei p. p. R. Q. | [*er*]unt et eum diem, eósque salvós servaveris ex periculis, si qua sunt | [*eruntve ante*] eum diem, eventumque bonum ita uti nos sentimus dicere | [*dederis, eosque in eo st*]atu quo nunc sunt aut eó meliore servaveris, ast tu | [*ea ita faxsis, tunc tibi nom*]ine collegi frátrum Arválium bubus au|[*ratis II vovemus esse futur*]um. |

[*Iuno regina, quae in verba Iovi o. m. bubus a*]urátis II vovimus esse futu|[*rum, quod hodie vovimus, ast tu ea ita faxsis, tunc*] tibi in eadem verba no|[*mine collegi fratrum Arvalium vaccis auratis II vovemus*] esse futúrum. *(Reliqua perierunt.)*

Ex tabula marmorea, rep. a. 1699 ad viam Portuensem (VI 2059 cf. 32363; Henzen act. Arv. p. CVII). — 1) *A. 81.* — 2) persolvit *et paullo post* et in prox. a. nuncupavit *abundat; scilicet duae eiusdem rei relationes confusae. Similis perturbatio supra N. 229 v. 41 seq. (not. 15).* — 3) *Cf. supra N. 261.*

5034 Imp. [*Ca*]ésare Domitiáno Aug. Germ[*anico XIII*], | L. [*V*]ol[*usio*] Saturnino [*cos.*][1] III [*non. Ianuar.*], | in Capitolio in pro[*nao Iovis optimi maxi*]mi C. Salvius Liberalis | frater Arval[*is, qui vice C. Iuli Silani*] magistri fungebatur, | ad collegium [*fr*]atrum Arvalium rettulit: cum di immortales | propitiato numine suo vota orbis terra[*rum*],

qua[*e pr*]o salute | imp. Caesaris divi Vespasiani f. Domi[*tiani Aug. Germani*]ci | pontif. maximi et Domitiae Aug. c[*oniugis eius et Iulia*]e | Aug., totique domui[2] eorum cupide suscepta e[*rant, exaudieru*]nt, | convenire collegio priora solvere et nova n[*uncupare*]. | Collegium decrevit: | [*Qu*]od bonum faustum felix salutarequ[*e sit: cu*]m v[*ota*] | contingeret ut priora solverentu[*r e*]t nova [*susciperentur*] | pro salute et incolumitate imp. Ca[*es*]aris divi [*Vespasiani f.*] | Domitiani Aug. Germanici pontif. max. et Domi[*tiae Aug.*] coniug. | eius, et Iuliae Aug., totique domui[2] eorum, Iov[*i o.*] m. b. m.[3], Iunoni | reginae b. f.[4], Minervae b. f.[4], Saluti publica[*e popu*]li Romani Quiri|tium b. f.[4] | Eodem die ibidem in area C. Salvius [*Li*]beralis, q[*ui v*]ice magistri | fungebatur, ture et vino in igne in foculo fecit immolavitq. | vino, mola cultroque[5] Iovi o. m. b. m.[3], Iunoni reginae b. f., Minervae | b. f., Saluti publicae p. R. Q. b. f.; exta aulicocta reddidit. | Eodem die ibidem in pronao Iovis o. m. C. Salvius Liberalis frater | Arvalis, qui vice Iuli Silani magistri fungeba[*t*]ur, adstante collegio | [*fratrum*] Arvalium vota pro salute et incolumitate imp. Caesaris | [*divi Vespasian*]i f. Domitiani Aug. Germanici pontif. max., trib. pot., | [*censoris per*]petui, p. p., et Domitiae Aug. coniugis eius, et Iuliae Aug., | [*totique d*]omui eorum, nomine collegi fratrum Arvalium, in haec | [*verba*] suscepit: | [*Iuppi*]ter o. m.! si imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitia[*nus Au*]g. Germanicus | pontif. maximus, trib. pot., censor perpetuus, p. [*p., et Domit*]ia Aug., | coniunx eius, et Iulia Aug., quos me sentio [*dicere, viv*]ent domusq. | eorum incolumis erit a. d. III nonas Ianu[*ar., quae pro*]ximae p. R. Q., | rei publicae p. R. Q. erunt, et eum diem, eos[*que salvos s*]ervaveris ex | periculis, si qua sunt eruntve ante eum [*diem, eventu*]mque bonum | ita, uti me sentio dicere, dederis, eos[*que in eo statu*] quo nunc sunt, | aut eo meliore servaveris, ast tu [*ea ita faxis, tu*]m tibi nomine | collegi fratrum Arvalium bo[*ve aurato voveo e*]sse futurum. | Iuno regina! — — —

Tabulae marmoreae, quae continebat acta anni 87, repertae in vinea Ceccarelliorum a. 1867—1870, principium (VI 2065; Henzen act. Arv. p. CXVI). — 1) *A. 87.* — 2) *Scribi debuit* totiusque domus. — 3) *Bovem marem*, 4) *bovem feminam.* — 5) *Cf. Henzen act. p. 93 seq.*

Vota extraordinaria.

5035 Q. Articuleio [*Paeto*], Se[*x. Att*]io Suburano cos.[1] | VIII k. Apr. in Capitoli[*o pro salute et redi*]tu et victoria[2] imp. Caesaris Nervae | Traiani Aug. Germ. [*vota nuncupaverunt fratre*]s Arvales in haec verba, quae infr. s. s.: | (1) Iuppiter o. m.! te precamur, qua[*esumus obtestam*]urque, uti tu imp. Caesarem divi Nervae | filium Nerva. Traianum Aug. Germ., prin[*cipe*]m parentemq. nostrum, pont. max. | tribun. potest., p. p., quem nos sentimus [*dicere, e*]x is locis provincisq., quas terras *(sic)* |

marique adierit, bene adque feliciter i[*ncolumem red*]ucem victoremq. faci[*a*]s[2] | earumq. rerum ei, quas nunc agit actur[*usve est, bonum eventum*] des, adque in eo statu, | quo nunc est, aut eo meliori eum conserv[*es eumque reduce*]m incolumem victoremq. | primo quoq. tempore in urbem Romam sis[*tas, ast tu ea ita facsi*]s, tunc tibi nomine coll.[3] | fratrum Arvalium bove aurato vovimu[*s esse futurum.*[4] (2) *Iu*]no regina! quae in | verba Iovi o. m. pro salute et reditu et vi[*ctoria imp. Caesaris di*]vi Nervae f. Nervae Traia|ni Aug. Germ., pr[*i*]ncipis parentisq. nostr[*i, pont. max., trib. pot., p.*] p., bovem *(sic)* aurato vovimus | esse futurum[4], quod hodie vovimus, astu[5] [*e*]a ita fa[*csis, tunc tib*]i in eadem verba nomine | coll. fratr. Arval.[6] bove aurat. vovim. esse futurum[4]. (3) Minerva! [*q*]uae in verba Iovi o. m. pro sa|lute et red.[7] et victoria imp. Caesaris divi Nervae f. Nervae Traiani Aug. Germ., principis parent.-|que nostri, pont. max., trib. pot., p. p., bovem *(sic)* aurato[4] vovimus esse futurum, quod hodie vovim., | astu ea ita facsis, tunc tibi in eadem verba nomine coll. fratr. Arval. bovem *(sic)* [*aurata*] | vovim. esse futur. (4) Iovis victor! quae in verba I. o. m.[8] [*pro salute et red. et victoria*] | imp. Caesaris divi Nervae f. Nervae Traiani Aug. Germ., p[*rincipis parentisque nostri, pont.*] | max., trib. pot., p. p., bov. aur. vovim. esse futur., quod ho[*die vovimus, astu ea ita facsis, tunc*] | tibi in eadem verba nomine coll. fratr. Arval. bov. [*aur. vovim. esse futur.*]. | (5) Salus rei pub. p. R. Quiritium! quae in verba I. o. m. p[*ro sal. et i*]tu et red.[7] et victor. imp. | Caesaris divi Nervae f. Nervae Traiani Aug. Germ., p[*rin*]cipis parentisq. nostri, pont. max., | trib. pot., p. p., bov. aur. vovim. esse futur., quod hodie vovim., astu ea ita facsis, tunc | tibi in eadem verba nomine coll. fratr. Arval.[6] bove aurata[4] vov. esse futur. | (6) Mars pater! quae in verba I. o. m.[9] itu et red.[7] et victor. imp. Caesaris divi Nervae f. Traia|ni Aug. Germ., principis parentisq. nostri, pont. max., trib. pot., p. p., bov. aur. vovim. esse futur., | quod hodie vov., astu ea ita facsis, tunc tibi in eadem verba nomine coll. fratr. Arval.[6] | tauro aurato vovim. esse futurum. (7) Mars Victor! quae in verba I. o. m.[8] *(eadem quae praecedunt).* (8) Victoria! quae in verba I. o. m. pro salute et reditu et victor. imp. Caesaris divi Nervae f. Ner|vae Traiani Aug. Germ., principis parentisq. nostri, pont. max., trib. pot., p. p., bov. aur. vovimus | esse futur., quod hodie vovim., astu ea ita facsis, tunc tibi in eadem verba nomine coll. | fratr. Arval.[6] bovem *(sic)* aur. vovim. esse futur. (9) Fortuna redux! quae in verba I. o. m. *(eadem quae praecedunt).* (10) Vesta mater! quae in verba I. o. m. *(eadem quae praecedunt).* (11) Neptune pater! quae in verba I. o. m.[8] pro sal. et reditu et victor. imp. Caesar. divi Nervae f. Nervae Trai. Aug. | Germ., princ. parentisq. n., pont. max., trib. pot., p. p., bov. aur. vov. esse futur., quod hodie vov., [10]ita facsis, tunc | tibi in eadem verba nom. coll. fratr. Arv.[6] tauro aur. vov. esse futur. (12) Hercules victor! quae in verba | I. o.

m. pro sal. et red. et victor. imp. Caesaris divi Nervae f. Nerva. Traian. Aug. Germ., princip. parentisq. n., | pont. max., trib. pot., p. p., bov. aur. vov. esse futur., quod hodie vov., astu ea ita facsis, tunc tibi in eadem | ver[*b*]a nomine coll. fratr. Arv. tauris[11] aur. vov. esse futur.[12] Adfuer. in coll. L. Maecius Postumus, L. Iulius | Marinus Caecilius Simplex[13], P. Salvius Liberalis Nonius Bassus[14], Ti. Catius Caesius Fronto, C. Caeciliu[*s*] | Strabo, Q. Fulvius Gillo Bittius Proculus.[15]

Ex fragmentis tabulae marmoreae rep. in vinea Ceccarelliorum a. 1867—1870 (VI 2074; Henzen act. Arv. p. CXL seq.). — 1) *Q. Articuleius Paetus consul ord. a. 101 fuit cum Traiano consule quartum, deinde, ut ex hac actorum loco apparet, cum Suburano eo qui fuit consul iterum ord. a. 104.* — 2) *Spectant haec ad expeditionem Traiani Dacicam priorem.* — 3) *Collegii.* — 4) *Cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 226.* — 5) *Cf. N. 5032 not. 1. 2.* — 6) *Collegii fratrum Arvalium.* — 7) *Reditu.* — 8) *Iovi optimo maximo.* — 9) *Excidit* pro. — 10) *Excidit* astu. — 11) *Fortasse scribi debuit* tauro. — 12) *Similiter duodecim diis immolatum est a fratribus Arvalibus anno 213 propter victoriam Germanicam Caracallae (supra N. 451 fin.).* — 13) *Cf. supra N. 1026.* — 14) *Cf. supra N. 5027 not. 2.* — 15) *Cf. supra N. 5031 not. 2.*

Sacra deae Diae quotannis mense Maio celebrari solita.

5036 Isdem cos. VII idus Ianuar.[1], | in pronao aedis Concordiae[2] fratres Arvales | sacrificium deae Diae indixerunt, | magisterio II L. Verati Quadrati. In pronao aedis Concor|diae L. Veratius Quadratus magister fratrum Arvalium | manibus lautis velato capite sub divo columine[3] contra ori|entem deae Diae cum collegis sacrificium indixerunt: | Quod bonum faustum felix fortunatum salutareque sit | imp. Caesari Domitiano Aug. Germanico pontif. maxsimo et Domitiae | Augustae coniugi eius totique domui eorum, populo Romano | Quiritibus fratribusque Arvalibus mihique, | sacrificium deae Diae hoc anno erit a. d. XVI k. Iun. domo, a. d. | XIIII k. Iunias in luco et domo, a. d. XIII k. Iun. domo[4]. |

Adfuerunt in collegio L. Veratius Quadratus, L. Maecius Postumus, Q. Tillius Sassius.

Ex tabula, quae continebat acta anni 91, reperta Romae in substructione absidis basilicae S. Petri (VI 2068; Henzen act. Arv. p. CXXX). — 1) *Mense Ianuario indici solebat sacrum deae Diae; cf. Henzen act. Arv. p. 5, item supra N. 229 v. 50.* — 2) *A. 59 huius indictionis causa in Pantheum convenerant fratres Arvales (supra N. 229 v. 50), postea in aedem Concordiae vel in pronaum eius aedis.* — 3) *Cf. Huelsen Eph. ep. 8 p. 321; Leo Archiv f. lat. Lexikographie 10, 1898 p. 273 qui citat Plaut. Mostell. 765: sub diu columine.* — 4) *17. 19. 20 Mai. A. 59 sacrificium deae Diae indictum est in 27. 29. 30. Mai. (supra N. 229 v. 54. 55). Alteris utris horum dierum sacrificium celebrari solebat inde fere a temporibus Vespasiani; antea etiam aliis diebus mensis Maii videtur celebratum esse (cf. Hula arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 15 p. 26; Wissowa Realencyclopaedie s. v. Arvales Fratres [II p. 1473]).*

5037 C. Bellico Natale Tebaniano, C. Ducenio Proculo cos.[1] XIIII k. Iun.[2] | in luco deae Diae magisterio C. Iuli Silani, curam agente C. | Nonio Basso Salvio Liberale[3], fratres Arvales deae Diae sacri|ficium fecerunt[4]. C. Salvius Liberalis, qui vice magistri | fungebatur C. Iuli Silani, ante lucum in aram porcas piacu|lares duas luco coinquendi[5] et operis faciendi immolavit; | deinde vaccam deae Diae honorariam immolavit. C. Salvius | Liberalis Nonius Bassus, L. Maecius Postumus, A. Iulius Quadratus, | P. Sallustius Blaesus, Q. Tillius Sassius in tetrastylo consederun[*t*] | et ex sacrificio epulati sunt, sumtisq. praetextis et coronis | spiceis vittatis lucum deae Diae ad summotum[6] escenderunt | et per Salvium Liberalem Nonium Bassum, qui vice magistr[*i*] | fungebatur, et Q. Tillium Sassium, qui vice flaminis funge|batur, deae Diae agnam opimam immolarunt, perfectoque | sacrificio omnes ture et vino fecerunt. Deinde coronis in|latis signisq. unctis Q. Tillium Sassium ex Saturnalibus | primis ad Saturnalia secunda annuum magistrum fecer., | item Ti. Iulium Celsum Marium Candidum flaminem; deinde | in t[*etr*]astylum desciderunt, ibiq. in triclinio discumbentes | epulati sunt ad magistrum C. Iulium Silanum; post epulas | ric[*i*]niatus soleatus cum corona pactili rosacia summoto | sup[*r*]a carcares escidit et signum quadrigis et desultoribus | mi[*s*]it, praesidente L. Maecio Postumo; victores palmis et | coronis argenteis honoravit[7]. |

Ead[*e*]m die Romae domo apud mag. C. Iulium Silanum idem qui | [*i*]n luco cenarunt.

Tabulae marmoreae, quae continebat acta anni 87 (cf. supra N. 5024) pagina II v. 15 seq. (VI 2065; Henzen act. Arv. p. CXIX). — 1) *Consules suffecti a. p. Chr. 87, quo anno consules ordinarii fuerunt Domitianus XIII et L. Volusius Saturninus, quorum nomina magnis litteris in principio tabulae leguntur.* — 2) *19. Mai. Dies secundus sacri deae Diae (cf. N. 5036 not. 4); sacrificium diei primi (17. Mai.) in actis huius anni non enarratur, ut plerumque in actis saeculi p. Chr. primi (ut etiam supra N. 230 v. 18 seq.), quippe minoris momenti.* — 3) *Cf. supra N. 1011. 5027.* — 4) *Aliam enarrationem eiusdem sacrificii, sed breviorem, dedimus supra N. 230 v. 18 seq.* — 5) *Cf. Henzen p. 22; Iordan krit. Beitr. z. Gesch. d. lat. Sprache p. 282 seq.* — 6) *Cf. Henzen p. 28.* — 7) *Ludi hi circenses memorantur etiam infra N. 5278.*

5038 Cn. Cornelio Proculo, D. Iunio .... [*cos.*][1], | XVI k. Iun.[2] in Palatio in aede Divorum[3] per Ti. Licinium Cassium Cassianum pro[*mag. fratres Arvales praetextati*] | sacrificium deae Diae ture vino fecerunt, ibique discumbentes toralibus segmenta[*tis ture et vino fecerunt; pueri*] | patrimi et matrimi senatorum fili praetextati cum publicis at aram retulerunt L .... | Calpurnianus, A. Larcius Lepidus Plarianus, Q. Iunius Mauricus. Adfuerunt in collegio T[*i. Licinius Cassius Cassianus pro*]|mag., Ti. Iulius Candidus Caecilius Simplex, Ti. Iulius Iulianus Alexander, L. Antonius [*Albus*], ..., | M. Valerius Iunianus, M. Fabius Iulianus Heracleo Optatianus, L. Digitius Bassus.

Isdem cos. XIIII k. [*Iunias*][4] | in luco deae Diae Ti. Licinius Cassius Cassianus promag. ad aram immolavit porcas pia[*culares duas luci coinquiendi*] | et operis faciundi, ibique vaccam honorariam albam ad foculum deae Diae immolavit *(plura perierunt)* [*perfectoque*] sacrificio omnes [*ture et vino fecerunt. Deinde coronis inlatis signisque unctis* .... *ex Sat*]urnalibus prim[*is in Saturnalia secunda magistrum annuum fecerunt*].

[*Isdem*] cos. [*XIII k. Iunias*] | .... a frugium repetit .... | .... rit sacro facto .... | ...... [*discumbente*]s aput M. Aelium A[*urelium Caesarem mag. epulati sunt*] .... | .... promag. summot[*o*] .... | ...... dro victores palm[*is et coronis argenteis honoravit. Adfuerunt*] .... | ...... ius Candidus, ...

Ex fragmentis tabulae marmoreae, quae continebat acta anni p. Chr. 145, vario tempore repertis prope Romam ad basilicam S. Laurentii (Eph. ep. 8 p. 332 seq.). — 1) *Par consulum suffectorum praeterea ignotum.* — 2) *Dies primus sacri deae Diae; cf. N. 5036 not. 4.* — 3) *Plerumque die primo Arvales conveniebant in domum magistri; cf. Henzen act. Arv. p. 11.* — 4) *Dies secundus sacri deae Diae; cf. N. 5037 not. 2.*

5039 [*isdem cos. VI kal. Iun.*[1] *in Palatio in*] Divor.[2] per Alfenium Avitianum[3] promag. fratr. Arv. prima | [*luce ture et vino fecerunt, et*] frug. arid. et virid. contiger.[4] et panes laureatos et deam Diam | [*unguentaverunt et fratres Arv*]al. cathedris conseder. [*p*]raetextati et ibi praetextas deposuerunt | [*Alfenius Avitianus prom*]ag., Catil. Severus, Statil. Silianus, Sulpic. Pollio, Fl. Archelaus, Armenius | [*Peregrinus*], ... us, Fl. Alpinus. Item post merid. a balneo cathedris consederunt, deinde | [*manibus lautis c*]enatoria alba sumser. et in tricliniarib. discubuer. et epulati sunt; item pueri | [*praetextati pat*]rimi et matrimi, senator. fili, n. IIII in cathed[*ri*]s consederunt et epulati sunt. | [*Fratres Arvales p*]ost epula[*s*] super toralibus segmentatis discubuer. et t. v. f.[5] et per pueros praetext. | [*senat*]orum filios et public. at aram pertul. et unguent. et coronas acceperunt et in mantelis | [*ungu*]enta[6] rs.[7] contigerunt. Item mensa secunda bellarior. d[*i*]visa est, et sportulas acceper. sacerdotes | imp. Aug.[8] et ceteri sacerdotes q. s. s. s.[9] et rosa soluta[10] diviser. ibique felic.[11] dixer. — Item IIII kal. Iunia[*s*][12] | in luco deae Diae Alfenius Av[*i*]tianus promagister ad aram immol. porcil.[13] piacul. I[*I*] luci coinq. et operis | faciund., ibi vacc. honor. imm.[14] et inde in tetrastylo revers. subsellis consed.[15], deinde reversus ad aram | ext[*as*] reddidit porcil[*i*]ares. Item in circo in foculo arg. cespiti ornato extam vacc.[16] redd.[17] et in tetrastylo | reversus est et in codice cavit et praetextam deposuit et in pap[*i*]lione suo reversus. Promeridie *(sic)* autem | fratres Arvales praetextas acceper. et in tetrastylo convenerum et subsellis consederunt et ca[*v*]erunt | se adfuisse et sacrum fecisse et porcilias piaculares epulati sunt et sanguem. Postea inde praetextati | capite velato vittas *(sic)* spiceis coronati lucum adscenderunt et per Alfenum Av[*i*]tianum promag. agnam | opimam

imm. et hostiae litationem inspexer.; perfecto sacrif[*ici*]o omnes ture et vino fecerunt. Deinde | reversi in aedem in mensa sacrum fecerunt o[*ll*]is[18] et ante aedem in cespite promag. et flam. sacr. fecer.; | item foras ad aram reversi thesauros dederunt, item flam. et promag. scyfos arg. cum sumpuis | vino repletis ante osteum acerras[19] ture et vino fecer. et ante osteum restite[*r.*] et duo ad fruges petendas | cum publicos *(sic)* desciderunt et reversi dextra dederunt laeva receperunt, deinde ab[20] alterutrum sibi redd. | et public.[21] frug. tradider. Deinde in aedem intraver. et ollas precati sunt[22] et osteis apertis per clivum iacta|verunt[23], deinde subsellis marmoreis consed. et panes laureat. per public. partiti sunt; ibe omn. lumemulia[24] | cum rapinis acceperunt et deas unguentaverunt et aedes clusa e.[25]; omnes foris exierunt; ibi sacerdotes | clusí succinctí libellis acceptis carmen descindentes tripodaverunt in verba haec:

enos Lases iuvate[26]! |
[*e*]nos Lases iuvate!
enos Lases iuvate!
neve luae rue Marma sins incurrere in pleores!
neve lue rue Marmar | [*si*]ns incurrere in pleoris!
neve lue rue Marmar sers incurrere in pleoris!
satur furere Mars limen | [*sal*]i sta berber
satur fu fere Mars limen sali sta berber
satur fu fere Mars limen sa[*l*]i s[*t*]a[27] berber. |
[*Sem*]unis alternei advocapit conctos;
Semunis alternei advocapit conctos;
Simunis altern[*ei*][28] advocapit | [*conct*]os.
enos Marmor iuvato!
enos Marmor iuvato!
enos Mamor iuvato!
triumpe triumpe triumpe trium|[*pe tri*]umpe.

Post tripodationem deinde signo dato publici introier. et libellos receperunt.[29]

Ex tabula marmorea, sola inter has tabulas utrimque scripta (cf. not. 20), quae continebat acta anni 218, rep. anno 1778 cum fundamenta iacerentur secretarii basilicae S. Petri, extat ibidem in ambulacro (VI 2104; Henzen act. p. CCII seq.). — 1) *Dies primus sacri deae Diae.* — 2) *Cf. N. 5038 not. 3.* — 3) *Fortasse filius eius qui supra N. 367, ipse legatus Arabiae teste titulo Geraseno Zeitschr. d. Palaestina-Vereins 1895 p. 145.* — 4) *Cf. Oldenberg de sacris fratr. Arval. [Berol. 1875] p. 9 seq.* — 5) *Ture vino fecerunt.* — 6) *Sic videtur supplendum esse collato fragmento sedis incertae edito Eph. ep. 8 p. 337;* [pulm]enta *antea suppleverat Henzen.* — 7) *Non intellegitur (rursus? Marin.).* — 8) *Sacerdotes hi imperatoris Augusti praeterea ignoti; cf. Henzen comm. p. 17.* — 9) *Qui supra scripti sunt.* — 10) *Rosam solutam.* — 11) *Felicia.* — 12) *Dies secundus sacri deae Diae.* — 13) *De porciliis cf. Henzen p. 22.* — 14) *Immolavit.* — 15) *Consedit.* — 16) *Vaccinam.* — 17) *Reddidit.* — 18) otiis *lapis. Cf. not. 22.* — 19) *Et acerras ferentes.* — 20) *Scr.* ad. — 21) *Publi-*

cis. — 22) *De ollis cullis a fratribus Arvalibus cf. Henzen p. 30; Marquardt Staatsverw. III² 456; Wissowa Realencycl. s. v. Arvales fratres (II p. 1476).* — 23) iac|uerunt *legerat Marinius, minus recte.* — 24) *Cf. Buecheler Archiv f. lat. Lexikogr. 1, 1884 p. 109 qui citat Paulum Festi p. 120 M. (luma, genus herbae vel potius spinae), aliosque.* — 25) *Est.* — 26) *Carmen repetivi ut traditur incisum litteris rudibus, nisi quod vocabula, fere sine ulla verborum distinctione exarata, diremi, secutus in hac re Mommsenum (CIL. I p. 10), quem in plerisque sequuntur Buecheler carm. epigr. n. 1 et Lindsay Handbook of Latin inscriptions [London 1897] p. 23 seq. (Alia, minus probabilia ut mihi videtur, temptaverunt alii, ut Birt Archiv f. lat. Lexikogr. 11, 1898/1900 p. 149 seq.). Partem hanc lapidis delineaverunt Ritschl Prisc. Lat. mon. ep. XXXVI*ᵃ*; Huebner ex. script. epigr. n. 1024. De interpretatione egit etiam Iordan krit. Beiträge p. 192 seq.* — 27) SAII SIA, 28) alternie *lapis (cf. Iordan Herm. 14, 1879 p. 634).* — 29) *Reliqua perscripta in parte aversa tabulae omisi quippe nimis lacera. Sed vide acta anni 219 (N. 5040).*

5040 [*pre*]|cati[1] sunt cum pultes conteger. et precati sunt et osteis apertis per clivum iactaverunt, | deind. subsell. marm. consed. et panes laur.[2] per public. partiti sunt, et deas unguentaverunt, | et aed. clusa e., omn. foras exier., ibi sacerdotes clusi succinct., libellis acc., carm. dic. tripodaver.[3], deinde signo dato publ. introier. et libell. recep. et ante ianuam deae Diae adsteterunt et co|rona[*s*] derectas per comm. citante[4] singulor. inferentibus aras contegerunt et deae corona|tae sunt; et de Saturnalibus primis[5] Flavium Archesilaum mag. creaverunt ibique felicia dixer. | et desciderunt lucum. Depositis praetextis cenatoria alba acc. et in tetrastylo epulat[*i*] sunt | morae *(sic)* pompae in tetrastylum fercula cum campanis et urnalibus mulsi singulorum tran|sierunt[6]. Post epulas sportulas accep. singul. praes. [X] C[7] et rosam solut. acc. et felicia dixer. | Deinde mag. Ael. Secundinus latum[8] sumsit et [*r*]icinium; superaccep. coron. pactilem rose|am et super carceres adscendit et sign. quadrig. big. desult.[9] [*mi*]sit, praesid.[10] [*F*]l. Archesilao | et Saenio Donato ad cretam[11].

XIII k. Iun.[12] | in domum P. Aeli Secundini mag. fratr. Arval. ad consumm. sacrific. deae Diae convenerunt, | et epulati sunt, et ture et vino fecerunt, ministrantib. puer. patrim. et matrim. senator. | filis qui supra, fruges livatae sunt, per calatoribus ministrantibus et per pueros prae|tex|tatos cum publicis ad aram retulerunt, deinde lampadibus incensis pariter tusc[*anic*]as *(reliqua deficiunt)*.

In tabula reperta in vinea Ceccarelliorum a. 1868, adscriptum ad acta anni 90; videtur esse pars actorum anni 219 (VI 2067; Henzen act. Arv. p. CCVIII). — 1) *Pertinent haec ad sacra diei secundi; cf. ea quae praecedunt.* — 2) *Laureatos; cf. N. 5039.* — 3) *Carmen dicentes tripodaverunt (ipsum carmen non refertur).* — 4) *Sic lapis. Emendare temptavit Mommsen ap. Henzenum p. 33.* — 5) *Intellege: in Saturnalia secunda.* — 6) *De his cf. Henzen p. 35.* — 7) *Singuli praesentes denarios centenos* (singul. praes. IC *lapis*). — 8) *Latum, intellege clavum.* — 9) *Quadrigis, bigis, desultoribus (cf. N. 5050 not. 64).* — 10) *Praesidentibus.* — 11) *Cf. Henzen p. 38.* — 12) *Dies tertius sacri deae Diae. Cf. eam quae sequitur.*

5041 — —.[1] | XIII kal. Iun.[2] in domum Aeli Coerani[3] fratres Arvales ad consummandum sacrum deae Diae convenerunt, ibique inter | cenam Armenius Peregrinus praet. et promag., Catilius Severus, Stati[*l*]ius Silianus, Sulpicius Pollio, Aelius Coeranus, | Caesonius Lucil[*l*]us[4] discumbentes toralibus segmentatis ture et vino fecerunt ministrantibus pueris patrimis | et matrimis senator. filis pra[*e*]textati[*s*] q. s.[5] Fruges libantes cum calatoribus et public. ad aram retulerunt. Deinde | lampadibus incensis pariter tuscanicas contegerunt, quas per kalatores domus suas miserunt. Hoc anno cenatum est in diebus singulis X centenis, XVI, XIV, XIII kal. Iun., et adclamaverunt: — —[6].

In tabula rep. in vinea Ceccarelliorum anno 1868, adscriptum ad acta anni 155: pars est actorum anni 213 (VI 2086; Henzen Arv. CXCVI). — 1) *Omisi quae praecedit partem extremam relationis de sacris diei secundi.* — 2) *20. Mai. Dies tertius sacri deae Diae.* — 3) *Cf. supra N. 1158.* — 4) *Cf. N. 1186.* — 5) *Qui supra.* — 6) *Sequuntur ea quae nos rettulimus supra N. 451.*

Piacula.

5042 .... [*quod* | *Cn. Corneliu*]s Cn. f. Lentulus augur, mag. in locum ..... | [*factus, ad*] fratres Arvales rettulit: arborem | [*in luco d*]e[*ae*] Diae vetustate cecidisse, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.[1]: [*cum arbo*]r vetustate in luco deae Diae cecidisset, ut | [*in luc*]o ad sacrificium consumeretur, neve quid | [*ligni*] exportaretur[2].

Ex eadem tabula marmorea semel descripta ex qua supra N. 5026: pertinebat ad a. p. Chr. 14 (VI 2023; Henzen act. Arv. p. XXIX). — 1) *Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 2) *Piaculo fortasse opus non fuit, cum arbor in ipso luco consumenda esset; praeterea numquam commemoratur arbor collapsa quae sacrificiis non sit expiata (Henzen p. 136).*

5043 L. Flavio Silva Nonio Basso, Asinio Pollione Verrucoso cos.[1] XVIII k. Febr. | in luco deae Diae piaculum factum per calatorem et publicós eius sacerdoti, quod arbor | a vetustate decidit expiandum, porcam et agnam opimam. |

L. Vettio Paullo, T. Iunio Montano cos.[2] k. Mais in lúco deae Diae piaculum | factum per calatórem et publicos eius sácerdóti ob ferrum inlatum in aedem scrip[*t*]ur. | caussa[3], porcam et agnam opimam.

Isdem cos. III idus Maias in lúco deae Diae piaculum factum per calatorem et publicos | eius sacerdoti ob ferrum de aede elatum[3], porcam et agnam opimam.

Ex tabula quae continebat acta annorum 80. 81, reperta a. 1699 ante urbis Romae portam Portuensem (VI 2059; Henzen act. p. CVI). — 1) *Consules ordinarii anni 81.* — 2) *Consules suffectos eodem anno fuisse apparet.* — 3) *De his piaculis quotannis mense plerumque Aprili vel Maio factis cf. Henzen p. 128 seq., item p. IX.*

5044 [*M'. Acilio Glabrione, M. Ul*]pio Traiano cos.[1], III k. Maias | [*piaculum factum in luco deae Diae per calatorem et publicos ob ferrum in*]latum[2] ut acta insculperentur magisteri P. Sallusti Blaesi II. | [*Isdem cos. . . . . . . piaculum factum in luco deae Diae per ca*]latorem et publicos ob ferrum elatum[2].

Ex tabula marmorea rep. a. 1868 in vinea Ceccarelliorum (VI 2067 v. 63 seq.; Henzen act. Arv. p. CXXVIII). — 1) *A. 91.* — 2) *Cf. N. 5043.*

5045 . . . . . Prisco[1] cos. IIII idus Sept., mag.[2] C. Iuli | [*Sila*]ni in luco deae Diae, quod ramus ex arbore ilicina ob | [*v*]etustatem deciderit, piaculum factum est per calatorem et | [*p*]ublicos.

Ex eadem tabula actorum anni 87 ex qua supra N. 5034 (VI 2065 b v. 54 seq.; Henzen act. Arv. p. CXX). — 1) *Consul suff. a. 87 praeterea ignotus.* — 2) *Magisterio.*

5046 Isdem c[*os.*][1] . . . . | in aedem Conco[*rdiae fratres Arvales convenerunt*] | ibique referen[*te M. Valerio Trebicio Deciano mag. ad*] | collegas de arbor[*ibus lauribus in luco deae Diae, quod*] | a tempestatibus per[*ustae essent, placuit piaculo fac*]|to caedi. Adfuerunt in co[*llegio M. Valerius Trebicius De*]|cianus, Q. Fulvius Gillo [*Bittius Proculus*[2], *Ti. Iulius*] | Candidus Marius Celsus, Ti. [*Iulius Candidus, P. Metilius*] | Sabinus Nepos.

Isdem cos. k . . . . | in luco deae Diae piaculum factum [*ob arbores lau*]|rus caedendas, quod tempestatibus perusta[*e erant*], | porcis et agnis, struibus fertisque per M. Valeri[*um*] | Trebicium Decianu[*m mag.*], ministrantibus public[*is*].

Ex tabula quae continebat acta anni 105, reperta in vinea Ceccarelliorum a. 1867—1870 (VI 2075 a v. 28 seq.; Henzen act. p. CXLVI). — 1) *Significantur consules a. 105, quorum nomina praecedunt.* — 2) *Cf. supra N. 5031 not. 2.*

5047 L. Tutilio Pontiano Gentiano cos.[1] VI id. Februar., | in luco deae Diae Q. Licinius Nepos mag. operis inchuandi causa, quod | in fastigio aedis deae Diae ficus innata esset, eruendam et aedem refici|endam, immolavit suovetaurilibus maioribus[2]; item ad aedem deae | Diae boves feminas II, Iano patri arietes II, Iovi berbeces II altilaneos, || Marti arietes altilaneos II, Iunoni deae Diae oves II, sive deo sive deae oves II, | Virginibus divis[3] oves II, Famulis divis[3] verbeces duos, Laribus verbeces duos, | Matri Larum oves duas, sive deo sive deae[4] in cuius tutela hic lucus locusve | est oves II, Fonti verbeces II, Florae oves II, Vestae oves II, Vestae matri oves II; iten *(sic)* | Adolendae Conmolandae Deferundae oves II; item ante Caesareum divis n. XVI[5] verbec. | immolavit n. XVI.

M. Herennio Secundo M. Egnatio Postumo cos. III id. Mai.[1], | in luco deae Diae Q. Licinius Nepos mag. operis perfecti causa, quod arboris | eruendae et aedis refectae, immolavit suovetaurilibus maioribus; item ad aedem deae Diae boves feminas II *(deinde reliqua quae supra; in fine)*; item Adolendae Commolendae Deferundae oves II; item ante Caesareum divis n. XVI verbeces immolavit XVI.

Ex tabula, quae continet acta anni 183, reperta a. 1699 una cum ea ex qua desumpsimus N. 5043 (VI 2099; Henzen act. p. CLXXXVI). — 1) *Consul suff. praeterea ignotus (ideo fortasse solus nominatus quod ex consulibus ordinariis anni 183, quorum nomina praecedunt, alter adhuc fasces retinebat).* — 2) *De his sacrificiis cf. Henzen p. 143 seq.* — 3) *Cf. Henzen p. 145.* — 4) *Cf. supra N. 4015—4018.* — 5) *Divi sunt imperatores consecrati, eorumque sedecim anno 183, viginti annis 218 (VI 2104) et 224 (infra N. 5048) ab Arvalibus colebantur, cf. Henzen p. 148.*

5048 VII id. Nov.[1] | fratres Arval. in luc. d. D.[2] via Camp.[3] apud lap. V conv.[4] per C. Porc. Priscum | mag. et ibi imm.[5], quod vi tempestat., ictu fulmin. arbor. sacr. luci d. D.[2] attact. | arduer., ear. q. arbor. eruendar., ferr. [*f*]endendar.[6] adolendar. commolendar.[7], | item aliar. restituendar. causa operisq. inc[*h*]oandi, ara[*s*] temporal. sacr. d. D.[2] | reficiend., eius rei causa lustr. miss.[8] suovetaurilib. maior.; item ante aed. | d. D.[2] b. f. a. iunct.[9] n. II, item ad ar. tempor.[10] dis inf. s. s.[11]: Ian. patr. ariet. II, Iovi ver|bec. II, Marti patri ult. ar. n.[12] II, sive deo sive deae verb. II, Iun. d. D.[2] ov. n. II, | Virginib. div. ov. n. II, Fam. div. verb. n. II, Larib. verb. n. II, Matr. Lar. ov. n. II, | Font. verb. n. II, Flor. ov. n. II, Summan. pat. verb. atros II, Vestae Matri ov. II, | Ves[*tae*][13] deor. dear. q. ov. II, item Adolend. Coinq.[14] ov. II; et ante Caesar. Genio | d. n.[15] Severi Alexandri Aug. t. a.[16], item divis n. XX[17] verbec. XX.

IIII id. Dec. fratres Arval. in luco deae Diae via Campana[3] apud lap. V convener.[4] | per C. Porc. Priscum mag. et ibi immolav., quod ab ictu fulminis arbores luci | sacri d. D.[2] attactae arduerint earumq. arborum adolefactarum et coinquen|darum et[18] in eo luco sacro aliae sint repositae et arae temporal. refectae, ferri | effer.[19], [*h*]uius oper. perfecti causa lustrum missum suovetaurilib. maioribus | et cetera q. s.[20] Adfuer. P. Ael. Secundinus, T. Fl. Arc[*h*]esilaus, M. Fab. Fortuna|tus, M. Saen. Donatus.

Fragmentum tabulae quae continebat acta annorum 224. 225, Romae rep. anno 1570 (VI 2107; Henzen act. Arv. p. CCXIII). — 1) *A. 224 (sequuntur nomina consulum ordinariorum anni 225).* — 2) *Deae Diae.* — 3) *Via Campana diverticulum fuit viae postea appellatae Portuensis, ad cuius quintum lapidem apparet fuisse lucum deae Diae. Cf. Henzen p. XII.* — 4) *Convenerunt.* — 5) *Immolaverunt.* — 6) pendendar. *traditur (hanc partem lapidis vidit solus Ursinus). Cf. Henzen p. 142.* — 7) *Cf. Henzen l. c.* — 8) *Lustrum missum.* — 9) *Boves feminas auro iunctas.* — 10) *Aras temporales.* — 11) *Infra subscriptis.* — 12) *Arietes numero.* — 13) Ves eor. *lapis. De Vesta deorum dearumque cf. Henzen p. 147.* — 14) *Adolendae Coinquendae.* — 15) *Domini nostri.* — 16) *Taurum auratum.* — 17) *Cf. N. 5047 not. 5.* — 18) *Insere* quod. — 19) *Efferendi.* — 20) *Quae supra.*

Similia sacrificia piacularia enarrata erant in actis anni 218 (VI 2104) iisque quorum fragmentum a. 1899 repertum est (Notizie degli scavi 1899 p. 267). Cf. de his piaculis maioribus Henzen comm. p. 140 seq.

Loca in amphitheatro adsignata fratribus Arvalibus.

5049 Loca adsignata in amphitheatro.[1] | L. Aelio Plautio Lamia Q. Pactumeio Frntone *(sic)* cos.[2], | acceptum ab Laberio Maximo procuratore praef. annonae[3], | L. Vennuleio *(sic)* Apronano[4] *(sic)* mag., curatore Thyrso l.[5], | fratribus Arvalibus maeniano $\overline{\text{I}}$[6] cun. $\overline{\text{XII}}$ gradib. marm. VIII: gradu I[7] p. V =–£Ɔ[9], | grad. VIII[8] ped. V ≡£Ɔ[9], f. ped. XXXXIIS[10]; gradu I uno p. XXIIS[11] et meniano *(sic)* summo[12] | $\overline{\text{II}}$ cun. $\overline{\text{VI}}$[13] gradib. marm. $\overline{\text{IV}}$, gradu I uno[14] p. XXIIS[15]; et maeniano | summo in ligneis tab. LIII[16] gradibus XI[16], gradu $\overline{\text{I}}$ ped. V ==£[17], grad. | XI ped. VS ==–Ɔ[18], f. ped. LXIIIS ==–£[19]. | Summa ped. CXXVIIIIS ==–£[20].

Tabulae marmoreae, quae continebat acta annorum 80. 81, cf. supra N. 5033, vv. 25—34 (VI 32363 melius quam VI 2059 cf. Huelsen bull. comunale 1894 p. 313; pleraque delineavit Huebner ex. scr. ep. n. 996). — 1) *Amphitheatrum Flavium, quod dedicatum esse a Tito anno 80 docent et scriptores et nummi.* — 2) *Consules fuerunt per partem anni 80, ut apparet ex his ipsis actis, ubi paullo post recensentur consules ordinarii anni 81.* — 3) *Procurator hic et praefectus annonae a. 71 fuerat procurator Iudaeae, a. 83 praefectus Aegypti (cf. Prosopogr. Imp. Rom. s. v.).* — 4) *Consul suff. a. 92.* — 5) *Libertus fortasse fuit eius qui praecedit.* — 6) *Maeniano primo.* — 7) *Gradu primo,* 8) *gradu octavo,* 9) *pedes quinque, uncias tres* ($^3/_{12}$), *semunciam* ($^1/_{24}$), *sicilicum* ($^1/_{48}$) *(unciae unciaeque partes priore loco perscriptae sunt in alia tabula iuxta posita, neglectae ab omnibus editoribus, ante Vaglierium Notizie degli scavi 1892 p. 269), = pedes* $5\,^5/_{16}$, *sive pedes V digitos V (digitus sexta decima pars pedis, cf. Frontin. de aq. 24). Explicavit haec Huelsen bull. comunale l. c. p. 315.* — 10) *Fiunt pedes XLII semis. Apparet fratribus Arvalibus non tantum in primo et octavo sed in unoquoque ex octo gradibus primi maeniani idem spatii pedum 5 digitorum 5 adsignatum esse; octies enim pedes* $5\,^5/_{16}$ *efficiunt pedes* $42\,^1/_2$ *(cf. Bormann ap. Hulam arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 17 p. 70 not.).* — 11) *Haec verba* (gradu I uno ped. XXIIS) *videntur repetita esse ex versu qui sequitur,* 12) *item* summo *vocabulum errore videtur hoc loco intrusum ex iis quae sequuntur.* — 13) *Cuneo sexto (cuneum sextum maeniani secundi in eadem parte amphitheatri fuisse in qua maeniani primi cuneum duodecimum et maeniani summi tabulationem quinquagesimam tertiam, cf. not. 16, probatum ivit Huelsen l. c. p. 318).* — 14) uno *non intellegitur; excidisse videtur spatium in singulis gradibus maeniani secundi Arvalibus attributum.* — 15) *Pedes viginti semis* ($22\,^1/_2$ *pedum spatium videtur Arvalibus assignatum esse in maeniano altero).* — 16) *Tabulatione quinquagesima tertia (cf. not. 13), gradibus undecim.* — 17) *Gradu primo pedes quinque, uncias quattuor [trientem], semunciam, i. e. pedes* $5\,^4/_{12} + {}^1/_{24} = 5\,^{18}/_{48} = 5\,^6/_{16}$, *sive pedes V digitos VI (cf. not. 9).* — 18) *Gradu undecimo pedes quinque, semissem uncias quinque, sicilicum, i. e. pedes* $5\,^{11}/_{12} + {}^1/_{48} = 5\,^{44}/_{48} + {}^1/_{48} = 5\,^{45}/_{48} = 5\,^{15}/_{16}$, *sive pedes V digitos XV.* — 19) *Fiunt pedes sexaginta tres, semis unciae quinque [deunx], semunci, i. e. pedes* $63\,^{11}/_{12} + {}^1/_{24} = 63\,^{46}/_{48}$, *i. e. pedes 63 dig.* $15\,^1/_3$. *(Videtur in maeniano summo spatium Arvalibus attributum per singulos gradus crevisse; quantum id fuerit in unoquoque graduum a secundo ad decimum, non indicatur.)* — 20) *Summa pedes 129, semis, unciae quinque, semuncia, i. e. pedes 129 dig.* $15\,^1/_3$. *(Pedes* $42\,^1/_2$ *[cf. not. 10]* + $22\,^1/_2$ *[cf. not. 15]* + *63 dig.* $15\,^1/_3$ *[cf. not. 19] efficiunt pedes 128 dig.* $15\,^1/_3$; *error igitur unius numeri aut hic aut supra commissus. Cf. Huelsen l. c. p. 317.)*

Acta sacrorum saecularium celebratorum anno u. c. 737 d. Iun. 1—3.

5050 — — — — — — —*)

(90) Nocte insequenti[1] in campo ad Tib[*erim*[2] *deis Moeris*[3] *imp. Caesar Augustus immolavit agnas feminas IX*] | (91) prodigivas[4] Achivo ritu[5] eodemq[*ue ritu capras feminas IX, precatusque est hoc modo*]:

(92) Moerae![6] uti vobis in illeis libri[*s*[7] *scriptum est, quarumque rerum ergo quodque melius siet p. R. Quiritibus*[8], *vobis VIIII*] | (93) agnis feminis et IX capris femi[*nis sacrum fiat: vos quaeso precorque uti imperium maiestatemque*[9] *p. R.*] | (94) Quiritium duelli domique au[*xitis utique semper Latinum nomen*[9] *tueamini, incolumitatem sempiter*]|- (95) nam victoriam valetudine[*m populo Romano Quiritibus tribuatis, faveatisque p. R. Quiritium legionibusque*[9] *p. R.*] | (96) Quiritium remque p. populi R[*omani Quiritium salvam servetis, uti sitis*] volentes pr[*opitiae populo Romano*] | (97) Quiritibus, XVvirum collegi[*o*[10], *mihi domo familiae, et uti huius*] sacrifici acceptrices sitis VIIII agnarum | (98) feminarum et VIIII capraru[*m feminarum propri*]arum[11] inmolandarum; harum rerum ergo macte[12] hac agna femina | (99) inmolanda estote fitote v[*olente*]s propitiae p. R. Quiritibus, XVvirum collegio, mihi, domo, familiae. |

(100) Ludique noctu, sacrificio [*co*]nfecto[13], sunt commissi in scaena quoi theatrum adiectum non fuit nullis positis | (101) sedilibus[14], centumque et X [*m*]atronae, quibus denuntiatum erat XVvirorum verbis, sellisternia[15] habuerunt | (102) Iunoni et Dianae duab[*us*] sellis positis. |

(103) K. Iun. in Capitolio bovem m[*a*]rem Iovi optimo maximo[16] proprium[17] inmolavit imp. Caesar Augustus, ibidem | (104) alterum M. Agrippa, pr[*e*]cati autem sunt ita: |

(105) Iuppiter optime maxime! ut[*i t*]ibi in illeis libreis scriptum est, quarumque[18] rerum e[*rg*]o quodque melius siet populo R. | (106) Quiritibus, tibi hoc bov[*e*] mare pulchro sacrum fiat: te quaeso precorque; cetera[*a u*]ti supra. |

(107) Ad atallam[19] fuerunt C[*ae*]sar, Agrippa, Scaevola, Sentius, Lollius, Asiniu[*s G*]allus, Rebilus[20]. |

(108) Deinde ludi Latini in the[*a*]tro ligneo, quod erat constitutum in campo s[*ecu*]ndum Tiberim sunt commissi[21], | (109) eodemque modo sellist[*e*]rnia matres familiae habuerunt[22], neque sunt l[*udi i*]ntermissi[23] iei qui noctu coepti erant | (110) fieri; et edictum proposi[*t*]um[24].

XVvir. s. f. dic.[25]:

(111) Cum bono more et proind[*e c*]elebrato frequentibus exsemplis, quandocumq[*ue i*]usta laetitiae publicae caussa fuit, | (112) minui luctus matrona[*r*]um placuerit, idque tam sollemnium sacroru[*m l*]udorumque tempore referri | (113) diligenterque opserva[*r*]i pertinere videatur et ad

honorem deorum et ad [*m*]emoriam cultus eorum: statuimus | (114) offici nostri esse per edictum denuntiare feminis, uti luctum minuant. |

(115) Noctu autem ad Tiberim s[*a*]crificium fecit deis [*I*]lithyis[26] libeis VIIII, popan[*is*] VIIII, pthóibus VIIII[27], imp. Caesar | (116) Augustus; precatus est [*h*]oc modo:

(117) Ilithyia[28]! uti tibei in ille[*is*] libreis scriptum est, quarumque rerum e[*rgo, quodque melius si*]et p. R. Quiritibu[*s*] | (118) tibi VIIII popanis et VI[*III*] libeis et VIIII pthoibus sacrum fiat; te qua[*eso precorque; cetera uti supra*]. |

(119) IV nonas Iun.[29] in Capitoli[*o i*]nmolavit Iunoni reginae bovem femin[*am imp. Caesar Augustus, ibidem alteram*] | (120) M. Agrippa, et precatus es[*t*] hoc modo: |

(121) Iuno regina! uti tibi in illis [*l*]ibris scriptum est, quarumque rerum [*ergo quodque melius siet p. R. Quiritibus*], | (122) tibi bove femina pulchra s[*a*]crum fiat: te quaeso precorqu[*e; cetera uti supra*].

(123) Deinde CX matribus famil[*ia*]s nuptis[30], quibus denu[*ntiatum erat . . . ., M. Agrippa?*[31]] | (124) praeit in haec verba:

(125) Iuno regina, ast[32] quid est qu[*o*]d meli[*us siet p. R. Quiritibus . . . . matres familiae*] | (126) nuptae genibus nixae[33] te u[*ti*] . . . . | (127) maiestatemque p. R. Quiriti[*um duelli domique auxis*[34]*, utique semper Latinum nomen tueare*[34]*, incolumitatem*] | (128) sempiternam victoriam [*valetudinem populo Romano Quiritibus tribuas faveasque populo Romano Quiritibus legionibusque*[34] *p. R.*] | (129) Quiritium, remque publi[*cam p. R. Quiritium salvam serves, uti sies volens propitia populo Romano*] | (130) Quiritibus, XVvir. s. f., no[*bis . . . . Haec matres familias CX populi Romani*] | (131) Quiritium nuptae geni[*bus nixae quaesumus precamurque*]. |

(132) Ad atallam[19] fuerunt M. A[*grippa*[35]] . . . . |

(133) Ludi ut pridie facti sunt[36] . . . . . . |

(134) Noctu[37] autem ad Tiberim [*suem plenam . . . . Terrae matri inmolavit imp.*] | (135) Caesar Augustus, precat[*usque est hoc modo*]:

(136) Terra mater! uti tibi in ill[*is libris scriptum est, quarumque rerum ergo quodque melius siet p. R. Quiritibus*], | (137) uti tibi sue plena[38] propri[*a . . . . . sacrum fiat: te quaeso precorque; c*]etera [*uti supra*]. |

(138) Matronae sellisternia h[*oc die eodem modo quo pridie habue*]runt. |

(139) A. d. III non. Iun.[39] in Palatio [*Apollini et Dianae*] sacrificium fecerunt imp. Caesar Augustus, M. A[*grippa libeis VIIII*] | (140) popanis VIIII pthoibus VII[*II*[40]*, preca*]tique sunt ita: |

(141) Apollo, uti tibi in illis libri[*s sc*]riptum est, quarumque rerum ergo quodque melius siet p. R. Quir[*itibus*], | (142) uti tibi VIIII popanis et V[*IIII*] libis et VIIII pthoibus sacrum fiat: te quaeso precorque; cetera uti s[*up*]ra. |

(143) Apollo, uti te popanis dat[*i*]s bona prece precatus sum, eiusdem rei ergo macte heis libis libandis esto | (144) fito volens propitius. |

(145) Idem in pthoibus. |

(146) Eisdem verbis Dianam. |

(147) Sacrificioque perfecto puer. [*X*]XVII quibus denuntiatum erat patrimi et matrimi et puellae totidem | (148) carmen cecinerunt[41]; eo[*de*]mque modo in Capitolio.[42] |

(149) Carmen[43] composuit Q. Hor[*at*]ius Flaccus. |

(150) XVvir. adfuerunt imp. Ca[*e*]sar, M. Agrippa, Q. Lepidus[44], Potitus Messalla[45], C. Stolo[46], C. Scaevola[47], C. Sosius[48], | (151) C. Norbanus[49], M. Cocceius[50], M. Lollius[51], C. Sentius[52], M. Strigo[53], L. Arruntius[54], C. Asinius[55], M. Marcellus[56], D. Laelius[57], | (152) Q. Tubero[58], C. Rebilus[59], Me[*s*-*s*]ala Messallinus[60]. |

(153) Ludis scaenicis dimissis h. . .[61] iuxta eum locum, ubi sacrificium erat factum superioribus noctibus et | (154) theatrum positum et sc[*ae*]na[62], metae positae quadrigaeq. sunt missae[63] et desultores[64] misit Potitus Messalla[45]. | (155) Edictumque propositum est in haec verba:

XVvir. s. f. dic.: |

(156) Ludos, quos honorarios dierum VII adiecimus ludis sollemnibus[65], committimus nonis Iun. Latinos in theatro | (157) ligneo quod est ad Tiberim h.[66] II, Graecos thymelicos[67] in theatro Pompei h. III, Graecos asti[*cos*[67] *i*]n thea[*tro quod est*] | (158) in circo Flaminio[68] h. I[*III*]. |

(159) Intermisso die qui fuit p[*rid. non. Iun.* . . . .] | (160) nonis Iun. ludi sunt com[*missi* . . . . *Latini in*] | (161) theatro ligneo, Graeci thy[*melici in theatro Pompei, Graeci astici in theatro quod est in circo Flaminio*]. |

(162) A. d. III eid. Iun. edictum propo[*situm est in haec verba: XVviri s. f. dicunt:*] (163) pr. eid. Iun. venationem dabim[*us*[69] *in* . . . *et ludos circenses committemus* . . . .].

(164) Pr. eid. pompa praelata puer[*i*][70] . . . . |
(165) M. Agrippa quadrigas [*misit*[71] . . . . . |

(166) Haec omnia peracta sunt XV[*viris s. f. imp. Caesare Augusto, M. Agrippa,* . . . .] | (167) Cn. Pompeio[72], C. Stolone, C. S . . . ., | (168) */ / / / / / / / /*[73], M. Mar[*cello*] . . . .

*Cippi ingentis fragmenta rep. Romae in campo Martio prope pontem Aelium, pleraque anno 1890 (ad pontem novum Vittorio Emanuele, ubi iam dicitur via Civitavecchia), unum (pertinens ad v. 51—66) iam saec. XVI (Eph. ep. 8 p. 227 seq. descr. Barnabei Vaglieri Huelsen, hic denuo edidit CIL. VI 32323). Supplevit quantum fieri potuit et illustravit Mommsen Monumenti antichi pubbl. per cura della R. Accad. dei Lincei I p. 618 seq., eph. ep. l. c., unde pleraque desumpsi quae sequuntur. — *) Omisi praecedentium 89 versuum reliquias quae extant nimis laceras (praeterea non pauci sine ullis reliquiis periisse putandi sunt), quibus multa enarrata erant, quae ad praeparationem sacrorum spectabant. —* 1) *Significatur*

nox quae insecuta est diem pridie kal. Iun. (31 Mai.), qui dies versu praecedente memoratur, quaeque praecessit diem kalendarum Iuniarum. — 2) Ἐν πεδίῳ παρὰ Θύμβριδος ἄπλετον ὕδωρ, ὅππῃ στεινότατον *sacrificia illa nocturna peragenda esse praeceperat Sibylla (vide not. 6). Etiam antiquiores ludi saeculares celebrabantur ad Tiberim in campo Martio loco qui dicebatur Tarentum (Valer. Max. 2, 4, 5).* — 3) *Haec suppleta ex iis quae sequuntur.* — 4) *Hostias prodigivas sive prodiguas Festus p. 250 ait esse eas quae consumantur. Et narrat Zosimus 2, 5 prima nocte sacri saecularis* ὁλόκαυστα *esse Moeris oblata.* — 5) *Sacra haec, iussu Sibyllae (cf. infra not. 6) ut credebatur instituta, Achivo sive Graeco ritu fieri consentaneum est. Cf. haec quae supersunt in similibus actis aetatis Severianae ex enarratione sacri diei secundi:* immol[*avit I*]unoni Reginae vaccam alb. Graeco Achivo rit[*u*] *(VI 32329 = Eph. ep. 8 p. 287 v. 6). Item* Ἀχαϊστὶ *sacra fieri iubentur in oraculo Sibyllino de androgyno ap. Phlegontem mir. fr. 39 (Müller fr. h. Gr. III p. 620) v. 16. Cf. Diels sibyll. Blätter p. 55.* — 6) *Sacra haec trium noctium triumque dierum, quae iam enarrantur, perscripta repperērunt Augustus quique ei a consilio fuerunt in carmine quodam quod Sibyllae vaticinium credebatur; quod carmen ad nos quoque pervenit, insertum a Phlegonte libro de macrobiis servatumque inter excerpta librorum Phlegontis in codice Palatino (Müller fr. hist. Gr. III p. 611), praeterea relatum a Zosimo 2, 6 (cf. Diels sibyll. Blätter p. 133 seq.). Ad primum autem hoc nocturnum sacrificium, quod Moeris factum est ovibus et capris feminis, spectant ex praecepto Sibyllae v. 4—8:* θεοῖσι μὲν ἀθανάτοισιν ῥέζειν ἐν πεδίῳ παρα Θύβριδος ἄπλετον ὕδωρ, ὅππη στεινότατον, νὺξ ἡνίκα γαῖαν ἐπέλθῃ, ἠελίου κρύψαντος ἑὸν φάος· ἔνθα σὺ ῥέζειν ἱερὰ παντογόνοις Μοίραις ἄρνας τε καὶ αἶγας. *Deas illas Moeras Latino nomine Parcas appellat in carmine quod biduo post cantatum est Horatius v. 25.* — 7) *Illi libri, scilicet Sibyllini.* — 8) *Hoc suppletum ex v. 105. 141.* — 9) *Supplevit Mommsen usus potissimum iis quae ex precatione matronarum CX ad Iunonem supersunt tam in his actis (v. 127 seq.) quam in similibus actis aetatis Severianae (cf. not. 34).* — 10) *Pro collegio quindecimvirum ab Augusto et Agrippa ludos saeculares factos esse ipse Augustus narrat mon. Ancyr. 4, 36.* — 11) *Cf. infra not. 17.* — 12) *Macte vocabulum pro adverbio usurpatum, cf. Mommsen p. 266. Ceterum persimiles sunt precationes relatae a Catone de re r. 139. 141.* — 13) *Post sacrificium Moeris peractum statim principium habebant ludi; eos per noctes diesque tres intermissos non esse legitur v. 109; ita autem factum esse videtur propter verba oraculi v. 33—35:* ἤμασι δ᾽ ἔστω νυξί τ᾽ ἐπασσυτέρῃσι.... παμπληθὴς ἄγυρις. — 14) *Ludi primae noctis facti sunt more vetusto (cf. Mommsen p. 270 not. 6) in scaena sine spectaculis. Zosimus 2, 5* κατασκευασθείσης σκηνῆς δίχα θεατροῦ. *Cf. not. 21.* — 15) *Horum sellisterniorum a centum et decem matronis factorum nulla mentio in oraculo Sibyllae; sed cf. Valer. Max. 2, 4, 5 fin.* — 16) *Ad diurna sacrificia Iovis, Iunonis, Apollinis et Dianae, spectant ex praecepto Sibyllae v. 12 seq. Primo die Iovi immolabantur boves duo, praecipiente Sibylla:* πάνλευκοι ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν ἀγέσθων ἤματι, μηδέ τε νυκτί κτλ. — 17) *Propriae videntur dici victimae perfectae, cf. F. Schoell ap. Momms. p. 261.* — 18) *Id est: quarumcumque.* — 19) *Vocabulum ignotum; cf. Mommsen p. 254.* — 20) *Septem tantem sacerdotes, id est tertiam vel vix tertiam partem collegii quindecimvirum adfuisse sacris diei primi apparet; de singulis sacerdotibus v. infra ad v. 150—152 not. 44—60.* — 21) *Mos vetustus sine sedilibus spectandi in primae tantum noctis ludis servabatur; inde a primo die spectabant sedentes in theatro ligneo, quod eodem loco ad Tiberim extructum est.* — 22) *Cf. not. 15.* — 23) *Cf. not. 13.* — 24) *Mirum hoc edictum de minuendo luctu propositum esse post ludos demum diei primi commissos (cf. Mommsen p. 272).* — 25) *Dicunt.* — 26) *Secunda nocte sacri-*

ficabatur Ilithyiis, de qua re ita cautum erat in oraculo Sibyllae (v. 9, cf. eph. p. 235 not. 1): ἐπὶ ταῖσι δ' Ἐλειθυίας ἀρέσασθαι παιδοτόκους θυέεσσιν, ὅπῃ θέμις. — 27) *Placentae diversi generis (cf. Mommsen p. 262).* — 28) *Mirum, unam tantum Ilithyiam invocari. Ita Horatius quoque carm. saec. v. 13 seq., qui eidem deae Lucinae et Genitalis vocabula addit. Ceterum Ilithyia cum Moeris sive Moera coniuncta reperitur iam apud Pindar. Nem. 7, 1, Ol. 6, 42; Plat. sympos. p. 206 d.* — 29) *Secundo die (2 Iun.), sacrificabatur Iunoni, in Capitolio, ut die qui praecessit Iovi.* — 30) *Victimis immolatis matronae CX Iunonem invocaverunt, ut est in oraculo Sibyllae v. 23 seq.: αἱ δὲ γάμον ζεύγλαισι δεδμημέναι ἤματι κείνῳ γνὺξ Ἥρης παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι δαίμονα λισσέσθωσαν. In similibus actis aetatis Severianae ex his CX matronarum precibus supersunt haec:* Iuno Regina! ast quid est [*quod melius*] siet p. R. . . *et postea* uti tu im[*peri*]um maiestatem[*que p. R. Q. du*]elli domique auxis utique semper Latinu[*m nomen*] . . . *et rursus post hiatum:* [*faveasque*] p. R. Q. legionibu[*sque*] p. R. Q. remque publicam p. R. Q. salvam serve[s] . . . faxis sisque volens propitia p. [*R. Q.*] *cet. (VI 32329 = Eph. ep. 8 p. 287 v. 10 seq.).* — 31) *Caesare absente (cf. ad v. 132 not. 35), matronis videtur verba praeisse M. Agrippa (Wiss.).* — 32) *Ast hoc loco idem valet atque: si; cf. Schoell leg. XII tabb. reliq. p. 110; Mommsen eph. l. c. p. 266 not. 3, praeterea supra N. 5032 not. 2.* — 33) *Id est γνύξ, quod erat in oraculo. Repraesentantur matronae genibus nixae in uno ex nummis quos a. u. c. 841, p. Chr. 88 cum saecularia ederet Domitianus memoriae causa cudi iussit, cf. Dressel eph. ep. 8 p. 713 n. 8 cum imagine tab. I fig. 8.* — 34) *Haec suppleta ex actis Severianis (cf. not. 30).* — 35) *Inde quod primo loco ponitur M. Agrippae nomen, apparet Caesarem abiisse.* — 36) *Cf. v. 108 seq. (lapide fracto non apparet num verba integra sint).* — 37) *Ad tertium hoc nocturnum sacrificium Terrae spectant quae in carmine Sibyllae subsequuntur praeceptum de sacro Ilithyiarum: αὖθι δὲ Γαίῃ πληθομένη χοίροις ὗς (i. e. sus gravida sive plena) ἱρεύοιτο μέλαινα. Zosimus Moeris et Ilithyiis, deinde Δημητρὶ sacrificatum esse narrat. Item de hac sacrorum parte cogitavit Horatius carm. saec. v. 29 seq.: fertilis frugum pecorisque Tellus spicea donet Cererem corona.* — 38) *De sue plena cf. not. 37.* — 39) *Tertio die (3 Iun.) sacrificabatur Apollini et Dianae. Apollinis tantum sacrum praeceperat Sibylla v. 16 seq.: καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων, ὅστε καὶ ἠέλιος κικλήσκεται, ἶσα δεδέχθω θύματα Λητοΐδης (vel potius θύματ' Ἐλειθυίῃσιν, ut emendavit Wilamowitz ap. Mommsenum l. c. p. 263 cf. Herm. 27, 649).* — 40) *Apparet Apollini (item Dianae) non victimas immolatas esse sed placentas oblatas plane item ut Ilithyiis (unde recte Wilamowitzius verba oraculi emendavit, cf. not. 39).* — 41) *Haec ita praeceperat Sibylla v. 18 seq.: καὶ ἀειδόμενοι τε Λατῖνοι παιᾶνες κούροις κούρῃσί τε νηὸν ἔχοιεν ἀθανάτων· χωρὶς δὲ κόραι χορὸν αὐταὶ ἔχοιεν καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς, ἀλλὰ γονήων πάντες ζωόντων, οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη. Numerum puerorum et puellarum non definiverat Sibylla; habet eum numerum Zosimus in enarratione sacri.* — 42) *Mommsen (p. 256/7) non repetitum esse carmen putat in Capitolio, sed cantatum a pueris puellisque sollemni pompa ex Palatio in Capitolium pergentibus atque inde redeuntibus ad aedem Apollinis Palatinam (contradixit Vahlen Sitzungsber. der Akad. 1892 p. 1017—1020). Cf. Wissowa Saecularfeier des Augustus (Marb. 1894) p. 22 not. 13.* — 43) *Carmen quod extat.* — 44) *Videtur esse Q. Aemilius Lepidus consul a. 733.* — 45) *M. Valerius Messalla Potitus, consul ut videtur a. 722 (cf. Prosopogr. Imp. Rom. s. v.).* — 46) *C. Licinius Stolo.* — 47) *C. Mucius Scaevola, praeterea ignotus.* — 48) *Consul ut videtur a. 722, cf. supra N. 934 not. 2.* — 49) *C. Norbanus Flaccus aut is qui consul fuit a. 716, aut is qui a. 730.* — 50) *Videtur M. Cocceius Nerva consul a. 716.* — 51) *Consul a. 733.* — 52) *C. Sentius Saturninus cos. a. 735; idem ipso anno 737,*

cum ludi saeculares ederentur, magister erat quindecimvirorum sacris faciundis (fast. Capit., CIL. I ed. 2 p. 29). — 53) *M. Fufius Strigo, magister collegii tunc temporis (fast. Cap., cf. not. 52).* — 54) *Consul a. 732.* — 55) *C. Asinius Gallus consul a. 746, cf. not. 73.* — 56) *M. Claudius Marcellus Aeserninus, magister collegii tunc temporis (fast. Cap., cf. not. 52), cos. ord. a. 732.* — 57) *D. Laelius Balbus, magister collegii tunc temporis, consul ord. a. 748.* — 58) *Videtur esse Q. Aelius Tubero, consul ord. a. 743.* — 59) *C. Caninius Rebilus cos. ord. a. 742.* — 60) *M. Valerius Messalla Messallinus cos. a. 751 (cf. Prosopogr. III p. 369). Habemus hic undeviginti quindecimviros qui adfuerunt sacris diei tertii; sed praeterea in his actis memorantur L. Censorinus (v. 44) et Cn. Pompeius (v. 167 cf. not. 72), ut collegium quindecimvirum a. 737 habuerit sacerdotes viginti unum (vel etiam plures).* — 61) *Periit numerus horae diei.* — 62) *Cf. supra v. 108.* — 63) *Post ludos scaenicos solito more edebantur circenses, atque ut illarum causa theatrum ligneum extructum erat, ita 'ut quadrigae mitterentur' circi imago adumbrata est metis positis.* — 64) *De desultoribus cf. Friedländer ap. Marquardt Staatsv. III[2] p. 524.* — 65) *Ludis sollemnibus trium noctium triumque dierum sua sponte quindecimviri sacris faciundis addiderunt alios ludos per dies septem (5—11 Iun.), honorarios dictos; cf. Mommsen p. 269.* — 66) *Hora.* — 67) *De thymelicis et asticis ludis cf. Mommsen p. 270.* — 68) *Intellegitur theatrum dictum Marcelli, coeptum iam a Caesare dictatore, dedicatum ab Augusto aliquot demum annis post hos ludos (Momms. ad mon. Ancyr. 4, 22).* — 69) *Ludis scaenicis honorariis quindecimviri adiecerunt d. 12 Iun. venationes, itemque ut videtur ludos circenses (cf. not. 71).* — 70) *De pueris Troiam ludentibus cogitavit Premerstein Festschr. f. Benndorf p. 262 not. 1.* — 71) *Circenses hi videntur esse subsecuti venationem.* — 72) *Videtur is qui consul suffectus fuerat a. 723.* — 73) *Erasum videtur nomen Asinii Galli quindecimviri (de qua erasione cf. supra N. 97. 165), quod tamen illaesum mansit v. 107 et v. 151.*

Ex actis sacrorum saecularium celebratorum anno p. Chr. 204.

5050[a] ... [*a. d.*] XVII kal. Ma[*ias*[1] ... *de epistula*] ab impp. missa act.[2] in haec verb[*a*]: Im[*p. Caes.* | *L. Septimius Severus et imp. Caes. M. Aurellius Ant*]oninus Pii Augg. XVvir. co[*lleg*]is sa[*lutem*]. Si vobis videtur, VIII kal. Iun. pro[*xi*]mas conven[*ite in Palatio in aede Apollinis* | *ad sortiendum qui quibus locis in tribunalibus suffime*]nta populo distribuere debeant.[3] Valete, c[*oll*]egae carissimi nobis. Pompeius Rusonianus[4] m[*ag.*[5] *legit. Imp. Caes.* | *L. Septimius Severus et imp. Caes. M. Aurellius Anto*]ninus Pii Augg. XVvir. collegis salutem. Si de is diebus ac noctibus consulitis[6], quibus ludos saeculares ed[*i oportebit* .... | ...., *simul quib*]us odoribus supplicare matronae debeant, statuemus. Valete, collegae carissimi nobis. Pompeius Ruson[*ianus mag. legit*]. .... [*a. d. VIII k.*][7] Iun. in Palatio in aede Apollinis collegium convenit ad sortiendum, qui quibus locis in tribunalibus su[*ffimenta populo distribuere deberent*]. | Sub ..... [*Adfuerunt imp. Caes. L. Sep*]timius Severus Pius Pertinax Aug. Arab. Adiab. Parth. max. et imp. Caes. M. Aurellius Antoninus Pius Aug., [*Noni*]|us M[*ucianus?*[8], ... *Poll*]ienus Auspex, Manilius Fuscus, Cocceius Vibianus, Atule-

nus Rufinus, Aiacius Modestus[9], Fabius Magnu[*s*, ... *Pompeius*] Rusonianus mag., ... [*Crescens Calpu*]rnianus[10], Cassius Pius Marcellinus quaestor desig., Ulpius Soter cós. desig., Venidius Rufus [*cura*]t. albei [*Tiberis, Fulvius*] | Granianus q. Augg. [*Sorticulis*] inspectis et in urnam missis sors[11] habita est. In Palatio in tribunali Augustorum nn. quod [*est in area aedis Apollinis*] | . . . Salvius Tuscus; applicit[*um*] . . . . [*quod es*]t ad Romam quadratam[12] Nonius Mucianus, Aiacius Modestus, Atul[*e*]nus [*Ru*]f[*i*[nus, ... [*O*|*fi*]lius Macedo; ante aedem . . . . F[*ulvius*] Fuscus, Vetina Mamertinus; ante ae[*dem* . . . *Coccei*]us Vibianus. Sortib[*us ductis*][13] . . . .

Cippi ingentis frustula plus centum, reperta una cum fragmentis quae praecedunt, descripserunt et composuerunt quantum fieri potuit Vaglieri et Huelsen: ego unum tantum locum selegi minus lacerum quam reliqua (VI 32327 = Eph. ep. 8 p. 282 = Monumenti dei Lincei 1 p. 610 tab. D). — Ludos saeculares a. 204 editos memorant Censorinus de die nat. 17, Herod. 3, 8, 10, Zosim. 2, 4, praeterea nummi complures (cf. Mommsen eph. ep. p. 274). — 1) *15 Apr., id est aliquantum ante ludos, qui etiam a. 204 videntur celebrati esse initio mensis Iunii (cf. Mommsen eph. ep. 8 p. 253 not. 1).* — 2) *Actum, scilicet in collegio quindecimvirum.* — 3) *Suffimenta distribuebantur, propter haec verba vaticinii Sibyllini (cf. N. 5050 not. 6) v. 25: ἅπασι δὲ λύματα δοῦναι ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξί, μάλιστα δὲ θηλυτέρῃσιν. Cf. Zosim. 2, 5: κατὰ δὲ τὴν ὥραν τοῦ θέρους, πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων τοῦ τὴν θεωρίαν ἀχθῆναι, ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ ἐν τῷ νεῷ τῷ κατὰ τὸ Παλάτιον οἱ δεκαπέντε ἄνδρες ἐπὶ βήματος καθήμενοι τῷ δήμῳ διανέμουσι τὰ καθάρσια. ταῦτα δέ ἐστιν δᾷδες καὶ θεῖον καὶ ἄσφαλτον. Etiam in reliquiis actorum anni u. c. 737 huius rei memoria superest (cf. Mommsen eph. ep. 8 p. 249).* — 4) *Cf. supra N. 4118.* — 5) *Magister.* — 6) *Cf. Mommsen eph. ep. 8 p. 297 fin.* — 7) *Dies suppletus ex praecedentibus.* — 8) *Cf. supra N. 1148.* — 9) *Cf. N. 433 fin.* — 10) *Cf. N. 1151.* — 11) *Idem quod sortitio.* — 12) *De Roma quadrata cf. Becker Top. p. 105; Huelsen Roem. Mitth. 1896 p. 204.* — 13) *Sortitionem secuta est die proximo ipsa suffimentorum distributio; ad quam pertinent ex actorum horum reliquiis haec:* [*a. d.*] VII kal. Iun. impp. Severus et A[*ntoninus* . . . . . . *in Palatio*] in area aedis Apollinis, ubi cu[*m a*]dscendissen[*t* . . . . .] suffimenta dederunt . . . . . . [*equestri ordi*]ni et plebei populoque Roma[*no. I*]bi relictis . . . . . . [*Ulpio Sote*]re cos. designato, Pollieno [*Auspice*] . . . . . | ceteri XVviri praetextati [*que*]m quisq[*ue locum sortitus est* . . ., ... *in tribunal ascenderu*]nt et suffimenta populo div[*iserunt* . . . . | *S*]everus et Antoninus Au[*gg. nn.*] . . . . eoru[*m*] . . . . . et suff[*imenta*] . . . | . . ant suffimenta divi[*serunt*]. *Anno u. c. 737 suffimentorum distributioni videntur destinati fuisse dies VII VI V kal. Iun. (Mai. 26. 27. 28), testibus actis v. 67 (cf. Mommsen eph. ep. 8 p. 250).*

CAPVT XII.

TITVLI PERTINENTES AD LVDOS.

5051 C. Paccius C. f. . . . . | Xvir ad hastam[1], [*quaestor?*] | ludos Honoris e[*t Virtutis*[2] *fecit*]. | C. Paccius C. l. Ano[*ptes*] . . . . | [*f*]actum ex test[*a*]men[*to arbitratu C. Pacci*] | C. l. Pote . . . .

Tarracinae (X 8260 vidi). — 1) *Ita decemviri stlitibus iudicandis appellati ab hasta centumvirali; cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 608 not. 2.* — 2) *Supplementum non certum. De feriis Honoris et Virtutis urbanis cf. C. I. L. I ed. 2 p. 318*

5052 . . . Au[*g.*] . . . | [*C. C*]ercenius C. [*l.*] . . . . ., | L. Magiliu[*s L. l.*] . . . ., | T. Mercel[*lo*][1] . . . . ., | L. Tuccius Cels[*us viator*[2] *con*]sulum praet., | L. Arrunt[*ius*] L. l. Helenus, | C. Titinius C. l. Adiutor, | *(sequuntur alia nomina libertinorum sex)* | ludos Latinos et Graecos fecer. VI V IIII III pr. k. et k. Mart.[3] | et populo crustulum et mulsum dederunt, | M. Asinio Agrippa Cosso Cornelio Lentulo cos.[4]

Caere rep., est Romae (XI 3613 vidit Bormann). — 1) *De Mercellonis nomine gentilicio dixit Bormann l. c.* — 2) *Supplevit Bormann: cf. supra N. 1920. 1922.* — 3) *24 Febr. — 1 Mart.* — 4) *A. p. Chr. 25.*

5053 *1.*
Clodia A. f.
sacerdos
publica
Cereris[1] d. d.[2]

2.
Lassia M. f.
sacerdos
publica
Cereris[1] d. d.[2]

3.
A. Clodius
M. f. Pal. scriba,
magist. pag. Aug.
fel. sub.[3]

4.
A. Clodius A. f.
Men. Flaccus IIvir
i. d. ter, quinq.[4],
trib. mil. a populo.
Primo duomviratu Apollinarib. in foro pompam, | tauros, taurocentas, succursores, pontarios | paria III, pugiles catervarios[5] et pyctas, ludos | omnibus acruamatis pantomimisq. | omnibus et | Pylade[6]

5.
L. [*G*]ellius L. f.
Men. Calvos
decurio
Pompeis

et HS n. CCIↃↃ in publicum pro duomviratu. | Secundo duomviratu quinq. Apollinaribus in foro | pompam, tauros, taurarios, succursores, pugiles | catervarios[5]; poster. die solus in spectaculis athletas | par. XXX glad. par. V̄, et gladiat. par. XXXV et | venation. tauros taurocentas apros ursos | cetera venatione varia cum collega. | Tertio duomviratu ludos factione prima[7], adiectis acruamatis cum collega.

Clodia A. f. hoc monumentum sua impensa | sibi et suis.

In ruinis Pompeiorum rep. (X 1074 semel descripta saec. XVII). — 1) *Cf. N. 5344 not. 2.* — 2) *Decreto decurionum.* — 3) *Cf. N. 5198 (not. 3).* — 4) *Duovir iure dicundo ter, quinquennalis. A. Clodius Flaccus praeterea memoratur X 793. 890; ex X 890 elucet eum tertio duovirum fuisse anno a. u. c. 751/2.* — 5) *Cf. N. 5176 not.* — 6) *Cf. N. 5185. 5197.* — 7) *Cf. VIII S. 20988 v. 6 (?).*

5054 ... Veratio A. f. Pal. Severiano | equiti Róm., cur. rei p. Tegiánensíum, ádlectó in órdin. | decurión.[1], cívi amantissimó, qui cum prívilegió sacer|doti Caeninensis[2] munítus potuisset ab honórib. et muneríb. | facile excusari, praépositó amore patriae et honorem aedilitat. | laudabiliter ádministravit et diem felicissim. III id. Ian. natalis | dei patri n. venatióne pass.[3], denis bestis et IIII ferís dent.[4] et IIII paríbus | ferró dimicantib. ceteroq. honestissim. apparatu largiter exhibuit. | Ád honorem quóque duumviratus[5] ád cumulandá munera patriae | suae libenter accessit. Huic cum et populus in spectáculis adsidue | bígas statui postulasset et splendidissim. ordó meritó decrevíss., | pró insita módestia sua unius bigae honore cóntent. alterius | sumptus réi p. remisit. L. d. d. d. c. i.[6]

Neapoli in ecclesia S. Iohannis, nescio ex qua civitate (cf. not. 5. 6) eo advecta (X 3704 saepius descripta saec. XVI). — 1) *Eius civitatis in qua lapis positus fuit.* — 2) *Cf. supra N. 5012/3. De privilegiis sacerdotum cf. fr. Vat. 173ª.* — 3) *Passiva. Cf. infra N. 5186 not. 4.* — 4) *Dentatis. Cf. supra N. 399.* — 5) *Cumis cum praetores fuerint, non duumviri, lapidem Cumanum esse non crediderim.* — 6) *Locus datus decreto decurionum coloniae Iuliae (Momms.; similiter* d. d. c. I. *est in titulo X 3703 prope rudera Cumarum reperto).*

5055 ....[1] | [*curatori kalendari*] .... iani quod mera fide admi|[*nistravit eodemque tempore*] cur. Portensis kal., quod singulari | [*diligentia tractavit, l*]audabili munerario qui indulgentia[2] | [*sacra cum munus ex*]hibuit, illut meruit optando quod volui[*t* | *et universis civibus e*]ditionem gratissimam reddidit, quod die|[*bus .... populum per multa*]s horas theatri voluptas tenuit et hilaris | [*totus in harenam inde a m*]eridie transiit; in qua miratus honestissimum | [*apparatum instructum omni*] genere herbariarum et numerosas orientales | [*bestias versatusque inde a*] meridie in utriusque caveis varis missionibus | [*delectatus est*[3], *idemque ex*

indulg]entia sacra specialiter meruit at cultum | [*epulum instructumque a*]mplissimo apparatu cives suos universos | [*ut vocaret. Cui cum populus propter*] voluptates honeste exhibitas ad augendam | [*optimi viri honorificentiam frequ*]entissimis vocibus bigas centuriatim | [*postulasset, motus verec*]undia quod esset duabus bigiis *(sic)* et equestrib. | [*statuis tribus*(?) *iam donatus*] . . . .

Panormi (X 7295 vidit Mommsen). — 1) *Initio, item in fine multa perierunt, cum ex tribus saxis iuxta positis medium tantum supersit (idque imminutum).* — 2) *Cf. N. 5062 not. 6.* — 3) *Haec, ut et pleraque reliqua supplevit Mommsen.*

5056 L. Vibius Severus | aedilis, IIIIvir qq.[1], | splendidus eq. | Romanus, patro|nus civitatis Supe|raequanorum, item | patronus civitatis | Anxatium Frentanor | et Peltuinatium Vestin. | Hic ob honorem aedilita|tis L. Vibi Ru[*ti*]li[2] fili sui | eq. R. at deam Pelinam pri|mus huic loco venatio|nem edidit, deinceps ludos | sol[*l*]emnes. L. Vibius Nepos | filius, aed., IIIIvir. iur. d., eq. R., | patronus civitatis, ob | nomen fratris sui ti|tulum publice dica|vit Aureliano Aug. | et Basso II cos.[3], XVI kal. Iun.

In agro Paelignorum loco dicto Secinaro (IX 3314 ter descripta saeculis superioribus). — 1) *Quattuorvir quinquennalis (Corfinii ut videtur).* — 2) *Cognomen incertum.* — 3) *A. 271.*

5057 T. Anchario T. f. Pal. Prisco aedil., quaest., IIvir., quaest. alimentorum. Huic primo IIvir. biga posita ob eximias liberalitates et abundantissimas in exemplum largitiones et quod ex indulgentia Aug.[1] octies spectaculum gladiator. ediderit, amplius ludos Florales[2]. Ob haec merita plebs urbana . . . .[3] Cuius dedicatione T. Ancharius Priscianus filius aedilis, quaestor, adsedente patre gladiatorum paria decem ad[*i*]ecta venatione legitima edidit. L. d. d. d.

Pisauri (XI 6357 = Orell. 2545 semel descripta saec. XV). Versuum divisio incerta est. — 1) *Cf. N. 5062 not. 6.* — 2) *Similiter Cirtae magistratus quidam et alia civibus suis praestitit et* diem ludorum Floralium *(VIII 6958). Cf. etiam Hettner Westd. Korrespondenzbl. 1890 p. 247 ad titulum agri Treverorum infra editum. De ludis Floralibus urbanis cf. C. I. L. I ed. 2 p. 317.* — 3) *Lacuna significata erat in apographo.*

5058 L. Egnatio Invento | patri L. Egnati Polli | Rufi, honorati equo p. | ab imperatorib. Antonino | et Vero Aug. | Hic obliterato muneris spectac.[1] | impetrata editione ab innulgen.[2] *(sic)* | max. principis diem gladiatorum | et omne apparatum pecunia sua | edidit. | Coloni et incolae | ob munificentiam eius. | L. d. d. d. *(In latere)* [*e*]ditum XII k. April. Claro et Cetego cos.[3] *(infra: amphitheatrum, cuius apparent gradus, fenestrae, portae; intus gladiatores duo pugnantes). (In altero latere duo gladiatores pugnantes.)*

Rocca Rainola prope Abellam Campaniae, iam Abellae (X 1211 vidit Mommsen). — 1) *Spectaculo (intellege, cum spectaculum, ut est X 5298, vetustate temporum oblitteratum esset).* — 2) *Indulgentia. Cf. N. 5062 not. 6.* — 3) *A. 170.*

5059 L. Fadio Piero IIviro, | munificentissimo civi, | qui ob honorem decur.[1] | eodem anno quo factus est | glad.[2] paria XXX et venationem | bestiarum Africanar., et post | paucos menses duumviratu | suo, acceptis a re p. XIII [*m.*] n.[3] venation. | plenas et gladiatorum paria XXI dedit, | item post annum ludos scaenicos p. s. f.[4] | Augustales | l. d. d. d.

Allifis (IX 2350 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Decurionatus.* — 2) *Gladiatorum.* — 3) XIIIX *apographa pleraque.* — 4) *Pecunia sua fecit.*

Ex titulo simili, qui fortasse eidem homini positus fuit, superest IX 2351.

5060 Titio Fabio Severo[1] | patrono coloniae, ob me|rita eius domi forisque | et quod primus omnium | editorum sum[*ptu pr*]oprio | quinque fer[*as Libyc*]as[2] | cum familia [*glad.*] ...... ria|norum et adpa[*ratu*] mag|nifico dederit, ordo | civesque libentissime | statuam tribuerunt.

Telesiae in Samnio (IX 2237 vidit Mommsen). — 1) *Cf. infra N. 5507.* — 2) feras Libycas *qui vidit saec. XVIII Mazoch., vix ex lapide (Momms.).*

5061 Acerio Firmio Leontio primario viro et editori muneris sui cum ferarum Lib[*y*]carum, qui vixit ann. XXX, dignissimo filio consacraberunt.

Salerni (X 539 semel descripta saec. XV). Versuum divisio incerta.

5062 P. Baebio P. f. | Ter. Iusto. Huic | splendidiss. ordo | stat. ponend. cens., omnib. | honorib. in re publ. funct., | quod et in sing.[1] et univers. | aequal. semp. reverentiam | praebuit, et quod munus glad.[2] post | honor. IIvir.[3] [*spl*]e[*n*]didiss.[4] postul. populo q.[5] | process. editio celebrata est, | ex indulg.[6] paria tria cum ursis [et][7] | herban.[8] liventer susceperint.[9] Is ob | dedic. statuae dec. sing. X tern.[10] ded. | [*L.*] d. d. d. *(In latere dextro)* Hic Mint. diebus IIII | edidit paria XI, | ex his occid. gla. | prim. Camp.[11] XI, ur|sos quoque crudel. | occid. X. Quod ipsi | meminist., cives | optimi, herban. univers. in dies | sing. occidit | quaternos. *(In latere sin.)* ded. kal. Aug. Aemiliano II et | Aquilino cos.[12]

Minturnis rep. a. 1787 (X 6012 semel ut videtur descripta). — 1) *Singulos.* — 2) *Gladiatorium.* — 3) *Post honorem duoviratus.* — 4) Edidiss. *traditur.* — 5) *Quando (Momms.).* — 6) *Indulgentia, sc. principis. Cf. Momms. eph. ep. 7 p. 400 not. 3.* — 7) *Traditur* II. — 8) *Herbanis, sc. bestiis. Plerumque dicuntur herbaticae (supra N. 399; vit. Probi 19) vel herbariae (N. 5055. 5159).* — 9) *Scr.* susceperit. — 10) *Decurionibus singulis denarios ternos.* — 11) *Gladiatores primarios Campaniae (victores Campaniae supra N. 1401).* — 12) *A. 249.*

5063 C. Pausculano | C. f. Quir. | Maximo | aedili | quinq., praef. | iuris dic.[1], quaestori | alim.[2], flaminali Aug. | Hic ob honorem quin.[3] | spectaculum glad. triduo | dedit et noxeos quattor *(sic)*; | item annonae curator. | Vix an. XXXIIII dies IIII. | C. Pausculanus Rufus | filio karissimo | p. *(Quae sequuntur postea in lapide adiecta.)* Hic monumentum emtori | non cedet, sic ut liciat itum | aditum ambitum mihi posteris|que meis. In agro p. LXX, in fronte p. XII.

Caporciani inter Aquilam et Sulmonem, videtur pertinuisse ad Peltuinum Vestinorum (IX 3437 vidit Dressel). — 1) *Aedili quinquennali praefecto iuris dicundi, sc. Peltuini.* — 2) *Alimentorum.* — 3) *Quinquennalitatis.*

5063ᵃ dis manibus | M. Rutili Macedo|nis curatoris ark.[1] | Puteolanor., aedil., | IIvir., edente . . Be|neventi exornato[2] | munere diebus IIII | feris n. IIII, ursis XVI | noxeis IIII et ceteris | herbariis. | Licinia Marcella ma|rito karissimo, ex quo | et liberos IIII enixa est; | cum quo vixit annis | XVIII, ob obsequium | omnem erga ipsam | qua ac vixit[3], bene me|renti fecit.

Prope Paduli, non longe a Benevento (Meomartini Notizie degli scavi 1899 p. 149). — 1) *Arcae.* — 2) *Haec si recte excepta sunt, confusa sunt culpa quadratarii.* — 3) *Debuit esse* quoad vixit.

5064 . . . . . [*testame*]nto suo dedit, ex quorum r[*editu* | *munus gladiatori*]um colonis Auximatibus dar[*etur, ad quod*] . . . m paria sena alternis annis emere[*ntur,* | *quae*] | . . . . [*a. d.*] . . k. Iunias Auxumi pugnarent, qui . . . . . | . . . quotannis eoque consumeret[*ur*] . . .

Auximi (IX 5854 vidit Mommsen).

5065 . . . . [*eosque iubeo pecuniam post eas*] | divisiones reliquam consentiente pleb. | in munus gladiatorium [*e*]t saepta lignea | inpendere, ita ut dedicat[*i*]one statuae | imp. Antonini Aug. Pii p. p. edi[*t*]io inchoetur | et eodem die omnibus ann[*i*]s celebretur, | dum ea quae legibus plebisve scitis | senatusque consultis cauta compre|hensaque sunt serventur.

Prope Saluzzo rep., est Taurinis (V 7637 vidit Mommsen).

5066 d. m. s. | A. Vibbio Ianuario | Claudiali Augustali, | cur. muneris diei un|us[1], Aulis Vibbis[2] | Iustinus | Iustianus | Ianuarius | filis[2] patri bene m. p.

Beneventi (I 1541ᵇ. IX 1705 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Scr.* unius. — 2) *Nota pluralem vetustum.*

5067 P. Veidius P. l. Philocles Augustal. | Beneventi, gladiator. D[1] dedit. | Hoc monumentum memoriae | caussa sibi et suis faciundum cur., | P. Veidio P. l. Philodamo fratri et | Variae Primae uxori et | P. Veidio P. l. Philotimo fratri et | Veidiae P. l. matri.

Beneventi (IX 1703 descr. saec. XVI Accursius). — 1) *Gladiatores quingentos.*

5068 idem basilicam, in qua tabul.[1] muneris ab eo editi posit. | sunt, consummavit, ludos palmares ob dedicati|onem earum nomine Euploeae[3] suae exhibuit, porticum | omni ornatu elegantiae, in qua editio primi lustri | muneris quinquennal. munificentia principali | continetur, ex voluntate Euploeae suae fecit.

Beneventi (IX 1666 aliquoties descripta saec. XV. XVII). — 1) *Tabulae.* — 2) *Gladiatoria munera pingi solebant atque in publico exponi, cf. Plin. h. n. 35, 52.* — 3) *Nomen uxoris eius qui titulum posuit.*

5069 Fortunae Aug. | sacr. | Annius Primitivus, | ob honorem | IIIIIIvir.[1] sui | edito barcarum | certamine et | pugilum, sportulis | etiam civibus | datis | d. s. p. d. d.

Tavirae in ora Lusitaniae, ubi fuit Balsa (II 13 p. 785 Huebner vidit ectypum). — 1) *Seviratus.*

5070 C. Albucio C. f. | Ser. Firmo aed., | IIvir., qui pecuni|am destinavit per | testamentum at | certamen gymnicum | quod annis [*f*]acien|dum diebus festis | Lunae. | D. d.

Antiochiae in Pisidia (III S. 6829 Mommsen vidit ectypum).

5071 Mensur.[1] | P. Ligario, Maximi Ligari fil., Potito | decurioni et magistrato annuali ci|vitatis suae Goritanae, qui ex sua li|beralitate rei publ. suae IS IIII mil. | n̄. inferenda repromisit, ut ex eius | summae reditum *(sic)* id est usurae X LX[2] | die XVI kal. Ian. natalis[3] eius pugili|bus et gymnasio, itemque decurio|nibus epulo, suo quoque anno in per|petuum ab eadem re p. insumerentur. | P. Ligarius Securus ob debitam patri | pietatem posuit. L. d. d. d.

In Africa, loco dicto Henchir Drâa-el-Gamra, ubi fuit civitas Goritana (VIII S. 12421 ad ectypum accurate ut videtur a Carolo Tissot descripta). — 1) *Videtur esse Ligarii signum.* — 2) *Denarii sexaginta (sestert. 240) sunt usurae semisses sestertium quattuor milium nummum.* — 3) *Scr.* natali. — Dies gymnas. *ex testamento alicuius instituti recensentur in t. Thevestino VIII 1859.*

5072 . . . . | [*ob honorem*] flamoni [*ex*] | [*summa h*]onoraria SS II m. n. | [*promis*]erat, multiplicata pec|[*unia*] d. d. et ob dedicationem | sportulas decurionib. eisdem|que et universo populo epu|lum et gymnasium dedit | itemque spectaculum pugi|lum et aurigarum et ludo|rum scaenicorum edidit.

In Africa loco dicto Henchir-esch-Schorr (VIII S. 11998 Schmidt vidit ectypum).

5073 Agenti[1]. | Apollini Aug. sac. | D. Fundanius Pap. Primianus, Fundani | Felicis aedilici fil., Fundani Primi fl. p.[2] nepos, | aedilis, ob honorem aedilitatis quem ei ordo | suus suffragio decrevit, hanc statuam, imita|tus patris exemplum, ex HS VIII millibus n̄. sua li|beralitate numerata prius a se rei publicae | summa honoraria posuit eandemque dedica|vit et ob dedicationem simul cum Annio Memmi|ano collega suo ludos scaenicos et gymnasi|um populo et aepulas decurionib. dedit. L. d. d. d.

In Africa loco dicto Henschir Mscherga, ubi fuit Giufi (VIII 858 vidit Wilmanns). — 1) *Agnomen (signum) Primiani.* — 2) *Flaminis perpetui.*

5074 Marti Aug., protectori d. n. | imp. Caes. M. Antoni Gordiani Pii Felicis | Aug. p. m., tr. pot. II[1], cos., p. p., | Q. Calvius Rufinus

aedilis, sumptu suo et T. Aeli Anni Litori quondam | collegae sui, ob honorem aedilitatis | in compensatione[2] missiliorum commu|ni pecunia fecerunt, dedicante | Calvio Rufino aedile, ob cuius statu[*ae*] | dedicationem idem Rufinus de suo | eti[*a*]m spectaculum pugilum et gymnasium | exhibuit. L. d. d. d.

Zaghuan, non longe a Tunete, iam Algerii (VIII 895. VIII S. 12425 vidit Schmidt). — 1) *A. 239.* — 2) *Compensationem. Videtur mos ibi fuisse vel adeo lex, ut aediles missilia ederent (cf. N. 5075 seq.); quorum loco aediles illi communi pecunia signum Martis dedicaverunt.*

5075 C. Egna[*ti*]o C. fil. | Papiria [*Fe*]lici, aedi|li innocentissimo, | amici ob m[*er*]itum. Ob cu|ius dedicationem idem | Egnatius praeter gymna|sium et missilia quae aedi|les edere solent diem sacri | Liberaliorum auxit et omni in|pensa sua eum civib. universis | exibuit, amplius etiam ludos sceni|cos edidit et ep[*u*]lum populo dedit. | L. d. d. d.

In ruderibus Vallitanis in provincia Africa proconsulari (VIII S. 14783 vidit Cagnat).

5076 Ti. Aprario Felici Q. fil. | Papiria Parato, aedili|cio, fl. perp., bono viro, a|matori et alumno municip. | sui, ob incomparabilem | missilium in honorem aedilitatis editionem mag|namq. etiam operis sep|tizodi[1] nudae liberalitatis[2] | exstructionem, populus | aere conlato posuit. L. d. d. d.

Henchir Bedd in Africa (VIII S. 14372 vidit Cagnat). — 1) *Septizodia (sic etiam in codicibus veteribus non raro scriptum) sive septizonia praeterea nota sunt Romanum (vit. Sever. 19, 5. 24, 3, cet.; cf. Huelsen das Septizonium des Septimius Severus, Berol. 1886) et Lambaesitanum (VIII 2657; vide infra inter titulos operum publicorum).* — 2) *Nuda liberalitas dicitur ad quam praestandam nulla necessitate legitima, nimirum honore accepto, obstrictus fuit.*

5077 Genio coloniae | Veneriae Rusicadis | Aug. sacr. | M. Aemilius Ballator | praeter HS $\overline{X}$ $\overline{n}$., quae in | opus cultumve theatri | postulante populo de|dit, statuas duas, Geni|um patriae n. et Anno|nae sacrae urbis, sua | pecunia posuit, ad | quarum dedicatio|nem diem ludorum | cum missilibus[1] edidit. | L. d. d. d.

Rusicade (Philippeville), nunc Parisiis (VIII 7960 vidit Wilmanns). — 1) *Ludi scaenici cum missilibus memorantur supra N. 2933 et in aliis titulis Africanis.*

5078 Aureliae Lai|di Aug. libertae, | M. Aurelius M. f. | Pal. Aurelianus | matri piissimae | loco ab ord. concesso | dedit dedicavitq., | ob quam dedic. dec. | et eq. R.[1] victoriat. ter|nos sportulas dis|tribuit et ludos cir|censes populo | exhibuit.

Saldis (Bougie) in ora Mauretaniae (VIII 8938 vidit Wilmanns). — 1) *Decurionibus et equitibus Romanis.*

5079 Colonia Patric.[1] | L. Iunius P. f. Serg. Paulinus pontif., flamen perpet., IIvir c. c. Pat.[2], flam. provinc. | Baet., edito ob hono-

rem flaminatus munere gladiatorio et duabus lusionib.[3], | statuas quas ob honores coniunctos promiserat, ex HS CCCC posuit et factis circiens. ded.

Cordubae (II S. 5523 vidit Huebner). — 1) *Cognomen hoc coloniae Cordubae memorat Plinius h. n. 3, 10; cf. Huebner C. I. L. II p. 306. Similiter nomen oppidanorum titulo praescriptum supra N. 2709.* — 2) *Duovir colonorum coloniae Patriciae.* — 3) lussionib. *primus editor, non recte.*

5080 Pietati Aug. | L. Lucretius Fulvianus flamen | col. immunium provinciae | Baetic., pontifex perpetuus | domus Aug., t. p. i.[1] ex arg. p.[2] | ob honor. pontificatus. | Lucr. L. f. Campana flam. perp. do|mus Aug., editis ad dedicationem | scaenicis ludis per quadriduum | et circensibus et epulo diviso posuit. | Huic dono Lucr. Campana amplius nomine suo coronam | auream adiunxit[3]. | D. d. d. *(In latere)* | dedic. kal. Iun. . . . . , | cos.

Tucci (Martos) in Baetica (II 1663 vidit Huebner). — 1) *Testamento poni iussit.* — 2) *Numerum deesse apparet.* — 3) *Haec postea litteris minoribus inserta.*

5080[a] L. Iunio L. f. M. n. L. | pron. Gal. Rufo | III[*I*]vir., pont., aug., | quattuorviral[*i*] | potest. muneri[*s*] | edendi causa, | equites Roman[*i*] | aere conlato | p.

Carmone in Baetica (II 1380 vidit Huebner).

5081 Cn. Dottio, | Dotti Marylli|ni fil., Ser.[1] Planci|ano patr. col., flam., | IIvir. II qq.[2], muner. II[3] | et agonothe. perp. | certam. qq. talant.[3], | Asiarc. templ. splend. | civit. Ephes.[4], ex libe|ral. sua elect. ago|nothe. perp. ab imp. | divo Marco cer|tam. sacr. Hadria|nion[5] Ephesi, | postul. populo, | ob merit. eius, | vic. Tuscus[6]. | D. d.

Antiochiae in Pisidia (III S. 6837 Mommsen vidit ectypum). Eodem loco extant tituli gemelli (cf. not. 6) III S. 6835. 6836. — 1) *Sergia (tribu).* — 2) *Duoviro iterum quinquennali.* — 3) *Munerario (cf. infra N. 5123; Mommsen Eph. ep. 7 p. 401 not. 3) iterum.* — 3) *Agonothetae perpetuo certaminis quinquennalis talantiaei. Ἀγῶνες ταλαντιαῖοι (ita dicti a praemio quod victoribus tribuebatur) memorantur C. I. Gr. 2810. 3208. C. I. Att. III 128 fin. Greek inscr. in the Brit. Mus. III p. 233 n. DCV. Alium agonothetam habuimus supra N. 1399. Praeterea reperiuntur agonothetae in titulis Latinis V 7914. XII 410 p. 812.* — 4) *Asiarchae templorum splendidissimae civitatis Ephesiorum. Cf. Greek inscr. in the Brit. Mus. III p. 232/3 n. DCIV. DCV: ἀγωνοθετοῦντος διὰ βίου Τιβ. Ἰουλίου Ῥηγείνου Ἀσιάρχου β' ναῶν τῶν ἐν Ἐφέσῳ (idem ib. p. 237 n. DCXI dicitur ἀρχιερεὺς β' ναῶν τῶν Ἐφέσῳ). Alii ἀρχιερεῖς Ἀσίας ναῶν (vel ναοῦ) τῶν ἐν Ἐφέσῳ sunt C. I. Gr. 2965. 2987[b]. 3415. 3858[e] p. 1092 = Waddington 755. Cf. Bulletin de corr. hellén. 12, 1888 p. 102 = Dittenberger syll. (ed. 2) n. 420; Marquardt eph. ep. 1 p. 209. 211.* — 5) *De Hadrianiis Ephesi celebratis cf. Hicks Greek inscr. in the Brit. Mus. III p. 79.* — 6) *In titulis gemellis III S. 6835. 6836 est* vic. Cermalus, [*v*]ic. Salutar[*is*]. *De titulis vicatim dicatis cf. Mommsen eph. ep. 7 p. 437.*

5082 T. Iulio T. f. Vol. Dolabellae | IIIIvir. ab aerar.[1], pontif., | praef. vigil. et armor.[2], | sacra synhodos[3], Neapoli certamine quinquen-

nali[4], decr[*evit*]. | Ψήφισμα τῆς ἱερᾶς θυμε[λικ]ῆς Ἀδριανῆς συνόδου τῶν [περὶ τὸν] | αὐτοκράτορα Καίσαρα Τραιανὸν Ἀδριανὸν Σεβαστὸν νέον Διόνυ[σον] | συναγωνιστῶν[5]. Ἐπεὶ Δολαβέλλ[ας] *(reliqua nimis lacera omisi).*

Nemausi (XII 3232. Inscr. Graec. Ital. 2495 partem vidit Hirschfeld). — 1) *Nemausi.* — 2) *Item Nemausi. De praefectura vigilum et armorum Nemausensi cf. Hirschfeld C. I. L. XII p. 382; item VI 29718.* — 3) *Ita* (ἱερὰ σύνοδος) *dicta collegia tam athletarum quam artificum scaenicorum (cf. infra N. 5186 not. 1; Inscr. Graec. Sicil. Ital. p. 751, cet.). Hoc loco collegium scaenicorum intellegendum esse apparet ex tenore decreti adscripti (cf. not. 5).* — 4) *Significantur Augustalia anno p. Chr. 2 Neapoli in honorem Augusti instituta, testibus Strabone 5 p. 246, Dione 55, 10, Suet. Aug. 98, item titulo Neapolitano Inscr. Graec. Ital. 748. Saepe memorantur in titulis athletarum et scaenicorum Graecis. Cf. etiam infra N. 5232 not. 2. Dittenberger u. Purgold Inschr. v. Olympia n. 56.* — 5) *De his collegiis cf. quae congessit Lueders die dionysischen Künstler p. 182 seq. Idem collegium alia quoque decreta Graeca Nemausi lapidi insculpsit, Inscr. Graec. Ital. 2496—2498. Archiereus eiusdem ut videtur collegii est in t. item Nemausensi infra N. 5274 (cf. praeterea N. 5186 not. 3). Quomodo bene meruerit Dolabella de hoc collegio et cur Neapoli potissimum decretum in eius honorem factum sit, ex reliquiis decreti non perspicitur.*

Gladiatores.

5083 [*f*]amilia gladia[*t.* | *C.*] Salvi Capitonis[1] A . . . | hic sita. | Eq.[2]: | Mandatus Rab.[3], III ɣ II[6]. | Tr.[8]: | Secundus Pomp.[4] II ɣ II[7]; | C. Masonius[9] VII ɣ IIII[10]; | Phileros Dom.[5] XII ɣ XI; | Optatus Salvi[11], t.[12]; | C. Alfidius, t.[12] | M.[13]: Q. Cleppius, t.; | . . Iulius, t. | R.[14]: . . . ., t. |

5083[a] . . . . . | Oceanus Avil., t.[12] | Sag.[15]: | Dorus Pis., VI Ɔ IIII[10]. | Vel.[16]: | Mycter Ofil., II. | Opl.[17]: | Phaeder Avil., t. | Thr.[8]: | Donatus Ner., XII Ɔ VIII; | Hilario Arr., VII Ɔ V; | Aquila Pis., XII Ɔ VI; | Quartio Munil., I; | C. Perpernius, t. | Mur.[13]; | Amicus Munil., I; | Q. Fabius, V Ɔ III; | Eleuther Mun., I; | C. Memmius, III Ɔ II; | Anteros Munil., II; | Atlans Don., IIII Ɔ I. | Esse.[18]: | Inclutus Arr., V Ɔ II. | Sam.[19]: | Strabo Don., III Ɔ II. | Ret.: | C. Clodius, II. | Scisso.[20]: | M. Caecilius, t.[12] | Gallu.[21]: | Q. Granius, t.[12]

Venusiae, tabulae duae, litteratura diversa, fragmenta igitur duorum catalogorum (IX 465. 466 vidit Mommsen). — 1) *Idem homo memoratur IX 486.* — 2) *Eques (cf. infra N. 5125 not. 1).* — 3) *Rabirii,* 4) *Pompeii,* 5) *Domitii, cet., nomina dominorum sunt; familia igitur haec gladiatoria Salvii Capitonis paene tota constabat ex servis alienis et ex auctoratis (cf. not. 9).* — 6) *Collatis laterculis gladiatorum similibus Graece scriptis (C. I. G. 2164 = Greek inscr. in the Brit. Mus. II p. 46 n. CCVII; C. I. G. 2889), in quibus legitur ad hoc exemplum* Θρᾷξ Δράκ[ω]ν νι(κήσας) β', στ(εφανωθεὶς) β', Αἴγλπαν Ἑκαταίας νι(κήσας) ο', στε(φανωθεὶς) αι' (?), *Mommsenus collegit significari: victoriarum trium, coronarum duarum,* 7) *victoriarum duarum, coronarum duarum cet. (nota numero priori secundum aut esse parem aut minorem eo, numquam maiorem). Contra Mau, qui de his titulis egit Mitth. des arch. Inst. Rom. 1890 p. 35 seq. putat indicari pugnas et co-*

ronas. Ceterum duo numeri interposito signo Ↄ reperiuntur etiam infra N. 5094. 5102. 5142. Cf. etiam Hersilia Lovatelli Roem. Mitth. 1900 p. 102. — 8) *Thraeces.* — 9) *Homo liber, scilicet auctoratus.* — 10) *Cf. not. 6.* — 11) *Hic servus fuit ipsius Salvii Capitonis.* — 12) *Tiro.* — 13) *Murmillones.* — 14) *Retiarii.* — 15) *Sagittarius.* — 16) *Veles.* — 17) *Hoplomachus (cf. N. 5098 seq.).* — 18) *Essedarius.* — 19) *Samnis.* — 20) *Scissor (gladiatores huius generis praeterea non memorantur).* — 21) *Gallus (cf. P. I. Meier de gladiatura Rom. p. 55 seq.).*

5084 imp. Caes. L. Aurelio Commodo, M. Plautio Quintillo cos.[1] | initiales[2] collegi Silvani[3] Aureliani[4]: | curatores M. Aurelius Aug. lib. Hilarus et Coelius Magnus cryptarius[5]. |

Dec. I[6]: | Borysthenes Thr. vet.[7], | Clonius hopl. vet.[8], | Callisthenes Thr. vet.[7], | Zosimus ess. vet.[9], | Plution ess. vet.[9], | Pertinax Ↄ ret.[10] vet., | Carpophorus mur.[11] vet., | Crispinus mur. vet., | Pardus prov.[12] vet., | Miletus mur. vet. |

Dec. II: | Vitulus mur.[11] vet., | Demosthenes manicar.[13], | Felicianus ret. tir.[14], | Servandus ret. tir., | Iuvenis mur. sp.[15], | Ripanus 7 ret.[10] tir., | Silvanus Ↄ ret. tir., | Secundinus prov. tir., | Eleuther Thr. tir., | Pirata unct.[16]

Dec. III: | Barosus Ↄ ret.[10] tir., | Aemilianus Ↄ ret. n., | Ulpius Euporas, | Proshodus Ↄ ret. tir., | Aurelius Felicianus, | Aurelius Felix, | Zoilus pagan.[17], | Flavius Mariscus, | Flavius Sanctus, | Diodorus pagan.[17] |

Dec. IIII: | Aprilis paegniar.[18], | Zosimus Thr. sp.

5084[a] Felici imperatori omnia felicia! Salvo Commodo felix familia! | Silvanum Augustum familia restituit, dedicante | Severiano Maximo procurante.[19] Feliciter ordini | potestatium[20] et cultis doctoribus[21]; | curante Marco Aurelio Augusti liberto Euporan. | Maxime Commodiane[22], abias[23] propitium Caesarem.

Prope Romam rep. ad viam Labicanam loco dicto le Centocelle, tabulae duae (VI 631. 632 vidit de Rossi. Una sine dubio prodiit VI 3713). — 1) *A. 177.* — 2) *Initiales fortasse ii dicti qui primi in collegium inierunt.* — 3) *Collegium hoc Silvani paene totum constabat ex familia gladiatoria Caesaris.* — 4) *Agnomen Silvano datum, fortasse a M. Aurelio Hilaro curatore; cf. N. 3539 cet.* — 5) *Custos cryptae; in cryptis gladiatores exerceri soliti, cf. Suet. Cal. 58 (Momms.). Ceterum curatores hi redeunt VI 3713.* — 6) *Decuria prima (praeter quartam singulae decuriae huius collegii decem homines comprehendebant).* — 7) *Threx veteranus.* — 8) *Hoplomachus veteranus.* — 9) *Essedarius veteranus.* — 10) *Contrarete, cf. infra N. 5105. 5106.* — 11) *Murmillo.* — 12) *Provocator.* — 13) *Manicarii fortasse ii qui manicas gladiatorum fabricabant (Friedländer II[5] p. 488).* — 14) *Retiarius tiro.* — 15) *Spectatus? (sed conlatis tesseris infra N. 5161[a. b. d] spectatoris potius vocabulum hic intellegi videtur, cf. de Rossi bull. Inst. arch. 1882 p. 9, Mommsen Herm. 21 p. 267).* — 16) *Unctor.* — 17) *Pagani fortasse hic gladiatoribus opponuntur, ut alibi militibus (iis qui praecedunt Ulpio Euporae, Aurelio Feliciano et reliquis, fortasse ideo tantum hoc vocabulum non adscriptum quod locus non vacabat).* — 18) *Cf. infra N. 5126.* — 19) *Fortasse procurator fuit ludi magni vel ludi matutini.* — 20) *Fortasse ordo eorum qui maiore quadam dignitate in fa-*

milia fruebantur, ut prima vel summa et secunda rudis cet. (Henz.). — 21) *Cf. N. 5091. 5099. 5110. 5116.* — 22) *Commodiani agnomen Maximo Severiano honoris causa additum.* — 23) *Habeas.*

5085 Thelyphus[1] Samnes | natione Traex.

Romae (VI 10187 solus servavit Accursius). — 1) *Sic traditur.*

5086 d. m. | amici posu|erunt Threci | Voluseno, lib. | VIII[1].

Brixiae (V 4511 aliquoties descripta saec. XVI—XVIII). — 1) *Liberatus octava, sc. pugna (sic Momms. Libertum, octo pugnarum, intellegunt P. I. Meier de gladiatura Rom. p. 48 not. 2 et Mau Roem. Mitth. 1890 p. 38 not.). Cf. N. 5088. 5095. 5096. 5106. 5138. In inscriptionibus gladiatorum Aegeensibus (ap. Bohn et Schuchhardt Alterthümer von Aegae [Jahrb. d. arch. Inst. suppl. II] p. 23 est ad hoc exemplum: ἐσ(σεδάριος) ἐλ(εύθερος) Ἡρόφιλος νι(κῶν) δ', ἐσ(σεδάριος) δοῦ(λος) Σκάπλας [ν]ι(κῶν) ε', μυρ(μίλλων) ἐλ.... νι(κῶν) ιη', in catalogo C. I. Gr. 2889, quem supra N. 5083 not. 6 citavimus, sic: μουρμίλλων Πέπλος, ἐλευ(θερωθεὶς) νι(κήσας) ιγ', στ(εφανωθεὶς) ιβ', in simili catalogo C. I. G. 2164 pro ἐλευθερωθεὶς legitur ἀπελύθη. Cf. Mommsen ap. Bohn et Schuchhardt l. c. p. 67.*

5087 Tr., | Q. Vettio Graci|li cor.[1] trium, | annorum XXV, | natione Hispan., | donavit L. Sestius | Latinus | d.[2]

Nemausi rep. non longe ab amphitheatro (XII 3332 viderunt Boissevain et I. Schmidt). — 1) *Coronarum.* — 2) *Doctor (Hirschfeld l. c.).*

5088 M. Antonius Exochus | *(vir dextram armatam ad caput attollens, laeva palmam tenens; ad latus corona laurea vittata et tres spicae; infra)* Thr. | M. Antonius | Exochus nat. | Alexandrinus | Rom. ob triump.[1] | divi Traiani die II | tir. cum Araxe Caé.[2] | st. miss.[3]; | Rom. mun. eiusd. die VIIII Fimbriam | lib. VIIII[4] miss. fe.[5]; | Rom. mun. eiusd. | [*die*] . . . .

Romae (VI 10194 viderunt Smetius aliique; imaginem exhibet Fabretti col. Trai. p. 256). — 1) *Intellege triumphum post mortem Traiani celebratum.* — 2) *Caesaris.* — 3) *Stans missus. Videtur ita significari pugna exitus incerti. Cf. P. I. Meier de gladiatura Rom. (Bonn. 1881) p. 49 sq. Infra N. 5106. 5113. 5133. 5135.* — 4) *Cf. N. 5086 not. 1.* — 5) *Missum fecit (?).*

5089 d. m. *(gladiator scuto et gladio armatus)* | Macedoni Thr. | tiro. Alexandrin. | ben. mer. fec. | armatura Thraecum | universa, vix ann. XX | men. VIII dieb. XII.

Romae (VI 10197 viderunt de Rossi et Huebner).

5090 diis manibus | M. Antonio Nigro | veterano Thraeci, | qui vix ann. XXXVIII, | pugnavit XVIII, | Flavia Diogenis | coniugi suo bene | merenti | de suo fecit.

Romae (VI 10195 semel descripta saec. XVII).

5091 dis iniquis | qui rapuerunt | animulam tam | innocuam | L. Tetti Alexandri, | is v. a V d. XI | Muscae Charitoso | Sissinae Benedic|to vere merenti. | Threption Cáes. n., | doctor Thraec., | fecit.

Romae, iam Neapoli (VI 10192 vidit Mommsen).

5092 [*e*]x indulg.[1] d. n. | M. Ant. Gordiani | Pii Fel. Aug., | edente

M. Mamilio | Eutychiano IIIIv. i. d., | Thr.[2] Pinnesis s'. v.[3] | de Val. Valerian.[4] nat. Raet., | docet Faustus[5].

Bergomi (V 5124 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 5062 not. 6.* — 2) *Threx (sic potius quam Threcum, quamvis ad* THR. *aliquid sit adiunctum quod* C *litterae simile est).* — 3) *Notae obscurae. (Spectatus, victor, explicuerat Henzenus; sed cf. Momms. Herm. 21, 266 not. 3).* — 4) *Valerium Valerianum gladiatorem aliquem celebrem, quem hic Pinnesis vicerit, putat Mommsen.* — 5) *Doctor Threcum (cf. N. 5091) videtur fuisse Faustus.*

5093 dis manibus sac. | Callis[*t*]o [*T*]raeci[1] Treb.[2], | fecit Speces[3] eques[4] | cons.[5] bene merenti. | V. XX[6].

Thermis in Sicilia (X 7364 solus descripsit Gualterus saec. XVII). — 1) Iraeci *traditur.* — 2) *Treboni (?), sc. servus.* — 3) *Nomen fortasse corruptum.* — 4) *Cf. N. 5083 not. 2.* — 5) *Conservo.* — 6) *Vicit vicies? (Momms.).*

5094 Maximus | Iulian. essed. | XXX[1] Ↄ XXXVI.

Romae in sepulcreto ad viam Salariam rep., una cum N. 4977 multisque aliis (VI 33952 = Notizie degli scavi 1887 p. 239 n. 643 vidit Gatti). — 1) *Numerum non integrum esse (fuisse* XXXX*) coniecit Huelsen, propterea quod in his inscriptionibus numerus prior solet esse maior subsequente. Cf. N. 5083 not. 6. 7.*

5095 Beryllus esse.[1] lib. XX[2], nat. Graecus, ann. XXV, Nomas coniunx vir. b. mer.

Nemausi (XII 3323 ad exemplum factum saec. XVI). — 1) *Essedarius.* — 2) *Cf. supra N. 5086.*

5096 muner. C. Pomp. Mart.[1] | esse.[2] lib.[3] | Faustus. ·Ↄ[4] XXXVII | n. Arabus. | Euche contubern. de suo.

Nemausi (XII 3324 ad exemplum Seguieri). — 1) *Munere C. Pompei Martialis.* — 2) *Essedarius.* — 3) *Cf. supra N. 5086.* — 4) *Coronarum. Cf. N. 5087.*

5097 d. m.[1] et memoriae | aeternae Hylatis, | dymachero sive | assidario[2], p.[3] VII ru. I[4], | Ermáis coniux | coniugi karissimo | p. c. et *(ascia)* s. as. d.[5]

Lugduni rep., nunc Sens in bibliotheca (XIII 1997 vidit Hirschfeld, Boissieu inscr. de Lyon p. 469 add. delineavit). — 1) d. m. *litterae in angulis tituli collocatae, ut saepe Lugduni.* — 2) *Essedarium intellegit qui primus de titulo commentatus est Valbonais, recte (Hirschf.). Cf. inscr. Graec. Ital. 1832: Θ. κ. Μαργαρίτης πάλος πρῶτος (cf. N. 5114) ἀσσεδαρίων, εἶτα ἐπιστάτης.* — 3) *Pugnarum.* — 4) *Rudi primae (cf. infra N. 5131 seq.).* — 5) *Ponendum curavit et sub ascia dedicavit.*

5098 Simp. C. S. Lert.[1] | opl.[2], palmaru | XX, natione | Bessus, an. XXXV, | ucsor viro b. m.

Gadibus (II 1739 semel descripta). — 1) *Nomen corruptum.* — 2) *Hoplomachus.*

5099 C. Cassius | Gemellus | doctor | oplomachor.

Romae ut videtur (VI 10181 cf. add. p. 3498 semel descripta saec. XVII).

5100 d. m. | Paeraegri|no myrmil|loni Prisca | coiux primo | palo bene meren.

In agro Puteolano rep. (X 1926 vidit Mommsen).

5101 mur.[1] | Columbus | Serenianus XXV[2] | nat. Aedús[3] | hic adquiescit. | Sperata coniux.

Nemausi rep. in amphitheatro (XII 3325 vidit Hirschfeld). — 1) *Murmillo.* — 2) *Pugnarum XXV.* — 3) *Aeduus; apicem ad* u *geminandam appositum esse putat Hirschfeld.*

5102 m.[1] | Q. Ducenius | Optatus III Ɔ III[2], | Hateria Potita | coniunx f.

Arausione rep. (XII 5836 vidit Hirschfeld. — 1) *Murmillo.* — 2) *Pugnarum trium, coronarum trium. Cf. supra N. 5083 not. 6. 7.*

5103 A. Postumius | Acoemetus | doctor | myrmillon[1].

Romae, iam Parmae (VI 10175 vidit Bormann). — 1) *Alii doctores murmillonum sunt V 1907. VI 10174.*

5104 diis manibus | M. Ulpi Felicis mirmillonis | veterani, vixit ann. XXXXV, | natione Tunger. | Ulpia Syntyche liberta coniugi | suo dulcissimo bene merenti | et Iustus filius | fecerunt.

Romae, iam Florentiae (VI 10177. 33977 vidit Bormann).

5105 d. m. | Lyco lib.[1], mur. | scaev.[2], pugna. IIII, | fec. Longinas | lib.[1] contrarete[3] | fratri. b. m.

Romae (VI 10180 servavit Hieronymus Amati auctor expertae fidei). — 1) *Liberatus; cf. N. 5086.* — 2) *Murmillo scaeva, sc. qui sinistra manu telum gerebat; cf. C. I. Gr. 2889: Θρᾷξ Σκεῦας; Dio 72, 22 (Commodus appellatus): πρωτόπαλος σεκουτώρων ἀριστερὸς μόνος νικήσας δωδεκάκις κτλ.* — 3) *Gladiator qui opponebatur retiario; cf. supra N. 5084; P. I. Meier de gladiatura Rom. p. 22.*

5106 diis | mánibus | 7 ret. | . . . pus l.[2] V, a. XLVIII, | . . . Caesáris | . . . annis XX, pugnav[*i*]t | . . . . V, vicit XIX, st.[3] exit | . . . tus sua morte obit. | . . . [*pat*]rono suo b. m. fecit.

Romae rep. ad viam Salariam (VI 33983 vidit Huelsen; Notizie degli scavi 1888 p. 62). — 1) *Contrarete (cf. N. 5105); vocabulum sic collocatum ante nomen gladiatoris, ut Thraecis vocabulum N. 5087. 5088, myrmillonis N. 5101. 5102, retiarii N. 5120.* — 2) *Liberatus (cf. N. 5086 not. 1).* — 3) *Stans (cf. N. 5088 not. 3).*

5107 d. m. | Purricina Iu|veni provocanti[1], co|iugi[2] benemerenti | fecit, qui vixit an|nis XXI, in[3] ludo a|nnis IIII, pugnas[4] | V.

Patavii (V 2884 vidit Mommsen). — 1) *Idem ut videtur quod provocator; cf. N. 5108 seq.* — 2) COIVCI.I, 3) TN, 4) PVCNAS *lapis.*

5108 . . . | Crispo pro|vocatori | conpatriotae | . . [*fece*]runt.

Romae in vinea Randanini rep. (VI 7658 descr. Garruccius).

5108a d. m. | Antigoni | provok., | Verus doctor | posuit.

Brixiae (V 4502 bis ut videtur descripta saec. XVI. XVII).

5109 . . . prov. spat. | [*lud. m*]ag.[1], v. a. XIIX; | . . . nus prov. | [*spat.*] lud. mag. s.[2] | . . [*b.*] m. f.

Romae, ibi ubi N. 5108 (VI 7659 descr. Garruccius). — 1) *Provocatori spatario ludi magni.* — 2) *Sodali? (Henz.).*

5110 *(vir thorace armatus, d. gladium, s. scutum gestans)* d. m. | Aniceto prov. sp.[1], | Ael.[2] Marcion do|ctor et Primus[3] b. m.

Romae (VI 10183 vidit Bormann; imago gladiatoris est Bull. des antiq. de France 1896 p. 259). — 1) *Provocatori spatario; cf. eam quod praecedit.* — 2) A. el. *lapis.* — 3) *Primus palus, intellegunt nonnulli.*

5111 Amabili secutori | nat. Dacus, pug. XIII, | fato deceptus | non ab homine.

Prope Epetium (Stobreč) Dalmatiae rep. (Bulič Bull. arch. Dalmat. 1899 p. 3).

5112 Maximiano cui et Aureo | sec., ann. XXII, pug. V[1], deceptus | a latronebos[2], fr|ater fratri carisi., | Maximina coniux | desideratissimo *(iuxta pugio).*

Salonis (III S. 8830 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Pugnarum quinque.* — 2) latrone.bos *(cum interpunctione) lapis.*

5113 Flamma s[*e*]c.[1], vix. an. XXX, | pugnat XXXIIII, vicit XXI, | stans[2] VIIII, mis. IIII, nat. S[*y*]rus. | Hui[3] Delicatus coarmio merenti fecit.

Alicubi in Sicilia ut videtur (X 7297 semel descripta saec. XVI). — 1) *Secutor* (SIC *traditur).* — 2) *Cf. N. 5088 not. 3.* — 3) *Scr.* huic.

5114 dis man. | T. Flavio | Incitato | secutori palo | primo[1], vix. ann. XXVII, | pugnavit XVI | / / / / / / / / / | / / / / / / / /[2].

Romae (VI 10189 viderunt Mommsen aliique). — 1) *Cf. N. 5100. 5115. Dio* 72, 22 *(N. 5105 not. 2). Inscr. Graec. Ital. 1832 (N. 5097 not. 2).* — 2) *Duo versus erasi.*

5115 d. m. | *(gladiator stans cum pugione et scuto; galea in palo; canis)* | Urbico secutori | primo palo, nation. Flo|rentin., qui pugnavit XIII, | vixsit ann. XXII, Olympias | filia quem reliquit mesi. V, | et Fortunesis filiae[1], | et Lauricia uxsor | marito benemerenti, | cum quo vixsit ann. VII. | Te moneo, ut quis quem vic[*e*]|rit occidat. | Colant Manes amatores ipsi|us.

Mediolani (V 5933 vidit Mommsen. Imaginem edid. Atil. de Marchi monumenti epigrafici milanesi II). — 1) *Filiae, scilicet servus (Momms.).*

5116 dis manibus sacr. | Q. Fabi Viatoris doctori *(sic)* | secutorum fecit | Q. Fabius Castus | bene merenti.

Romae in eodem sepulcro in quo N. 1717 seq. (VI 4333 semel descripta saec. XV).

5117 d. m. | Genero|so retiari|o invicto | pugnarum | XXVII, n. Ale|xandrin., qui | pugnavit vir|[*tutis causa?*] | . . . . .[1] *(in lateribus hinc pugio, illinc tridens).*

Veronae (V 3465 vidit Mommsen). — 1) *Dubitans supplevit Momms.*

5118 [*d.*] *(ascia)* m. | Vitalis invic|ti retiari, nati|one Bataus, | hic sua virtu|te pariter cum | adversario de|[*cid*]it[1], alacer fu.[2] | [*p*]ugnis III[3] | . . . n convi|[*cto*]r[4] eius | [*fecit*].

Parmae (XI 1070 semel, sed accurate, descripta saec. XVIII). — 1) *Supplevit Ronchinius.* — 2) *Functus (?).* — 3) HI *traditur.* — 4) *Cf. N. 5124. Συγκελλάριοι dicuntur gladiatores in t. Lycio Reisen in Lykien p. 41.*

5119 Rapido retiar[*io*], | Aculeiesis[1], ann. . . | Como Bellu[*no*[2] *pug*]na VI occid[*it*, | *in me*]dicina dec[*essit*] | . . . . edic . . . | . . . .

Salonis rep. a. 1891 (III S. 12925 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Aquileiensis.* 2) *Supplementa sunt Mommseni.*

5120 ret. | L. Pompeius | Ͻ VIIII[1], n. Viannes|sis[2], an. XXV. | Optata coniux | d. s. d.

Nemausi rep. non longe ab amphitheatro (XII 3327 vidit I. Schmidt). — 1) *Cf. N. 5087. 5096.* — 2) *Natione Viennensis.*

Ad retiarium eundemque δεύτερον πάλον pertinet epigramma Graecum C. I. Gr. 3765 = Kaibel 350. — Retiarii qui posuerunt titulum Puteolanum I 1234 = X 1589, vix gladiatores fuerunt.

5121 *(pugio, tridens, denique galerus ut videtur)* d. m. | Glauco, n. Muti|nensis, pugnar. | VII, Θ VIII[1], vixit | ann. XXIII d. V. | Aurelia marito | b. m. et amatores | huius. Planetam | suum | procurare | vos moneo; in | Nemese ne fidem | habeatis; | sic sum deceptus. | Ave. Vale.

Veronae (V 3466 semel descripta). — *Glaucum retiarium fuisse apparet ex anaglypho; de galero retiariorum cf. Friedländer Sitteng. II ed. 5 p. 480; P. I. Meier de gladiatur. Rom. p. 27 seq.* — 1) *Mortuus (obitus, cf. ad N. 5140 not. 1) octava, sc. pugna. In bestiarii alicuius monumento Ephesio (cf. N. 5139 not. fin.) est [πρώτῃ], δευτέρα, τρίτῃ· τετάρτῃ ἀνῃρέθη.*

5122 d. m. | Pardon | Dertonensis | pugnar. X, hic[1], XI[2] | deceptus. Vixit | annis XXVII. | Arriane co[*i*]u[*g*]i [*k*]aris.[3], | mecum vixit annis . . . .

Veronae (V 3468 semel descripta saec. XVII). — 1) *Sc. situs est.* — 2) *Undecima, sc. pugna.* — 3) paris *traditur.*

5123 Constantius munerarius gladia|toribus suis propter favorem mu|neris munus sepulcrum dedit. | Decorato retiario, qui peremit | Caeruleum et peremptus deci|dit; ambos extincxit rudis, utro|sque protegit rogus. | Decoratus secutor, pugnarum VIIII, | Valerae[1] uxsori dolore[2] primum reliquit.

Tergeste (V 563 quater ut videtur descripta saec. XV. XVI). — 1) *Valeriae.* — 2) *Dolorem.*

5124 d. m. | Priori | retiario | lud. mag., | Iuvenis | murmillo | lud. mag. | convctori[1] | b. m. f.

Romae (VI 10169 vidit Mommsen). — 1) *Convictori (cf. N. 5118).*

5125 d. m. | Publiciae Arom|te *(sic)* | coniugi karissime, | fec. Albanus eq. vet. | lud. mag.[1], vix. ann. | XXII mens. V d. VIII. | In f. p. III, in ag. p. VIII.

Roma Florentiam advecta (VI 10167 vidit Henzen). — 1) *Eques (de hoc genere gladiatorum cf. Friedländer Sittengesch. II[5] p. 487) veteranus (cf. N. 5090 cet.) ludi magni.*

5126 d. m. | Secundo pegni|arió[1] in culice[2] ludi magn[*i*] | bene merenti, | qui vixit annis XCVIIII mensibu[s] | VIII diebus XVIII, | familia l. m.[3] fece[*runt*].

Romae (VI 10168 vidit Henzen). — 1) *Cf. Friedländer Sitteng. II⁵ 488; item supra N. 5084 fin. (not. 18).* — 2) In culice *postea insertum inter v. 2 et 3.* — 3) *Ludi magni.*

5127 d. m. | Tigridi cursso|ri *(sic)* ludi magni, | Theonas frater | b. m. f.

Romae (VI 10165 vidit Henzen).

5128 d. m. | Ti. Claudio | Celeri prec|oni[1] ex lac|inia[2] Cl. Sat|urnini, Be|ryllus secun|da rudis[3] et o|fficiales cun|ti *(sic)* b. m. [*f*.].

Anconae (IX 5906 vidit Mommsen). — 1) *Praeconi.* — 2) *Lacinia videtur esse pars familiae gladiatoriae, pariter atque Columella 7, 5, 3 de ovibus aegris: cum grex, inquit, ad locum fuerit perductus, in lacinias colonis distribuatur (Momms.).* — 3) *De secunda et de summa rudi cf. Friedländer Sitteng. II ed. 5 p. 479, P. I. Meier de gladiatur. p. 53 not. 3. Addendi sunt tituli Lugdunensis XIII 1749 et Graeci Hierupolitanus (C. I. Gr. 3916): ἡ σορὸς ... Μενάνδρου τοῦ Ἀπολλωνίου σεκουνδαροίδου; Mylasensis (act. acad. Vindob. 132, 1895 p. 17, 12): Λούκιος Βετώνιος Ἀλέξανδρος σουμμαρούδης; Ancyranus (ath. Mitth. 21, 1896 p. 467): Π. Αἰλίῳ ... Περγαμηνῷ ἐπιδόξῳ, [σουμ]μαρούδῃ, κολλήγιον ἔχο[ν]τι ἐν Ῥώμῃ τῶν σουμμαρούδ[ων].*

5129 Trophimus Augusti l., | secunda rudis familiae gladiatoriae | Caesaris ludi magni, sibi et | Pullienae M. f. Bassillae uxori carissim. et | C. Tadieno L. f. Secundo nutricio suo et Pindaro | vernae lib. suo, libertis libertab. posterisq. eorum. | M. Pullienus Parthenio | Pullienae M. f. Bassillae patronae, | M. Pullieno Basso patrono, Pullienae Tethidi | lib. suae, libertis libertabus posterisque eorum.

Romae (VI 10170 vidit Nissen).

5130 d. m. | Q. Titio Lathrico | secundae rudi | Caesarum, | fecit Nymphidia | Quartina uxor | bene merenti.

Romae (VI 10202 vidit Henzen).

5131 d. m. | Cornelio Eugeniano | summa rudi, | et Corneliae Rufinae | parentibus dulcissimis | bene merentibus | filia fecit.

Romae (VI 10201 vidit Kiessling).

5132 d. m. | *(vir tunica et pallio indutus, d. rudem longam, s. mappam fimbriatam tenens)* Fl. Sigerus | summa rudis | vixit annis LX, Fortunata | coniugi b. m. fecit.

Caesareae Mauretaniae (VIII S. 21100 vidit Schmidt; imago est Musée de Cherchel tab. III fig. 5).

5133 *(gladiatores duo pugnantes, alter retiarii habitu, alter Samnitis, retro illum servulus ut videtur tabellam portans, in qua scriptum)* Xantus | Caes.[1] XV, *(retro hunc similis figura cum tabella in qua scriptum)* Eros | Caes. XVI. *(Pug-*

nantes dirimit lanista, elato baculo, ad cuius extremitatem legitur) stan|tes | missi.[2] *(Praeterea infra cancelli, supra figurae quaedam, quae fortasse statuas significant).*

In Gallia Narbonensi loco dicto Cavillargues rep., tabula rotunda fictilis, est Nemausi (XII 2747 p. 831 vidit Hirschfeld; imaginem edid. Villefosse monuments fondation Piot II 1895 p. 97). — 1) *Caesaris (servus).* — 2) *Cf. N. 5088 not. 3.* — *Similis tabula fictilis, sed fracta, ex cuius inscriptionibus supererat numerus* XV *et* STAT | MISSI, *reperta est prope Lugdunum (Villefosse l. c. p. 98).*

5134 *(gladiator Samnis scuto et galea tectus ocreamque habens in sinistro crure, d. gladium tenens; iuxta phallus ingens)* missos! | missos! | iug[*u*]la![1] | iug[*u*]la![1]

Beneventi (IX 1671 viderunt Iul. Friedländer et Garrucci). — 1) iugl.la | iuglla *Garr.*, inglla *(bis) Friedl. Videntur esse acclamationes coronae (Momms.).*

5135 s. miss.[1] | *(gladiatores duo pugnantes, quos lanista dirimit; infra in tabella ansata)* Sabinus, | Popillius.[2]

Lucerna fictilis, Romae (XV 6244ª imaginem edidit Villefosse monuments de la fondation Piot II 1895 p. 96). — 1) *Stantes missi.* — 2) *Gladiatorum nomina.*

5036 *(gladiator, ad cuius pedes fuscina iacet, nempe retiarius; in margine lucernae scriptum)* Veianiolus.[1]

Romae, lucerna fictilis, iam Dresdae (XV 6247 vidit Dressel). — 1) *Veianium celebrem gladiatorem memorat Horatius ep. 1, 1, 4.*

5137 Tetraites[1], Spiculus, Gamus, Calamus
Prudes Columbus Merops Hermes
(gladiatorum paria quattuor).

Prope Chambéry rep., vasculum vitreum, iam New-York (XII 5696, 32; Froehner verrerie antique p. 67 tab. XXI 92). Similia vascula vitrea cum nominibus gladiatorum partim iisdem prodierunt in aliis quoque locis Galliae (cf. Huebner ad eph. ep. 4, 708 p. 209) et in Britannia (Huebner l. c.); unum extat Vindobonae in museo (III 6014, 1). — 1) *Videtur scribendum esse* Petraites. *In uno ex vasculis similibus dicitur esse* Petrahes *(Froehner l. c. p. 68 not. 2); alibi prima vocabuli littera periit. Cf. Petron. c. 52: Hermerotis pugnas et Petraitis in poculis habeo; ib. c. 71. Παιτρασίτης gladiator etiam in t. Lycio Reisen in Lykien I p. 41.*

5138 *(gladiatores duo pugnantes, bis repetiti; adscriptum)* Tetraites[1], Prudes; Prudes l.[2] XIIX, Tetraites l.[2] X . . . *(In imo margine)* abiat Venere Bompeiiana iratam qui hoc laesaerit.

Pompeiis pictum in pariete non longe a foro (IV 538 vidit Mommsen sed iam non integram; integram Mus. Borbon. I app.). — 1) *Cf. N. 5137 (primas quinque nominis litteras vidit Momms.).* — 2) *Cf. N. 5086 not. 1.*

5139 *(varia gladiatoris eiusdem, secutoris ut ex habitu apparet, contra alios certamina, per duos ordines disposita; subscripta sunt numeri et nomina adversariorum, unde supersunt)* I Improbum . . . . XI Pantheriscum XII Hilaru[*m*] XIII . . .

Romae, fragmenta tria eiusdem anaglyphi, duo muro adfixa iuxta sepulcrum Caeciliae Metellae via Appia, tertium intra urbem in domo privata (VI 33980 vidit Huelsen; imagines duorum fragmentorum edidit Hersilia Lovatelli bull. arch. comunale rom. 1895 tab. XV cf. p. 263, trium eadem Lovatellia stren. Helbig. p. 174. 177).

Pertinuisse ad monumentum sepulcrale famosi alicuius secutoris perspexit Lovatellia. Ex simili monumento retiarii superest tabula quam edidit Lovatelli bull. comunale 1895 tab. XVI cf. p. 253 seq.; ex monumento bestiarii tabula Ephesi rep., ap. Wood discov. at Eph. p. 222, Greek inscr. in the Brit. Mus. III p. 200 n. DCLXX.

5140[a] *(gladiatores duo, secutor ut videtur et retiarius, pugnantes iuxtaque lanistae bis repraesentati; adscriptum)* Astyanax vicit; Kalendio *Θ* — Astyanax, Kalendio *Θ*[1].

5140[b] *(gladiatores duo, alter iam prostratus, adscriptum)* Habilis, Maternus *Θ* *(iuxta lanista. Suprascriptum)* neco[2] haec videmus. ‖ Symmachi, | homo felix! *(Iidem gladiatores pugnantes, adscriptum)* Habilis, Maternus *Θ* *(suprascriptum)* quibus pugnantibus Symmachius ferrum misit.

Romae, nunc Matriti, pavimenta duo operis musivi (VI 10205 vidit Huebner, qui de musivo egit antike Bilderwerke in Madrid p. 196 n. 399. 400; imaginem rudem exhibet post alios Winckelmann mon. ant. ined. tab. 197. 198). — 1) *Signum mortis (obiit), saepe obvium etiam in inscriptionibus sepulcralibus (cf. C. I. L. III p. 1186, III S. p. 2563 cet.; supra N. 5121 cet.).* — 2) *Non intellegitur.*

5141 *(gladiator d. gladium, s. fuscinam tenens, in humero galerum habens; circa scriptum)* Stratonicae *(sic)*, bene vicisti! | vade in Aurelia.[1] *(Infra)* pie zeses[2].

Romae rep., fuit inter cimelia a Castellanio collecta, fundus paterae vitreae, litteris aureis (VI 10186 = XV 7041 imaginem edidit Froehner collection Tyskiewicz tab. VIII). — 1) *Aurelia aut via est aut regio a via appellata.* — 3) *Intellege πίε, ζήσῃς. Ita saepe scriptum in pateris huius generis (cf. XV 7012 cet.).*

5142[a] suspirium puellarum! | Tr. | Celadus Oct. III[1] Ↄ III.

5142[b] puellarum decus | Celadus Tr.[2]

5142[c] puellarum | decus Celadus.

5142[d] Tr. | Celadus, reti. | Crescens | puparru domnus . . . .

5142[e] Cresces retia. | puparum nocturnarum *(reliqua recte legi non potuerunt).*

Pompeiis, scariphatum in columnis peristylii domus privatae una cum aliis similibus inscriptionibus pertinentibus ad gladiatores (Mau Roem. Mitth. 1890 p. 29 n. 42—44, p. 30 n. 52. 53; Sogliano Notizie 1899 p. 230 n. 34. 36, p. 232 n. 79, p. 231 n. 44, p. 230 n. 41). — 1) *Sic Mau,* Oct. III B *Sogl. De his numeris cf. supra N. 5083 not. 6. 7. Ceterum Mau in his titulis parietariis numeros fortuito et sine certa ratione adscriptos esse putat (l. c. p. 36).* — 2) *Litterae aliquae quas adiunxit solus Sogliano non huc videntur pertinere.*

5143 [*C*]n. Allei Nigidi | Mai quinq.[1] gl. par.[2] XXX et eor. supp.[3] pugn. Pompeis VIII VII VI k. Dec. | . . ellius . . . . ven. erit. Maio quinq. feliciter! Paris m. | Marti . . . aio.[4]

Pompeiis pictum in pariete (IV 1179 vidit Mommsen). — 1) *Idem memoratur in aliis titulis parietariis Pompeianis (cf. IV p. 70) et in tabulis ceratis Pompeianis n. XVI. CXLVIII; ex hac apparet eum quinquennalem fuisse a. p. Chr. 55/6.* — 2) *Gladiatorum paria.* — 3) *Suppositicii (ita dicti qui in locum occisorum supponebantur; cf. Martial. 5, 24, 8).* — 4) *Postrema obscura.*

5144 dedicatione[1] | . . . . . rum[2] muneris[3] Cn. Allei Nigidi Mai, | . . . venatio athletae sparsiones vela erunt. | *(A latere)* Maio | principi coloniae, | feliciter.

Pompeiis pictum in pariete thermarum (IV 1177 aliquoties descripta cum reperta est anno 1824, nunc evanuit). — 1) *Intra* o *litteram huius vocabuli intrusum est* Poly., *fortasse scriptoris nomen.* — 2) [*Therma*]rum *suppleverunt quidam, incertum utrum recte an non.* — 3) *De lectione dubitat Zangemeister.*

5145 D. Lucreti[1] | Satrí Valentis fláminis Nerónis Caesaris Aug. fíli | perpetuí[2] gladiatórum paria XX, et D. Lucretio *(sic)* Valentis fíli glad. pariá X, pug. Pompeís VI V IV III pr. ídus Apr.; vénatió legitima | et vela erunt. *(A latere)* scr. | Aemilius | Celer[3] sing. | ad luna.

Pompeiis pictum in fronte domus privatae (Notizie degli scavi 1880 p. 299, cf. Roem. Mitth. 1889 p. 119). Ex altero exemplo eiusdem programmatis videtur superesse IV 1185. — 1) *Intra* c *litteram huius vocabuli scriptum:* scr. Celer. — 2) *Flamen perpetuus fuit Neronis inter a. 51 et 54 (cf. supra N. 222, 4).* — 3) *Eiusdem Aemilii Celeris nomen, quod scriptor etiam in prima linea huius inscriptionis indicare voluit (cf. not. 1), passim reperitur et pictum et scariphatum in parietibus vici illius Pompeiani (cf. Mau Roem. Mitth. l. c.).*

5146 numini | Augusti! | glad. par. XX et venatio da.[1] *(sic)* Pompei flaminis Augustalis | pugnab. Constant. Nucer.[2] III pr. non., | nonis, VIII eidus[3] Maias. | Nucerini officia mea certo index[4].

Pompeiis extra portam, qua Nuceriam iter erat, pictum in pariete sepulcri (Mau Roem. Mitth. 3, 1888 p. 145). — 1) *Requiritur praenomen Pompeii.* — 2) *De Nuceria Constantia cf. C. I. L. X p. 124.* — 3) *Nota scripturam vetustam.* — 4) *Lectio non omnino certa, sensus certe obscurus. — Programmate hoc invitantur Pompeiani ad ludos gladiatorios Nuceriae spectandos. Similiter Nucerini Pompeiis gladiatores spectare solebant, unde a. 59 rixae inter utrosque et caedes orta, de quibus narrat Tacitus ann. 14, 17 et quarum meminerunt etiam inscriptiones parietariae (cf. C. I. L. X p. 90). — Alia programmata huius generis Pompeiana C. I. L. IV 1180 seq.*

5147 hec venatio pugnabet V k. Septembres, | et Felix ad ursos pugnabet.

Pompeiis scariphatum in pariete (IV 1989 p. 214 tab. XII 10 vidit Zangemeister).

5148 coll. venator. | Deensium qui mi|nisterio arenario[1] | fungunt. [*L.*] d. ex d. s. V[2].

Beaufort in regione Deensi Galliae Narbonensis rep. (XII 1590 partem vidit Hirschfeld). — 1) *Apte contulit primus editor (Long) Suet. Ner. 12: confectores ferarum et varia harenae ministeria; cf. etiam supra N. 3548 not. 1.* — 2) *Locus datus ex decreto senatus Vocontiorum.*

5149 d. m. s. | Corneli|us Vince|ntius ha|rene alu|mnus, vix. | a[*n*]n[*i*]s . . . me. III | d. X, Baberiu[*s*] | pater filio.

Theveste (VIII S. 16565 vidi).

5150 d. m. s. |
Substa[1], praecor, paulum festinas[2] ire viator |
et maea post hobitum rogantis concipe verba, |

tale co[3] speres et ipse venire diae[4]. |
Iustus ego non patrio set materno nomine dictus, |
paupere patre quidem set fame[5] divite vixi. |
Tibicinis cantu modulans alterna vocando |
Martios ancentu stimulans gladiantes in arma vocavi[6]. |
Qui vixi annis XXI m. XI d. XXVIIII. |
Iustus ego morte acerba peri. |
Parentes filio incomparabili.

Venafri rep. (X 4915 descripserunt Venafrani duo, satis accurate ut videtur). Buecheler carm. epigr. n. 1319. — 1) *Subsiste.* — 2) *Festinans.* — 3) *Talem cum,* 4) *diem.* — 5) *Famae.* — 6) *Intellege tibicinem ludis gladiatoriis adhibitum; cf. Kaibel epigr. Gr. 350 v. 4, item Petron. 36; Iuvenal. 3, 34; P. I. Meier Westd. Zeitschr. 1, 154.*

5151 Cn. Maetius | Felix lanista, | August.[1]

Neapoli (X 1733 ter ut videtur descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Augustalis (sic potius quam lanista Augusti).* — *Titulus suspicionem movit Mommseno cf. C. I. L. X l. c. Huelsen (Roem. Mitth. 10, 1895 p. 293 seq.) et hanc et alias lanistarum inscriptiones (VI 10171. 10200 = Orell. 2554. 2551) falsas putat, scilicet recenti tempore lapidibus incisas.*

5152 Eutychus | Aug. lib. | Neronianus, | medicus ludi | matutini, fecit sibi et | Irene lib., coniugi | carissimae | bene meritae, et | libertis libertabusq. | posterisque | eorum.

Romae, duo lapides eadem inscriptione (sed versibus aliter divisis) inscripti (VI 10172 vidit Smetius). Ad homines eosdem pertinet VI 10173. — 1) *Alius medicus ludi matutini est Inscr. Graec. Sicil. Ital. 1330.*

5153 dis manibus | Corneliae Frontinae, | vixit annis XVI m. VII, | M. Ulpius Aug. lib. Callistus | pater, praepositus armamentario | ludi magni, et Flavia Nice coniuxs | sanctissima fecerunt, sibi | libertis libertabusq. posterisq. eor.

Romae ad viam Appiam rep. (VI 10164 vidit Henzen).

5154 diis manibus | Nymphodoto Caes. n. ser., | dispensatori ludi magni, coniugi optumo, | Aelia Pelagia coniunx | et Aelia Synerusa mater.

Romae, deinde Urbini (VI 10166 vidit Bormann).

5155 d. m. | Claudiae | Thallusae Aug. | lib. et Thalliae | f. eius, Hyacin|thus vilicus [*am*]|phitheatri[1] con|iugi suae et filiae | eius et sibi et su|is.

Romae (VI 10163 servavit Fabrettius). — 1) ma|phitheatri *traditur.*

5156 Charito custos de ampitheat. *(sic)*[1]

5157 Menander l., | ostiarius | ab amphitheatr.[1]

Romae rep. in sepulcro familiae Statiliorum ad portam Praenestinam (VI 6226. 6227 vidit vel Henzen vel Mau). — 1) *Videtur significari amphitheatrum a T. Statilio Tauro a. 724 in campo Martio extructum; cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 264.*

5158 d. m. | M. Aurelius Victor Augg. lib., | adiutor ad feras[1], se vivo | fecit sibi et suis libertis | libertabusq. posterisq. | eorum itu ambitu.

Romae (VI 10208 vidit de Rossi). — 1) *Cf. Suet. Cal. 27: cum ad saginam ferarum muneri praeparatarum carius pecudes compararentur (Hirschfeld Verw. p. 178, 3).*

5159 d. m. | Aurel. Sabinus Augg. lib., | p. p.[1] herbariarum[2], et | Apuleia Hermione. | Hi sibi fabricab[*erunt*] | et li[*bertis*] . . .

Romae (VI 10209 vidit de Rossi). — 1) *Praepositus.* — 2) *Cf. supra N. 5062 not. 8.*

5160 divae Faustinae | Aug. | Felix Aug. l. a veste | gladiat., allector | collegi, imaginem | ex arg. p. I d. d.

Romae (VI 3756 vidit Henzen).

Tesserae gladiatoriae.

5161a Pamphil. sociorum | spectavit.

Prope Capuam rep. (X 8070, 5 vidit Henzen).

5161b Pilomusus Pereli | *(palmae ramus)* | spectavit | *(tridens).*

Romae (Eph. epigr. 3 p. 162 compluribus viris doctis visa saec. XVII).

5161c Caputo Memmi | men. Nove. | Cn. Domit. C. Cas.[1] | spect.

Romae inter res a Castellanio collectas (Bull. épigr. de la Gaule 4, 1884 p. 150 n. 255 cf. Herm. 21 p. 320 viderunt Villefosse et Dressel). — 1) *Consules anni u. c. 658.*

5161d Menopil. Abi. L. s.[1] | *(fulmen)* | spectavit | C. Val. M. Her.[2]

In agro Tarracinensi rep. (X 8070, 1 vidit Garrucci syll. inscr. Lat. n. 933 tab. II, 7). — 1) *Cf. supra N. 3381 not. 1.* — 2) *A. 661.*

5161e Anchial. Sirti L. s. spectat num.[1] mense Febr. M. Tul. C. Ant. cos.[2]

Prope Arelatem rep. (XII 5695, 1 solus servavit Lantelmus Romieu in codice scripto a. 1574). Versuum ordo non servatur in apographo. — 1) *Sic, litteris* u m *contignatis, apographum; de numeratore cogitavit Mommsen Herm. 21, 1886 p. 276 not. 1;* mun. *fuisse in tessera, intellegendumque: spectatus munere, coniecit Ritschl opusc. 4, 590.* — 2) *A. u. c. 691.*

5161f C. Numitorius | Norbanus | sp. III k. Feb. | A. Lic. Q. Cret. cos.[1]

Romae (I 756 delineavit Ritschl tab. IIIw). — 1) *A. p. Chr. 7.*

5161g Maximus | Mannei | sp. V k. Oct. | Ti. Cla. V[1] L. Cal. Vet.

Romae, postea Perusiae (Bull. inst. arch. 1871 p. 151; vidit Bormann). — 1) *A. 51 (alter consul ignotus est).*

5161h Clemens | . . . . . | sp. id. O[*ct.*] | M. Vipst. C. Ru.[1]

Romae, deinde Parisiis (Wiener Studien f. class. Phil. 3, 1881 p. 271 vidit Hirschfeld). — 1) *Videntur significari Vipstanus Gallus et C. Rutilius Gallicus vel Gallus consules suffecti a. p. Chr. 53 vel 54 (III 4591); cf. Hirschfeld l. c.*

5161i Maximus | Valeri | sp. id. Ian. | T. Caes. Aug. f. III[1] Aelian. II[2].

Romae (I 774 vidit Henzen; delineavit Ritschl tab. XCVIIm enarr. p. 91). — 1) *A. p. Chr. 74. De Aeliano cf. supra N. 986.*

5161k Moderatus | Luccei | sp. III non. Oct. | L. Minic. L. Plotio.[1]

Romae, iam in museo Britannico (Bull. comunale di Roma 1887 p. 188; Roem.

Mitth. 1889 p. 173). — 1) Videntur significari L. Minicius Rufus consul ordinarius et L. Plotius Grypus consul suff. a. 88 (Gatti bull. comun. l. c.); qui tamen si re vera per aliquod tempus simul fasces tenuerunt, certe non mense Oct. eius anni; unde Mommsenus coniecit L. Plotii nomen substitutum esse Domitiani nomini tunc decimum quartum consulis, et tesseram hanc factam post Domitiani mortem demum.

De tesseris his osseis, vel eburneis, perparvis omnibus, formae longiusculae, ad gestandum ut videtur vel appendendum aptis, quas ad gladiatores pertinere iam consentiunt, egerunt Ritschl opusc. phil. 4, 572 seq., Mommsen Herm. 21, 1886 p. 266 seq.; Elter mus. Rhen. 41, 1886 p. 517. Quae ante annum 1863 prodierant, composuerunt Mommsen C. I. L. I ed. 1 p. 195 seq. p. 560; quae usque ad a. 1866, Ritschl opusc. phil. 4, 569. 570. 644 seq., plerasque delineavit Ritschl ib. tab. XXI—XII. Postea repertas habes tum supra, tum C. I. L. X 8069, 1. 8070, 3. 4; Eph. ep. 3 p. 161—163. 204; Garrucci syll. inscr. n. 2313. 2316. 2385. 2386; Bull. Inst. arch. 1879 p. 252, 1880 p. 141. 227, 1882 p. 8, 1884 p. 11; Zeitschr. f. Numism. 1885 p. 382 not. 1; Bull. comunale 1887 p. 237; Roem. Mitth. 1888 p. 91; Notizie degli scavi 1897 p. 7; cet.

5162 Celer Erbuti f. Limicus | Borea Cantibedoniesi | muneris tesera dedit | anno M. Licinio cos.[1]

In Baetica ad ripam fluvii Rio Tinto rep., tabula aerea, quae videtur olim parieti vel arae appensa fuisse, deinde Matriti (II 4963, 1 cum imagine, cf. suppl. p. 1000). De hac tabula cf. Mommsen Herm. 21, 1886 p. 275 not. 4. — 1) Videtur significari annus p. Chr. 27; cf. Mommsen l. c.

Senatus consultum de sumptibus ludorum gladiatoriorum minuendis.

5163 . . . . . | (1) tantam illam pestem nulla medicina sanari posse. Nec poterat; verum nostri principes, quibus omne studium est quanto li|-(2) bet morbo salutem publicam mersam et enectam refovere et integrae valetudini reddere, in primis anima adverterunt *(sic)*, quae | (3) causa illi morbo vires daret, unde foeda et inlicita vectigalia ius haberent, quis auctor et patronus esset usurpandis quasi | (4) legitimis, quae omnibus legibus et divinis et humanis prohibentur. |

(5) Fiscus dicebatur. Fiscus non sibi, set qui lanienae aliorum praetexeretur, tertia vel quarta parte ad licentiam foedae rapinae invi|-(6) tatus. Itaque fiscum removerunt a tota harena[1]. Quid enim Marci Antonini et Luci Commodi[2] cavendum[3] fisco cum hare|-(7) na? Omnis pecunia horum principum cura[4] est nulla cruoris humani adspergine contaminata, nullis sordibus foedi quae|-(8) stus inquinata et quae tam sanctae *(sic)* paratur quam insumitur. Itaque facessat sive illut ducentiens annum[5] seu trecenties | (9) est[6]; satis amplum patrocinium[7] imperio parati[8] ex parsimonia vestra; quin etiam ex reliquis lanistarum, quae HS quingenties su|-(10) pra sunt, pars lanistis condonetur[9]. Ob quae, oro vos, merita? Nulla sane, inquiunt, merita, set prohibiti talibus grassaturis sola|-(11) cium ferant et in posterum tanto pretio invitentur ad opsequium humanitatis. |

(12) O magni impp., qui scitis altius fundari remedia, quae etiam malis[10] consulunt, qui se etiam necessarios fecerint. Et iam fructus tan|- (13) tae vestrae providentiae emerget[11]. Legebatur etiam nunc apud nos oratio[12], sed ubi rumore delatu[*m e*]st[13] questus *(sic)* lanistarum recisos, fis|- (14) cum omnem illam pecuniam quasi contaminatam reliquisse, statim sacerdotes fidelissimarum Galliarum vestrarum[14] | (15) concursare, gaudere, inter se loqui.

(16) Erat aliquis, qui deploraverat fortunas suas creatus sacerdos, qui auxilium sibi in provocatione ad principes facta constituerat[15]. Sed | (17) ibidem ipse primus et de consilio amicorum: quid mihi iam cum appellatione?[16] Omne onus, quód patrimonium meum opprimebat[17], sanc|- (18) tissimi impp. remiserunt; iam sacerdos esse et cupio et opto et editionem muneris, quam olim detestabamur, amplector. |

(19) Itaque gratiae appellationis non solum ab illo, verum et a ceteris petitae, et quanto plures petentur![18] Iam hoc genus causarum diversam formam | (20) habebit; ut appellet qui non sunt creati sacerdotes, imo populus. |

(21) Quae igitur tantis tam salutarium rerum consilis vestris alia prima esse sen[*t*]entia[19] potest, quam ut, quod singuli sentiunt, quod universi, | (22) de pectore intimo clamante[20] ego censeam? |

(23) Censeo igitur inprimis agendas maximis impp. gratias, qui salutaribus remedis, fisci ratione post habita, labentem civitatium statum et prae|- (24) cipitantes iam in ruinas principalium virorum fortuna[21] restituerunt, tanto quidem magnificentius, quod cum excusatum esset, reti|- (25) nerent quae ali instituissent et quae longa consuetudo confirmasset, tamen olli[22] peraeque nequaquam sectae suae congruere arbitra|- (26) ti sunt male instituta servare et quae turpiter servanda essent institueret[23].

(27) Quamquam autem non nulli arbitrentur, de omnibus, quae ad nos maximi principes rettulerunt, una et succincta sententia censendum, | (28) tamen, si vos probatis, singula specialiter persequar verbis ipsis ex oratione sanctissima ad lucem sententiae translatis, ne qua ex parte pravis in|- (29) terpretationibus sit locis[24].

Itaque censeo, uti munera, quae assiforana[25] appellantur, in sua forma manent[26] nec egrediantur sump|- (30) tu HS $\overline{XXX}$. Qui autem supra HS $\overline{XXX}$ ad $\overline{LX}$ usque munus edent, is[27] gladiatores tripertito praebeantur numero pari[28]: summum pre|- (31) tium sit primae parti quinque milia, secundae quattuor milia, tertiae tria milia[29]. A HS $\overline{LX}$ ad $\overline{C}$ usque trifariam coetus gladiator. divisus | (32) sit: primi ordinis gladiatoris summum pretium sit $\overline{VIII}$, mediae classis $\overline{VI}$, deinde quinque. Porro a centum milibus ad $\overline{CL}$ quinque sint mani|- (33) puli, cuius primi pretium sit $\overline{XII}$, secundi $\overline{X}$, terti $\overline{VII}$, quarti $\overline{VI}$, postremo quinque. Iam

hinc porro a $\overline{\text{CL}}$ ad $\overline{\text{CC}}$ et quidquid supra susum versum | (34) erit, infimi gladiatoris pretium sit $\overline{\text{VI}}$, super eum $\overline{\text{VII}}$, terti retro $\overline{\text{VIIII}}$, quarti $\overline{\text{XII}}$ adusque $\overline{\text{XV}}$. Et haec sit summo ac formonso[30] gladiatori defi|-(35) nita quantitas. Utique in omnibus muneribus, quae generatim distincta sunt[31], lanista dimidiam copiam universi numeri promisque *(sic)* multitu|-(36) dinis[32] praebeat exque his, qui gregari[33] appellantur, qui meliori acertatis[34] erit, duobus milibus sub signo[35] pugnet, nec quisquam ex eo numero | (37) mille nummum minore[36]. Lanistas etiam promovendos vili[37] studio questus *(sic)* negem[38] sibi copiam dimidiae partis praebendas[39] esse ex nu|-(38) mero gregariorum, uti sciant inpositam sibi necessitatem de ceteris, quos meliores opinabuntur, transferre tantisper plendi[40] nu|-(39) meri gregariorum gratia. Itaque is numerus universae familiae aequis partibus in singulos dies dispartiatur, atque[41] ullo die minus quam | (40) dimidia pars gregariorum sit ibi, qui eo die dimicabunt[42]. Utque ea opservato[43] a lanistis quam diligentissime exigatur iniungendum | (41) his qui provinciae praesidebunt et legatis vel quaestoribus vel legatis legionum vel iis qui ius dicunt c. v.[44] aut procuratores maximorum | (42) principum, quibus provinciae rector mandaverit; is[27] etiam procurator., qui provinciis praesidebunt. Trans Padum autem perque omnes Italiae | (43) regiones arbitrium iniungendum praefectis alimentorum dandis[45], si aderunt, vel viae curatori, aut si nec is praesens erit, iuridico vel | (44) tum classis praetoriae praefecto. |

(45) Item censeo de exceptis ita opservandum, ut praecipuum mercedis gladiator sibi quisque paciscatur eius pecuniae[46], quae ob hanc causam excipi|-(46) ebatur, quartam portionem liber, serus[47] autem quintam accipiat[46]. De pretis autem gladiatorum opservari paulo ante censui secundum praescrip|-(47) tum divinae orationis, sed ut ea pretia ad eas civitates pertineat[48], in quibus ampliora gladiatorum pretia flagrabant. Quod si quibus civitatibus | (48) res publica tenuior est, non eadem serventur, quae aput fortiores civitates scripta sunt, nec supra modum virium onerent[49], sed hactenus in eundem, | (49) ut que[50] in publicis privatisque rationibus repperientur pretia summa ac media ac postrema, siquidem provinciarum eae civitates sunt, ab eo | (50) qui praesidebit provinciae opserventur, ceterarum autem iuridico vel curatori provinciae[51] vel classis praetoriae praefecto vel procuratori | (51) maxumorum principum, uti cuiusque civitatis potestas, que[52] ibi prima erit. Atque ita rationibus decem retroversum annorum inspectis, exemplis | (52) munerum[53] in quaque civitate edito[54] erunt, consideratis, conserventur[55] ab eo, cuius arbitrium erit de tribus pretis vel, si melius ei videbitur, | (53) ex eo modo quem persequitur efficit[56] et trifariam pretia deducantur eaque forma etiam in posterum servetur. Sciantque v. c.[57], qui procon|-(54) sules paulo ante profecti sunt, intra suum quisque annum it negotium ex-

sequi se oportebit[58], ii etiam, qui non sortito provincias | (55) regant, intra annum.

(56) Ad Gallias sedet princeps[59], qui in civitatibus splendidissimarum Galliarum veteri more et sacro ritu expectantur, ne ampliore pretio (57) lanistae praebeant, quam binis milibus[60], cum maximi principes oratione sua praedixerint, fore ut damnatum ad gladium[61] | (58) procurator eorum nisi plure quam sex aureis et nisi iuraverit[62].

(59) Sacerdotes quoque provinciarum, quibus nullu[*m*] cu[*m*] lanistis[63] nego[*tium eri*]t, gladiatores a prioribus sacerdotibus sus|-(60) ceptos vel sibimet auctoratos recipiunt, at post editi[*o*]ne[*m*] ex p[*re*]tio in succedentes tra[*mi*]t[*t*]unt neque singulatim aliquem | (61) rei gladiatoriae causa vendat plure quam lanistis est pretium persolutum[64].

(62) Is autem, qui aput tribunum plebei c. v. sponte ad dimicandum profitebitur[65], cum habeat ex lege pretium duo milia, liberatus si discri|-(63) men instauraverit, aestimatio eius post hac HS $\overline{XII}$ non excedat. Is quoque qui senior atque inabilior operam suam denuo | . . . . .

Prope Italicam Baeticae rep. a. 1888, tabula aenea, iam Matriti (II S. 6278 cf. p. 1056 vidit Huebner; primum edita est eph. ep. 7 p. 385 seq. cum commentario Mommseni). Pertinet tabula ad sententiam dictam a senatore quodam, postquam oratio principum (cf. not. 12. 13) de moderandis sumptibus ludorum gladiatoriorum in senatu recitata est. M. Aurelium, — nam huius et filii, quem collegam sibi adsumpserat, nomine orationem illam ad senatum missam esse apparet ex v. 6 (cf. not. 2), — 'gladiatorii muneris sumptus modum fecisse' narratur in vita eius 27, 6 cf. 11, 4.* — 1) *Apparet tertiam vel quartam partem lucri lanistarum fisco inferri debuisse; quod vectigal, nobis aliunde ignotum, Marcus et Commodus sustulerunt.* — 2) Luci *(sic legit Berlanga, recte sine dubio)* Commodi *rasura temptatum. Apparet Commodum illo tempore collegam patris in imperio fuisse; fuit autem collega patris ab a. 177 ad a. 180 (cf. supra N. 375. 393 not. 4).* — 3) *Fiscus cautiones exigere solebat a lanistis, vectigal recte solutum iri.* — 4) *Scr.* pura *(Buecheler).* — 5) *Annuum.* — 6) *2000000 vel 3000000 sest. quotannis fiscum amittere, vectigali harenae sublato, indicat orator.* — 7) *Fortasse scr.* patrimonium *(Buech.).* — 8) *Scr.* paratis. — 9) *Eorum quae nondum persoluta erant partem debitoribus condonaverunt imperatores.* — 10) *Intelleguntur lanistae, sine quibus munera plerumque edi non poterant.* — 11) *Fortasse scr.* emergit *(Hirschf.).* — 12) *De orationibus, ut dicebantur, sive litteris principum missis ad senatum (Tac. ann. 3, 56. 57. 16, 7) ibique per quaestorem principis recitari solitis (vit. Hadr. 3 cet.) cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 899.* — 13) *Apparet tempus quoddam intercessisse inter orationem imperatorum recitatam vel publici iuris factam, et sententiam hanc dictam.* — 14) *Intelleguntur sacerdotes Romae et Augusti a tribus Galliis creati, cf. Hirschfeld C. I. L. XIII p. 228. Apparet in Gallia potissimum tunc temporis sumptus munerum gladiatoriorum supra modum crevisse. Ceterum ad Gallias respicit orator etiam infra v. 56.* — 15) *Nimirum ludi gladiatorii, qui a sacerdotibus Galliarum quotannis edi debebant, propter sumptus tantum onus patrimonii constituerant, ut sacerdotium molestum fieret et non pauci, cum creati essent sacerdotes, id detrectarent et ad imperatores provocarent (cf. Mommsen eph. ep. 7 p. 403. 405).* — 16) *'Appellationes quae ad sacerdotia pertinent' memorat papyrus iam Berolinensis Aeg. Urk. II n. 628 = Herm. 32, 635.* — 17) *Cf. not. 15.* — 18) *Haec minus apte posita ab oratore, cf. Momm-*

sen eph. ep. 7 p. 407. — 19) sentententia, 20) clamans *primum scripserat quadratarius.* — 21) *Scr.* fortunas. — 22) *Nota formam vetustam.* — 23) *Scr.* instituere. — 24) *Scr.* locus. — 25) *Vocabulum novum. Videntur significari munera a privatis quaestus causa editi, in quibus per oppidorum fora asses pro locis a spectatoribus exigebantur (Momms. eph. l. c. p. 399).* — 26) *Scr.* maneant. — 27) *Iis.* — 28) *Cf. not. 29.* — 29) *Ne sumptus ludorum gladiatoriorum in immensum augerentur, statuere vult orator gladiatorum melioris notae certa pretia quae nulli excedere liceret, eaque per ordines et classes disposita. Pretia haec procedunt a tribus milibus sest. ad quindecim milia sestertium. Praeterea statuitur ut ex una quaque classe par numerus in unoquoque spectaculo prodeat; denique ne umquam numerus gladiatorum melioris notae superet turbam gladiatorum vulgarium.* — 30) *Fortasse scr.* famoso *(Hirschf.).* — 31) *Videntur intellegi munera ea de quibus modo dictum est, a triginta milibus ad ducenta milia et supra.* — 32) *Promiscua multitudo videtur esse gladiatorum deterioris notae.* — 33) *Gregarii similiter videntur esse gladiatores viliores; cf. Momms. l. c. p. 414.* — 34) *Sic in aere* (melioris acertatis *Buecheler, hoc vocabulum deductum esse putans ab acri;* melior lacertatus *proposuit Momms.).* — 35) *Hoc et ipsum obscurum, cf. Momms. l. c. p. 414 not. 2.* — 36) *Pretium minimum gladiatoris.* — 37) VIII *aes.* — 38) *Corruptum videtur.* — 39) *Scr.* praebendam. — 40) *Plere, vetuste dictum pro implere.* — 41) *Scr.* neque. — 42) *Cf. not. 29.* — 43) *Scr.* opservatio. — 44) *Clarissimis viris.* — 45) Dandis *delendum.* — 46) *De hac re cf. Mommsen l. c. p. 413.* — 47) *Servus (antiqua scribenda ratio).* — 48) *Scr.* pertineant. — 49) *Fortasse scr.* onerentur *(Momms.).* — 50) *Scr.* quae (utque *aes, sine interpunctione).* — 51) *Immo curatori viae.* — 52) *Scr.* quae (*vel* ius potestasque). — 53) *Insere* quae, 54) *scr.* edita. — 55) *Structura perturbata.* — 56) *Scr.* efficiat. — 57) *Viri clarissimi.* — 58) *Requiritur* oportere. — 59) *Haec ita exarata in aere, sed sine dubio corrupta; fortasse oratio hiat quibusdam omissis.* — 60) *Pretium summum gladiatoris vilioris notae; cf. supra v. 36.* — 61) *Noxii, damnati ad gladium, interdum editoribus munerum privatis concedebantur, cuius rei in provinciis curam videtur habuisse procurator Augusti; de hac traditione noxiorum agi hoc loco statuit Mommsenus eph. l. c. p. 409. Ceterum hic quoque sententia obscurata est quibusdam omissis.* — 62) *Haec pertinent ad editorem, cui noxii tradebantur.* — 63) *Sic legit solus Berlanga (in ectypis nihil fere apparuit).* — 64) *Cf. Mommsen eph. l. c. p. 415 extr.* — 65) *Cf. Mommsen l. c. p. 410 not. 4.*

Palaestra.

5164 Filumenum.[1] — | Ddd. et principes n. Valentinian. | Valens et Gratianus semp. Augg.[2] | Filumenum in omni aclhetico *(sic)* cer|tamine ab oriente ad occidente usq. | victorem, pammacho lucta prancati. *(sic)* | cestibusq. id est pygme, locatione sta|tuae in acletarum *(sic)* curia[3] aeterni ta|tis gloria dignum esse iudicarunt. | Quod omnes xystici gratanter | acceperunt, sen.[4] pariter simulq. | p. R.[5] ingenti fabore prosecutus est.

5165 Ἰωάνης[6] παλαιστὴς Σμυρναῖος | ἄπτωτος[7]. | Ob fortitudinis merita et virtutis cu|mulum hoc quod excellens artis ro|bur exegit, praecepto invictissimorum | principum ddd. nnn. FFFlll. Valenti|niani Theodosii et Arcadii[8] Iohan|nes meruit ut inter omnis pollens | locatione statuae videatur.

Romae rep. ad S. Petri ad vincula (VI 10154. 10155 cf. Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1106 descripserunt saec. XVII Gudius aliique). — 1) *Hunc videri Philumenum de quo haec habet anonymus scriptor in codice Paris. 2600 (Scaliger thes. tempor. Eusebii Pamphili p. 354 = Cramer Anecdot. Graec. Paris. 2 p. 155): ἐγένετο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου καιρῶν ὁ ἐκ Φιλαδελφείας τῶν Λυδῶν παλαιστὴς Φιλούμενος ὄνομα. οὗτος χαλκοῦν ἀνδριάντα λέγεται πατάξας εἰς βάθος ἐνιζῆσαι βιάσασθαι τὸν χαλκόν, ἐφ' ᾧ ἀνδριάντος τετυχηκέναι κτλ., monuit primus huius inscriptionis editor Falconerius.* — 2) *Scr.* Auggg. *(ann. 367—375).* — 3) *Significatur hic ipse locus, ubi et haec basis repertae sunt et multae aliae inscriptiones ad athletas pertinentes, Inscr. Gr. Sicil. Ital. n. 1102 seq.* — 4) *Senatus.* — 5) *Populus Romanus.* — 6) *Fortasse Iohannes athleta repraesentatus in nummo contorniato apud Eckhel 8, 303, Cohen méd. imp. 8 (ed. 2) p. 316 n. 352, in cuius parte aversa dicitur esse caput Placidi Valentiniani.* — 7) *Nomen honorati praemissum primo casu.* — 8) *A. 384—392.*

5166 [*A*]thenodorus xysti[c]us Paridi thymelico bene merenti fecit.

Romae ut videtur (VI 10161 semel descripta saec. XVI).

Synodus xystica athletarum Romae reliquit titulos Graecos Inscr. Gr. Ital. n. 1054 cet. 1102 seq.

5167 . . . ion[*i*]us D.[1] f. | Pol. Geminus pater, | gymnico agone saepius coro|na[*t*]us, honore curationis suae[2] fun|ct[*us*], exacto[*r*] operis reficiendi | . . . ome . . . [*t*]ribus Polliae positus a | . . . ale et . . . [*Qu*]intilio | . . . . . . [*cu*]ratorib . . . suis fecit | [*et*] . . . ae Secundae coniugi | . . . f.

Romae rep. inter vias Salariam et Pincianam (Notizie 1887 p. 191, Bull. comunale 1887 p. 186 vidit Gatti; cf. Mommsen Staatsr. III p. IX not., qui vidit ectypum). — *Una repertae sunt aliae duae inscriptiones curatorum tribus Polliae (cf. not. 2), quas infra dabimus inter municipales.* — 1) *Intra* D *litteram litteris minutis scriptum esse videtur* cens. — 2) *In tribu Pollia scilicet; cf. Mommsen Staatsr. III p. 189.*

5168 d. m. | hic sun *(sic)* positi gymnici[1] | tres fratres, | Euplus, q. vix. a. V m. VIII d. XIII, | Elenchius, q. vix. a. I m. VII, | Vincentius, q. vix. a. V | m. VIIII d. XXVIIII, | patroni alumnis suis | b. n. m. r. bus[2] | fecerunt, et Basileus pater.[3]

Romae, iam Urbini (VI 10158 vidit Bormann). — 1) *Gymnicos infantes habes praeterea N. 5168*[a b] *et VI 10160, item ut videtur VIII 9472; eos esse fortasse pueros exhibitos inter agones putat Mommsenus.* — 2) *Bene merentibus.* — 3) *Postrema litteris minoribus adiecta.*

5168[a] d. m. | Augurio gymnico | inconparabili, | dulci exsitioso, | vixit anis II m. VIII; | amatores hoc | non merenti f.

Puteolis rep. (X 2132 ad exemplum Mazochii).

5168[b] d. m. | Erotis alumno | dulcissimo et pammuso | gymnico Valentines | filies mees, vixit annos | XVI, | defunctus est idibus | Iunis die Saturni | ora nona *(corona, palma).*

Romae (VI 10159 vidit de Rossi).

5169 Heracla | Caesaris | palaestrita.

Romae, iam Veronae (VI 5813 vidit Mommsen).

5170 Maroni alumno | C. Calpurnius | Lausus. |
Domino dilectus quoquo iret, semper | comes, |
poculi[1] minister, | doctus palaestrae puer, |
eques | sepultus hic sum na|tus annos octo et | decem.

Beneventi (IX 1880 bis descripta saec. XVII. Buecheler carm. ep. n. 100; de vitiis carminis cf. Buecheler l. c.). — 1) oculi *alterum apographum.*

5171 L. Cornelius | Pothus, palaest.[1] | Hospita l.

Roma Florentiam allata (VI 10152 vidit Bormann). — 1) *Hunc et similes palaestritas privatorum vel etiam Caesaris servos publice prodiisse minime poterit statui.*

5172 qui colitis Cybelen et qui Phryga plangitis Attin[1], |
dum vacat et tacita Dindyma nocte silent, |
flete meos cineres; nón est alienus in illís |
Hector et hoc tumulo Mygdonis umbra tegor.[2] |
Ille ego qui magni parvus cognóminis heres[2] |
corpore in exiguo res numerósa fuí, |
flectere doctus equos, nitida certare palaestra, |
ferre iocos, astu fallere, nosse fidem. |
At tibi dent superi, quantum, Domitilla[3], mereris |
quae facis exigua ne iaceamus humó.

Romae olim ad viam Appiam, nunc in palatio Albaniorum ad quattuor fontes (VI 10098 cf. p. 3491 descripserunt primus Pomponius Laetus, nuper de Rossi aliique. Buecheler carm. epigr. 1110). — 1) *Adloquitur defunctus cultores Matris deum et Attis, inter quos et ipse fuisse putandus est et qui fortasse eo fere loco, ubi lapis prodiit, convenire solebant; certe sacra quaedam Matris deum quotannis in Almone fluvio (cf. Marquardt Staatsverw. III² p. 373) peragebantur.* — 2) *Hectorem nomine fuisse oriundumque e Phrygia se significat.* — 3) *Domitilla fortasse Flavia, uxor Flavii Clementis consulis a. 95, cuius praedia iuxta viam Appiam et Ardentinam notissima sunt (Buech., Huels.).*

5173 Ursus, togátus[1] vitreá quí prímus pila |
lúsi decenter cum meís lúsóribus, |
laudante populó maximís clámóribus, |
thermis Traiiáni *(sic)*, thermís Agrippae et Titi, |
multum et Nerónis, si tamen mihi créditis, |
ego sum. Ovantés conveníte pilicrepí[2] |
statuamque amíci floribus violís rosís |
folióque multó adque unguentó marcidó |
oneráte amantés et merum prófundite |
nigrum Falernum aut Sétínum aut Caecubum, |
vivó ac volentí dé apothécá dominicá[3], |
Ursumque canite vóce concordí senem |
hilarem, iocósum, pilicrepum, scholasticum, |

qui vicit omnes antecessorés suós |
sénsú decóre adque arte suptílissimá. |
Nunc véra versu verba dícamus senés: |
sum victus ipse, fateor, á ter cónsule |
Véró[4] patrónó, nec semel sed saepius, |
cuius libenter dicor exodiarius[5].

Romae (VI 9797 vidit Bormann. Buecheler carm. epigr. n. 29. Tractavit Mommsen eph. ep. 4 p. 55 seq.). — 1) *Primus ex civibus Romanis qui vitreis pilis publice luserit, cuius lusus praeterea mentio fieri non videtur.* — 2) *De pilicrepis in balneis se exercentibus cf. Seneca ep. 56, 1, Statius silv. 1, 5, 57. Cf. praeterea C. I. L. IV 1147. 1905. 1926 (sphaeristeria cum balneis coniuncta Plin. ep. 2, 17, 12. 5, 6, 27).* — 3) *Cellae vinariae imperatoris, in qua vina asservabantur optima (Momms.).* — 4) *Significatur M. Annius Verus praefectus urbi et consul tertio anno 126; cf. supra N. 2117 not. 4.* — 5) *Cf. Schol. Iuv. 3, 175: exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, qui ridiculus foret.*

5174 P. Aelio Aug. lib. Secundo | pilario[1] omnium eminentis|simo, fecit Aelia Europe, | viro sanctissimo, et sibi, | et Secundo et Magnae filis, | et lib. libertabusq. posterisq. eorum; | qui vix. ann. XLVI.

Romae, iam Urbini (VI 8997 vidit Bormann). — 1) *Cf. Quintil. 10, 7, 11: miracula illa in scaenis pilariorum et ventilatorum.*

5174[a] M. Pomponius | Zosim[*u*]s negoti|ans ma[*t*]eriarius | [*v*.] f. sibi et Pomponi|ae Semne filiae op|timae defunctae | et Pomponio Secun|dino defuncto | b. m. Hic lapide lu|sit ponderibus | his: XXXX, L, C[1].

Salonis rep. a. 1892 (III S. 12924 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Cf. Hieronymus comm. in Zach. 2, 12 (VI p. 896 ed. Vallars.): mos est in urbibus Palaestinae, et usque hodie per omnem Iudaeam vetus consuetudo servatur, ut in viculis, oppidis et castellis rotundi ponantur lapides gravissimi ponderis, ad quos iuvenes exercere se soleant et eos pro varietate virium sublevare, alii usque ad genua, alii usque ad umbilicum, alii ad humeros et caput, nonnulli super verticem, rectis iunctisque manibus, magnitudinem virium monstrantes, pondus extollant. (Attulit locum Gatti in actis minoribus acad. Lyncaeorum ser. V t. 1, 1892 p. 800.)*

5175 L. Cornificius L. l. | Philemo pugil; | Marcia Sex. l. | Cleopa[*t*]ra.

Romae (VI 10156 vidit Fabrettius).

5176 d. m. | T. Iotelus | citirva|rius[1], v. | a. LXXXI, | h. s. e. | O. t. b. q. f.

5176[a] Cirius ca|thruarius[1] | v. a. XXII.

Constantinae (VIII 7413. 7414 descripsit idem qui N. 5223, nescio quam recte). — 1) *Catervarios intellegit Mommsen; cf. supra N. 5053: pugiles catervarios; Sueton. Aug. 45: spectavit studiosissime pugiles et maxime Latinos, non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Graecis solebat, sed et catervarios oppidanos inter angustias viarum pugnantes temere et sine arte.*

Certamina poetarum.

5177 deis manibus sacrum | Q. Sulpicio Q. f. Cla. Maximo domo Roma, vix. ann. XI m. V d. XII. | Hic tertio certaminis lustro[1] inter Graecos poetas duos et L | professus favorem, quem ob teneram aetatem excitaverat, | in admirationem ingenio suo perduxit et cum honore discessit.[2] Versus | extemporales eo subiecti sunt, ne parent.[3] adfectib. suis indulsisse videant.[4] | Q. Sulpicius Eugramus et Licinia Ianuaria parent.[3] infelicissim. f. piissim. fec. et sib. p. s. *(Supra pueri togati imago, sinistra manu volumen tenentis; in fastigio corona laurea. Ab utraque parte imaginis et in volumine perscriptum carmen Graecum heroicis versibus conceptum, praecedente)* *Κ. Σουλπικίου | Μαξίμου καίριον· | Τίσιν ἂν λόγοις | χρήσαιτο Ζεὺς | ἐπιτιμῶν Ἡλίῳ | ὅτι τὸ ἅρμα ἔδωκε Φαέθοντι.* *(Infra titulum Latinum epigrammata duo Graeca ad Sulpicium Maximum pertinentia.)*

Romae rep. ad viam Salariam haud procul a porta Collina, est in novo museo Capitolino (Inscr. Gr. Ital. n. 2012 vidit Kaibel, qui Graeca carmina tractavit epigr. Gr. ex lap. conl. n. 618). — 1) *Significatur certamen Capitolinum, cuius tertium lustrum agebatur a. 94. De hoc agone Capitolino cf. Friedländer Sitteng. 2 (ed. 5) p. 437 seq. 575 seq.* — 2) *Non primas eum tulisse apparet (Henz.).* — 3) *Parentes.* — 4) *Videantur.*

5178 L. Valerio L. f. | Pudenti. | Hic cum esset anno|rum XIII, Romae | certamine sacro | Iovis Capitolini | lustro sexto[1] cla|ritate ingenii | coronatus est | inter poetas La|tinos omnibus | sententis iudicum. | Huic plebs univer|sa municipum His|toniesium *(sic)* statuam | aere collato decrevit; | cúrat. rei p. Áeserninor. dató ab | imp. optimo Antonino Aug. Pió[2].

Histonii (IX 2860 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *De agone Capitolino cf. N. 5177 not. 1. Lustrum eius sextum incidit in a. 106 (Censorinus de die nat. 18, 15).* — 2) *Postrema (inde a* curat.*) postea addita, scilicet tempore Antonini Pii, quo Pudens natus c. a. 93 recte curator rei publicae dari potuit.*

5179 C. Concordius Syria|cus eq. R., comm.[1] reip. | Benevent., munerarius | bidui, poeta Latinus co|ronatus in mune.[2] pa|triae suae et[3], vibus | sibi fecit; qui vixit | ann. LVIII m. VI d. XII | hor. III. | *(In titulo iuxta ut videtur posito)* esterti[4] | primus | Beneventi | studium[5] or|chestopales[6] | instituisti.

Beneventi (IX 1663 solus descripsit saec. XVII Verusius Beneventanus). — 1) *Commentariensis.* — 2) *Munere.* — 3) *Insere* Romae *vel aliud loci vocabulum (Momms.).* — 4) *Fortasse scr.:* Sesterti. *Agnomen sine dubio id Syriaci.* — 5) *Studia Beneventi dicebantur collegia (cf. C. I. L. IX p. 137).* — 6) *Videtur significari genus exercitationis praeterea ignotum. Ad athletarum collegium pertinuit titulus Graecus prope Beneventum rep., cuius frustulum est Inscr. Gr. Ital. 691.*

Scaena.

5180 colonia | P. Publilium | Ingenuum | comoedum | propter singularem | artis prudentiam et | morum probitatem.

Parii (III 575 descr. Kiepert et Mordtmann).

5181 Ti. Iulio | Aug. l. | Mnesteri[1].

Romae, nunc Florentiae, ara ornata et ab utraque parte eodem titulo inscripta (VI 20139 vidit Henzen). — 1) Videtur esse celeberrimus tragoediarum actor, occisus a. 47 propter stuprum Messallinae, manumissus puto a Tiberio.

5181[a] Paris únio scaenae[1].

Pompeiis scariphatum in pariete (Mau Roem. Mitth. 3, 1886 p. 146). — 1) Videtur significari celeberrimus actor tragoediarum, interfectus a Nerone (cf. Prosopogr. Imp. R. sub L. Domitio Paride).

5182 C. Iulio Aug. lib. | Actio[1] priori | pantomimo | cucumae[2], vixit | annis XIX et | menses V.

Romae (VI 5, 3217 Grutero misit Gutenstenius falsarius; ex schedis Zaratinii Castellini edita est Civiltà cattolica ser. 15 vol. 6, 1893 p. 474). — 1) Diversus Actius comoedus quem memorat Suet. Tib. 47, si quidem recte narrat Suetonius eum a Tiberio manumissum esse. Hic potest esse manumissus a Caligula. — 2) Nescio utrum ad pantomimi vocabulum hoc pertineat, an agnomen sit Actii.

5183 C. Ummidius | Actius[1] | anicetus[2] | pantomimus.

Puteolis (X 1946 bis ut videtur descripta saec. XVI. XVII). — 1) Libertus fortasse Ummidiae Quadratillae, de cuius pantomimis Plin. ep. 7, 24, 5. — 2) Cf. supra N. 4181[b]. Ad Actium aliquem scaenicum pertinent etiam acclamationes scariphatae Pompeiis in parietibus sepulcrorum extra portam Nucerinam (Roem. Mitth. 1888 p. 147).

5184 M. Ulpius Aug. lib. Apolaustus | maximus pantomimorum, | coronatus adversus histriones | et omnes scaenicos | artifices XII.

Romae (VI 10114 saepius descripta saec. XVI).

5185 P. Aelius Aug. lib. Pylades[1] pantomimus hieronica instituit.
L. Aurelius Augg. lib. Pylades[2] hieronica, discipulus, consummavit.

Genuae (V 7753 semel descripta saec. XVI). — 1) Pylades primus temporibus Augusti pantomimum tragicum instituit (cf. infra N. 5197 not. 5). Ab hoc principes huius artis nomen vel agnomen Pyladis sortiti. Cf. quae exposuit Mommsen V l. c.; Friedländer Sittengesch. 2 (ed. 5) p. 568 seq. Seneca (nat. quaest. 7, 32, 3): quanta cura laboratur, ne cuius pantomimi nomen intercidat; stat per successores Pyladis et Bathylli domus. Hic P. Aelius Pylades videtur diversus ab eo quem Traianus amavit (Dio 68, 10), scilicet aliquanto iunior, ab Hadriano demum manumissus. — 2) Hic videtur esse is quem memorant Fronto ad Verum 1, 2 p. 115 ed. Nab. et Galenus περὶ τοῦ προγινώσκειν πρὸς Ἐπιγένην c. 6 (14 p. 652 Kuehn).

5186 L. Aurelio Aug. lib. Pyladi[1] | pantomimo temporis sui primo, | hieronicae coronato IIII, patrono | parasitorum Apollinis[2], sacerdoti | synhodi[3], honorato Puteolis d. d. | ornamentis decurionalib. et | duumviralib., auguri, ob amorem | erga patriam et eximiam libera|litatem in edendo

muner. gladi|atorum venatione passiva[4] ex in|dulgentia sacratissimi princip. | ⟨Commodi Pii Felicis Aug.⟩[5], | centuria Cornelia.

Puteolis rep. (Eph. ep. 8, 369 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Hic videtur is quem ad cenam vocavit Didius Iulianus (Dio 73, 13), non diversus fortasse a iuniore eorum qui praecedunt.* — 2) *De parasitis Apollinis cf. infra N. 5275.* — 3) *Synhodos intellegitur artificum scaenicorum sive ut appellabantur τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν (cf. Gell. 20, 4). Cf. praeterea ad N. 5082. Alii ἀρχιερεῖς synhodi sunt infra N. 5190. 5194 (cf. 5193). 5274.* — 4) *Passivus idem quod promiscuus, Tertull. ad Marcion. 1, 7 et alibi. Cf. supra N. 5054 not. 3: Mommsen Roem. Mitth. 1888 p. 83.* — 5) *Commodi nomen erasum et postea restitutum.*

5187 L. Aurelius | A[*p*]olaustus | pantomimus | Mem[*f*]ius[1] | Mercurio invicto | votum solvit.

Ad viam Appiam inter Fundos et Formias (X 6219 semel descripta saec. XVI). — 1) *Pantomimus hic memoratur vit. Veri 8, 10: habuit (Verus) et Agrippum histrionem, cui cognomentum erat Memfii, quem et ipsum e Syria veluti tropaeum Parthicum adduxerat, quem Apolaustum nominavit; et a Frontone ep. ad Verum 1, 2 p. 116 Nab. Idem est Apolaustus occisus a Commodo (vit. Comm. 7, 2). Idem est histrio agnomine Μέμφις, quem memorat Athenaeus I p. 20. Cf. praeterea anth. Pal. 11, 253. Qui in catalogo Neapolitano Notizie degli scavi 1890 p. 41 memoratur victor διὰ πάντων Λ. Αὐρ. Ἀπόλαυστος, diversus mihi videtur, scilicet aliquanto posterior.*

5188 [*L. A*]elio Aug. lib. | [*Aur*]elio Apolausto | [*pa*]ntomimo, | [*Aug*]ustalium qq., | [*hier*]onice temporis | sui primo, | [*col*]onia Aurelia | [*Au*]g. Pia Canusium, | d. d.

Canusii (IX 344 ter descripta saec. XVII. XVIII).

5189 [*L.*] Aurel[*io*] | Apolausto | hieronico bis coronato | et dia panton[1], parasito | et sacerdoti Apollinis, | August.[2] Capuae maximo.

In Campania, loco dicto Frignano maggiore (X 3716 semel descripta saec. XVII). — 1) *Cf. N. 5190. 5194; C. I. Gr. 1720. In catalogis quibusdam victorum Graecis (C. I. Gr. 1585. 1586. 2758; Notizie degli scavi 1890 p. 41) διὰ πάντων videtur significare pantomimum; cf. Civitelli nuovi frammenti di epigrafi relat. ai ludi Augustali di Napoli (atti dell' Acc. nap. di archeol. XVII) p. 21.* — 2) *Augustali.*

5190 *(intra coronas tres: litterae quae legi non potuerunt)* L. Aurelio | Apolausto Memphio | Augg. lib., hieronicae | coronato et ton dia pan|ton[1], Apollinis sacerdoti | soli vittato, archieri | synhodi[2] et Augg., | L. Aurelius | Panniculus qui et | Sabanas, patrono | optimo.

Romae (VI 10117 aliquoties descripta saec. XV. XVI). — 1) *Cf. ad eam quae praecedit.* — 2) *Cf. ad N. 5186 not. 3.*

5191 L. Aurelio Augg. | lib. Apolausto | Memphio | pantomimo hi|eronicae ter te[*m*]|poris sui primo, | vittato Augg., | sacerdoti Apolli|nis, Herculano | Augustali[1], | s. p. q. T.[2]; | item | ornamentis decurionatus honorato.[3] | *(Supra inscriptionem, intra coronas tres)* .... Ὀρέστη[*ν*] | [4] ... | ...... | [4] Τρωάσιν | λ .... αις[4]. | *(In latere)* ....[5] | Aug., edente | L. Aur. Augg. lib. Apolaus[*to*] | Memphio | magistro. *(In partem superiorem inscriptionis lateris erasam intrusa)* curante | Musonio Iulio | Antullo[6] | patrono | municipii. | Dedicata V[*I*]I id. Iun. | Anullino II et Fr[*o*]ntone cos.[7]

Tibure (XIV 4254 viderunt Gatti et Bormann). — 1) *Tibure (cf. N. 1101; item infra inter municipales Tiburtinas).* — 2) *Senatus populusque Tiburtinus.* — 3) *Haec postea addita.* — 4) *Ex vocabulis his Graecis tertia tantum pars legi potuit. Ceterum cf. N. 5195 not. 4.* — 5) *Principium inscriptionis lateris erasum; fuit ibi sine dubio nomen Commodi.* — 6) *Idem memoratur XIV 4262.* — 7) *A. 199.*

5192 . . . . | . . . . [*panto*]mimo | . . . . . o provecto | [*ab imp. M. Aurel. An*]tonino | [*Aug. et Commodo*] Caesare, | . . . . [*Apolaus*]ti Memphi | . . . . . . senioris | . . . . . [*i*]n urbe | . . . . dom. a.[1] . . | . . .

Veiis rep., iam Romae (XI 3822 vidit Bormann; quot litterae in singulis versibus perierint, incertum). — 1) *Haec lectionis non omnino certae.*

5193 M. Aurel. Aug. lib. | Agilio Septentrio|ni[1] pantomimo sui | temporis primo, sacerdoti synhodi[2], Apollinis pa|rasito[3], alumno Faustinae | Aug., producto ab imp. M. | Aurel. ⟨Commodo⟩[4] Antoni|no Pio Felice Augusto, | ornamentis decurionat. | decreto ordinis exornato, | et allecto inter iuvenes, | s. p. q. Lanivinus. *(In latere)* .. idus Commodas | . . [*A*]eliano cos.[5]

Lanuvii (XIV 2113 vidi). — 1) *Idem ut videtur Septentrio Puteolis posuit titulum Eph. ep. 8, 373. Idem saltatoris nomen infra N. 5258.* — 2) *Cf. N. 5186 not. 3.* — 3) *Cf. N. 5186 not. 2.* — 4) *Vocabulum in litura restitutum.* — 5) *Haec ita saec. XVI descripsit Pighius (hodie non extant); videntur significari idus Commodae sive Augustae (Dio 72, 15; vit. Comm. 11) et consules Crispinus et Aelianus sive annus p. Chr. 187.*

5194 M. Aurelio Augg. lib. | Agilio Septentrioni | pantomimo sui temporis | primo, hieronicae | solo in urbe coronato | diapanton ab | impp. dominis nostris | Severo et Antonino Augg., | parasito Apollinis, | archieri synodi[1], IIIIIIvir Au[*g.*]. | Huic respublica Praenestin. | ob insignem amorem eius erga | cives patriamque | postulatu populi statuam | posuit, d. d.

Praeneste (XIV 2977 bis descripta saec. XVII). — 1) *Cf. N. 5186 not. 3.*

5195 d. m., | curante Calopodio locatore[1]. | Theocriti[2] Augg. lib. | Pyladi[3], | pantomimo, | honorato | splendidissimis | civitatib. Italiae | ornamentis | decurionalib. ornat., | grex | Romanus, | ob merita eius | titul. memoriae | posuit. *(In latere)* sui temporis primus. Troadas[4] *(mulier stans in capite habens pinnas, dextra personam tenens, sin. scutum et hastam). (In altero latere)* Iona *(mulier stans dextra personam attollens, sin. tenens vestem).*

Mediolani (V 5889 vidit Mommsen; imaginem edid. Atil. de Marchi monumenti epigrafici milanesi I). — 1) *Haec (iam evanida) postea scripta fuisse putanda sunt. De locatore cf. N. 5206.* — 2) *Diversus videtur a saltatore cognomine, qui vixit sub Caracalla (Dio 77, 21).* — 3) *Agnomen Theocriti.* — 4) *Idem fabulae nomen adscriptum N. 5191.*

5196 L. Acilio L. f. Pompt. Eutyche[*ti*] nobili archimimo, commun mimor. adlecto, diurno parasito Apoll., tragico, comico, et omnibus corporib. ad scaenam honor., decurioni Bovillis, quem primum omnium adlect.[1] patre appellarunt: adlecti scaenicorum ex aere collato ob munera et pietatem ipsius erga se. Cuius ob dedication. sportulas dedit adlectis sing. X̶[2] XXV, decur. Bovill. sing. X̶[2] V, Augustal. sing. X̶[2] III,

mulier. honor. et populo sing. X[2] I. Ded. III idus Aug. Sossio Prisco et Coelio Apollinare cos.[3], curatore Q. Sosio Augustiano. *(In latere)* ordo adlector. *(sequuntur nomina sexaginta per duo latera lapidis distributa).*

In oppido agri Romani Marino, ablata sine dubio ex ruderibus Bovillarum (XIV 2408 fortasse non plus semel descripta saec. XV). — 1) *Adlecti scaenicorum, qui titulum posuerunt.* — 2) *Singulis denarios.* — 3) *A. 169.*

5197 Gaius | Theoros[1] lux[2] | victor pantomim. |

Si deus[3] ipse tua cap|tus nunc a[*rte*] | Theorost[4],
a[*n*] | dubitant h[*omines*] | velle imit[*are*] | deum?

(In parte aversa, in medio) Theoros | victor | pantomi|morum. *(Circa marginem)* Pyladem | Cilicia[5], | Pierum[6] | Tiburtin., | Hyla.[7] Salmacid., | Nomium[8] | Suria.

Prope Romam rep., tessera rotunda coctilis longa cent. 4 (VI 10115 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. n. 925. — 1) *Cf. infra N. 5263 not. 1.* — 2) *Cf. not. 6.* — 3) *Imperator.* — 4) *Scribi debuit:* Theore, est *(cf. Buecheler l. c.).* — 5) *Celeberrimus Pylades Cilix fuit, teste Hieronymo ad a. Abr. 1995 (u. c. 732).* — 6) *Ad hunc videtur pertinere inscriptio parietaria Pompeiana IV 1901, in qua dicitur* lux Pompeianorum. — 7) *De Hyla discipulo et aemulo Pyladis egit Macrob. sat. 2, 7, 12 seq.* — 8) *Hunc videtur memoravisse Seneca controv. III praef. 10 (nomen corruptum restituit Buecheler).*

5198 C. Norbani | Soricis[1] | secundarum[2]. | Mag. pagi | Aug. felicis | suburbani[3], | ex d. d. | loc. d.

Pompeiis, hermae duo, diversis temporibus diversisque locis reperti, alter in chalcidico, alter in Isidis aede, iam Neapoli (X 814 vidit Mommsen). — 1) Σῶριξ ὁ ἀρχιμῖμος *nominatur a Plutarcho (Sull. 36) inter sodales Sullae senis. Ab eo fortasse hic non diversus, ut post mortem magistri pagi Augusti imagines eius posuerint (Momms.), aut discipulus eius.* — 2) *Sc. partium. Cf. Cic. div. in Caecil. 15, 48 cet.* — 3) *De pago Augusto suburbano Pompeiorum cf. Mommsen C. I. L. X p. 89 (iam accedit Eph. ep. 8, 317).*

5199 P. Cornelius P. f. Esq.[1] Nig[*er*], | tertiarum, hic situs est, | quoius pietas laesit neminem. | V.[2] | Cornelia Dolabellae l. Spatale.

Romae (VI 10103 bis descripta saec. XVII). — 1) *De tribu Esquilina histrionum cf. Mommsen Staatsr. III p. 443. Infra N. 5212. 5219.* — 2) *Viva.*

5200 L. Faenius Faustus | quartar., par. Apol.[1]

In Nemore Aricino (cf. N. 3233 seq.) rep., nunc Nottingham (XIV 4198; Wallis Museum and Art Gallery of Nottingham Castle p. 52 n. 828). — 1) *Parasitus Apollinis.*

5201 [*lau*]datus populo, solitus mandáta referre,
[*adl*]ectus scaénaé[1], parasitus Apollinis, idem
[*quar*]tárum in mimis saltantibus[2] utilis actor.

Romae (VI 10118 descr. Smetius aliique). Buecheler carm. epigr. n. 411. — 1) *Cf. N. 5196.* — 2) *Intellege fabulas salticas (Bue.).*

5202 Q. Magurius Q. f. Fab. | Ferox, | lus.[1] epidixib.[2] et cetaes I II III[3] in | greg. Veturian. quae[4] et iuni|orum, A. A.[5] dicavit euras[6] VIII | et pertic. uncinor.[6] XII n. CCLIX[7].

Ad aquas Aponi (cf. not. 5) rep., est Veronae (V 2787 vidit Mommsen). — 1) *Lusit (vel: lusor).* — 2) *Cuius generis ἐπιδείξεις (productiones; cf. Aelian. var. hist. 9, 36: ψάλτης Ἀντιγόνῳ ἐπεδείκνυτο; Dio 62, 2 οὔτε ἐπεδείξατο οὐδέν, καίτοι ἐν .. τῇ πατρίδι τραγῳδίαν ... ὑποκρινάμενος) intellegantur, per se obscurum; ad scaenam pertinere colligi potest ex iis quae sequuntur.* — 3) *Cum cetaes his plane obscuris composuerunt Iahn et Mommsen, quod Patavii fuerunt ludi cetasti (sic traditur) vel potius cetarii ab Antenore Troiano instituti (Tac. ann. 16, 21), tricesimo quoque anno editi (Dio 62, 20), et quod Pomponius Secundus in scripto quodam ad Thraseam Paetum Patavinum, qui ipse in ludis illis 'habitu tragico cecinerat' (Tac. l. c), cetaria vocabulum posuerat (Charis. p. 125 K.).* — 4) *Grex genere feminino adhibitum a Lucilio et Lucretio.* — 5) *Aquis Aponi (cf. supra N. 3894. 3894ᵃ cum not. 1).* — 6) *Haec plane obscura.* — 7) *Similes numeri etiam in aliis titulis Patavinis, cf. Momms. l. c.*

5203 d. *(ascia)* [*m.*] | Afrodis .. | symmele ...[1] | grex Ga[*ll.*] | Memphi et | Paridis[2], P. M.[3] et | Sextis administran|tibus.

Nemausi (XII 3347 p. 837 vidit Hirschfeld). — 1) symmele .. *certum; potest fuisse* symmelei. *Significabatur officium quod Aphrodisius, sive Aphrodisia fuit, in grege administravit, quale fuit symphoniaci (Momms.).* — 2) *Nomina vel agnomina histrionum quos L. Verus ex Syria secum adduxerat (de Memphio cf. supra N. 5187; de Paride Veri vit. Veri 8, 7), sed quae tralaticia fuisse notum est.* — 3) *Publio, Marco? (Momms.); panto-mimorum, in mentem venerat Hirschfeldio.*

5204 dis | manibus | Primigeni | scaenici ex | factione Eudoxi.

Arelate (XII 737 vidit Hirschfeld).

5205 scaenici | Asiaticia|ni et | qui in eo|dem cor|pore sunt, | vivi sibi fe|cerunt.

Viennae (XII 1929 vidit Hirschfeld). — 1) *Fortasse nomen habuerant a Valerio Asiatico senatore Viennensi (cf. supra N. 212 not. 2), ut coniecit Charvet Viennensis.*

5206 [*M.*] Aurelio Augg. lib. | Plebeio | electo locatori[1] d[*iu*]rno, scribae et ma[*g*]|istro perpetuo cor[*po*]|ris scaenicorum L[*a*]|tinorum, inconp[*arabi*]|li fide rem publ]*icam ger*]enti corpor[*is supra*] | scripti, manc[*ipes*] | gregum do[*minorum*] | Augg. .... | et ......

Albani rep., nunc Romae (XIV 2299 vidit de Rossi). — 1) *Locator fuit scaenicorum, cf. N. 5207. 5208 not. 1; item N. 5195. Ceterum mirum est hunc dici electum locatorem diurnum, nisi forte haec separanda sunt.*

5207 Q. Gavius Armonius | loc. scaenicorum[1], | vixit annis XXIIII m. VI.

Romae rep. prope portam S. Sebastiani (VI 5819. 10093; nuper Épinal in museo vidit Hirschfeld). — 1) *Alius locator scaenicorum est VI 10092.*

5208 T. Uttiedius Venerianus | archimim. Latinus et ofi|cialis *(sic)* | an. XXXVII, promisthota[1] an. | XVIII, vixit an. LXXV, vivos sibi et | Alfene Saturninae coniugi suae be|ne de se meritae. | Alfena Saturnina an. LI. | H. [*m.*][2] h. n. s.

Philippis (III S. 7343 integram descr. saec. XV Constantinus Lascaris, partem saec. XIX Heuzey). — 1) *Idem ut videtur quod locator scaenicorum.* — 2) a. *excepit Lasc.*

5209 dis mán. | M. Ulpio Hylae | archimimo diurno[1], | qui vix. an. XXVI, | Livia Venusta | fec. coniugi b. m. | et sibi posterisq. | suis.

Romae ad viam Salariam rep. (Notizie degli scavi 1888 p. 62). — 1) *Cf. N. 5212 not. 2.*

5209ª M. Iunius M. l. | Maior | archimimus, | Apollinis parasit., | posit. | Postumia d. l. Cydilla.

Praeneste, iam Romae (XIV 2988 vidit Henzen).

5210 d. m. | Aelio Bulimioni di|urno[1] adlecto, Aeli|a Ianuaria fil. et | Ulpia Herois con|iunx b. m. f., et sibi | et suis, lib. liber|tab. q. posterisq. | eorum.

Romae (VI 10126 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 5196? 5206? 5209.*

5210ª Hellas | pantomim. | hic quiescit, | ann. XIIII. | Sotericus fil. | pii[*ss. fecit et*] | s[*ub ascia dedic.*].

Sainte-Colombe prope Viennam (XII 1916 servavit Iacobus Spon).

5211 dormi. | Claudiae | Hermionae | archimimae su|i temporis pri|mae, here|des.

Romae (VI 10106 vidit Henzen).

5212 dis manibus | M. Fabi M. f. Esq.[1] Regilli et Fabiae . . . ., | Fabia M. et Ɔ. lib. Arete archim[*ima*] | temporis sui prima diurna[2], fec[*it*] | sibi et suis, quibus legavit testa[*mento*] | M. Fabio Chrysanto, | *(deinde alia nomina Fabiorum minimum tredecim)* | posterisq[*ue eorum, monumentum*] | ne abalien[*etur maneatque*] | in familia . . . ., | Sex. Pompeio [*Sex.*] | l. Neriano . . . | A. Cosio Iucu[*ndo*] . . | et in eod. mon[*umento*] . . . | . . camo . . . .

Romae (VI 10107 viderunt Smetius aliique). — 1) *Cf. N. 5199.* — 2) *Archimimam diurnam videri quae non in certum tempus conducta sit, sed in perpetuum diurnam mercedem accipiens, ait Mommsen ad titulum Philippensem III S. 7343 (supra N. 5208).*

5213 Eucharis Liciniae l., | docta erodita omnes artes virgo, vixit an. XIIII. |

Heus oculo errante quei aspicis léti domus, |
morare gressum et titulum nostrum perlege, |
amor parenteis quem dedit natae suae, |
ubei se reliquiae conlocarent corporis. |
Heic viridis aetas cum floreret artibus |
crescente et aevo gloriam conscenderet, |
properavit hóra tristis fatalis mea |
et denegavit ultra veitae spiritum. |
Docta erodita paene Musarum manu, |
quae modo nobilium ludos decoravi choro |
et Graeca in scaena prima populo apparui. |

En hoc in tumulo cinerem nostri corporis |
inf[e]stae Parcae deposierunt carmine. |
Studium patronae, cura, amor, laudes, decus |
silent ambusto corpore et leto tacent. |
Reliqui fletum nata genitori meo |
et antecessi, genita post, leti diem. |
Bis hic septeni mecum natales dies |
tenebris tenentur Ditis aeterna domu. |
Rogo, ut discedens terram mihi dicas levem. |

Romae (I 1009. VI 10096 viderunt Henzen aliique praeter paucas litteras nunc deperditas. Buecheler carm. epigr. n. 55).

Graecis hexametris conscriptum est epitaphium Bassillae mimae, Kaibel epigr. Graec. 609 = Inscr. Graec. Ital. 2342 p. 704.

5214 N. Decitius N. l. | Sabellio mimus. || Decitia Sabellionis | liberta, uxor.

Romae (VI 10108 semel descripta saec. XVI).

5215 Luria Privata | mima, v. a. XIX, Bleptus | fecit.

Roma ut videtur Veronam translata (VI 10111 vidit Mommsen).

5216 Eclogae | regis Iubae[1] | mimae, quae | v. a. XVIII [*m.*] | . . . . . .

Romae (VI 10110 semel descripta saec. XVI). — 1) *Cf. supra N. 840.*

5217 sociarum | mimarum. | In fr. p. XV, | in agr. p. XII.

Romae (VI 10109 vidit de Rossi).

5218 C. Statio Gemello | Atellano. Villia | Secunda cont.[1] fec.

Romae, nunc Neapoli (VI 26806 vidit Mommsen). — 1) *Contubernali.*

5219 M. Annaeus M. f. Esq. | Longinus maccus, vixit | dulcissime cum suis ad supremam diem. | C. Gavius Primigenius, vix. ann. VII. |

Desine iam, mater, lacrimis renovare | querellas,
namque dolor talis non tibi contigit uni.

Romae (VI 10105 vidit Henzen. Buecheler carm. epigr. n. 1823).

5220 C. Portumius *(sic)* | C. l. Helenus, | Calpurnia Anapauma, | nugari de basilica | Antoniarum[1] | duarum.

Romae ad viam Appiam (VI 5536 vidit Henzen). — 1) *Basilica Antoniarum, filiarum Octaviae et M. Antonii, alibi non commemoratur.*

5221

Protogenes Cloul.[1] | suavei[2] heicei[3] situst | mimus,
plouruma que | fecit populo soueis | gaudia nuges.

In agri olim Amiternini vico Preturo in muro ecclesiae (I 1297. IX 4463 vidit Dressel. Ritschl tab. XLIXg). Buecheler carm. epigr. 361. Carmen Enniana aetate non multum posterius (Buech.). Puncta sunt formae quadratae oblongae, l littera modo L *modo* L. — 1) *Clouli, vel Cloeli (servus).* — 2) *Suavei(s), suavis (Bue.).* — 3) *Hic.*

5222 Cn. Pompeius | Ↄ. l. Astipa | daeliciae *(sic)* | populi Ro.
Romae (VI 10151[a] semel vel bis descripta saec. XVIII).

5223 d. m. | Libela sc|enicus via|rum[1], v. | a. L, h. s.
Constantinae (VIII 7151 semel descripta a Costa quodam). — 1) *Fortasse scaenicus qui in viis se producebat (Momms.); cf. ad N. 5176 de catervariis.*

5224 d. *(puer stans)* m. | Aemiliae | Irene, quae | vixit ann. XXVI | diebus XIIII, | Aurelius Euty|ches stupidus[1] | greg. urb. con|iugi karissima *(sic).*

Arimini, nunc Veronae (XI 433 vidit Mommsen). — 1) S. *Cf. supra N. 2178 (not. 11). 2179.*

5225 . . . . | . . . . | Caesaris lusor | mutus argutus imitator | Ti. Caesaris Augusti, qui | primum invenit causidicos imitari.
Romae in columbario ad viam Appiam rep. (VI 4886 vidit Henzen).

5226 d. m. | Flab. Cryseros Cocceius deri|sor se bib. conpar. sibi et su. | libert. libertabusque | posterisq. eorum. *(Ex altera parte)* d. m. | Fla. Crusorote | Cocaius derisor | libartis libar.

Romae, iam Neapoli (VI 10104 vidit Mommsen). Apparet alterum titulum propter errores reiectum esse.

5227 d. m. | Dionysio Aug. n. | vernae hethologo[1] vixit | annos XXIIX mensibus VII | diebus XXIIII, fecit | Dionysius Socratis | Aug. lib. et sibi et suis.

Romae (VI 10129 bis descripta saec. XVII; Oxonii vidit Huebner sed evanidam). — 1) *Mimos ethologos memorat Cic. de orat. 2, 59, 242.*

5228 d. m. | positus est hic Leburna | magister mimariorum, | qui vixit annos plus | minus centum; | aliquoties mortuus | sum, set sic nunquam.[1] | Opto vos ad superos bene | [*va*]lerae.

Sisciae, nunc Pest in museo (III 3980 vidit Mommsen). — 1) *Similiter in epitaphio Aquileiensi Bassillae mimae (cf. not. ad N. 5213) est πολλάκις ἐν θυμέλαις, ἀλλ᾽ οὐχ οὕτω δὲ θανοῦσῃ (Hersilia Caetani-Lovatelli scritti vari [1898] p. 165).*

5229 d. m. | Cn. Vergilius | Epaphroditus | magister odariarius[1] | a Minerva | medica, vixit annos | septuaginta et[2].

Romae (VI 10133 vidit Henzen). — 1) *Cf. Petron. 52: puerumque iussit odaria saltare.* — 2) *Lapis dicitur integer esse.*

5230 C. Iulio Cosco | odariario. | Peducaea Festa olla *(sic)* | emit de suo.

Romae, nunc Cataniae (VI 10134 cf. p. 3492 viderunt Marinius et nuper P. Orsi).

5231 Paezusae Caes. | ser. monodiar.[1], | vix. ann. XVIIII m. IIX, | Euchrestus con|iugi suae b. m.

Romae (VI 10132 semel descripta). — 1) *Cf. Diomed. art. gramm. III p. 492, 13 ed. Keil.*

5232 Heriae Thisbe | monodiariae, | Ti. Claudi Glaphyri[1] | choraulάe, Actionicae | et Sebastonicáe[2]. Terrenum | sacratum long. p. X, lat. p. X, | in quo condita est, fodere noli | ne sacrilegium committas.

Romae (VI 10120 vidit Henzen). — 1) *Glaphyrus tibicen celebratur anth. Pal. 9, 517 (cf. Hillscher Jahrb. f. Phil. Suppl. vol. 18 p. 410). Alius eiusdem nominis memoratur Iuv. 6, 77, Martial. 4, 5, 8. Unius ex his uxor potest fuisse Heria Thisbe.* — 2) *Qui ludis Actiis, Nicopoli puto (cf. Friedländer Sittengesch. II⁵ 434. 574 = II⁶ p. 478. 629), et Augustalibus Neapoli (cf. ad N. 5082 not. 4) vicerit. Alius Σεβαστονείκης est in t. Rhodio Inscr. ins. mar. Aeg. I 647; alius inscr. Graec. Sicil. Ital. 2499.*

5233 . . . .[1] | Sebasmia aput Damascum[2] III[3], Actia aput Bo[*s*]|tram[2] II, Pythia Karthaginis[4] Asclepia Karthagi|ni, Severia aput Caesariam I, Commodia aput Caes.[5] | Huic primum splendedissimus ordo decur. Ost. | postul. populo ob eximia[*m i*]psius periti|am obsequiaque in patria m[*axi*]ma in colo[*nia*] | sua publice statua ponendam [*decrevit*].

Ostiae sine dubio, quamquam id non traditur (XIV 474 semel descripta ab homine ignoto saec. XVIII exeunte). — 1) *Initio fractam fuisse non traditur.* — 2) *Sebasmia Damasci et Actia Bostrae celebrari solita nota sunt etiam ex nummis saeculi p. C. tertii Damascenis (Eckhel 3, 331; Mionnet 5 p. 291—297, suppl. 8 p. 197—206) et Bostranis (Eckhel 3, 501; Mionnet 5 p. 458. 585), Sebasmia Damasci praeterea ex titulo Attico C. I. Att. 3, 129.* — 3) *Ter (scilicet vicit ille cui titulus positus fuit, citharoedus puto vel tibicen).* — 4) *Pythia Carthagine recens instituta memorat Tertullianus scorpiac. 6, Πύθια ἐν Χαρταγέννῃ t. Perinthius arch. epigr. Mitth. aus Oesterr. 8, 1884, 219.* — 5) *Intellege Caesaream Mauretaniae, in qua Κομμόδεια et Σεουήρεια celebrata esse praeterea sane non scimus.*

5234 . . . . .[1] | poetae et praec[*oni?*][2] . . . . | maximo chorau[*lae*] | urbis Roma[*e et*] | provinciarum [*primo*], | hieroni[*cae et*] Olympioni[*cae*] . . . ., | Caesia . . . . .

Romae in museo Lateranensi (VI 10121 vidit Michaelis). — 1) *Nomen certe eius cui titulus positus est periisse apparet.* — 2) *Certaminibus musicis Graecorum etiam praecones de praemio contendisse notum est, cf. Suet. Ner. 24, cet.; Boeckh ad C. I. Gr. 1583.*

5235 L. Axius | Daphnus | choraules.

Romae (VI 10119 vidit Henzen).

5236 Licinia M. Crassi lib. | Seléne | choraule. | Σελήνη χοραυλίς.

Romae (VI 10122 vidit Henzen).

5237 v.[1] P. Lucilius Ɔ. l. | Croesus, protaules.[2]

Romae (VI 10136 vidit Henzen). — 1) *Vivus.* — 2) *Alii protaulae sunt VI 4719. 10135. IX 468 et in hoc t. Ephesio (Greek inscr. in the Brit. Mus. III p. 261, 672 = Dittenberger syll. ed. 2 n. 907): Ἔβενος πρωταύλης Ἱεροκλῇ τῷ ἰδίῳ συριστῇ κτλ.*

5238 Anteros hypaul.[1] | Vedianus[2] Molpus[3] | h. s. e.

Caesareae Mauretaniae (VIII S. 21098 vidi ectypum). — 1) *Hypaules? (voca-*

bulum alibi nondum repertum; τῶν ὑπαυλούντων in scaena non rara est mentio; apud Lucianum de saltat. 83 pantomimus aliquis furibundus τῶν ὑπαυλούντων τινὶ tibiam eripit, cet.). — 2) *Vedii alicuius (fortasse P. Vedii Pollionis) servus fuerat.* — 3) *Agnomen fortasse Anterotis.*

5239 L. Mini tibicinis, | Cassia uxor. | L. Cassi Principis tibicinis[1] | cappae[2].

Ameriae (XI 4424 vidit Bormann). — 1) *Hic fortasse Princeps tibicen, 'operam Bathyllo solitus in scaena dare', quem ridet Phaedrus 5, 7 (Buecheler mus. Rhen. 37, 1882 p. 333).* — 2) *De hoc agnomine cf. Buecheler l. c.*

5240 Fulvia Ɔ. l. | Copiola[1] tíbícina[2], | annos vixit XV.

Romae (VI 33970 viderunt Huelsen et Vaglieri). — 1) *Idem cognomen in artifice scaenica Plin. h. n. 7, 158.* — 2) *Sic (cum apicibus supra utramque* i*).*

5241 *(tibiae duae, altera recta, altera curva; norma cum perpendiculo; ascia)* d. m. | Q. Appeus Augu|rinus Q. Appeo | Eutychiano pa|tri optimo et Ce|sernia Nicefo|ris marito dul|cissimo, calamau|lae[1] Aponesi[2], | v. v. f.[3]

Prope Monselice (non longe ab Ateste, Paduam versus) loco dicto S. Pietro Montagnon (Prosdocimi Notizie degli scavi 1896 p. 317). — 1) *Συριστής est in t. quodam Ephesio (cf. ad N. 5237).* — 2) *Intellege: qui ad Aquas Aponi (cf. supra N. 5202 not. 5) artem exercebat.* — 3) *Vivus vivis fecit.*

5242 C. Asinius | Nymphius | citharoedus | [*vix.*] an. LXXVI.

Romae (VI 10123 vidit Henzen).

5243 dis manibus. | Amphion[1] C. Salari | Capitonis citharoed., | vixit ann. L. | Zethus[2] fratri piissim. | Hic situs est.

Romae (VI 10124[b] semel descripta saec. XVI). Iuxta extabat titulus VI 10124[a] ab eodem Zetho contubernali, filio, vicario positus. — 1) *Nota nomen aptum citharoedo.* — 2) *Saepe Zethi et Amphionis nomina fratribus indita (IX 6112. X 4058. 4117. XIV 2358 cet.).*

Alius citharoedus est XII 1923.

5244 d. m. | Auxesi | citharoedae | coniugi optimae, | C. Cornelius | Neritus | fecit et sibi.

Romae (VI 10125 aliquoties descripta saec. XV. XVI).

5245 Pothus | psilocithar.[1] | palmaris[2].

Romae (VI 10140 vidit Henzen). — 1) *I. e. ψιλοκιθαριστής. Ludis Capitolinis a Domitiano institutis praeter citharoedos etiam psilocitharistae certabant, teste Suet. Dom. 4, item multis locis in Graecia (Inscr. Graec. sept. I 4151 = Bull. de corr. hellén. 14, 1890 p. 191; cet.).* — 2) *Fortasse palmarius, qui rettulerat palmam.*

5246 M. Licin[*i*]us Ɔ. l. Mena curator iterum de | sua pequnia reficiundum curavit | [*dec*]urionum sententia synhodi[1] m.[2] psaltum[3]. | Mag.[4]: | Q. Magulnius Q. l. Eudox., | C. Clodius Ɔ. l. S[*y*]nistor, | D. Nonius D. l. [*G*]or[*g*]onius[5]. | Decur.: | M. Licinius Ɔ. l. Mena, | L. Critonius L. l. Antiochus, | P. Tremelius P. l. Asclepiad.— | P. Obulcius Ɔ. l. Demetrius. | *(sequuntur alia nomina viginti septem, in his)* L. Aurelius L. f. Maec.[6], | L.

Maelius L. f. Maec.[6], | *(in fine)* Q. Magulnus *(sic)* Q. l. Eudoxus, | C. Colodius *(sic)* Ɔ. l. Synistor, | D. Nonius D. l. [*G*]or[*g*]o[*nius*].

Romae intra urbem ad veterem viam Labicanam rep., litteris liberae rei publicae (Bull. arch. comunale 1888 p. 409 vidit Gatti). — 1) *De synhodi vocabulo cf. supra N. 5082 not. 3. Σύνοδοι τῶν ψαλτῶν sane praeterea non notae.* — 2) *Magnae.* — 3) *Intellege: τῶν ψαλτῶν.* — 4) *Magistri.* — 5) Corconius *traditur. Iidem magistri redeunt in fine catalogi.* — 6) *Nota ingenuos cognomine carentes, libertos trium nominum omnes.*

5247 decurionum Coccei l., curat.[1] | Stratone comoedo, | Ibyco psalte, Modesto | dispensatore, Chresto sumptuar.[2], | Tarentino sumptuar. | In fr. p. XL, in agr. p. XL.

Romae (VI 10100 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Curatoribus.* — 2) *Cf. supra N. 1514 not. 4.*

5248 Licinia C. l. Erot[*is*] | spaltria *(sic)* Muren[*ae*] | et ministra in f[*amilia?*].

Roma Firmum Picenum allata (VI 10138 vidit Mommsen).

5249 ossa | Iconium l., | psaltria.

Romae (VI 10137 vidit Henzen).

5250 Alcimas | Zmurneus[1], | tubocantius[2].

Romae, iam Parisiis (VI 10149 viderunt Mommsen et Hirschfeld). — 1) *Smyrnaeus.* — 2) *Ludis Graecis σαλπιγκτῶν quoque certamina committebantur (Seneca ep. 76, 4 cet.). Cf. Friedländer Sittengesch. III[5] p. 298 not. 2. Tubicines in theatro memorat Iuven. 10, 214.*

5251 d. m. | Philotas Talli *(sic)* | erosalpistes[1]. | Lamedon | filius fecit et Romana filia.

Romae (VI 10130 vidit Henzen). — 1) *Id est ἱεροσαλπιγκτής (Henz.). Cf. C. I. Gr. 2985: ἱεροσαλπικτής, Ὀλυμπιονείκης.*

5252 Ti. Claudius Corinthus | musicarius Paridis[1], | sibi et suis.

Romae in monumento familiae Marcellae (VI 4454 vidit Henzen). — 1) *Tibicen, ad quem saltavit Paris pantomimus (Momms.); cf. ad N. 5239.*

5253 d. m. s. | M. Laelio Africano | M. Laelius Africanus | et Flavia Optata parentes | b. m. f., | Hoelochari[1], | qui vixit annis XXI m. VI d. X. |

Musicus incanere, docte cantare solebat |
acceptusque nimis multis magnifico ingenio[2], |
receptus inter fautores prior, |
celebri favore artem exponens suam |
ut quivis dederet aures suas mirifico ingenio |
super canentis carmine doctiloquo. |

Romae in columbario ad viam Salariam rep. (VI 7946 vidit Henzen. Buecheler carm. epigr. 1557). — 1) *Vocabulum in margines sinistrum et dextrum reiectum (hic* hoelo, *illic* chari*), signum sine dubio defuncti. Hylochari signum est VI 11005.* — 2) *Pentameter, sublato aut* que nimis *aut* multis. *In sequentibus quo-*

que versus facere voluit scriptor, de quibus cf. Buecheler l. c. Praeterea nota acrostichon (Marcus).

5254 d. m. | Calocaero | vernae dulciss. | et musicario | ingeniosissimo, | qui vix. ann. XV, | bene merenti fecit | Daphnus.

Romae (VI 9649 viderunt Smetius aliique).

5255 Martialis hic s. e. s. *(sic)* | v. anos *(sic)* II), | Semnos syponiacus[1] | fecit.

Caesareae Mauretaniae (VIII 21101 vidit Purgold). — 1) *De symphoniacis cf. Friedländer Sitteng. III⁵ p. 304. — Symphoniacos qui sacris praesto erant habes supra N. 4966 et fortasse etiam XII 3348.*

5256 Scirtus | symphoniacus | Cornelianus[1].

Romae rep. in monumento Statiliorum ad portam Praenestinam (VI 6356 vidit Henzen cum amicis). — 1) *Appellatus a Cornelia uxore ut videtur Statilii Tauri.*

5256ᵃ diis manibus | Primigenia | sinponiaca[1], | ann. XXV.

Prope Alicante Hispaniae, ubi fuit Lucentum (II 3465 bis descripta saec. XVII). — 1) sinproniaca *alterum apographum.*

5257 Ti. Claudius | Qui. Macedo | phónascus[1], | sibi et | Stlacciáe Dignáe | uxóri suáe.

Apud Albam, intellege Albano oppidum agri Romani (XIV 2300 bis ut videtur descripta saec. XV. XVI). — 1) *Phonasci memorantur in titulis Graecis artificum scaenicorum C. I. Gr. 3208 (Smyrnae), C. I. A. III 129, Dittenberger-Purgold Inschr. v. Olympia n. 237: ὑπὸ φωνασκὸν τὸν δεῖνα. Cf. praeterea Varro sat. Menipp. fr. 348 Buech.; Suet. Aug. 84, Ner. 25; Quint. inst. 11, 3, 19. Friedländer Sittengesch. III⁵ p. 314.*

5258 d. m. | pueri Septentri|ónis[1], annor. XII, qui | Antipoli in theatro | bíduo saltavit et pla|cuit.

Antipoli (XII 188 vidit Hirschfeld). — 1) *Idem artificis nomen supra n. 5193.*

5259 C. Asinio Olympo | saltatori | v. a. XI d. XXX | fecerunt | Asinius Olympus | et Asinia Doris | filio b. m.

Romae (VI 10142 vidit Henzen).

5260 Thyas saltatrix | Metiliae Rufinae[1], | vixit annis XIIII. | Thalamus sponsae suae.

Carthagine in eodem sepulcreto in quo N. 1486 (VIII S. 12925 vidit Schmidt). — 1) *Femina ex nobilitate Romana ut videtur, cf. Prosopogr. Rom. s. v. — Aliae saltatrices sunt VI 10143. 10144.*

5261 dis man. Naidi Caesaris vernae | ex numero pyrriche[1], v. a. XXV m. II d. uno, | Onesimus Caeseris *(sic)* n. coniugi b. m. | fecit et sibi et suis posterisque eorum.

Romae (VI 10141 vidit Henzen). — 1) *Cf. Apul. met. 10, 29, cet.; Friedländer Sitteng. II⁵ p. 574.*

5262 Phoebe | Vocontia[1] | emboliaria[2], artis | omnium erodita. | Hunc fatus suus pressit, | vixit annis XII. ‖ *(a dextra)* v.[3] P. Fabius P. Ɔ. l. | Faustus. ‖ *(a sinistra)* v.[4] Pompeia Cn. l. | Sabbatis.

Romae (VI 10127 vidit Henzen). — 1) *Indicatur origo.* — 2) *Cf. Plin. h. n. 7, 158 Galeria Copiola emboliaria reducta est in scaenam etc. Cic. pro Sest. 54, 116, ad Q. f. 3, 1, 7, 24. Pompeiis in pariete basilicae dicitur scriptum fuisse:* Oppi emboliari, fur, furuncule *(IV 1949).* — 3) *Vivus,* 4) *viva.*

5263 Sophe | Theoroba|thylliana[1], | arbitrix[2] | imbolia|rum[3].

Romae rep., tessera ossea (VI 10128 vidit de Rossi). — 1) *Theorobathylliani potuerunt dici asseclae Theori et Bathylli pantomimorum (Theoriani memorantur in disticho scariphato in pariete basilicae Pompeianae, IV 1891 = Buecheler carm. epigr. 926). De Theoro cf. supra N. 5197; de Bathyllo Tac. a. 1, 54, Dio 54, 17 cet.* — 2) *Fortasse idem quod arbitra.* — 3) *Emboliarum.*

5264 d. m.

immatura quies quos apstulit hic siti sunt tres,
mater cum parvis pignoribus geminis.
Pollia Saturnina parens triginta per annos
vixit et enituit docta sonare mele.
Octo puer Titius, proles cito rapta, Philippus,
et fratri tenero karior una soror,
Aelia Saturnina, abiit uno insuper anno,
nec saltus vitam protulit aut choreae.

Romae (VI 10131 semel vel bis puto descripta saec. XV). Buecheler carm. epigr. n. 1282.

5265 . . . .[1]

fluxa aut syrmata Bacchici coturni,
hic Phoebus fuit, hic superbus Euhan.
Plaude istis, populare volgus, umbris,
si sum dignus adhuc favor[*e*] vestro,
si post praemia rixulasq. [*ves*]tras
ut tiro ac rudis in quiete v[*iva*]m.

Puteolis, nunc Neapoli (X 1948 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 1510. — 1) *Praeter alia nomen artificis scaenici desiderari apparet (Buech.).*

5266 Iulia Mimesis suborn|atris *(sic)*[1] Ionici et Cano|nis, hic sita sit, quae vi|xit annis XLIIX; tibi et | tuis t. l.[2]

Caesareae (Cherchel) Mauretaniae (VIII 9428 Wilmanns vidit ectypum). — 1) *Subornatricem hanc ad scaenam pertinuisse coniecit Momms.* — 2) *Terra levis (sit).*

5267 τὸν σοφὸν | ἐν ἀνδράσιν | Εἰώνικον | ἄνθρα μέ|γιστον Κόιν|τον Ἰούλιον | Μείλητον | οἱ τεχνεῖται[1] | ἀνέθηκαν. |
Q. Iulius Faen|tius alumnus | cum artefici|bus[1] posuit. *(In latere)* Κόιντος Ἰούλιος | Μείλητος | ζῶν καταειέρωσα | τῇ πρ. ζ΄ καλ. Μαρτ.

Romae (VI 10091. Inscr. Graec. Ital. 1092 titulum frontis viderunt Henzen et Kaibel). — 1) *Artifices sive technitas scaenicos intellegit Henzen, fortasse recte. Kaibel marmorarium putat fuisse Iulium Miletum, cum in alia inscriptione, quam*

idem Iulius Miletus sibi posuit (VI 10091 not. = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1093 = Kaibel epigr. Gr. 920) scriptum sit: μαρμαρίων τὸ γένος σῶζε, Σέραπι.

5268 d. [*m.*] s. | Hermippo | Aug. lib., proc. | scaenic.[1], Ulp. | Amanda et Ulp. | Primitiva patr. | b. m. posuerunt.

Romae, nunc Bononiae (VI 10088 vidit Bormann). — 1) Scaenicorum.

5269 M. Vipsanius | Narcissus | rogator ab scaena.

Romae (VI 10094 vidit Herzog).

5270 L. Marius Auctus | denunttiator[1] ab | scaena Graeca.

Roma ut videtur Velitras et deinde Neapolim adlata (VI 10095 viderunt Mommsen et Fiorelli). — 1) Sic Fiorell.

5271 L. Succónio L. f. Pal. | Prisco IIIIv. i. d., q. a.[1], | omnium corpor. patr., | item Trebis decur., pont., | IIIIvir. i. d., patron. mun., | decuriae IIII scabillar. | veteres a scaena[2], | amantissimo sui, | ex aere conlato. H. a. i. r.[3]

Olim Montefalco prope Mevaniam (Bevagna) Umbriae, iam Trebiis (XI 5054 = Orell. 2643 vidit Bormann). — 1) Quattuorviro iure dicundo, quaestori aerarii. — 2) Collegia scabillariorum memorantur etiam in titulis urbanis (VI 6660. 10145—10148. 33191. 33194 = Notizie degli scavi 1888 p. 186. VI 33971, item supra N. 1911 v. 4) et Puteolanis (supra N. 335. X 1643. 1647). Num ad scaenam pertinuerint, non semper apparet. De scabillo cf. Friedländer Sittengesch. II^5 p. 409 not. 6. III^5 p. 305 not. 2. — 3) Honore accepto impensam remisit.

5272 M. Septimio | M. f. Hor. | Septimiano | equo publ., IIIIvir. i. d., | praef. fabr. Romae, | dec. IIII scamillar.[1] | operae veteres | a scaena, patrono, ob | merita eius. | L. d. d. d.

Spoletii (XI 4813 = Grut. 467, 7 vidit Bormann). — 1) Non videntur diversi fuisse a scabillariis. Cf. N. 5271.

5273 operae urb. scabillar.: | Q. Honorius Anteros, | L. Aufidius L. l. Utilis, | *(sequuntur alia nomina plus viginti).*

In S. Pelini ecclesia, quo loco fuit Corfinium (IX 3188 vidit Nissen, sed evanidam, descripsit saec. XVI Accursius).

5274 L. Sammio L. fil. Vol. | Ae[*m*]i[*li*]ano eq. publ. | h[*aben*]ti, allec. in V | de[*cu*]r., luperco, flam. | provinciae Narbonen|sis, praef. cohortis II | Hispanae Vasconum | civium Romanorum, | L. Sammius Maternus | alumnus L. Sammi Eutyci, | archiereus synhodi[1].

Nemausi (XII 3183 vidit Hirschfeld). — 1) Archiereus videtur fuisse Sammius Maternus eiusdem synhodi quae Nemausi posuit titulum supra N. 5082; fuit igitur artifex scaenicus, similiter ut sacerdotes et ἀρχιερεῖς synhodi quos habuimus supra N. 5186. 5190. 5193. 5194. In huius ut videtur L. Sammii honorem videtur esse factum decretum Graecum cuius frustula reperta sunt Nemausi (Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2497^a. 2498).

5275 *(in plintho statuae marmoreae togatae)* C. Fundilius Doctus Apollinis parasit.[1] *(In scrinio sculpto ad pedes eiusdem statuae)* C. Fundilius | Doctus | Apollinis | parasitus[1].

In Nemore Aricino rep. (XIV 4273 ed. Tomassetti Notizie degli scavi 1887 p. 197). — 1) *Reliqui quos novimus parasitos Apollinis scaenae dediti fuerunt (supra N. 5186. 5189. 5193/4. 5196. 5200. 5209ª); quod de hoc non ita certum.*

5275ª *(in plintho hermae muliebris)* Fundilia C. f. Rufa | patrona Docti.

In Nemore Aricino rep., iam Nottingham in museo (XIV 4199; Harry Wallis Museum and Art Gallery of Nottingham Castle tab. 1).

5276 deo Tute|lae Aemilius | Severianus | mimographus | posuit.

Tarracone (II 4092 aliquoties descripta saec. XVI. XVII).

Circus eiusque factiones.

5277 [*fa*]ctionis prasinae.

Romae rep. in campo Martio, ubi dicitur via de' Banchi vecchi, fistula plumbea (XV 7254 vidit Dressel). — *Stabula quattuor factionum in campo Martio memorat Notitia urbis reg. IX. Aedificaverat ea Vitellius (Tac. hist. 2, 94). Stabulum factionis prasinae memorat Suet. Cal. 55. Ad hoc stabulum videtur pertinuisse haec fistula, quam Dressel indicat factam saec. I medio vel exeunte.*

5278 Fuscus cursor | prasini[1], vix. ann. XXIV, | vicit Rom. LIII, ad deam Diam II[2], | Bovillis I[3], una palma rev.[4] bis | eandem vicit. Hic omnium cursor. | primus qua die missus est vicit stat.[5] | C. Cestio M. Servilio cos.[6] | Machao[7] conser. memoriae causa.

Romae rep., ad viam Salariam ut videtur, tabula parva marmorea (VI 33950 descr. Vaglieri Notizie degli scavi 1894 p. 280, cf. Friedländer Sittengesch. II⁶ p. 325). — 1) *Prasinae factionis antiquissima mentio.* — 2) *Significantur ludi a fratribus Arvalibus ad lucum deae Diae (cf. supra N. 5037 not. 7, item N. 230 not. 25),* 3) *ludi genti Iuliae Bovillis editi (Tac. ann. 15, 23).* — 4) *Revocatus; cf. infra N. 5283 (not. 5). 5284; Friedländer Sitteng. II⁵ p. 457.* — 5) STAT *vel* STA *lapis, teste imagine edita Notizie l. c. Quid subsit, incertum (vix licebit cogitare de stadio).* — 6) *A. 35.* — 7) *Fortasse idem quem memorat Dio 59, 9.*

5279 A. Antonius Albanus | cursor et supra | cursores | factionis prasinae. | Trebonia Tertulla | posuit.

Romae in via Salaria (VI 33944 = Notizie degli scavi 1886 p. 368 vidit Gatti).

5280 Gigas ágit. | factiónis | prasináe, | vicit palmás in biga | ... XXVI, maiores II, | [*Bo*]villis[1] I. ‖ A. Antoni[*o*] | Adrasto | agitatori | factionis | prasinae.

Romae rep. ad viam Salariam (VI 33946 = Notizie degli scavi 1886 p. 383 vidit Gatti). — 1) ..VIILIS *exceptum est (supplevit Huelsen collata N. 5278).*

5281 d. m. Muscloso[1] a. f. r.[2], nat. Tuscus, vic. pal.[3] DCLXXXII, a.[4] III, p.[5] V, v.[6] II, r.[7] DCLXXII, Apuleia Verecunda coniunx m. c. p.[8]

Romae (VI 10063 semel descripta saec. XV, accurate ut apparet). — 1) *Diversus Pompeius Musclosus, qui agitavit in factione prasina, qui memoratur infra N. 5287 v. 19.* — 2) *Agitatori factionis russatae.* — 3) *Vicit palmas.* — 4) *Albata (factione),* 5) *prasina,* 6) *veneta,* 7) *russata.* — 8) *Memoriae causa posuit.*

5282 d. m. | Epaphroditus | agitator f. r.[1], | vic. CLXXVIII, et | at purpureum | liber.[2] vic. VIII. | Beia Felicula | f. coniugi suo | [*b.*] merenti.

Romae (VI 10062 vidit Bormann). — 1) *Factionis russatae.* — 2) *Post libertatem acceptam fuit apud factionem purpuream quae, instituta a Domitiano (Suet. Dom. 7, Dio 67, 4), non multum duravit (cf. Friedländer ap. Marquardt Staatsverw. III² p. 518).*

5283 Carisia Nesis Ɔ. l.
Scirtus[1] agitator faction. albae

a. p. Chr. 13	L. Munatio et C. Silio cos.,	quadr.[2] vic. I sec.[3] I ter.[4] I.
a. p. Chr. 14	Sex. Pompeio Sex. Appuleio cos.,	vic. I sec. I ter. II.
a. p. Chr. 15	Druso Caesar. C. Norbano cos.,	vic. I sec. II ter. V.
a. p. Chr. 16	Sisenna Statili. L. Scribonio cos.,	vic. II r. I[5] s.[3] V t.[4] V.
a. p. Chr. 17	C. Caelio L. Pomponio cos.,	vic. II r. I[5] s.[3] IIX t.[4] VI.
a. p. Chr. 18	Ti. Caesare III Germanico Caesar. II cos.,	sec. VII ter. XII.
a. p. Chr. 19	M. Silano L. Norbano cos.,	r. I[5] s. V ter. V
a. p. Chr. 20	M. Valerio M. Aurelio cos.,	sec. III ter. IIII.
a. p. Chr. 21	Ti. Caesare IIII Druso Caesar. II cos.,	sec. II ter. V.
a. p. Chr. 22	D. Haterio Agrippa et Sulpicio cos.,	sec. III ter. IV.
a. p. Chr. 23	C. Asinio C. Antistio Vetere cos.,	r. I[5] s. I ter. V.
a. p. Chr. 24	Ser. Cornelio Cethego L. Visellio cos.,	sec. I ter. IIII.
a. p. Chr. 25	Cosso Cornelio Lentulo M. Asinio cos.,	ter. II

sum. sum.[6] quadr. vic. VII, revoc. IIII, sec.[3] XXXIX, ter.[4] | LX; et iustitiale[7] I, seiuges II[8].

Romae ad viam Latinam rep. (VI 10051 vidit Henzen). — 1) *Fortasse M. Livius Scirtus, cuius liberti VI 2288 (cf. VI 32471 = Bull. comunale 1886 p. 285 n. 1289). 21414.* — 2) *Quadriga.* — 3) *Secundas (tulit).* — 4) *Tertias.* — 5) *Revocatus semel.* — 6) *Summa summarum.* — 7) *Hoc obscurum (significari missum, quo non constiterat de victoria, coniecit Henzen).* — 8) *Cf. N. 5287 v. 7.*

5284 . . . . . [*agitator*] | factionis ven[*etae, dec.*] | Appio Annio Ga[*llo*] | L. Verulano Sever[*o cos.*][1], | X k. Septembres. Vic[*it*] | quadri.[2] XLVII, secund.[3] CXX[*XI*][4], | tertias CXLVI; bigas vic[*it*] | VIIII, secundas IIX, terti. IIX; | adgente[5] quadrig. vicit II, | revocatus II, instauratiam[6] | tertias I: ad honore veni.[7] | CCCLIIII.[8] Vixit annis XXV. | Fecit | Crispina Meroe.

Romae, iam Veronae (VI 10055 vidit Mommsen). — 1) *Consules fuerunt temporibus Neronis extremis; de Annio Gallo cf. Tac. hist. 1, 87. 5, 19 cet., de Verulano Tac. a. 14, 26. 15, 3.* — 2) *Quadrigas.* — 3) *Secundas (tulit, scilicet item certaminibus quadrigarum).* — 4) *Cf. not. 8.* — 5) *Non intellegitur.* — 6) *Intellege: instauraticio die.* — 7) *Venit.* — 8) *Apparet connumerari victorias vel honores hucusque enumeratos; unde sequitur numerum secundarum, quas certamine quadrigarum tulerit agitator ille, fuisse CXXXI (47 + 131 + 146 + 9 + 8 + 8 + 2 + 2 + 1 = 354).*

5285 Crescens agit. | factionis ven., | natione Maurus, | annorum

XXII.[1] | Quadriga primum | vicit L. Vipstanió | Messalla cos.[2], natale | divi Nervae[3] miss. XXIIII[4], | equis his: Circio, Accep|tore, Delicato, Cotyno. | Ex Messalla in Glabri|onem cos.[5] in natale | divi Claudi[6] miss. ost. | ĐCLXXXVI[7], vicit XXXXVII: | inter sing.[8] vic. XIX, binar. | XXIII, tern. V[9]; praemiss.[10] I, | occup. VIII, eripuit XXXVIII.[11] | Secund. tulit. CXXX; tert. CXI. | Quaest. ret. HS |XV| LVIII | CCCXXXXVI.

Romae rep. in via della Pace (VI 10050 vidit Henzen; imago est Bull. comunale 1878 tab. XII, adiecto commentario quem conscripsit Hersilia Lovatelli). — 1) *Apparet Crescentem cum agitaverit ab a. 115 ad a. 124 (not. 2. 5), agitare coepisse annos natum tredecim.* — 2) *A. 115.* — 3) *8 Nov., testibus factis Philocalianis et Silvianis (C. I. L. I ed. 2 p. 278).* — 4) *Missu vicesimo quarto, id est postremo (cf. Friedländer ap. Marquardt Staatsverw. III² p. 515).* — 5) *A. 124.* — 6) *1 Aug.* — 7) *Missus ostio sexcenties octogies sexies (tot certaminibus interfuit; cf. N. 5287 not. 8).* — 8) *Intellege: inter victorias quadraginta septem fuerunt undeviginti quas reportavit certaminibus singularum quadrigarum (in quibus quattuor factiones singulis tantum quadrigis certaverunt). Cf. N. 5287 v. 7 (not. 11) et v. 14 (not. 44).* — 9) *19 + 25 + 5 = 47.* — 10) *Praemissu? (Momms.). Praemissit? (Friedländer Sittengesch. II⁵ p. 472). Cf. N. 5287 not. 36.* — 11) *1 + 8 + 38 = 47.*

5286 *1.*

M. Aur. Polynices nat. ver|na[1], qui vixit ann. XXIX mens. | IX diebus V, qui vicit palmas | n.[2] DCCXXXIX, sic: in russeo n.[2] | DCLV, in prasino LV, in vene|to XII, in albo n. XVII; prae|mia XXXX[3] n. III, XXX[4] XXVI, pu ra[5] n. XI; octoiug.[6] n. VIII, dec.[7] n. | VIIII, seiug. n. III.

2.

M. Aur. Mollicius Tatianus | natione verna, qui vixit ann. | XX mens. VIII diebus VII, qui | vic. palmas n. CXXV, sic: in rus|seo LXXXVIIII, in prasino XXIIII, | in veneto n. V, in albo n. VII; | praemia XXXX[3] n. II.

3.

(sub ambabus inscriptionibus):

θρέψε πάτρη Ῥώμη κλυτὸς ἡνίοχος Πολυνείκης |
υἷε δύω Μακάριν[8] Τατιανόν τε κάσιν. |
[μοίρ]η δ' ἐν σταδίοισιν ἀγαλλομέν[ους] . . . . . ς
[ἥ]ρπασεν ὠκυμόρους· τίς φθόν[ον . . . . . .
[θα]ρσεῖτον δύο παῖδε· τέθνηκε . . . . νιω,
[κοι]νὸν ἐπεὶ μερόπων πᾶσι μ[ένει τὸ τέλο]ς.

Prope Romam ad viam Praenestinam sub duabus statuis (?) aurigarum (VI 10049 = Inscr. Graec. Sicil. Ital. 1474 servavit Sirmondus). — 1) *Natione verna, i. e. ex plebe urbana.* — 2) *Numero.* — 3) *Quadragenaria (ad sestertium quadragena milia),* 4) *tricenaria. Eadem praemia maiora appellantur N. 5287 v. 7.* — 5) *Apparet minora praemia significari; de praemiis quindecim milium sestertium cogitavit Friedländer Sittengesch. II ed. 5 p. 456, ed. 6 p. 501.* — 6) *Octoiuge.* — 7) *Decemiuge.* — 8) *Macarium signum Polynicis fuisse putat Kaibel, qui de carmine egit mus. Rhen. 34, 1879 p. 190.*

5287 [*C. Appu*]leius Diocles[1], agitator factionis russatae[2], | (2) [*na-t*]ione Hispanus Lusitanus, annorum XXXXII mens. VII d. XXIII. | (3) [*Pri*]-mum agitavit in factione alb. Acilio Aviola et Corellio Pansa cos.[3] | (4) [*Primu*]m vicit in factione eadem M'. Acilio Glabrione C. Bellicio Torquato cos.[4] | (5) [*P*]rimum agitavit in factione prasina Torquato Asprenate II et Annio Libone cos.[5] Primum vicit | (6) [*in faction*]e russata Laenate Pontiano et Antonio[6] Rufino cos.[7] Summa: quadriga agitavit annis XXIIII, missus ostio $\overline{\text{IIII}}$ CCLVII[8], | (7) [*vicit MCCC*]CLXII[9], a pompa CX.[10] Singularum[11] vicit ∞LXIIII[12], inde praemia maiora vicit LXXXXII[13], $\overline{\text{XXX}}$[14] XXXII, ex his seiuges[18] III, $\overline{\text{XXXX}}$[15] XXVIII, | (8) [*ex his seiuge*]s[19] II, $\overline{\text{L}}$[16] XXVIIII inde septeiuge I; $\overline{\text{LX}}$[17] III. Binarum[20] vicit CCCXXXXVII[21], trigas[22] ad HS $\overline{\text{XV}}$[23] IIII. Ternarum vicit LI[24]. Ad honorem venit ∞[25] | (9) . . . . [*tulit s*]ecundas ƉCCCLXI, tertias ƉLXXVI, quartas ad HS ∞ I[26], frustra exit ∞CCCLI[27]. Ad venetum vicit X[28], ad albatum vicit LXXXXI[28], inde[29] ad HS $\overline{\text{XXX}}$[11] II. | (10) [*Rettulit quaest*]um[30] HS $\overline{\text{CCCLVIII}}$ $\overline{\text{LXIII}}$ CXX[31]. Praeterea bigas Ṁ[32] vicit III, ad albatu[28] I ad prasinu II[33]. Occupavit et vicit[34] ƉCCCXV[38], successit et vicit[36] LXVII[38], | (11) [*praemisit et vici*]t[36] XXXVI[38], variis generibus vic. XXXXII[38], eripuit et vicit[37] ƉII[38] prasinis CCXVI venetis CCV albatis LXXXI[39]. Equos centenarios fecit n. VIIII et ducenar. I[40] |

(12) Insignia eius. |

(13) . . . . . . to sibi, quo anno primum quadrigis victor exstitit bis, eripuit[41] bis. Actis[42] continetur, Avilium Teren[43] factionis suae primum omnium vicisse ∞XI, ex quibus anno uno, plurimum vincendo vicit | (14) [. . . . *singularum* . . ., *at Diocles quo an*]no primum centum victorias consecutus est, victor CIII, singularum[44] vicit LXXXIII. Adhuc augens gloriam tituli sui praecessit Thallum[45] factionis suae, qui primus in factione russata | (15) . . . . [*at Dio*]cles omnium agitatorum eminentissimus, quo anno alieno principio[46] victor CXXXIIII, singularum vicit CXVIII; quo titulo praecessit omnium factionum agitatores, qui unquam | (16) [*certaminibus ludorum ci*]rcensium interfuerunt. Omnium admiratione merito notatum est, quod uno anno alieno principio, duobus introiugis Cotyno et Pompeiano, vicit LXXXXVIIII, $\overline{\text{LX}}$[17] I, $\overline{\text{L}}$ IIII, $\overline{\text{XL}}$ I, $\overline{\text{XXX}}$[14] II. | — (17) . . . . [*fact*]ionis prasinae, victor ∞XXV, primus omnium urbis conditae ad HS $\overline{\text{L}}$[16] vicit VII, Diocles praecedens eum introiugis tribus Abigeio Lucido Parato $\overline{\text{L}}$ vicit VIII. | (18) — [*Item praecedens C*]ommunem Venustum Epaphroditum, tres agitatores miliarios factionis venetae[47], ad HS $\overline{\text{L}}$ vicissent XI, Diocles Pompeiano et Lucido, duobus introiugis $\overline{\text{L}}$ vicit | (19) [*XII*[48]] . . . . factionis prasinae, victor ∞XXV, et Flavius Scorpus[49], victor $\overline{\text{II}}$ XLVIII, et Pompeius Musclosus[50], victor $\overline{\text{III}}$ ƉLVIIII, tres agitatores victores $\overline{\text{VI}}$ ƉCXXXII[51], ad HS $\overline{\text{L}}$ vicerunt XXVIII, | (20) [*at Diocles omnium agitato-*

rum emi]nentissimus, victor ∞CCCCLXII[52], $\overline{L}$ vicit XXVIIII. — Nobilissimo titulo Diocles nitet, cum Fortunatus factionis prasinae, in victore Tusco victor CCCLXXXVI, $\overline{L}$ vicit IX, Diocles | (21) [*in Pompeiano victore*[53] *victo*]r CLII, $\overline{L}$ vicit X, $\overline{LX}$ I. Novis coactionibus[54] et numquam ante titulis scriptis Diocles eminet, quod una die seiuges ad HS $\overline{XL}$ missus bis, utrasque victor eminuit adque amplius | (22) . . . . suisque, septem equis in se iunctis, numquam ante hoc numero equorum spectato[55], certamine ad HS $\overline{L}$ in Abigeio victor eminuit et sine flagello[56] alis certaminibus ad HS $\overline{XXX}$ | (23) [*vicit*] . . . . um visus esset his novitatibus, duplici ornatus est gloria. — Inter miliarios agitatores primum locum obtinere videtur Pontius Epaphroditus factionis venetae, | (24) [*qui temporibus imp. nostri Anto*]nini Aug. Pii solus victor ∞CCCCLXVII, singularum vicit DCCCCXI, ad[57] Diocles praecedens eum, victor ∞CCCCLXII, inter singulares[58] vicit ∞LXIIII. Isdem temporibus | (25) [*Pontius Epaphroditus eripuit*] et vicit CCCCLXVII: Diocles eripuit et vicit DII[59]. Diocles agitator quo anno vicit CXXVII, Abigeio Lucido Pompeiano introiugis tribus victor CIII, inter | (26) . . . . [*Inter em*]inentes agitatores introiugis Afris plurimum vicerunt: Pontius Epaphroditus factionis venetae, in Bubalo vicit CXXXIIII; Pompeius Musclosus factionis prasinae, | (27) [*in* . . . . . *vicit*] CXV: Diocles superatis eis, in Pompeiano victor CLII, singularum vicit CXXXXIIII. Ampliatis titulis suis, Cotyno Galata Abigeio Lucido Pompeiano introiugis quinque | victor CCCCXXXXV, singularum vicit CCCLXXXXVII.

Romae, ex Vaticano adducta in campum Martium (VI 10048 viderunt Smetius aliique). De hoc titulo disseruit Friedländer Sitteng. Roms II ed. 5 p. 460 (ed. 6 p. 505 seq.) — 1) *Eiusdem C. Appuleii Dioclis imaginem Fortunae Primigeniae dedicaverunt filii eius (XIV 2884).* — 2) *In t. Praenestino (cf. not. 1) dicitur* agitator primus fact. russat. — 3) *A. 122.* — 4) *A. 124.* — 5) *A. 128.* — 6) Annio *Smetius solus, errore.* — 7) *A. 131.* — 8) *Quater milies ducenties quinquagies septies ostio missus est (cf. N. 5285 not. 7), id est certamini interfuit.* — 9) *Numerus victoriarum Dioclis, cf. infra not. 24. 38 et v. 20 (not. 52). 24.* — 10) *Cf. Friedländer Sitteng. II*[5] *p. 457 (II ed. 6 p. 502). Momms. eph. 4 p. 250.* — 11) *De singularum notione vide N. 5285 not. 8.* — 12) *Numerus redit infra v. 24.* — 13) *Scilicet 32+28+29+3=92. Cf. not. 14—17.* — 14) *Intellege praemia tricenum,* 15) *quadragenum,* 16) *quinquagenum,* 17) *sexagenum milium sestertium. Praemia haec tricenaria quadragenaria quinquagenaria sexagenaria connumerata efficiunt praemia maiora 92.* — 18) *Cf. N. 5283 fin.* — 19) *Sic vel septemiuges supplendum.* — 20) *Cf. N. 5285.* — 21) *Cf. not. 24.* — 22) *De trigarum certaminibus cf. Friedländer apud Marquardt Staatsv. III*[2] *p. 524.* — 23) *Ad sestertium quindecim milia. Nota praemium exiguum.* — 24) '*Ternarum*' *hae victoriae 51, additae* '*binarum*' *victoriis quae praecedunt 347 et* '*singularum*' *1064, efficiunt victorias 1462 supra (et infra, cf. not. 52) memoratas.* — 25) *Ad honorem venit miliarium, scilicet factus victor mille victoriarum (sic intellegit Momms.). Henzen significari putat quotiens Diocles vel vicerit vel secundas vel tertias vel quartas tulerit (similiter enim* '*ad honorem venire*' *usurpatur supra N. 5284), supplendum igitur* ∞[∞*DCCCC*]. *Cf. Friedländer l. c. p. 465.* — 26) *Cf. Friedländer l. c. p. 465 not.* — 27) *Diocles cum frustra exierit 1351, quartas tu-*

lerit semel, tertias 576, secundas 861, victorias autem rettulerit numero 1462 (cf. not. 9), desunt ex certaminibus 4257, quibus interfuit (toties enim ostio missus esse dicitur, cf. not. 8) certamina sex (1351 + 1 + 576 + 861 + 1462 = 4251), quae infra seorsum videntur memorari (cf. Friedländer Sitteng. II[5] *p. 465/6).* — 28) *Mommsenus putat Dioclem ceteros quidem reliquisse post se, sed a solo veneto vel albato superatum esse, Friedländer (II*[5] *p. 466) Dioclem una cum veneto vel albato metam attigisse.* — 29) *Scilicet ex his victoriis quae praecedunt.* — 30) *Suppletum ex N. 5285.* — 31) *Pro* CCCLVIII *scribendum* |CCCLVIII|, *et intellegendum sestertium trecenties quinquagies octies (centena milia) et LXIII milia et CXX. Cf. quae disputavit Mommsen eph. ep. 4 p. 250 seq.* — 32) *Miliarias, scilicet quae praemium meruerunt sestertium millenorum (Momms. l. c. p. 249, 2. p. 251).* — 33) *Haec bigarum miliariarum certamina sex videntur adnumerari deberi certaminibus supra recensitis 4251, indeque effici numerum 4257, quoties 'ostio missus' est Diocles (cf. not. 27).* — 34) *Item VI 10053:* occupavit et vicit; *supra N. 5285:* occup. *Cf. Plin. h. n. 8, 160; Friedländer l. c. p. 466 (ed. 6 p. 512); Wünsch sethianische Verfluchungstafeln p. 70.* — 35) *Cf. Friedländer l. c.* — 36) *Cf. VI 10053; supra N. 5285:* praemiss. — 37) *Cf. N. 5285:* eripuit. — 38) *815 + 67 + 36 + 42 + 502 (cf. not. 39) = 1462; tot fuerunt victoriae Dioclis.* — 39) *216 + 205 + 81 = 502 (idem numerus infra v. 25). Cf. Elter mus. Rhen. 41, 1886 p. 537.* — 40) *Novem equis centum vel plures victorias rettulit, uno ducentas.* — 41) *Cf. supra not. 37.* — 42) *Actis diurnis publicis ut videtur.* — 43) *Idem Teres memoratur VI 10054; idem ut videtur repraesentatus est in lucerna X 8053, 193 (Zangemeister ann. inst. arch. 1870 tab. N cf. p. 261). Libertus fuisse videtur L. Avillii Plantae supra N. 3532.* — 44) *Apparet victorias singularum appellatas plurimi aestimatas esse.* — 45) *Idem est supra N. 3532.* — 46) *Alieno principio quid sit, quaesivit Friedländer l. c. II*[5] *p. 468.* — 47) *Inserendum:* cum. — 48) *Numerus qui periit aut* XII *fuit aut aliquis eo maior.* — 49) *Cf. N. 1679 not. 2.* — 50) *Cf. N. 5296 not. 2. Ceterum diversus Musclosus supra N. 5281.* — 51) *Connumerantur victoriae trium illorum aurigarum (1025 + 2048 + 3559 = 6632). Gloriatur Diocles quod ipsius victoriae quinquagenariae plures fuerint quam illorum trium coniunctae.* — 52) *Numerus victoriarum Dioclis, redit etiam v. 24, fuit etiam v. 7 (ubi ...* CLXII *tantum superest), efficitur praeterea ex v. 7. 8 (cf. not. 24) et v. 10. 11 (cf. not. 38).* — 53) *Nomen equi suppletum ex loco infra v. 27.* — 54) *Cf. Friedländer l. c. p. 470; Mommsen eph. ep. 4 p. 252.* — 55) *Cf. Friedländer l. c. p. 470.* — 56) *Cf. quae dixit Lovatellia ad imaginem Liberi aurigae (infra N. 5291*[a]*) antichi monumenti p. 52 seq.* — 57) *Scr.* at. — 58) *Scribendum (vel intellegendum): singularum.* — 59) *Cf. v. 11 (not. 38).*

5288 *1.*

P. Aelius, Mari Rogati fil., Gutta Calpurnianus equis his vici in factione veneta: Germinatore[1] n.[2] af.[3] LXXXXII, Silvano r.[4] Af.[3] CV, Nitid.[5] gil.[6] Af.[3] LII, Saxone[7] n.[2] Af. LX, et vici praemia m.[8] $\overline{\text{L}}$[9] I, $\overline{\text{XL}}$[10] IX, $\overline{\text{XXX}}$[11] XVII[12].

2.

P. Aelius, Mari Rogati fil., Gutta Galpurnianus mill[*e*] palmas complevi in factione prasina[13] equis his: Danao b.[14] Af. XIX, Oceano n. CCVIIII, Victore r. CCCCXXIX, Vindice b.[14] CLVII[15], et vici praemia maiora $\overline{\text{XL}}$[16] III, $\overline{\text{XXX}}$ III.*

3.

Ex numero palmarum supra scriptarum[17] ∞CXXVII[18] vici: In factione albata CII, remissus[19] II, $\overline{\text{XXX}}$[20] I, $\overline{\text{XL}}$ I, a pompa[21] IIII, equorum anagonum[22] I; singularum LXXXIII, binarum VII, ternarum II[23]. In factione russata vici LXXIIX[24], remissus[19] semel, $\overline{\text{XXX}}$[20] I[25]; singularum XLII, binarum XXXII, ternarum III, quaternarum[26] semel[27]. In factione veneta vici DLXXXIII[28], $\overline{\text{XXX}}$[20] XVII, seiuge I[29], $\overline{\text{XL}}$ VIIII, $\overline{\text{L}}$ I, a pompa[21] XXXV, trigas $\overline{\text{X}}$ VII, triga $\overline{\text{XXV}}$ I[30], equorum anagonum I, sacro quinquennalis certaminis[31] I, remissus semel; singularum CCCXXXIIII, binarum CLXXXIV, ternarum LXV[32]. In factione prasina vici CCCLXIV[33], $\overline{\text{XXX}}$ I, $\overline{\text{XL}}$ II, pedibus ad quadrigam[34] $\overline{\text{LX}}$ I, a pompa[21] VI; singularum CXVI, binarum CLXXXIIII, ternarum LXIIII.[35] Hoc monumentum vivus feci.

Romae, ad viam Flaminiam, tituli tres eiusdem monumenti (VI 10047 semel descripti ante saec. IX, quod exemplum servavit vetus codex Einsiedlensis, cf. C. I. L. VI, 1 p. XIII n. 53—55). Plures etiam fuisse, sed non omnes a vetusto illo auctore descriptos, quaedam indicant (cf. infra not. 17). Disseruit de his titulis Friedländer Sitteng. II⁵ p. 453 seq. (II ed. 6 p. 498 seq.). — 1) *Geminatore, coniecit Friedländer Sitteng. II⁵ p. 453 not. 1.* — 2) *Nigro.* — 3) *Afro. Cf. N. 5287 v. 26; N. 5290; Friedländer II⁵ p. 294.* — 4) *Rufo.* — 5) *Idem equi nomen infra N. 5290.* — 6) *Gilvo. De equorum coloribus cf. ad N. 5290 not.* — 7) *Non recte propter hoc equi nomen titulum tertio vel quarto saeculo attribuit Friedländer l. c. p. 455.* — 8) *Maiora (cf. N. 5287 v. 7).* — 9) *Quinquagenaria (sive ad sestertium quinquaginta milia),* 10) *quadragenaria,* 11) *tricenaria (cf. N. 5286 not. 3. 4).* — 12) *Eadem praemia maiora a Gutta in factione veneta relata, in titulo tertio huius monumenti (infra). Ceterum in codice Einsiedlensi est* m. l. ixl. i. xxxxxuii, *nullo discrimine inter varia numerorum genera.* — 13) *Si vere, ut infra legitur, Gutta in albata factione rettulit victorias 102, in russata 78, in veneta 583, et tum denique ad prasinam transiit, recte se habet quod dicitur in prasina factione mille palmas complevisse. Sed quae de equis sequuntur, confusa videntur vel corrupta, cf. not. 15.* — 14) *Badio. Cf. N. 5290 not. 4.* — 15) *Numeri hi, qui efficiunt 814 (19 + 209 + 429 + 157) corrupti, si recte infra legitur, Guttae victorias apud prasinos fuisse 364 tantum (cf. Friedländer l. c. p. 460).* — 16) *Cf. not. 10.* — 17) *Cum in iis quae praecedunt tot palmarum non sit mentio, apparet partem titulorum monumenti ab eo qui descripsit praetermissam esse. Ceterum hunc titulum auctor rettulit ante eum qui praecedit.* — 18) *Numerus recte se habet, tot palmae enim efficiuntur comprehensis victoriis quas in quattuor factionibus se reportavisse dicit (102, 78, 583, 364).* — 19) *Idem ut videtur quod revocatus, cf. supra N. 5278 not. 4.* — 20) *Tricenaria (cf. not. 11).* — 21) *Incertum quid significet, cf. Friedländer l. c. p. 457.* — 22) *Qui agonis adhuc expertes fuerant. Ceterum apparet huc usque enumerari victorias aliquot maxime memorabiles inter CII, quas in factione albata reportavit.* — 23) *Indicatur quoties in factione albata singularum, i. e. certamine singularum quadrigarum (cf. N. 5287 not. 11), binarum, ternarum vicerit (83 + 7 + 2 = 92). Cum supra autem legatur, eum in factione albata vicisse centies bis, apparet numerum* X *aliquo loco excidisse.* — 24) *Cf. not. 27.* — 25) *Hic inseritur in apographo* quaternarum I, *quod ex sequentibus videtur repetitum.* — 26) *Certamina quaternarum quadrigarum rarissima fuisse apparet.* — 27) *Numeri hi (42, 32, 3, 1) 88 victorias efficiunt, quot in*

factione russata reportavisse se dicit Gutta. — 28) *Cf. not. 32.* — 29) *Intellege: ex his decem et septem victoriis unam seiuge.* — 30) *Trigis rettulit praemia decem millium nummum septies, viginti quinque millium nummum semel* (trigas XV II triga XXVI *apographum).* — 31) *Videtur significari agon Capitolinus (cf. supra N. 5177).* — 32) *Numeri his tres (334, 184, 65) efficiunt 583, qui est numerus supra relatus victoriarum in factione veneta a Gutta reportatarum.* — 33) *Cf. not. 35.* — 34) *De hoc genere certaminis praeterea vix memorato cf. Friedländer l. c. p. 458, qui citat Dionys. ant.* 7, 73. *Eo certamine rettulit praemium sexaginta millium nummum semel (sic Friedländer; in apographo est solito more* LXI; *sexagies semel Guttam vicisse pedibus ad quadrigam putat Momms. eph. ep. 4 p. 250).* — 35) *Numeri hi tres (116, 184, 64) efficiunt 364, qui est numerus universus victoriarum Guttae in factione prasina.*

5289 *(sculptura scalpro abrasa)* vicit Scorpus[1] equis his. | Pegasus, Elates, Andraemo[2], Cotynus.

Romae (VI 10052 vidit de Rossi). — 1) *Cf. supra N. 1679 not. 2, N. 5287 not. 49.* — 2) *Idem equus memoratur Mart. 10, 9, 5.*

5290 ..... [*vicit equis his*] ...... | Nitido[1] alb. Lup.[2] II, Tusco cin.[3] Fest.[2] II, Decorato b.[4] Pinn.[2] II; item Afris ĐLXXXIIII: | Raptore r.[5] Iun. I, Pugione b. Quar. I, Virile r. Fulv. I, Romano r. Sen. I, Passarino[6] n.[7] Pomp. I, | Superbo b. Prim. I, Bubalo r. Rom. I, Pompeiano[8] b. Her. I *(deinde alia permulta nomina eodem modo perscripta)*; item Hisp. ∞CCCLXXVIII: Notato b. Gai. I, | *(deinde rursus alia nomina eodem modo)* Reliquos mang.[9] | suppedes ipsius perleges.

Romae (VI 10056 vidit Dressel). — 1) *Idem equi nomen supra N. 5288.* — 2) *Nomina videntur fuisse dominorum.* — 3) *Cinereo.* — 4) *Badio. Cf. Varro ap. Non. p. 80 (sat. Menipp. fr. 358 Buech.): equi colore dispares ..., hic badius iste gilvus ille murinus. Pallad. de re rust. 4, 13: colores hi praecipui (in equis): badius, aureus, albineus, russeus, cet.* — 5) *Rufo, vel russeo (cf. not. 4).* — 6) *Idem equi nomen supra N. 1679.* — 7) *Nigro.* — 8) *Idem equi nomen supra N. 5287.* — 9) *Mangones.*

5291 *(quadrigae quattuor, dextrorsum versus currentes; ad capita aurigarum nomina adscripta)*

Eutyches[1] Li|ber[2] Polyfe|mus[2] Trofimi|on

(sub equis)

Libyo Iubilatore Dicaeo|syne Eugrammo

(retro aedificia quae spinam circi exornabant, arcus aediculae obeliscus, ad utramque extremitatem metae, in alterius earum basi scriptum) meta.[3]

Romae olim in ecclesia S. Mariae in Aracoeli, iam Florentiae, pars aversa sarcophagi marmorei, in cuius fronte sculpta est fabula Phaetontis (VI 10080 cf. Sitzungsber. d. Akad. d. Wiss. Berl. 1883 p. 1094; Galleria di Firenze ser. IV tab. 99; Dütsche ant. Bildwerke in Oberital. III n. 145; vidit Zangemeister ann. inst. arch. 1870 p. 256 not. 4). — 1) *Sic unum ex duobus apographis antiquis,* Eutyones *alterum (hodie vocabulum deest).* — 2) *Eadem agitatorum nomina N. 5291ª. 5296. 5297.* — 3) *Antiquum vocabulum esse visum est Zangemeistero.*

5291[a] *(bigae duae, in ea quae praecedit agitator habenas tenens sine flagello; ad hanc adscriptum)* L[*iber*] Romano, *(ad eam quae sequitur)* Ilarinus | Olypio. *(Retro homines duo, alter equo insidens et coronam palmamque, alter flagellum tenens; supra scriptum)* Liber, nica!

Prope Romam rep. ad nonum miliarium viae Flaminiae, opus tessellatum, quod pavimentum fuerat exhedrae thermarum (Lovatelli atti della R. Accad. dei Lincei ser. III vol. 3, 1879 p. 251 tab. = antichi monumenti illustrati tab. VI cf. p. 45 seq.).

5292 *(auriga in quadrigis stans, adscriptum)* Leaen|i, nica! *(ad equos)*

Nicef-|oru-|s Aerope-|tes Botrocal-|es[1] Enacci-|at-|us

Romae olim, lamella rotunda vitrea (VI 10070, XV 7031 imagines ediderunt Fabrettius et Ph. Buonarruoti). — 1) *Sic legit Garruccius (antea legerunt* Botrocalen|es, Acci|atu(s), *qui idem equi nomen observavit inveniri in nummo q. d. contorniato (Sabatier méd. contorn. tab. IV 13).*

5293 *(Victoria in quadrigis stans, pone auriga; infra stilo scriptum)* C. Annius Lac|erta[1] nica. | Coraci[2] nic. *(Sub fundo lucernae scariphatum)* Maximus | fecit *(impressum)* L. Fabric. Masc.

Romae, iam Monachii, lucerna fictilis (XV 6250 vidit Dressel). — 1) *Idem aurigae nomen Iuvenal. 7, 112.* — 2) *Corax equi nomen iam in antiquissimo vasculo Clusino (Ann. inst. arch. 1848 p. 354). — Etiam in aliis lucernis ludi circenses et aurigae celebrantur, XV 6251—6261. X 8053, 10. 64. 182. 193.*

5294 *(animal equi simile, sed cornibus caprinis; iuxta palma)* bubal.[1] *(In fundo lucernae figuli nomen, modo)* Bic. Agat., *(modo)* C. Clo. Suc., *(modo)* Mun. Trept., *(modo)* Serg. Prim.

Carthagine rep., lucernae complures fictiles, praeterea una originis incertae (quae Sergii Primi nomen habet) extat Neapoli (VIII suppl.; X 8053, 182 Neapolitanam vidit Dressel). — 1) *Equos huius nominis habemus N. 5287 v. 26, N. 5290; ceterum hic non equus Bubalus nomine videtur celebrari, sed bubalus animal Africae proprium (cf. Plin. h. n. 18, 38), quod genus aliquando Carthagine in spectaculis exhibitum esse crediderim.*

5295 *(vir stans inter equos duos; a parte unius equi adscriptum)* Aquilo n.[1] k.[2] Aqui|lonis, vicit CXXX, | secund. tulit | LXXXVIII, | ter. | tul. | XXX|VII, | *(a parte alterius)* Hirpinus n.[1] Aqui|lonis, vicit CXIIII, | secundas tulit | LVI, tert. tul. | XXXVI. | *(Infra)* d. m. | Claudia Helice | fec. L. Avill. Dionysio[3] | cond. gr. russatae[4] | coniug. dignissi.

Romae (VI 10069 vidit Henzen). — 1) *Niger.* — 2) *Hoc obscurum.* — 3) *Dionysius hic videtur fuisse collibertus Avillii Teris, de quo supra N. 5287 ad v. 13, et L. Avilii Galatae infra N. 5311.* — 4) *Conditori gregis russatae. De conditoribus cf. infra N. 5313 not. 8. Hic Smetio visus est repraesentatus esse equis pabulum praebens.*

5296 M. Aurelio Libero | patri et magistro | et socio, domino[1] | et agitatori factionis | prasinae, | Aurelius Caecilius Planeta | Protogenes ob

III[2] palmar. | hoc donum vovit, | natione Afri. *(A sinistra, litteris κιονηδὸν dispositis)* Garamanti[3] nica! *(a dextra similiter scriptum)* Genti[3] nica!

Romae (VI 10058 viderunt Smetius aliique). — 1) *De dominis factionum iisdemque agitatoribus cf. Friedländer ap. Marquardt Staatsverw. III² p. 520.* — 2) III *Metellus aliique,* III *plerique auctores. Tria milia palmarum (id enim intellegitur), immo etiam plura, rettulerat et Pompeius Musclosus (supra N. 5287 v. 19).* — 3) *Nomina equorum putant (Mommsenus coniecit Garamantinicam dictum esse aurigam, qui equo illo vicerit). Ex hoc titulo factionem Garamantinicam desumpsit falsarius qui incidendum curavit titulum VI 10065ª not. = Henzen 6180.*

5297 Cl. Aurelio Polyphemo | domino et agitatori[1] | factionis russatae, togeni | Caesareus[2], sui temporis primo | et solo factionario ob gloria | . . . *(In latere)* dedicata | d. n. Aureliano Aug. III, | Marcellino cos.[3] XIII kal. Febrar.

Romae (VI 10060 viderunt Smetius aliique). — 1) *Cf. ad N. 5296.* — 2) *Intellegendum esse: τῷ γένει Καισαρεύς, monuit Huelsen.* — 3) *A. 275. Ceterum inscriptionem lateris solus habet Smetius in editione.*

5298 d. m. | Aurelio Herac|lide agitatori | factionis vene|tae et doctori | factionis s. s.[1] | et prasinae, | fecit | M. Ulpius | Apolaustia|nus tatul|ae b. m.

Romae (VI 10057 ad exempla complura facta saec. XV. XVII). — 1) *Supra scriptae.*

5299 d. m. | *(imago aurigae stantis, s. palmam gerentis)* | Eutycheti | aurig. ann. XXII, | Fl. Rufinus et | Semp. Diofanis servo b. m. f.

Hoc rudis aurigae requiescunt ossa sepulchro, |
nec tamen ignari flectere lora manu, |
iam qui quadriiugos auderem scandere currus, |
et tamen a biiugis non removerer equis. |
Invidere meis annis crudelia fata, |
fata quibus nequeas opposuisse manus, |
nec mihi concessa est morituro gloria circi, |
donaret lacrimas ne pia turba mihi: |
ussere ardentes intus mea viscera morbi, |
vincere quos medicae non potuere manus. |
Sparge, precor, flores supra mea busta viator; |
fovisti vivo forsitam ipse mihi.

Tarracone (II 4314 vidit Huebner). Buecheler carm. ep. 1279.

5300 *(puer in bigis, sinistra manu palmam tenens, praecurrente equite)*

Florus ego hic iaceo | bigarius infans[1]
qui, cito | dum cupio currus, cito decidi ad umbr.[2] |

Ianuarius alumno dulcissimo.

Romae (VI 10078 saepius descripta saec. XV. XVI). Buecheler carm. epigr. n. 399. — 1) *Hexameter mutilus (lapis integer videtur fuisse).* — 2) *Umbras.*

5301 d. m.
factionis Venetae Fusco sacra|vimus aram
de nostro, certi stu|diosi et bene amantes,
ut sci|rent cuncti monimentum | et pignus amoris.[1]
Integra | fama tibi, laudem cur|sus meruisti,
certasti | multis, nullum pauper timu|isti,
invidiam passus sem|per fortis tacuisti,
pul|chre vixisti, fato morta|lis obisti.
Quisquis homo | es, quaeres talem. Subsiste | viator,
perlege, si memor | es, si nosti quis fuerit vir — |
Fortunam metuant omnes — | dices tamen unum:
  Fus|cus habet titulos mor|tis, habet tumulum.
Con|tegit ossa lapis; bene habet. | Fortuna valebis.
Fudimus | insonti lacrimas, nunc vi|na. Precamur
  ut iaceas pla|cide. Nemo tui similis.
Τοὺς σοὺς ἀγῶνας αἰὼν λαλήσει.

Tarracone, nunc in Anglia loco dicto Chevening (II 4315 vidit Huebner. Buecheler carm. epigr. 500). — 1) *Verg. Aen. 5, 538. 572.*

5302 Socrates agitator | continentes ollas IIII.

Roma ut videtur Veronam allata, tabella columbarii (VI 10064 vidit Mommsen).

5303 [*hic requies*]cit Eutymius[1] auriga[2] qui vixit | [*annos*] . . m. I d. VII, dep. V idus Octob. | [*conss. Theo*]dosio Aug. XVII et Festo v. c.[3]

Romae in pavimento basilicae S. Pauli (VI 10066 cf. Bull. di archeologia crist. 1899 p. 249 aliquoties descripta a saec. XVI ad XVIII). — 1) *Apographa variant inter* Eutymius, Eutymus, Eutumuus *(litteris* uu *contignatis).* — 2) aurica *pars apographorum. Ad hunc Euthymium pertinere nummos q. d. contorniatos, in quibus ad imaginem aurigae adscriptum est* Eutumius, Eutimi vincas, Euteimi nica *similiterve (Cohen méd. imp. ed. 2 t. VIII p. 293 n. 163. 164, p. 305 n. 266 seq., p. 314 n. 339, p. 315 n. 344. 345), putat R. Wünsch Sethianische Verfluchungstafeln aus Rom p. 62, item hunc esse Euthymium aurigam qui devovetur in tabellis plumbeis Romae repertis, ap. Wünsch l. c. p. 25. 30. 33. 35. 36. 38.* — 3) *A. 439.*

5304 d. m. C. Pompeio Euscemo conditori factionis russati[1] et factionum primus[2], patrono bene merenti optimo et pientissimo, fecerunt liberti et libertae heredes, fecerunt de suo.

Romae (VI 10073 semel descripta saec. XV). — 1) *Russati, ut infra N. 5308: veneti.* — 2) *Hic corrupta quaedam videntur.*

5305 d. m. | Ponpeiae Trofhime | Vestiaria Rufina | filia matri | b. m. f., uxor | Narcisionis | conditor. | gregis ryssatae *(sic).*

Romae (VI 10072 vidit Bormann).

5306 Antistia L. f. | Praenestina | vivit ann. XXIII, | Inac[*hi*] conditoris primi | factionis venetae, | Eros fecit.

Prope Romam via Nomentana (VI 10071 bis ut videtur descripta saec. XVII).

5307 Astactus | hortator | prasini.

Romae (VI 33949[a] vidit Huelsen).

5308 d. m. | Vetrui|ae *(sic)* Venaeri|ae *(sic)*, Caricus | hortator | factionis | veneti | fecit co|iuci *(sic)* bene | maeritae *(sic)*, | quae vixit a|nnis XXXVIII | mesibus VIII.

Romae (VI 40074 vidit de Rossi).

5309 M. Kanius | Synephebus. ‖ M. Kanius | Ephebus | cellarius | factionis prasinae.

Romae rep. ad viam Salariam (VI 33945 descr. Gatti Notizie 1886 p. 373).

5310 Hyla medicus | factionis | Venetae se vivo | sibi et | ossibus suiís *(sic) (Titulus iuxta positus paene totus periit).*

Romae ad viam Salariam rep. (Notizie 1887 p. 536 n. 835).

5311 d. m. | L. Avilio Galatae | fact. russ. lib.[1], item | Iuliae C. lib. Ampliatae, | C. Iulius Primus | patronae b. m. f. | sibi posterisq. suorum.

Romae (VI 40077 vidit Marinius). — 1) *Factionis russatae liberto. Alii Avilii ad factionem russatam pertinentes supra N. 5287 v. 13 (cf. not. 43). 5295; cf. item N. 5552.*

5312 decurionibus | et familiae | panni[1] russei | C. Ceioni Maxim.[2], | quaestore | Yperego. | In fr. p. XXII, | in agr. p. XX.

Romae in vinea extra portam S. Pancratii (VI 40045 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Cf. Suet. Dom. 7: duas circensibus gregum factiones aurati purpureique* p a n n i *ad quattuor pristinos addidit; item titulum qui sequitur (pro* panni *Gruterus edidit* L. Anni, *sed is titulum habuit per Gutenstenium auctorem suspectum).* — 2) *Intellege gregem C. Ceionii Maximi pertinentem ad factionem russatam.*

5313 familiae quadrigariae T. At. Capitonis[1] | panni[2] chelidoni[3], Chresto quaestore, | ollae divisae decurionibus heis[4] q. if. s. s.[5]: | M. Vipsanio[6] Migioni, | Docimo vilico[7], | Chresto conditori[8], | Epaphrae sellario[7], | Menandro agitatori, | Apollonio agitatori, | Cerdoni agitatori, | Liccaeo agitatori, | Helleti succonditori[7], | P. Quinctio Primo, | Hyllo medico[9], | Anteroti tentori[7], | Antiocho sutori, | Parnaci tentori, | M. Vipsanio Calamo, | M. Vipsanio Dareo, ‖ Eroti tentori, | M. Vipsanio Fausto, | Hilaro aurig., | Nicandro aurig., | Epigono aurig., | Alexandro aurig., | Nicephoro spartor.[7], | Alexioni moratori[7], | ....[10] viatori.

Romae (VI 40046 viderunt Smetius aliique). — 1) *T. Ateius Capito, fortasse parentela coniunctus cum C. Ateio Capitone celebri iurisconsulto et consule anno p. Chr. 6.* — 2) P. Anni *Smetius in editione, idque retinet Friedländer (cf. not. 3).* — 3) *Collato Plinio h. n. 37, 155 Henzenus coniecit chelidonii vocabulo significari colorem purpureum, intellegendam igitur factionem purpuream institutam a Domitiano, cuius aetatem tamen hic titulus videtur antecedere (cf. not. 4): Mommsenus putat initio colores factionum non fuisse certos. Friedländer ap. Marquardt Staatsverw. III² p. 518 not. 4 omnino non pannum chelidonium intellegit,*

sed P. Annium Chelidonium, socium videlicet Ateii Capitonis (cf. not. 2). — 4) *Forma vetusta indicat aetatem Augusto si non antiquiorem, certe non recentiorem (eadem aetas indicatur Ateii Capitonis et Vipsaniorum nominibus cf. not. 1. 6).* — 5) *Qui infra scripti sunt.* — 6) *Liberi qui fuerunt in hac familia excepto uno P. Quinctio Primo, M. Vipsanii erant, fortasse M. Agrippae liberti.* — 7) *De his ministris ludorum circensium cf. Friedländer ap. Marquardt Staatsv. III² p. 521 not. 5.* — 8) *Conditores factionum sunt etiam N. 5295. 5304 seq.*, 9) *medicus factionis N. 5310.* — 10) *Locus videtur vacavisse nomini recipiendo.*

5314 *(palma)* victoria | venetianorum | semper | constet | feliciter *(palma).*

Romae (VI 10044 vidit Henzen). — *In titulo sepulcrali urbano Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1503 adscriptum est:* ἐς ἑῶνα Βενετιανούς, Πρίνκιπι *(vel* Πρίνκιπς*).*

5315 . . . . s | [*of*]ficiales | ab ara Circi | parenti | dignissimo | . . . | Biroti. *(In latere dextro)* . . . | Fl. Ariet . . . , | Aelius Yacinthus, | Aelius Yacinthus f., | Murr. Neon.

Romae (VI 33942 = Notizie degli scavi 1897 p. 457).

5316 [*d.*] m. | . . . . . morie catadromarius[1] | [*ludis Ro*]manis, qui catadrom. | [*decucurrit*] CCXXVI in Glauce[2] *(palma).*

Romae ad S. Sebastiani rep. (VI 10157 Henzen vidit ectypum). — 1) *Qui per catadromum descendere solitus est (funambulus); cf. Dig. 19, 1, 54; Sueton. Ner. 11, Dio 61, 17.* — 2) *Nomen equi esse coniecit Henzen, cui insidens ille decucurrerit, ut elephanto eques a Suetonio et Dione (not. 1) memoratus.*

CAPVT XIII.

TITVLI OPERVM LOCORVMQVE PVBLICORVM.
TERMINI.
TITVLI NONNVLLI AEDIFICIORVM PRIVATORVM.

Lex operum Puteolana.

5317 Ab colonia deducta anno XC[1], | (2) N. Fufidio N. f. M. Pullio duovir., | (3) P. Rutilio Cn. Mallio cos.[2] | (4) Operum lex II. |

(5) Lex parieti faciendo in area, quae est ante | (6) aedem Serapi trans viam. Quí redemerit, | (7) praedes dato praediaque subsignato | (8) duumvirum arbitratu. |

(9) In area trans viam paries quí est propter | (10) víam, in eo pariete medio ostiei lumen[3] | (11) aperito, latum p. VI altum p. VII facito. Ex eo | (12) pariete antas duas ad mare vorsum proicito | (13) longas p. II, crassas p. I Ƶ—[4]. Insuper[5] id[6] limen | (14) robustum long. p. VIII, latum p. I Ƶ—, altum p. S Ƶ—[7] | (15) inponito. Insuper id et antas mutulos[8] robustos | (16) II crassos S Ƶ[9], altos p. I proícito extra pariete | (17) in utramq. partem p. IV. Insuper simas pictas | (18) ferro offigito[10]. Insuper[5] mutulos trabículas | (19) abíegíneas II, crassas quoque versus S.[11], inpon[*i*]to[12] || (2, 1) ferroque fígito. Inasserato asseribus abiegnieis | (2) sectilibus, crasseis quoque versus ƵƵ[13]; disponito ni plus S Ƶ—[14]. | (3) Operculaque abiegnea inponito; ex tigno pedario | (4) facito. Antepagmenta abiegnea, lata S Ƶ— crassa Ɛ[15] | (5) cumatiumque inponito ferroque plano fígito. | (6) Portulaque[16] tegito tegularum ordinibus seneis | (7) quoque versus; tegulas prímores omnes ín ante-|(8) pagmento ferro fígito; marginemque ínponito. | (9) Eisdem[17] fores clatratas II cum postibus aesculnieis | (10) facito statuito ocludito picatoque ita, utei ad aedem | (11) Honorus facta sunt. Eisdem maceria extrema paries | (12) qui est, eum parietem cum margine altum facito p. X. | (13) Eisdem ostium, intro itu in area quod nunc est, et | (14) fenestras, quae in pariete propter eam aream sunt, | (15) parietem[18] opstruito. Et parieti, qui nunc est propter | (16) viam, marginem perpetuom inponito. Eosq. parietes | (17) marginesque omnes, quae lita

non erunt, calce | (18) harenato[19] lita politaque et calce uda dealbata recte | (19) facito. Quod opus structile fiet[20], in terra calcis | (20) restinctai partem quartam indito[21]. Nive maiorem | (21) caementa[22] struito quam quae caementa arda | (22) pendat p.[23] XV, nive angolaria[24] altiorem ⚌ Ɛ[25] facito. || (3, 1) Locumque purum pro eo opere reddito. | (2) Eidem sacella aras signaque, quae in | (3) campo sunt, quae demonstrata erunt, | (4) ea omnia tollito deferto componito | (5) statuitoque, ubei locus demonstratus | (6) erit, duumvirum arbitratu. |

(7) Hoc opus omne facito arbitratu duovir. | (8) et duoviratium[26], qui in consilio esse | (9) solent Puteoleis, dum ni minus viginti | (10) adsient, cum ea res consuletur. Quod | (11) eorum viginti iurati probaverint, probum | (12) esto; quod ieis inprobarint, inprobum esto. | (13) Dies operis: k. Novembr. primeis. Dies pequn.: | (14) pars dimidia dabitur, ubei praedia satis | (15) subsignata erunt; altera pars dimidia solvetur | (16) opere effecto probatoque. C. Blossius Q. f. | HS ∞ Ð[27], idem praes.[28] Q. Fuficius Q. f.; | Cn. Tetteius Q. f.; C. Granius C. f.; Ti. Crassicius.[29]

Puteolis, postea Neapoli, ubi extat in museo (I 577. X 1781. Ritschl tab. LXVI). Tribus paginis scripta est, quas duplicibus hastis indicavi. Litterae multo graciliores sunt quam in reliquis titulis illius aetatis; ob hanc potissimum causam titulum restitutum putant aetate imperatoria. — Optime illustravit Th. Wiegand die puteolanische Bauinschrift (Jahrb. f. class. Phil. suppl. XX 1894 p. 661 seq.). — 1) *Colonia Puteoli cum deducta sit a. u. c. 560, annus coloniae nonagesimus vere incidit in a. u. c. 649.* — 2) *A. u. c. 649.* — 3) *Intellege: portam.* — 4) *Pedem unum et quadrantem.* — 5) in super *lapis (cum puncto inter duo vocabula).* — 6) *Scilicet super ostii lumen (not. 3, cf. Wiegand p. 732). Non recte* id *insiticium olim iudicaverant.* — 7) *Pedis dodrantem.* — 8) *Mutulorum vocabulum paullo aliter hic usitatum atque adsolet, cf. Wiegand l. c. p. 739. (Mutuli memorantur etiam supra N. 1879, 3 et fortasse III S. 6846 = 12145.) Pertinent haec iam ad tectum ianuae ex utraque parte imponendum.* — 9) *Bessem.* — 10) *Cf. Wiegand p. 767 seq.* — 11) *Semissem.* — 12) *Litterae* nit *contignatae, propter angustias spatii.* — 13) *Trientem.* — 14) *Dodrantem. Praecipit lex trabiculas asseribus inasserandas esse ita, ut ne plus dodrantem altera ab altera distet.* — 15) *Semunciam.* — 16) *Portulamque.* — 17) *Idem, scilicet redemptor. Ceterum apparet iam ad alteram operis partem scriptorem legis se convertere.* — 18) *Scr.* pariete. — 19) *Cf. Cato de r. r. 18, 7.* — 20) *Praecepta ponuntur de parietibus struendis.* — 21) *Cf. Wiegand p. 711.* — 22) *Caementam. De re cf. Nissen pomp. Stud. p. 58, Wiegand p. 711.* — 23) *Pondo.* — 24) *Angulariam.* — 25) *Triente et semuncia.* — 26) *Videtur scribendum esse* duoviralium. — 27) *Sestertis mille et quingentis. Ceterum noti credere Blossium ambitionis causa multo minoris hoc opus redemisse quam e re ei erat.* — 28) *Cf. Festus ep. p. 151 Müll. (manceps dicitur qui quid a populo emit conducitve — — qui 'idem praes' dicitur, quia tam debet praestare quod promisit quam is qui pro eo praes factus est). Ipse quoque manceps praedis loco se obligare solebat (Momms.).* — 29) *Praedes quattuor.*

5318 C. Quinctius C. f. Valg.[1] patron. munic., | M. Magi. Min. f.[2] Surus, A. Patlacius Q. f., | IIIIvir., d. s. s.[3] portas turreis moiros | turreisque aequas qum moiro | faciundum coiraverunt.

Aeclani rep. (I 1230. IX 1140 vidit Mommsen; imaginem Ritschl tab. LXXc). Ex altero exemplo eiusdem inscriptionis videntur superesse fragmenta IX 1141. — 1) *Valgus hic videtur esse socer P. Servilii Rulli qui a. u. c. 691 tribunus plebis legem agrariam promulgavit (Cic. de leg. agr. 3, 1, 3). Cf. quae exposui Herm. 18, 1883 p. 620 seq. Idem Pompeianis amphitheatrum et theatrum tectum aedificavit (v. infra N. 5627. 5636); idem memoratur in titulo liberti X 5282 = Buecheler carm. epigr. 12.* — 2) *M. Magius Minati filius. Minatus (sic, non Minatius, cf. supra N. 3206) Magius Aeclanensis, pater huius M. Magii Suri, bello Italico (a. u. c. 664) Romanorum partes adiuvit et ob eam rem civitate donatus est, teste Velleio Paterculo, qui ex posteris eius se esse gloriatur (Vell. 2, 16).* — 3) *De senatus sententia.*

5319 P. Attius P. f. Vaarus leg. pro pr., | C. Considius C. f. Longus leg. pro pr.[1], | murum, turres, posteicuus[2], | fossam faciundum coer.; | T. Tettius T. f. Vel. praefectus.

Curubi in ora Africae inter Carthaginem et Hadrumetum (VIII 979, et multo melius Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1895 p. 31). Tractavit Mommsen Herm. 30, 1895 p. 456. — 1) *De his duobus ducibus partium Pompeianarum in Africa ab a. 705 ad a. 708, cf. Caes. b. c. 1, 23. 2, 23 seq. Dio 41, 41 seq. Legati pro pr. dici voluerunt, sine dubio Metelli Scipionis, cui in Africam venienti a. 707 Varus concessit (Dio 42, 57) et quem certe a. 708 pro unico populi Romani imperatore habuit Considius (bell. Afr. 4).* — 2) *Cf. infra N. 5340 not. 4.*

5320 C. Caesare imp. cos. II[*II*][1], | L. Pomponius L. l. Malc[*io*] | duovir V[2] | murum oppidi totum ex saxo | quadrato aedific. coer.

Curubi (VIII 977 cf. 12451 Wilmanns vidit lapidem, Schmidt ectypum). — 1) *A. u. c. 709.* — 2) V. *vel* Ut. *(nam fuerunt fortasse* V *et* T *litterae contignatae) quid sit obscurum. De duoviro quintum vix licet cogitare in colonia recens condita.*

5321 M. Minatius M. f. Pom. | Sabinus[1] turrem de | sua pequnia, murum | de pequnia conlata | faciund. coeravit | idemque probavit.

Padulae in Lucania, non longe a Diano, ubi fuit Tegianum (I 1259. X 291 ter descripta saeculis superioribus). — 1) *Fortasse idem M. Minatius Sabinus proquaestor Cn. Pompeii filii bello Hispaniensi anno 709 (Mommsen Roem. Münzwes. p. 651. 656).*

5322 Turus[1] Patalius[2] Granp. Opia. f.[3], | Venetus Lastimeis Hosp. f.[4], | pra.[5] murum[6] locaverunt log.[7] | [*p.*] CXI, alt p. XX, eisde proba[*v.*]

In insula Dalmatiae Veglia, ubi fuit civitas Curictarum, oppidum Curicum, trabs ex lapide calcareo, rep. cum oppidi moenia deicerentur (III S. 13295 viderunt Patsch aliique arch. ep. Mitth. 15 p. 68, 16 p. 35). — 1) *Idem nomen Dalmaticum III 2754. 27699. 2787. 3134. V 5033; cf. Sticotti arch. ep. Mitth. 16 p. 36.* — 2) C. Patalicus Terti filius *est in t. Histrico V 452.* — 3) *In aliis titulis insularum Dalmaticarum reperiuntur Opiae filius (III 3144) et Opiavi filius (III S. 10121).* — 4) *Alius Hospolis filius in t. Histrico V 449.* — 5) *Praefecti.* — 6) *Curicum munitum fuit iam a. u. c. 706, cum C. Antonius ibi caperetur (cf. Caes. b. c. 3, 8),*

cuius munitionis fortasse pars fuit murus, cuius hic titulus meminit. Eum esse aetatis liberae reipublicae etiam forma litterarum arguit. — 7) *Longum.*

5323 M. Nellius M. f., | A. Octavius C. f., | L. Ursius A. f., | aid.[1] | murum portam turris | faciunda ex s. s.[2] coe[*r*.] | eid. que. probav.

5324 L. Numistronius L. f. Decian., | C. Lucius M. f., M. Runtius L. f. Mess. | aed., portas turreis murum | ex s. c. faciund. coerarunt | eisdemque probarunt.

5325 C. Valerius C. f. Triarius[3], | M. Runtius L. f. Messia. iter, | C. Afiedius C. f. Sexsti. aed., | ex s. c. f. locaverunt; | M. Runtius L. f. Messianus, | C. Afiedius C. f. Sexstianus | probaverunt.

Fundis (I 1191. 1187. 1188 = X 6238. 6239. 6242 vidit Mommsen). N. 5324 extat adhuc supra portam civitatis, N. 5325 in turri quadam, sed nescio num antiquo loco. — 1) *De tribus aedilibus Fundorum cf. ad N. 5329.* — 2) *Ex senatus sententia.* — 3) *Vix hic C. Valerius Triarius, legatus Luculli bello Mithridatico (Livius epit. 98, cet.; t. Delius bull. de corr. hellénique 11, 1887 p. 265), potius C. Triarius Ciceronis amicus, qui periit bello civili (Cic. de fin. 1, 5, 13. Brut. 76, 265, ad Att. 12, 28, 3) vel unus ex filiis eius (ad Att. l. c).*

5326 L. Scribonius L. f. Lib.[1] pater, | L. Scribonius L. f. Libo f.[2], | patronei, turreis ex d. d. | f. c.

Montesarchii, ibi ubi fuit Caudium, litteris pulchris et antiquis (I 1224. IX 2171 Ritschl tab. LXII f; aliud exemplum eiusdem inscriptionis paullo mutilum extat eodem loco I 1225. IX 2172. Ritschl tab. LXII g, fragmentum tertii in vicinia vidit Dressel IX 2173). — 1) Libo, 2) fil. *exemplum alterum (IX 2172). Alter ex his Scriboniis Libonibus, aut pater aut filius, videtur esse familiaris et consocer Cn. Pompeii, consul ord. a. u. c. 720 cum M. Antonio. Alter Caudinis etiam basilicam aedificavit (infra N. 5529 = IX 2174).*

5327 Q. Pulfennius Q. f. Mevi[*anus*], | C. Curius Q. f. Brocch[*us*], | IIIIvir., | turrim ex s. c. refici[*und.*] | curarunt, probaru[*nt*]. | Constat populo [~~HS~~] | ∞∞∞∞DCCCCXXXVI . .

Pinnae in Vestinis (IX 3354 vidit Dressel).

5328 L. Mummius L. f., C. Manlius C. f. | pr. duovir., pro ludeis turreis[1] duas | d. d. s.[2] faciundas coerarunt.

Telesiae in Samnio rep. prope turrim quandam (I 1218. IX 2235 bis ut videtur descripta saec. XVIII). Ex simili titulo eiusdem loci superest IX 2230 cf. p. 674. — 1) turris *alterum apographum* (turreis *IX 2230).* — 2) *De decurionum sententia.*

5329 L. Cemoleius L. f., L. Statius L. f., | Q. Paccius M. f. aid.[1], d. s. s.[2] | portas faciundas dederunt | eisdemqe *(sic)* probaverunt.

Formiis, litteris vetustis (X 6105 vidit Mommsen). — 1) *A tribus aedilibus Formiae regebantur (cf. N. 5347), ut etiam Arpinum (cf. infra N. 5593) et Fundi cf. Mommsen CIL. X p. 556. 602. 617.*

5330 C. Bruttius C. f. | Ser.[1] aed. pro q.[2], | mur. p. CC de sua | peq. faciundum | coer., P. Cornel. | Q. Caecil. cos.[3]

Grumenti (Saponarae) in Lucania (I 604. X 219 vidit Mommsen; Rischl tab. LXXXVa). — 1) *Tribu Sergia (cf. N. 5331).* — 2) *Aedilis pro quaestore.* — 3) *A. u. c. 697.*

5331 [*Se*]x. Q. Poppaedi[*e*]i Sex. f.[1] | [*S*]er., C. Aebutius C. f. | . . al.[2], aediles, moer[*um* | *p*]edes ∞CC.. de sua | [*p*]equnia faciundu[*m* | *c*]oeraver., Ser. Sulpici[*o*] | M. Marcello cos.[3]

Grumenti (Saponarae) in Lucania (I 617. X 220 descripserunt saec. XVIII Danius quidam et magis mutilam factam nuper Patroni Notizie degli scavi 1897 p. 181. — 1) ..x. Q. Popp. aedilis ex f. *Danius,* ..x. Q. Poppaedi ... *superest.* — 2) *Falerna vel Galeria tribu.* — 3) *A. u. c. 703.*

5332 Cn. Cornelius | L. f. Gal. Cinna | IIvir | murum long. p. CII | ex d. d. f. c. i. q. p.[1]

5333/4 M. Cornelius M. f. | Gal. Marcellus aug., | quinq., murum á porta | Popillia ad turrim | proximam ped. CX⊥VI et | ultra turr. p. XI d. d. f. c. i. q. p.[1]

Carthagine nova Hispaniae (II 3425. 3426 vidit Huebner, qui litteras iudicat aevi Augusti). — 1) *Decreto decurionum faciendum curavit idemque probavit.*

5335 . . Cuspius T. f., M. Loreiu[*s*] M. f. | duovir.[1] | [*d.*] d. s.[2] murum [*e*]t | plumam[3] fac. coer. eidemq. pro.

Pompeiis, fragmenta reperta loco non suo, sed in aedibus privatis q. d. Martis et Veneris (X 937 vidit Mommsen). — 1) *Iidem una cum aliis duobus viris posuerunt titulum infra inter municipales edendum (= X 938), in quo utrique dicuntur quattuoviri.* — 2) *De decurionum sententia.* — 3) *Pinnas significari putat Nissen Pomp. Stud. p. 511, tectorium Schoene bull. Inst. arch. 1867 p. 7.*

5336 imp. Caesar divi f. Aug. | parens coloniae murum | et turris dedit. | T. Iulius Optatus turris vetustate | consumptas inpensa sua restituit.

Iader (Zarae) in Dalmatia in muro civitatis, fortasse loco antiquo, usque ad a. 1721, quo anno Venetias translata est, iam Veronae (III 2907 vidit Mommsen). Alterum exemplum eiusdem inscriptionis (sed in quo clausula de restitutione deest) Zarae prodiit anno 1891 (III S. 13264). Similis titulus Augusti videtur fuisse in insula Dalmatiae Arba (III 3117).

5337 imp. Caesar M. Aurelius Antoninus | [*Aug. Germanicus*] imp. V[1] cos. III p. p., murum civitati Philippopolis [*dedit.* | *C. Pantuleius Gra*]ptiacus[2] leg. Aug. pr. pr. faciundum curavit. | [*Ἡ*] *τῆς Θράκης Φιλιππόπολις* | [*ἐκ δοθέντων*] *αὐτῇ χρημάτων ὑπὸ τοῦ θείου* [*Μάρκου Αὐ*]*ρηλίου Ἀντ*[*ω*]*νείνου Σεβ. Γερμανικοῦ,* | [*ἡγου*]*μένου τοῦ ἔθνους Παντουλείου Γρα*[*πτιακοῦ*][2].

Philippopoli (III S. 7409 vidit Dumont). — 1) *A. 172 vel paullo post (cf. supra N. 370).* — 2) *Idem homo memoratur X 6265. XIV 246.*

Ad aliorum oppidorum muros pertinent tituli supra editi N. 147. 544. 620. 735. 835. 861. 2287. 2616. 2617; cf. etiam infra N. 5513. 5527. Ad urbis Romae muros pertinet N. 797; ad urbis Constantinopolitanae N. 823. 5339.

5338 imp. Caes. Luc. Aur. Antonino | Aug. C[*ommodo*][1] Armen. Parth.[2] | Germ[*a*]n. Sarm. trib. pot. VI[3], co. III, p. p., | Spicio[4] Ceriale leg. Aug. pr. pr., vex. | leg. III Ital.[5] vallum [*f*]ece., c. a.[6] Iul. Iu[*l*]lino 7 leg. III Ital., item portas cum | turrib. IIII perfec.[7] ab Ael. Forte c. | leg. III Ital., praep. c[*o*]h. I Br.[8], imp. III Bur[*ro cos.*][3]

Boehming (inter Eichstaett et Kipfenberg) rep., ad limitem Raetiae, fossionibus nuper institutis (Zangemeiters Limesblatt [fasc. 32, Iul. 1899] p. 885 cum imagine). Litterae plurimae contignatae, lectio tamen certa. Similis est titulus vicinorum castrorum Reginensium III S. 11965, positus anno 179. — 1) *Nomen erasum.* — 2) *Cognomina non recte Commodo tributa ab homine provinciali.* — 3) *A. 181.* — 4) *Sic lapis; incidi debuisse* Sulpicio, *litteras omissas fortasse a miniatore additas esse coniecit Zangem. Eiusdem Cerialis nomen videtur fuisse in titulo rep. in vicinis castris Pfünzensibus III S. 11933 (cf. Zangemeister l. c. p. 888).* — 5) *Vexillarii legionis tertiae Italicae.* — 6) *Curam agente.* — 7) *Perfectas.* — 8) *Praeposito (cf. N. 2613) cohorti primae Breucorum.*

Ad munitiones castrorum pertinent ex supra editis titulis N. 2618. 2622 cet.

5339 portarum vali- (*crux*) do firmavit limine muros |
Pusaeus ma- gno non minor Anthemio[1].

Constantinopoli supra portam urbis (nunc clausam) quae olim πέμπτη dicebatur, inter portam Hadrianopolitanam et portam Top Kapu (III S. 7404; Mordtmann esquisse topogr. de Const. p. 16). — 1) *Anthemius praefectus praetorio Orientis a. 405—414, magnus dictus etiam a Synesio (ep. 73. 79, catast. p. 220. 226. 298 ed. Petav.), urbem Constantinopolitanam novis moenibus cinxit (Socrates hist. eccl. 7, 1 cf. Cod. Theod. 15, 1, 51). Pusaeus videtur esse consul a. 467, praefectus praetorio a. 465—467 (Mommsen).*

5340

una et bis senas turres[1] crescebant in ordine totas[2], |
mirabilem operam[3] cito constructa videtur.
Posticius[4] | sub termas balteo concluditur ferro.
Nu[*ll*]us malorum | poterit erigere man.[5]
Patrici Solomon.[6] insti[*tu*]tion. nemo | expugnare valevit.
Defensio martir. tuet[*u*]r posticius[7] ipse. |
Clemens et Vincentius martir. custod. in[*t*]roitum ipsu.

Calamae (VIII 5352 delineavit Delamare, vidit etiam Renier. Buecheler carm. epigr. n. 297). — 1) *Moenia urbis Calamae, quae etiam anno 1850 superfuerunt, tredecim turres habuisse narrantur.* — 2) *Totae (universae),* 3) *mirabilis opera, cet.* — 4) *Posticium (cf. N. 5635), id est posterula supra quam positus erat hic titulus.* — 5) *Manum.* — 6) *Cf. supra N. 831 not. 2. 3.* — 7) *Posticium (posterulam).*

Ad moenia Masculae Tiberio Constantino imperante aedificata pertinet epigramma Buecheler carm. epigr. 1807 (v. infra in addendis). — *Ad munitionem Carthaginis novae in Hispania factam anno 589 pertinet titulus supra N. 835.*

5341 Fabio Maximo | [*v. c.*], | rectori provinciae[1], | restauratori | moenium publico|rum, | ordo Iuvanensium[1] | patrono.

S. Maria di Palazzo, ubi fuit Iuvanum (IX 2956 integra semel descripta in codice Florentino Rediano saec. XV, pars praeterea visa saec. XVIII). — 1) *Eius-*

dem Fabii Maximi, rectoris Samnii inter annos 350 et 360, alios duos similes titulos dedimus supra N. 1247. 1248. Cf. praeterea infra N. 5521. 5524. 5690. 5691.

5342 A. Hirtius A. f., M. Lollius C. f. ces.[1] fundamenta murosque af solo faciunda coerave. eidemque probavere. In terram fundamentum est pedes altum XXXIII[2] in terram ad | idem exemplum quod supra terram silici[3].

5343 A. Hirtius A. f., M. Lollius C. f. ces.[1] fundamenta murosque af solo faciunda coeravere eidemque probavere. In terram fundamentum est pedes altum XXXIII[2] in terram ad idem exemplum quod supra terra[*m silici*].

Ferentini, loco antiquo, in substructionis, quae hodie episcopium sustinet, olim sustinuit sine dubio arcem, duobus lateribus contiguis, N. 5342 in latere quod inter occidentem et meridiem, N. 5343 in eo quod inter meridiem et orientem versus spectat (I 1161 = X 5837. 5838 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXVIII[d]*. LXVII*[c]*).* — 1) *Censores, scilicet Ferentinatium. Alterum horum censorum Borghesius opp. 2, 400 patrem fuisse coniecit A. Hirtii consulis anno 711, alterum M. Lollii consulis anno 733. Aetas titulorum videtur fere esse Sullana.* — 2) *Cum substructionis illius pars inferior sit ex opere cyclopico quod dicunt, superior ex saxis quadratis (cf. imaginem delineatam a Tuccio Notizie degli scavi 1880 p. 62, C. I. L. X p. 576), Garruccius contendit partem superiorem (certe in latere eo quod est inter meridiem et occidentem) altam esse 33 pedes Romanos, eamque solam partem a censoribus dici aedificatam; quod falsum esse dimensurationibus factis demonstraverunt Tuccius et Mommsen l. c.* — 3) *Cf. Cato de re r. 14, 4.*

5344 M. Lollius C. f., A. Hirtius A. f. ces., funda[*m*]enta | faciunda coeraverunt eidemque probavere..

In eadem substructione in qua N. 5342/3, supra portam qua itur in interiorem aedificii partem (I 1163. X 5839 Ritschl tab. LXVII[b] *quem sequor).*

5345 A. Hirtius A. f., M. Lollius C. f. ces. fundamenta | fornices faciunda coeravere eidemque | probavere.

Intus in eodem aedificio in epistylio portae, per quam ad cryptas aditus est (I 1162. X 5840 Ritschl tab. LXVII[a]*).*

5346 Post. Mimesius C. f.[1], T. Mimesius Sert. f., Ner. Capidas C. f. Ruf., | Ner. Babrius T. f.[2], C. Capidas T. f. C. n., V. Volsienus T. f.[3], marones[4], | murum ab fornice ad circum et fornicem cisternamque d. s. s. faciundum coiravere.

Asisii (I 1412. XI 5390 descr. saec. XVI Smetius, partem intuenti sinistram circiter a. 1833 Gustavus Kramer). — 1) *Eiusdem nominis homo, fortasse nepos eius, est supra N. 947.* — 2) *Eiusdem nominis homo, fortasse idem, memoratur in titulo item Asisino, Umbra lingua scripto:* ager emps et | termnas oht | C. V. Vistinie, Ner. T. Babr., | maronatei | Vois. Ner. Propartie, | T. V. Voisiener; sacre stahu *(XI 5389; Buecheler Umbrica p. 172).* — 3) *T. Volsienus V. f. videtur esse in titulo Umbro (not. 2).* — 4) *Huius magistratus Umbri nulla mentio nisi in hoc titulo et eo quem memoravimus not. 2. Sex hos marones magistratus fuisse trium annorum continuorum coniecit Ar. Fabrettius.*

5347 [*T*]i. Messius Q. f., C. Acilius M. f., | [*C*]n. Mevius Cn. f., aid.[1], murum | et aream claudendam ex | sen. sen. faciundum curavere | eisdemque probavere.

Formiis (I 1192. X 6108 Ritschl tab. LXk). — 1) *De tribus aedilibus Formianis cf. ad N. 5329.*

5348 L. Betilienus L. f. Vaarus | haec quae infera scripta | sont de senatu sententia | facienda coiravit: semitas | in oppido *(sic)* omnis, porticum qua | in arcem eitur[1], campum ubei | ludunt, horologium, macelum, | basilicam calecandam[2], seedes, | [*l*]acum balinearium, lacum ad | [*p*]ortam[3], aquam in opidum adou.[4] | arduom pedes CCCXↀ[5], fornicesq. | fecit, fistulas soledas fecit. | Ob hasce res censorem fecere bis[6], | senatus filio stipendia mereta | ese iousit, populusque statuam | donavit Censorino[7].

Aletrii (Alatri) olim in ecclesia quadam, iam in curia (I 1166. X 5807 vidit Mommsen; Ritschl tab. LII d). Titulus scriptus ante legem Iuliam de civitate a. 664, nam Romana civitate accepta senatus Aletrinas non potuit civi suo vacationem concedere (Momms. C. I. L. I), nec tamen ante tempora Gracchana (Ritschl). — 1) *Huius porticus vestigia invenisse sibi visi sunt, cf. Winnefeld Roem. Mitth. 1889 p. 150 seq.* — 2) '*Calicata aedificia calce polita*' *(Festus p. 47 cf. p. 59. 75 Muell.).* — 3) *Huius quoque lacus fundamenta videntur superesse Alatrii extra portam S. Petri, cf. Winnefeld l. c. p. 149.* — 4) *Sic* (ADOV, *non* ADQV) *et priores auctores plerique et nuper de visu Mommsen, qui nihilominus requiri putat* adqu(e). — 5) *De hoc opere egerunt Secchi in actis Arcadum anni 1865 (quae repetivit Mommsen C. I. L. X p. 567 seq), Tucci Notizie degli scavi 1879 p. 273 seq. (cf. Mommsen l. c.), Bassel Centralblatt der Bauverwaltung 1, 1881 p. 121. 122. 134. 135 (cf. C. I. L. X p. 980).* — 6) bis *extra versum postea adiectum est.* — 7) *Videtur Varus propter censuram bis gestam Censorinus appellatus esse, plane ut Romae C. Marcius Rutilus (Momms. C. I. L. I l. c.)*

5349 L. Arruntius L. f. | cos.[1], XVvir | sacrieis *(sic)* faciundis, | viam, semitas faciundum, | clovacam reficiundam | d. s. p. c.[2]

Atinae (X 5055 vidit Mommsen praeter paucas litteras quae perierunt; Ritschl tab. LXXVII h). — 1) *Consul a. u. c. 732; eum quindecimvirum sacris faciundis fuisse constat ex actis ludorum saecularium supra N. 5050 v. 151 (not. 54).* — 2) *De sua pecunia curavit.*

5350 imp. Caesari div[*i Aug.*] | Vespasiani f. Do[*mitiano*] | Aug. pont. max., | tr. pot. II, imp. III, p. p., [*c*]os. | VIIII des. X[1], | Sex. Laecanius Labeo[2] pro[*c.*] | Aug. praef. provinci[*ae*] | Sardin., plateas et c . . . | itinera municipii C[*aralit.*] | sternenda et cloa[*cas* | *f*]aciendas et t[*e*]g[*endas*] | p. p. et privata [*curavit*].

Caralibus (Notizie degli scavi 1897 p. 280 supplevit Vaglierius). — 1) *A. 83 (ante 13 Sept.).* — 2) *Fortasse idem Sex. Laecanius Naevius Labeo centurio cohortis nonae praetoriae memoratus in fistula aquaria castrorum praetorianorum XV 7244.*

5351 imp. Caes. divi | Hadriani fil. | divi Traiani | Parthici nepo[*t.*] | divi Nervae pro|nepote T. Aelio Ha|driano Antonino | Aug. Pio p. p.

imp. II, | pontif. maximo, | trib. potesta[*t.*] XIIII[1], | cos. IIII, | plateam stratam | M. Valerius Etruscus | leg. Aug. pr. pr.[2] patro|nus col. dedic., d. d. p. p.

Thamugade (Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1898 p. CLVIII). — 1) *A. 151.* — 2) *Idem legatus in aliis quoque titulis Numidiae, cf. C. I. L. VIII ind. et Prosop. imp. Rom.*

Ad plateas municipiorum Africanorum pertinent tituli supra N. 2943, infra N. 5368, praeterea VIII 51. 304. 4878. 10935.

5352 C. Asinius | Tucurianus | procos. | plateam quae strata | non erat stravit.

Sulcis (Isola di S. Antioco) Sardiniae (X 7516 cf. p. 995 Mommsen vidit ectypum).

5353 C. Coesius | Tertius Aug. | plateam stravit | a tervio ad | tervium, ped. | . . . . . os p̄.

Saepini ut videtur vel Boviani in Samnio (IX 2476 semel descripta saec. XVI).

5354 C. Atilius C. f. Bradua[1] | pecunia sua fecit, | idem | forum lapide quadrat. | stravit.

Libarnae, iam Genuae (V 7427 vidit Mommsen). — 1) *Atilios Braduas novimus complures inde a M. Atilio Metilio Bradua consule ord. a. 108, sed diversis praenominibus omnes.*

5355 Mercurio | Aug. sacrum | M. Aurelius Q. fil. | Pap. Aemilianus q., | aedil., IIviru., statuam, | quam ob honorem II|viratus ex HS V mil. n. | pollicitus est, posuit, | inlatis rei p. legitimis | honorum suorum | summis et at fori stra[*t*]ura cub. X[1], idemq. dedicavit.

Dianae (Ain Zana) Numidiae (VIII 4579 vidit Wilmanns). — 1) *Cubitorum decem (Fröhner).*

5356 C. Valerius C. f. Gal. Valerianus Cisimbrensis, IIvir, | pontif. perp., forum, aedes quinque, signa deor. | quinque, statuas suas sua impensa dedit donavit. | Flavia Valeriana neptis, heres, epulo dato dedicavit.

Zambrae, ubi fuit Cisimbrium Baeticae (II 2098 ter quatterve descripta saec. XVI—XVIII).

5357 Fl. Eurycles | Epityncanus v. c., | praef. urb., condi|tor huius fori, | curavit. *(In latere)* coll.[1] X k. Febr. | Arriano et Papo cos.[2]

Romae, olim in ecclesia S. Viti ad arcum Gallieni (VI 1662 saepius descripta saec. XV. XVI). Basis eisdem verbis in fronte inscripta nuper prodiit eodem fere loco (VI p. 854 = 31888). — 1) *Collocata.* — 2) *A. 243. Titulus frontis multo recentior est. Apparet praefectos urbi aetatis labentis passim usos esse ad suos titulos inscribendos monumentis antiquioribus.*

Ad fora urbis Romae pertinent etiam tituli supra editi N. 776. 807.

5358 ex indulgentia dominorum divinorum | principum Augg. q. nostrorum Valenti|niani et Valentis toto orbe victorum, | forum transito-

r[*ium*] cum aedem Cal|. . . eni[1] conlapsum [*pe*]nitusq. ad|flict. a fundamento [*ex*]struc|[*sit*] . . . .

Lambaese (VIII 2722 cf. 18119 Cagnat vidit ectypum). — 1) *Sic videtur fuisse in lapide.*

5359 [*be*]atissimo saeculo ddd. nnn. [*Fl.*] Constantini Maximi v[*ictoris*] . . . . . . | . . . . . [*f*]ori holitori indulta paec[*u*]nia a fundamentis et s . . . . . . | . . . . [*muni*]cipi Thignicensis, procon[*s*]ulatu Domiti Zenofili c. [*v.*] . .

In ruderibus Thignicae in Africa (VIII 1408 viderunt Wilmanns et Schmidt).

5360 . . . . [*Fla*]ccus, C. Arrius N. f. Kan. | . . . . [*ma*]eniana circ. forum d. s. p. f.[1]

Aeclani rep. (IX 1148 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *De sua pecunia fecerunt.*

5361 Thoraci.[1] | Mirae integritatis et | innocentiae, inimita|bilis exempli viro, | Caelio Severo v. patricio | consulari, cur. r. p. et patrono | col. Pup[*p*]it., qui solus sua libera|litate forum vetustate d[*ilap*]|sum cum aedibus e[*t Capi*]|tolio et curia meliori cultu | restituit et dedicavit, | [*ordo Pupp. patr*]ono perpetuo.

Sûk el-Abiod, ubi fuit civitas Puppitana (Gauckler bull. du comit. des travaux hist. 1894 p. 252). — 1) *Signum Caelii Severi* (T·HORACI *editur).*

5362 [*C*]apitolium | [*F*]abius Maxim[*us*][1] | v. c. | [*i*]nstaurav[*it*].

Histonii (IX 2842 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Cf. supra N. 5341.*

Ad restitutionem Capitolii Faesulani spectat titulus supra N. 3084. Porticus Capitolii N. 5554.

5363 hortante beatitudine | temporum ddd. nnn. | Gratiani Valentiniarii | et Theodosi Auggg.[1] | statuam in Capitolio | diu iacentem in | cereberrimo *(sic)* fori | loco constitui | iussit Val. Palladius | v. c. cons. Venet. et Hist.

Veronae (V 3332 vidit Mommsen). — 1) *A. 379/383.* — 2) *Similes statuarum translationes infra N. 5484 seq.*

5364 . . Octavius Laenas[1], | . . Cervarius P. f., | IIIIvir. quinq., | viam post Capitolium | silice sternend. ex d. d. | locarunt idemq. proba[*r.*].

Pescinae in Marsis (IX 3688 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse C. Octavius Laenas curator aquarum anno p. Chr. 34 (Frontin. de aq. 102), certe ex gente eius.*

5365 *!!!!!!!!!!!!!!!* | *!!!!!!!!!!!!!!*[1] | L. Calpurnio Pisone cos.[2], | ex c. c. p. p.[3] viam silice | sternendam a porta | Campana ad forum | P. Spellius P. f. Spellianus | Sabinus q.[4], | Q. Sattius C. f. Calatro II q.[5], | curaverunt.

Casini (X 5204 vidit Mommsen). — 1) *Erasum est nomen Neronis.* — 2) *A. 57.* — 3) *Ex conscriptorum consulto pecunia publica.* — 4) *Quaestor,* 5) *iterum quaestor.*

5366 . . . .[1] | de via Pos[*t*]umia[2] in . . . . .[1] | forum pequarium . . . . . | meisit, lata p. XXX[3], ... | de senatous sent[*entia*] . .

Belvedere in litore Aquileiensi (V 8313 et melius C. I. L. supp. Ital. 125 vidit Pais). — 1) *Lapis integer esse videtur; ceterum tam initio quam in finibus singulorum versuum deesse aliqua putat Mommsen, scilicet supra et iuxta olim alios lapides adiunctos fuisse.* — 2) *De duabus viis Postumiis, Cremona Genuam et Cremona Aquileiam pergentibus dixit Mommsen C. I. L. V p. 411. 827 cf. ibid. ad n. 8045.* — 3) XXXX *Gregorutti archeografo triestino 17. 1891 p. 170.*

5367 C. Obinius C. f. Ruf., | Sex. Munnius C. f. | IIviri q. q. ex d. d. | p. p. HS ↁↀↀↀDCIIX[1] | ad [*f*]orum pecuari[*um*] | viam sternund[*am*] | coer.

Atinae (X 5074 semel descripta saec. XVII, accurate ut videtur). — 1) *Sestertium quinquaginta tribus milibus sexcentis octo.*

5368 imp. Caesare | Traiano Hadriano | Aug. III cos.[1], | via nova strata lapide | per medium forum pecuar. | a summo vico Longo ad | arcum iunctum Capitolio | ex conlatione manipretii | possessorum circa forum et ne|gotiantium, item collegia[2] quae at|tingunt eidem foro, | IIviratu . . L. (?) Ta . . .

Falerione in Piceno rep., est Romae (IX 5438 vidit Mommsen). — 1) *A. 119.* — 2) *Scr.* collegiorum.

5369 P. Decimius P. l. Eros | Merula[1] VIvir | viam a cisterna | ad domum L. Muti | stravit ea pecunia | . . . .

Asisii (XI 5399 vidit Bormann). — 1) *Eiusdem Merulae medici aliam inscriptionem dabimus infra inter inscriptiones medicorum.*

5370 L. Lamponius L. l. Onesimus, | P. Carminius P. l. Licinus, | P. Terentius P. l. Vegetus, | P. Carminius P. l. Primus | IIIIIIviri | viam cum crepidinibus | a quadruvio ad murum | straverunt | ob honor.

Tarvisii (V 2116 vidit Mommsen).

5371 P. Minnius P. f. | Cla. Salvius | primip., decur. grat., | ornam. IIviralibus[1], | vias circa aedem | Minervae | lapide turbinato[2] | testamento sterni | iussit.

Portogruari (Concordiae) (V 1892 vidit Mommsen). — 1) *Ornamenta duoviralia cum non soleant concedi vivo nisi ei, qui per legem duovir fieri non possit, Mommsenus l. c. censet et hic et in aliis similibus inscriptionibus, ubi ingenuis ea tribuuntur, significari ornamenta post mortem decreta sepulturae causa.* — 2) *Lapidibus in figuram turbinis desinentibus; cf. N. 5372; Plin. h. n. 37, 56 cet.*

5372 [*nu*]mini August[*i* | *Q.*] Munatius Apsyrtu[*s*[1] | *VI*]vir et Augustali[*s* | *via*]m lapide turbinat[*o* | *a f*]oro ad portam | [*st*]ravit, crepidine . . | . . castella posuit, port . . . | [*m*]armoribus statu[*eis* | *fist*]uleis et salientibus | ornavit d. p. s.

Parmae (XI 1062 ter ut videtur descripta saec. XV. XVI). — 1) *Idem videtur memorari XI 1098.*

5373 honoris | imp. Caesaris divi f. | Augusti pont. maxim. | patr. patriae et municip., | magistri Augustales | C. Egnatius M. l. Glyco, | C. Egnatius C. l. Musicus, | C. Iulius Caesar. l. Isochrysus, | Q. Floronius Q. l.

Princeps, | viam Augustam ab via | Annia extra portam ad | Cereris silice sternendam | curarunt pecunia sua | pro ludis.

Faleriis (Cività Castellana) (XI 3083 descripserunt Smetius aliique).

5374 viam | Augustam[1] | a porta Ci|mina usque | ad Anniam[1], et | viam sacram | a Chalcid[*i*]co[2] | ad lucum Iunon. | Curritis[3] vetustate | consumptas a novo | restituerunt ex | ~~HS~~ C m. n. duo Publii | Nigrinii Martialis | pater et Dexter | filius ob honores | et immunitates | omnes in se con|stitutas d. d.

In vico Campagnano, sito non procul a via Cassia, 21 fere mil. pass. a Roma, videtur eo delata esse ex ruderibus Faleriorum (XI 3126 solus descripsit saec. XV Cyriacus, cuius adhibui chartas nunc Berolinenses ms. Hamilton 254 f. 67). — 1) *Eaedem viae quae memorantur N. 5373.* — 2) Chalcidiaco *vel* calcidiaco *traditur. Cf. N. 5560 seq.* — 3) *Dea Faleriis culta, cf. supra ad N. 3111.*

5375 .... L. Terentius T. f. IIIIvir. i. d. monimentum fieri iussit; ea pecunia d. d. viae stratae sunt ab Annia[1] ad murum et post cryptam ad theatrum.

Venetiis olim in domo privata, Aquileia ut videtur (cf. not. 1) asportata (V 1008[a] *semel descripta saec. XV).* — 1) *Anniam viam (sine dubio diversam ab ea quae memoratur N. 5373. 5374) Mommsenus putat eam quae memoratur in titulo Aquileiensi V 7992.*

5376 ....[1] | [*viam ante portam?* | *C*]aesarea[*e*, *quae* | *in*]troeunt[*e*]s foeda indigna|[*qu*]e nitore civitatis suae | [*f*]acie excipiebat, consilio et | [*i*]nstantia P. Ael. Peregrini | [*p*]roc.[2] eorum lapide stratam | [*di*]gnam congruentemque | [*s*]plendori patriae suae | reddiderunt, incohante il|[*l*]o ac dedicante.

Caesareae (Scherschel) Mauretaniae (VIII 10979, VIII S. 20982 vidit Schmidt). — 1) *Periisse videntur nomina imperatorum in quorum honorem opus factum est, et eorum qui opus fecerunt magistratuum Caesariensium.* — 2) *Procurator Mauretaniae Caesariensis fuit imperantibus Severo et Caracalla.*

5377 Cn. Aequasius C. f. Calvo[*s*], | L. Aelius L. f. IIvir. i. d., | ex d. d. viae latitudin. | adiecer., substruction. | et erismas[1] fac. loc. | in id opus ex d. d. pecu[*n.*] | lud.[2] HS IƆƆƆ ↀ ↀ ↀ[3] ////; | Cn. Aequasius C. f. Calvo[*s*], | L. Aelius L. f. IIvir. i. d., | M. Suestidius L. f., | C. Arrenus M. f. IIvir. i. d.[4] | deder. idemq. probar.

Hispelli (XI 5276 viderunt Henzen et Bormann). Ex inscriptione gemella videtur superfuisse fragmentum non bene descriptum (XI 5277 = Orell. 2601). — 1) *Cf. Vitruv. 6, 11, 6. 10, 1, 2; Frontin. de aq. 18.* — 2) *Pecunia ludorum.* — 3) *Sestertium octoginta milibus (vel aliquanto pluribus).* — 4) *Iidem duoviri et successores eorum.*

5378 A. Bruttius A. l. | Secundus | IIIIIIvir, | praef.[1], archit., | crepidines inter | murum et pontem | pro parte dimidia et | tertia | dedit.

Concordiae rep., lapis utrimque scriptus (V 1886 semel nuper descripta). — Neutrius lateris inscriptio integra est, sed quae in altero desunt, ex altero sup-

pleri possunt. — 1) Praefectum intellegit Mommsen operi faciendo, nec cogitandum de praefecto architectis.

5379 A. Bruttius A. l. | Tarto | IIIIIIvir | [*c*]repidines inter | duos pontes.

Concordiae (V 1887 vidit Mommsen).

5380 G. Lart .... | Gabinio P. f. | Pal. Fortuito | dictatori Lan.[1], | IIvir. Capuae, | quod viam Dian. | a porta Volturn. | ad vicum[2] usq. sua | pec. silice straver., | ob munific. eius | d. d.

Capuae (X 3913 descr. saec. XVII Pellegrinus auctor accuratus). — 1) Lanuvii. De dictatore Lanuvino cf. C. I. L. XIV p. 191. — 2) Fortasse vicus ad montem Tifata ubi fuit templum Dianae, cf. Mommsen C. I. L. X p. 367.

5381 C. Obinius Favor, | P. Didiolenus | Strato | Augustáles | pro munere | ab summa quadragint. | ... da[1] ad vicum Laris | s. p. straver.

Luceriae (IX 808 vidit Mommsen). — 1) Lectio incerta.

5382 L. Avianius L. f. Men. | Flaccus Pontianus, | Q. Spedius Q. f. Men. | Firmus IIvir. i. d., viam | a milliario[1] ad cisiarios[2], | qua territorium est | Pompeianorum, sua | pec. munierunt.

Pompeiis rep. loco antiquo, extra portam Stabianam ad ipsa moenia ad sinistram viae ibi incipientis (X 1064 vidit Mommsen). Ad eandem viae partem pertinet titulus Osce scriptus eodem fere loco repertus (Fiorelli descrizione di Pompei p. 29, Nissen pomp. Stud. p. 531). — 1) Miliarium Mommsen (cf. Herm. 12, 1877, p. 489) intellegit viae publicae populi Romani, qua Nuceria Pompeios ibatur et Neapolim (cf. C. I. L. X p. 58, II), cuius viae miliarius aliquis Pompeiis ad portam Stabianam steterit necesse est. — 2) Cisiarios in extremo territorio stationem habuisse ex hoc titulo colligit Momms.

5383 ..... ius Fronto aed. cur. de sua pecunia f[*ecit*], | .... duxit, viam a foro usque ad feines strav[*it*], | .... fecit, cleivom a summo ad emporium[1] stra[*vit*].

Inter Puteolos et Neapolim pars extabat, pars adhuc est Neapoli (X 1698 fragmenta aliquoties descripta). — 1) Emporium Puteolanorum memorat Cicero ad Att. 5, 2, 2. Apparet emporium fuisse, ut consentaneum est, in imo clivo, ad litus maris. — Ad aliud emporium pertinet N. 5584.

5384 .... | [*A*]ugustalis, h[*on. decurionalibus*] | ornamentis, | viam ab angiporto aed[*is*] | Iunonis Lucinae usque [*ad*] | aedem Matutae, et clivom | ab ianu ad gisiarios *(sic)* porta[*e*] | Stellatinae, et viam patulam | ad portam laevam et ab foro | ad portam domesticam | sua pecunia stravit.

Calibus rep., est Neapoli (X 4660 vidit Mommsen).

5385 C. Furius C. f. Numida, | M. Veratius C. f. Pollio | IIIIvir. i. d., | stratam ad portam | summam et in clivis | ad portam geminam[1], | et intra portam | Martialem ad angipo[*r.*] | Matutae s. c. r. c.[2] | idemque probavere.

Calibus rep., est Neapoli (X 4650 vidit Henzen). — 1) Eiusdem nominis porta fuit Teani (Eph. ep. 8, 575). — 2) Senatus consulto reficiendam curavere.

5386 senatus | populusque | Romanus | clivom | Martis[1] | pecunia publica | in planitiam | redigendum | curavit.

Romae olim ad viam Appiam extra portam S. Sebastiani, iam in museo Vaticano (VI 1270 vidit Henzen). — 1) *Clivus ita dictus ab aede Martis sita extra portam Capenam, cuius mentio fit Liv. 10, 23. 38, 28 et alibi, item in titulo VI 10234* (ad Martis intra milliarium I et II). *Cf. supra N. 3139.*

Clivum Tiburtinum in planitiem redegit senatus populusque Romanus temporibus multo posterioribus, teste titulo quem supra dedimus N. 729.

5387 M. Consius M. l. | Cerinthus[1], | accensus velatus.[2] | Immunis cum sim[3], | ex voluntate mea | et impensa mea | clivom stravi | lapide ab imo susum | longum pedes CCCXL, | latum cum marginibus | pedes VIIII, fit quod | stravi milia pedum | ∞∞∞LX[4]. | Iterum eundem | clivom ab imo levavi | et clivom medium | fregi et depressi[5] | impensa mea regione | Ficulensi pago Ulmano | et Transulmano | Peleciano usque | ad Martis et ultra.

Non procul ab urbe Roma ad viam Nomentanam in praedio la Cesarina, ubi fuit Ficulea, deinde Romae (XIV 4012 vidit Henzen). — 1) *Idem homo memoratur XIV 4013. 4014.* — 2) *Cf. supra N. 1933—1937.* — 3) *Centuriae accensorum velatorum certas immunitates fuisse scimus ex fr. Vat. 138. Talem per immunitatem cum Consio Cerintho licuisset excusari a via munienda, nihilominus sponte et impensa sua clivum hunc stravit.* — 4) *340 × 9 = 3060.* — 5) *Clivum etiam commodiorem reddidit meantibus, ima parte eius in altum levata, media parte depressa.*

5388 L. Octavius L. f. Vitulus, | C. Rustius C. f. Flavos iter., | IIIIvir, d. s. s. | viam integendam | curaver.

Tibure in ruderibus antiqui aedificii, quod villa Maecenatis (sed falso) dicitur, iam Romae (XIV 3667 vidit Henzen; Ritschl tab. LXXV k).

5389 M. Avianius M. f. | Coniunctus IIvir | iter téxit, et tectum s. p.

Puteolis, scriptum in altera parte tituli supra N. 5317 (X 1793 partem quae extat vidit Mommsen).

5390 M. Iul. Pap. Iustus dec. | col., ob hon. pontif. | campum cum suis | aditibus clusit et | statuam posuit.

Sarmizegetusae rep. (III S. 7983 vidit Hirschfeld).

5391 P. Rupilius A. f., | L. Minicius L. f. | duovir. | campum et macer. | ex d. d. faciundu. | coer. idemq. prob.

Marani rep., ubi fuit Cupra maritima, deinde Firmi (I 1421. IX 5305 vidit Mommsen).

5392 C. Catius M. f. IIIIvir campum publice | aequandum curavit, maceriem | et scholas et solarium, semitam | de s. p. f. c.[1] | Genio coloniae et colonorum | honoris causa, | quod perpetuo feliciter utantur[2].

Nolae extra moenia (X 1236 ter ut videtur descripta saec. XVI. XVIII). — 1) *De sua pecunia faciunda curavit.* — 2) utantur *unum ex apographis, in alio est* usibus cau .... *in tertio vocabulum omittitur.*

5393 L. Tettaienus L. f. | Barcha, | L. Fistanus L. f. [*IIvir.*] | iter

in campum ex c. d.[1] | pecunia sociorum | campi faciundum | coeravere eidemq. | probavere. *(In latere)* extra | maceria | in agrum | pr[*e*]cario[2].

5393a L. Fistanus L. f., | [*L.*] Tettaienus L. f. | Barcha, | IIvir., | iter in campum ex c. d.[1] | [*p*]equnia sociorum | campi faciundum | coeravere eidemq. | probavere. *(In latere)* extra | maceria | in agrum | precar[*io*].

Interamniae (Teramo) Praetuttianorum (IX 5076 ex codicibus saeculi XV; Notizie degli scavi 1893 p. 352 vidit Barnabei). — 1) *Conscriptorum decreto.* — 2) praecario *traditur.*

5394 compitum ex saxo fecere.

Aquileiae (V 844 bis descripta saec. XIX).

5395 [*Postu*]mus[1] Plotius M. f. quarto[2], | A. Genucius A. f. iter. duoviri, | locum dederunt compiti aedificandi; | C. Cartilius C. f. Poplicol. duovir VII[3], | cens. III, compitum transtulit; | D. Caecilius D. D. l. Nicia medicus, | L. Marcius L. l. Stephanus, | P. Naevius P. l. Heraclida | mag. vici maceriem | et columnam de suo fecerunt; | C. Cartilius C. l. Hera . . . .

Ostiae (Notizie degli scavi 1892 p. 162). — 1) *Supplementum non certum.* — 2) *Scilicet quarto duovir* (Quartio *non recte editum esse Notizie l. c. testatur Gatti).* — 3) *Fortasse idem Cartilius, duoviratu septies functus, memoratur XIV 375.*

Ad compitorum refectiones pertinent tituli supra editi N. 3610. 4052 (item V 7728. 7739 p. 1041).

5396 M. M . . . lius[1] M. f., L. Turpilius L. f. duomvires de senatus | sente[*n*]tia aedem faciendam coeraverunt eisdemque probavere.

Corae loco antiquo in templo quod Herculis vulgo putatur, nunc ecclesia S. Petri (I 1149. X 6517; Ritschl tab. LXVIII c). — 1) *Nomen non certum; inter* M *et* lius *duae litterae fuerunt, quorum prior periit, altera* t *visa est Mommseno qui scalis admotis inscriptionem contulit* (Manlius *priores plerique).*

5397 L. Aninius L. f. Capra IIIIvir iter., | Apollinis aed. et circum aedem | muros d. s. p. r. c.[1]

Setiae (X 6463 vidit Mommsen). — 1) *De sua pecunia reficiunda curavit.*

5398 M. Tullius M. f. d. v. i. d. ter quinq.[1], augur, tr. mil. | á pop.[2], aedem Fortunae August. solo et peq. sua[3].

Pompeiis epistylium non aedis Fortunae, sed aediculae intra hanc aedem extructae (X 820 vidit Mommsen). — 1) *Duovir iure dicundo ter quinquennalis.* — 2) *Cf. supra N. 2677 not. 1.* — 3) *Quomodo factum sit ut titulus qui ad ipsam aedem pertineat incisus sit in fronte aediculae interioris, quaesierunt Schoene et Nissen in huius studiis Pompeianis p. 179 seq. et Mau Roem. Mitth. 1896 p. 282; cf. etiam Iordan Herm. 14, 1879 p. 574.*

5398a M. Tulli M. f. | area privata.

Pompeiis iuxta aedem Fortunae in semitā angusta, quae est inter eam aedem et aedificium privatum (X 821 vidit Mommsen). — *Apparet hoc lapide M. Tullium terminare voluisse solum quod sibi retineret.*

5399 Veneri Victrici | L. Arronius Amandus | VIvir Aug. | solo privato s. p. f.

Tiferni Tiberini (Città di Castello) in Umbria (XI 5928 vidit Bormann).

5400 Fortunae Aug. | Anniae M. fil. Cara, flaminica, et Tranquilla statuam quam | testamento suo Annius Protus ex HS XXII legave|rat, pecunia Proti et Anni Hilari[1] patris sui | comparatam posuerunt et adiecta de suo ae|de[2] ex HS IIII CCCC dedicaver. epulo curiar., d. d.

Thamugadi (Timghâd) rep. loco antiquo in foro prope tribunalis scalas (VIII S. 17831 vidi). — 1) *Iidem Annii Protus et Hilarus sunt supra N. 305.* — 2) aere *primus editor, errore.*

5401 [*For*]tu[*nae, Di*]anae[1], Victoriae, | T. Sextius [*T. l.*] Basiliscus Aug. Claud.[2] | nomine suo et | Sextiae T. l. Irenes uxoris et | T. Sexti Fausti fili et | Sextiae Marcellae filiae, | solo suo inter quattuor terminos, | v. s. l. l. m.

Prope Chieri in Pedemontio rep. (V 7493 descr. Pedemontani complures). — 1) *Supplementa firmantur fragmento V 7494 quod videtur superfuisse ex altero exemplo eiusdem tituli.* — 2) *Augustalis Claudialis.*

5402 Baebiae C. f. | Crinitae | Turobrigen|si sacerdoti | quae templum | Apollinis et Di|anae dedit ex | HS $\overline{\text{CC}}$[1], ex qua sum|ma $\overline{\text{X[X]}}$[2] populi | Romani deduc|ta et epulo | dato it tem|plum fie|ri sibique | hanc statuam | poni iussit.

Arucci (Aroche) in Baetica (II 964 bis descripta saec. XVII. XVIII). — 1) CC *apographa.* — 2) *Cf. N. 305 not. 2. N. 5584.*

5403 T. Tremeliu[*s*] | T. l. Antioch. | aed. Dianae | et aram de | lapide quadr. | aedif. et ope. | tector. pol.[1] | et sign. Dian. | fac. statue. | dedic. de sua | pec. curavit. | V. s. l. m.

Siponti rep., est Neapoli (IX 6242 vidit Mommsen). — 1) *Opere tectorio polivit.*

5404 Q. Ofillius C. f. Ruf., Sex. Calidenus K. f. Q. n., | T. Temonius T. l. Flac. mag., aed. | Herc. d. v. s.[1] fac. ping. c.[2] eisdemq. pr.[3] | Cn. Pompeio M. Licinio cos. iter.[4]

Prope Montorio in Piceno, opus tessellatum (IX 5052 vidit Dressel). — 1) *De vici sententia.* — 2) *Coeraverunt.* — 3) *Probaverunt.* — 4) *A. u. c. 699.*

5405 Q. Attius Messor | exhedra cum | fronte templi | Minervae Aug. | vestustate | corrupta per|fector et pictor | de suo ref. | et c. d.[1]

Tarracone (II 4085 vidit Huebner). — 1) *Cultoribus, vel collegis dedit (Hue.).*

5406 M. Iunius | Sabinus | IIIIvir aedili|ciae potestat. | e lege Iulia | municipali[1], | patronus | collegi cen|tonariorum, | frontem templi | vervis[2] et hermis | marmoreis pe|cunia sua orna|vit et tuition. | dedit HS ∞ ∞. | N. CCXXXXII[3].

Patavii (V 2864 vidit Mommsen). — 1) *De hac lege cf. C. I. L. I (ed. 1) p. 123, ubi edidit Mommsen partem eius quae extat in tabulis aereis Heracleae repertis.* —

2) *Vervae vocabulum redit in titulo Aquileiensi V 1019; fuisse caput vervecis sive arietis marmoreum, unde aqua fluebat, coniecit Mommsen (ad V 1019).* — 3) *Cf. supra ad N. 5202 not.* 7.

5407 aedem trium camerarum vetustate collapsam | addito cultu meliori laqueariorum pecunia | propria reformavit spl. col. Utik.[1], curante | et dedicante Silio Tertullo c. v. cur. suo.

Uticae rep., lapis quo antea usi erant ad incidendum titulum VIII 1181, est Leidae (VIII 1183 vidit Wilmanns). — 1) *Splendidissima colonia Utika.*

5408 Bellonae Aug. sacrum Sex. Horatius | Sex. fil. Q.[1] Felix sacerdos, cum filis Proculu *(sic)* | Triumpale Felice sacerdotes *(sic)*, templum cum omni|bus ornamentis et pictura sua peq. renovavit.

Rusicade (VIII 7957 vidit Wilmanns). — 1) *Quirina.*

5409 . . . . us Fundan. | Gallae disp.[1] templum | et máceriem, item | pomar. impens. sua fecit idemq. | dedicavit.

Tharros in Sardinia rep. (X 7893 vidit Mommsen). — 1) *Dispensator.*

5410 Abennaeus Catti M. s.[1] maceriem . . . . | pinnas et austia[2] de s[*u*]o fecit, Minervae de . .

Inter Aquileiam et Tergeste, ibi fere ubi N. 1851, rep. (I 1463. V 704 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXXI c). — 1) *Cf. N. 3581 not. 1.* — 2) *Ostia.*

5411 . . . . . M. f. Proculo, | . . . . . P. f. Rullo d[*uoviris*]; | . . . . . Mama, L. Fobius Pirata mag., Te[*rpnus?*] . . . . ., ... ani q.[1], Nothus Sexstili, Nicephor, ministr[*i, aedem?*] . . . . trat. et ostia et fastus de sua pecun. fecer[*unt; iidem ludos*] prim. fecer.

Antii, nunc Romae (X 6679 p. 989 vidi). — 1) *Quaestores.*

5412 Iunoni Aug. sac. | pro salute imp. C[*a*]es. M. Aureli Commodi Antonini Aug. Germ. | Sarmatici Brittan[*n*]ici p. p.[1], civitas Urusitana[2] templum | cum sanctuario [*Io*]vis fecit et dedicavit d. d. p. p.

In Africa loco dicto Henchir Sugda (VIII S. 12014 vidit Cagnat). — 1) *Commodi nomina erasa et postmodum restituta; ex priore scriptura videtur remansisse* s *littera post* p. p. — 2) *Civitas praeterea ignota; nisi forte mentio eius est apud Victorem Vit. 1, 10 (Cagnat).*

5413 . . . aeterno numini praestanti propitio sacrum | . . . . [*Vi*]ctoris sacerdotis et Arri Servili rem agentib. *(sic)* | . . . . . n[*ec*] non et silicem omne sanctuarium stravit, | . . . [*q*]u[*i*]nt. idus Martias Ursi et Pollemi consulatus[1].

Henschir bu Ftis, ubi fuit Avitta Bibba (VIII 796 vidit Wilmanns). — 1) *A. 338.*

5414 numini dom. Aug. | T. Marius Processus | signum dei Silvani | *! ! ! ! ! ! ! ! !* | *! ! ! ! ! ! ! ! !*[1] | aedem ipsius mar|moratam a solo su|a pecunia fecit [*e*]t | templum marmoris *(sic)* | stravit idemq. dedic.

Romae rep. in villa Ludovisia prope portam Pincianam (VI 30985 vidit Gatti Notizie 1887 p. 275). — 1) *Duo versus erasi.*

5415 ... [*muni*]cipi Mel.[1], primus omni[*um*] .... | .... it, item aedem marmo[*ribus exornavit et* | *in ea statuam? Apo*]llinis consacravit, item p .... | ..... [*in p*]ronao columnas IIII et para[*statas*] .... | .... et podium et pavimentu[*m*] ..... | ..... cavit; in quod opus univer[*sum erogavit* | *ex libera*]litate sua HS CXƆCCXCIIS. Q[*uorum causa* | *secundum M*]elitensium desiderium o[*ptimo viro* | *statua ex ae*]ris conlatione d. d. [*posita est*].

In Melitae insulae oppido vetere Città Vecchia vel Notabile (X 7495 semel, accurate ut videtur, saec. XVIII descripta). — 1) *Melitensium.*

5416 d. d. | .. [*C*]áesius Daphnus [*Augus*]tál. Nuceriáe et | ...., aédem Geni Stabiár. | [*delapsi*]s marmorib. [*v*]exata | [*ae*]de restituit.

Prope Stabias rep., est Neapoli (X 772 vidit Mommsen).

5417 Saturno .... | templum opere signin[*o*] .... | Marcellus a milit., coloniae [*patronus nomine suo et* . . .] | Sossiae coniugis libero[*rumque suorum fa*]miliaeque suae, voto destin ....

Auziae (Aumale) in Mauretania (VIII 9023 vidit Wilmanns).

5417a I. o. m. pro salute d. n. | imp. Caes. M. Aur. Sever. | Alexandri[1] P. f. Aug., C. Iul. | Maximinus c. a. leg. I A. Sev.[2], | templum vicalem[3] a solo | inpendis suis cemento ex|structum | ex voto restituit.

Brigetione (O-Szöny) in Pannonia (III S. 10984 vidit Kubitschek). — 1) Alexandri *vocabulum erasum, sed legitur.* — 2) *Custos armorum legionis primae Adiutricis Severianae.* — 3) *Vicanorum, videtur intellegendum esse.*

5417b C. Alfius T. f. Maximus | pecuniam legavit L. Herennio C. f. Rufo; is aedem podi|um[1] cryptae partem faci|enda curavit probavitq.

Corfinii (IX 3168 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Cf. N. 3536 cet.*

5418 A. Antonius Horus | aedem Matri magnae | et porticum qui *(sic)* est ante | aedem et cellam sacerd. | ab solo pec. sua fec., | d. d. | Cuius dedicatione | decurionibus et Augustalib. | et populo crust[*l*]um et mulsum ded.

Atinae in Lucania (X 333 bis descripta).

5419 . . [*Pes*]cennius Q. f. Ga .... | [*IIIIvi*]r. i. d., pro cena IIIIvi[*rali* | *Ge*]nio aedem, portic., culi[*nam*[1] | *re*]ficiund. curavit, eidem p[*robavit*].

Aeserniae (IX 2629 vidit Mommsen). — 1) *Culinae una cum aede dedicatae etiam supra N. 3149. 3452. 4341. Culina Iovi dedicata IX 3075.*

5420 C. Suellius T. f. Aemili.[1], | P. Baebius L. f., | Q. Suellius Q. f., | magistri[2], cellam et | culinam faciunda | curarunt.

Inter Sulmonem et Aquilam loco dicto Fontecchio, iam Aquilae (IX 3440 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Cognomen Suellii, litteris minoribus scriptum.* — 2) *Magistri pagi alicuius, Peltuinatium ut videtur.*

5421 T. Valerius C. f. Senecio, | P. Usulenus Veientonis l. | Phileros, | T. Alfidius T. l. Stabilio, | M. Usulenus M. l. Charito, | magistri pagi ex reditu fani | Larrasoni[1] cellas faciund. | curaverunt idemque probaverunt.

Prope Moux (ubi N. 4678) rep. (XII 5370 aliquoties descripta). — 1) *Cf. N. 4678.*

5422 Mercurio s[*acrum*] | pro salute imp. Caesar[*is*] . . . . . | L. Aemilius Donatus vet[*eranus*] . . . . | cellam cum gradibus . . . . | s. p. f.

Henchir Djellûla in Africa (VIII S. 12111 ad apographum, accuratum ut videtur, militis cuiusdam).

5422a Caelesti Aug. sac. | Q. Mattius Primus | ad ampliationem | templi et gradus | donavit X CXXV, | vot. sol. lib. ani.

Tuccabor in Africa, iam Florentiae (VIII S. 14850 vidit Henzen).

5423 Iovem Pantheum Aug. | cum aede et tetrastylo solo [*p*]ub. | L. Calpurnius Gallio et C. Marius | Clemens Nescanienses, cu|ratores iuvenum Laurensium, | d. d. k. Iulis P. Septumio Apro | [*M.*] Sedatio Severiano cos.[1]

Valle de Abdalajîs, ubi fuit Nescania Baeticae (II 2008 cf. II S. p. 878 Huebner vidit ectypum). — 1) *Consules suffecti videntur fuisse temporibus Antonini Pii, cf. Prosopogr. Imp. Rom. sub M. Sedatio Severiano.*

5424 . . i Aug. | [*et nu*]mini[*b.*] | Augustorum | sacrum, | adiecto tetrasty|[*l*]o et aeramentis | omnibus, | Iulia Natalís | d. s. p. f. c. idemque *(sic)* | [*d*]edic[*av.*] L. d. d. d.

Narbone (XII 4332 particulas vidit Hirschfeld, reliqua supplevit ex apographo facto saec. XVII).

5425 C. Iulius | Q. f. Quir. | Potitus | tetrasty|lum et | tholum | ded.

Cirtae (VIII 7108 vidit Wilmanns). Alia testrastyla supra N. 3398. 5473.

5426 Germanico Caesari, Ti. Caesaris f., divi Augusti n. | C. Iulius Chimarus; idem statuas et aediculam | refecit, sédés marmoreas[1] posuit.

Antii, nunc Romae (X 6649 vidi). — 1) *Sedes aeneas cum imagine Victoriae dedicatas habes supra N. 1879, 2.*

5427 . . Sanguri. C. f., | L. Gargoni. L. f., q.[1] | sacellum d. s. s.[2] | saepiundum | couraverunt.

Prope Hadriam rep., litteris formae vetustae, punctis quadratis (I 1419. IX 5019 vidit Dressel). — 1) *Quaestores* (q. *ad duos primos versus pertinere virgula quadam in lapide significatur).* — 2) *De senatus sententia.*

5428 m[*ag.*] et flamin. | montan.[1] montis | Oppi[2] | de pequnia mont.[1] | montis Oppi | sacellum | claudend. | et coaequand. | et arbores | serundas | coeraverunt.

Romae rep. in Esquiliis ubi dicitur 'Sette Sale' (VI 32455 imaginem dedit Gatti bull. comunale 1887 p. 156). — 1) *Montanorum. De montanis cf. Mommsen Staatsr. III p. 114 et praef. p. VIII.* — 2) *Oppius mons ad Septimontium antiquissimum pertinebat; Fest. p. 348; cf. Momms. Staatsr. III p. 113 not. 5.*

5429 *(aquilae duae volantes)* luco Silvani | scyphum[1] marmore | incluso inpensa sua | C. Iulius Abascantus | donum dedit et | maceriem corrupta inpensa | sua restituit.

Romae (VI 610 descr. saec. XVI Nicolaus Florentius auctor accuratus). — 1) *Scyphos diis dicatos habes etiam supra N. 3182. 3429.*

5430 Ansia Tarvi f. | Rufa ex. d. d. circ. | lucum macer.[1] | et murum et ianu.[2] | d. s. p. f. c.[3]

Padulae in Lucania (I 1260. X 292 cf. p. 1004 vidit Brunnius praeter initium hodie absconditum; litterae videntur indicare aetatem liberae rei publicae). — 1) *Cf. N. 5562 cet.* — 2) *Ianuam (cf. N. 3959).* — 3) *De sua pecunia facienda curavit.*

5431 Q. Nonius Q. f. Lab. | aram, lucos, font. | Dianae sacr.

Prope Sermonetam agri Pomptini (X 6481 semel descripta saec. XVIII).

5432 . . . s | . . . ci populi R. | *!!!!!!!!*[1] | . . limual. Novius Elphideforus | coronatus cistifer cum suis | lucum a solo cum signis et ornamentis | suis fecerunt et dedicaver.

Prope Thevestem in saxo vivo incisum (VIII S. 16532 vidi). — 1) *Versus erasus.*

5433 [*imp. Caes. M. Aurelio Antonino cet.*] . . . pontifi[*ci max., trib.* | *p*]ot. XVI[1], imp. II[2], cos. II[*I*, | *p*]rocos., patri patria[*e*], | M. Aurelius Nigrinu[*s e*]|vocatus Aug. n., impo[*situs*] | ordinibus in leg. II Tra., [*de*]|votus numini eius, eu[*ndem*] | lucum Aquilonensem[3] in[*co*]|luit et consecravit, III idus Au[*g.*] | Aurelio Antonino Pio Felic[*e*] Aug. IIII cos.[1]

Cappella di S. Vito (prov. di Foggia) in Apulia (Rendiconti dell' Accademia nap. di archeologia 1898 p. 112 de Petra vidit ectypum). — 1) *A. 213.* — 2) *Expectaveris* imp. III *(cf. supra N. 451 not. 10).* — 3) *De Aquilonia cf. C. I. L. IX p. 88.*

5434 Augusto | lucus | sacer.

Perusiae, cippus marmoreus (XI 1922 vidit saec. XVII Holstenius).

5435 I. o. [*m.*] | L. Sept[*imius*] . . | v. p., pr. [*prov. Brit. pr.*[1]] | rest[*ituit*], | C. Iust . . . . .

(In latere sinistro) [*sig*]num et | [*er*]ectam[2] | [*p*]risca re|gione co|[*lu*]mnam

(in latere dextro) Septimius | renovat | primae | provinciae[3] | rector.

Circencester, ubi fuit Durocornovium, basis (Huebner Westd. Korrespondenzbl. 1891 p. 254 ad ectypum). Buecheler carm. epigr. n. 277. — 1) *Cf. not. 3.* — 2) [der]ectam *Buech.* — 3) *Britannia prima memoratur etiam in laterculo provinciarum Veronensi et in Notitia dignitatum (cf. Marquardt Staatsverw. I² p. 287).*

5436 M'. Memmius M'. f. | pr. | signa, baseis | de sua pecunia.
Signiae (I 1146. X 5969 Ritschl tab. LXXV p).

5437 L. Titinius L. [*f.*] | Petrín. duovir | signa ahenea public. | sarsit et reposít et basis | quae derant *(sic)* de suo.
Lunae (Notizie degli scavi 1890 p. 377).

5438 Ap. Iunio Silano P. Silio Nerva cos.[1], | k. Ianuar. | L. Poppaeus Urbanus Apollini signum sacr. sedemq. dikavit.
Prope Abellam rep. (X 1196 vidit Mommsen). — 1) *A. p. c. 28.*

5439 . . . . . . [*in*] | memoriam | P. Corneli | Saturnini | magistralis, | Cornelia Prima uxor | ex indulgentia colleg.[1] | signum Liberi, | basem, caulas d. d.
Bononiae (VI 460. XI 715 vidit Bormann). — 1) *Collegarum.*

5440 P. Hordeonius P. f. | Gallus Hercolei. | M. Caecilius M. f. Rufus, | C. Claudius C. f. Priscus | IIIIvir. i. d. s. c.[1], augures, | aedem reficiendam, signum | transferendum, basim | ponendam curave. p. p.
Signiae (I 1145. X 5961 Ritschl tab. LXXXIX d). — 1) *Quattuor viri iure dicundo senatus consulto.*

5441 signum dei cum equo ex aere . . . .[1] | ex aede vetere in hanc aedem munificentia | [*P. Ops*]tori Saturnini fl. perp. factam res publ. Vaz|[*ita*]norum permittente Valerio Pudente proc.[3] | c. v. transtulit et in bassil.[4] ab eodem Opstorio emta | imposui[*t*].
In Africa in ruderibus civitatis Vazitanae, cf. supra N. 3196 (VIII S. 11999 vidit Cagnat). — 1) *Nonnulla legi non potuerunt.* — 2) *Idem Opstorius Saturninus in eadem civitate Vazitana anno 212 Mercurio sobrio aedem extruxit, teste titulo VIII S. 12006; in cuius tituli fine haec leguntur:* idem iam ant. hoc ob honorem XI pr. *(undecimprimatus)* aed[e]m Aesculapio deo promissam bassil. coherent. multiplicata pec. fecit. *De his aedibus cf. Gauckler Monuments historiques de la Tunisie, temples païens (1898) p. 42.* — 3) *Idem Pudens proconsul Africae memoratur Tertull. ad Scap. 4. Proconsulem fuisse a. 210/1 vel 211/2 probare studuit Schmidt mus. Rhen. 46, 1891 p. 95 seq.* — 4) *An* bassim?

5442 P. Rutilius Syntrophus | marmorarius donum | quod promisit in templo | Minerve marmori|bus et inpensa sua the|ostasim extruxit.
Gadibus (II 1724 descr. saec. XVI Accursius).

5443 . . . . | et q. s. s. s.[1], aedem Belini | [*su*]a pecunia refecere et | [*clu*]pea inaurata[2] in fastigio V | et signa duo dedere, | [*P.*] Erbonio P. l. Principe, | [*Se*]x. [*V*]otticio[3] Sex. l. Argentillo[3] | mag. vic.[4]
Zuglio, ubi fuit Iulium Carnicum (V 1829 cf. p. 1053 saepius descripta a saec. XV ad XIX). — 1) *Qui supra scripti sunt.* — 2) *Cf. N. 5451 seq.* — 3) *Idem nomen V 1830.* — 4) *Magistris vici (sc. ante Iulium Carnicum coloniam factam).*

5444 . . . idius E . . . . ., . . In . . . | . . ius ex pecunia honor[*aria*] | duoviratuus amplius ex s[*est.*] . . [*car*]|pusculis[1] inauratis fastigi[2] a . . . . [*fece*]|runt.

Čitluk in Dalmatia, ubi fuit Aequum, rep. (III S. 9768 descr. Bulič). — 1) *Cf. supra N. 5400.* — 2) *Cf. N. 5593.*

5445 valvas[1], signa deórum Aúgus[*torum*] . . . | Q. Badusius Q. l. Delphicus[2], ... | VIviri et VIviri Aúgustáles [*sua pecunia fecerunt et in*][3] | dedicatione epulum [*plebei? dederunt*].

Pisauri (XI 6306 vidit Bormann). — 1) *Cf. N. 2162. 3423 cet.* — 2) *Eiusdem Delphici titulus sepulcralis est XI 6361, in quo item dicitur* VIvir et VIvir Aug. *(alius sexvir et sexvir Augustalis Pisaurensis est XI 6375).* — 3) *Supplevit Bormann.*

5446 Q. Lae[*lius?*] . . f. Pal. Pietas, | C. Vibi[*us . . f. P*]ap.[1] Secundus | IIIIvir. [*quinq.? e*]x stipe quae ex | lacu v . . . . .[2] [*e*]xsempta erat, | signum . . . . [*c*]urarunt, valvas | ahenea[*s*] . . . s et superlimen [*la*]|pide[*um*] et fastigium m . . | . . . . cum adorn[*aver.*] | . . . [*Q. Volu*]sio P. Corn[*elio cos.*][3].

Narniae (XI 4123 partem maiorem vidit Bormann). — 1) *Papiria tribus Narniensium.* — 2) V[*elino*] *supplevit Marinius Arv. p. 824.* — 3) *A. 56.*

5447 [*deae*] Fortun. [*et Ge*]n. col., | . . . . . . [*Fo*]rtunatus dec. Genium cum | [*colu*]mnis et aetomate et incrusta|[*tio*]ne marm. de suo fec. pro salute | sua suorumq. omnium et commu|nis tricensimae[1], v. l. a. s.[2] | . . . . mmius Magnil[*l*]us.

Deir-el-Kalá prope Berytum rep., deinde Parisiis (III S. 6671 vidit Renier). — 1) *Ad idem commune videtur pertinere titulus eodem loco repertus:* Λούκιος . . . λιος Σόλων πατὴρ κοινοῦ τῆς τριακάδος ἀνέθηκεν *(Echos de Notre-Dame de France, Jérus. 1896 p. 315). Cuius generis collegium intellegendum sit, obscurum.*

5448 M. Sextilius M. l. Eros | Genium[1] et ypaetrum stravit, | furcas statuit, clatros in | fenestris posuit, et expoleit | monumentum de sua pecunia.

Romae ad viam Latinam rep. (VI 260 viderunt de Rossi et Detlefsen). — 1) *Intellege: posuit.* — *Titulum ad sepulcrale monumentum pertinuisse putat Henzen.*

5449 Veneri Verae[1] felici Gabinae | A. Plutius Epaphroditus accens. velat.[2], negotiator sericarius[3], templum cum | signo aereo effigie Veneris item signis aereis n̄. IIII dispositis in zothecis[4], et | balbis[5] aereis et aram aeream et omni cultu a solo sua pecunia fecit. Cuius ob | dedicationem divisit decurionibus sing. X[6] V, item VIvir. Aug. sing. X III, item taber|naris intra murum negotiantibus X I, et HS X m̄. n̄. rei publ. Gabinor. intulit, ita ut ex | usuris eiusdem summae quod annis IIII k. Octobr., die natalis Plutiae Verae | filiae suae, decur. et VIvir. Aug. publice in triclinis suis epulentur; quod si | facere neglexserint, tunc ad municipium Tusculanor. HS X m̄. n̄. pertineant, | quae confestim exigantur. Loc. dato decreto decur. | Dedicata idibus Mais L. Venuleio Aproniano II L. Sergio Paullo II cos.[7]

Gabiis rep., est Parisiis (XIV 2793 vidit Henzen). — 1) Sub Veneris Verae nomine filiam Plutiam Veram dedicavit Plutius Epaphroditus negotiator sericarius. — 2) Cf. N. 5387 (not. 2). — 3) Eidem eodem loco liberti dedicaverunt titulum XIV 2812. — 4) Zothecas habes etiam supra N. 3452, infra N. 5549. — 5) Valvis. — 6) Singulis denarios. — 7) A. 168.

5450 Fortunae reduci | Rufus cól.[1], disp. arce summár.[2], | omní cultu exornát.[3] dé suo posu|it idemque decrét. órdin. templum | a solo sumptu suo maximo conláto[4] | perficiendum curávit; cuius dedicati|one singulis in collégio HS XX n̄. ded. | Dedicatum XII kal. Aug. Orfito et Maximo cos.[5] | Si qui clupeum ponere volet, dabit arce HS $\overline{II}$ n̄.

Asculi in Piceno (IX 5177 vidit Mommsen). — 1) Coloniae (servus). — 2) Dispensator arcae summarum (cf. supra N. 4189 not. 2). — 3) Exornatam, sc. statuam. — 4) Sc. aere conlato, sed ut Rufus ipse plurimum conferret. — 5) A. 172.

5451 M. Acilius A. f. Vot. Priscus Egrilius Plarianus[1] | praef. aerari militar., pontif. Volcani et aedium | sacrar.[2], p. c.[3] clupeum argent. cum imagine aurea d. d. L. d. d. d.

Ostiae rep., est Romae (XIV 72 vidi). — 1) Cf. supra N. 3244. — 2) Cf. supra N. 4176 not. 3. — 3) Patronus coloniae.

5452 . . . eros Germanici l. | Lollianus d. d. | clupea cum imaginibus[1].

Romae (VI 17265 bis descripta saec. XVII). — 1) De clupeis cum imaginibus vide praeterea N. 5445. 5486. 5497.

5453 voto suscepto | Bonae deae, | Astrapton Caesaris vilic. | aediculam, aram, saeptum[1] clusum | vetustate diruta restituit.

Romae (VI 56 vidit Henzen). — 1) Cf. N. 3298.

5454 Silvano sacr. | Cn. Antonius Cn. f. | Fuscus | aediculam cum | ara et cratera[1] d. d. | idemque dedicavit.

Romae (VI 589 vidit Henzen). — 1) Cratera argyrocorintha est supra N. 3446.

5455 Mamilia Urbana, Tifania Amoena | basim aediculam Veneri aram | d. s. d.

Tufici in Umbria rep., iam Pisauri (XI 5688 vidit Bormann).

5456 Victóriae | Aug. | C. Virrius | Quártio | t. p. i. | Basis ex stipe.

Aoste, ubi fuit Augustum vicus (cf. C. I. L. XII p. 299) Allobrogum (Allmer revue épigr. 3 n. 63, 1891 p. 127 n. 876).

5457 M. Marcius M. | fil. Celsus | Herculem cum | basi et ara et subse|llis suo et M. Marci | Antonini fili sui | nomine d. d.

Valentiae (II 3728 vidit Huebner).

5458 I. o. m. | et numinib. Aug. | M. Vari. Severus | b. cos.[1] | aram cum | cancellis | d. s. p.

Dorchester rep. (VII 83 bis ut videtur descripta). — 1) *Beneficiarius consularis.*

5459 Tertius | Prisci Poppaeae | Sabinae[1] dispens.[2] | vicarius aram | et crepidinem fecit, | idem d[*i*]s[*t*]u[*r*]b[*at*]am[3] | a novo res[*tit*]ui[*t*]. | D. d. l. d.

Asisii (XI 5418 viderunt Henzen Mommsen Bormann). — 1) *Mater Poppaeae Augustae (Tac. ann. 13, 43. 45, cf. ib. 11, 2. 4) aut ea ipsa.* — 2) *Dispensatoris.* — 3) *Primus enucleavit Bormann.*

5460 Herculi Aug. sacrum C. Iulius | Saturninus sacerdos Liberi | patris aram opere quadratario a fundamentis | sua pecunia ex s. s. ∞ nummis fecit dedicavitq., curantibus | Iulia Getula uxore et Iuliis Getuleis Apa et Saturnino | iuniore filiis eius, v. s. l. a.

Cuiculi (Djemila) Numidiae (VIII S. 20145 descr. Reboud auctor accuratus).

5461 pro salute imp. | Caes. M. Aureli | Antonini Augusti | Germanici Sarmat., | liberorum domusq. | eius divinae, | L. Memmius Felix flamen | templi domini Aescu|lapi hanc aram et | ollam aer. caldar.[1] et ur|ceum et lucernam aer. | s. p. f. idemq. dedicavit.

Krisch et Wäd, ubi fuit Thisiduo provinciae Africae (VIII 1267 vidit Wilmanns). — 1) *Aeream caldariam.*

5462 T. Flávius T. f. Tró.[1] Proculus Salon.[1], | ⅂[2] de suo dedit manipularibus suís | in Genium centuriae[3] suae | ponendum HS CCCC n̄., ad quam | summam adiécit ⅂[4] eius HS CCC n̄., | eisdem qui mensam[5] aeream et protectum[6] | fécérunt. Positus III non. Mai. | imp. Traiano Hadriano [*I*]I, Cn. Fusco Salinatore cos.[7]

Romae rep., arula aenea (Henzen bull. inst. arch. 1882 p. 38). — 1) *Tromentina tribus Salonitanorum.* — 2) *Centurio.* — 3) *Cf. supra N. 2106 cet.* — 4) *Centuria (similis in multis est titulus a centurione et centuria positus N. 2162).* — 5) *Cf. N. 3545.* — 6) *Cf. VI 564. 27571 (= Orell. 4545). X 1887.* — 7) *A. p. C. 118.*

5463 P. Fufici|us Primi|genius | sancto | Silvano | columel|lam cum | lucerna | aerea | d. d.

Romae, columna parvula (VI 676 ad apographum factum saec. XVIII).

5464 C. Annius C. f. Roman. | decurio signum cum | statera d. d.

Romae, nunc Neapoli (VI 832 = 29685 vidit Mommsen).

5465 pro [*salute*] | imp[*eratoris*] | Caes. Aug[*usti*] | nostri | L. Septimi Severi Pertinacis[1], | Herculi numini | sancto | cum basi marmorata, | acceptatoribus | et terraris[2], | C. Sentius | Portesis | s. p. d. d.

Prope Portum Romanum rep., est Romae (XIV 16 vidit Henzen). — 1) *Nomen Septimii, scriptum in spatio depresso, videtur substitutum esse pro nomine eraso Commodi.* — 2) *Incertum quae instrumenta significentur.*

5466 *1.*

P. Hostilius Philadelphus | ob honor. aedilit. titulum polivit | de suo et nomina sodal. inscripsit eorum | qui munera posuerunt: | Domitius Primigenius statuam | aeream Silvani cum aede. | C. Oratius Sabinus at templum tegend. | tegulas CCCC tectas[1]. | Nutrius Valens sigilla marmuria | dua, Herculem et Mercurium[2]. | Paccius Mercuriales opus cementic. | X CCL ante templum et tabula picta Olympum X XV. | Publicius Laetus at templum aedifi|candum donavit X L. | Item Paccius Mercuriales at templum | aedificandum cum filis et liberto don. | X L, item sigillum marmurium Liberi X XXV. || Alfenus Aspasius sacerd. | signum aer. Silvani cum basi, | item vivus X I mortis causae sui[3] | remisit. |

Hostilius Philadelphus insc[*e*]n|dentibus in templo petram excidit d. s. |

2.

P. Hostilius P. l. Philadelphus | petram inferior. excidit et titulum fecit ubi | nomina cultor. scripsit et sculpsit, sac.[4] Urbano, s. p. | L. Volattius Urbanus sac., | L. Nutrius Valens iun. *(sequuntur alia nomina circiter septuaginta).*

Philippis non longe a theatro in rupe laevigata, infra aediculam et ipsam e rupe excisam (III 633 descr. Heuzey mission de Macédoine p. 70 seq.). Aliarum duarum inscriptionum, quae nomina propria tantum continebant, eodem loco incisarum reliquias laceras omisi. — 1) *Tegulas tectas fuisse aere coniecit Mommsen.* — 2) *Herculis et Mercurii signa simul dedicata habes etiam supra N. 3400.* — 3) *Scr.* X L *(sic Hirschf.)* mortis suae causa. — 4) *Sacerdote.*

5467 Fortunae Primig[*eniae*] | signum Liberis *(sic)* pa[*tris*] | Panthei cum suis par[*ergis*] | et cupidines II cum suis lychnuchis et .... | M. Popilius M. f. Trophim .... [*et*] | Popilia Chreste lib. et Atili[*a*] .....

Praeneste (XIV 2865 viderunt Smetius aliique).

5468 M. Plaetorius M. l. Eros, | M. Anicius M. l. Primus | magistri fano contermini[1] | dono lycnucum dant.

Romae, tabella aerea (VI 844 vidit Kiessling). — 1) *Marinius Arv. p. 304 magistros credit pagi cuiusdam fano contermini.*

5469 Pietas Sec[*un*]|di contuber.[1], mag.[2], | arcum et cande|labrum Iunoni | d. s. d. d.

Saponarae in Lucania, ubi fuit Grumentum (X 202 vidit Mommsen). — 1) *Contubernalis.* — 2) *Magistra.*

5470 deo M[*erc.*] Aug. | sacerdote[*s*], qui | et personam ar|genteam et can|delabra aerea | et lucernas de s|uo fecerunt, quo[*r.*] | nomina in pro|nao scripta sunt, | hanc quoque | statuam ex HS V | mil. n. posue|runt et ded.

Henchir Bez, ibi ubi N. 5441 (VIII S. 12001 vidit Cagnat).

5471 Ti. Bervenus Ti. f. Sabinus IIIIvir aed. | pot. II[1], testamento legavit municipi|bus Reginis Iul.[2] in prytanaeo statuam | aeream[3] Mercuri,

trullam argenteam | anaglyptam p. IIS=̄=̄–[4], Lares argenteos | septem p. IIS=̄[5], pelbem aeream corinthe|am, item in templo Apollinis maioris | pugillares membranaceos opercu|lis eboreis, puxidem eboream[6], tabu|las pictas XVIIII. | Heredes eius | ponenda cura|verunt.

Regii Iulii (X 6 aliquoties descripta a saec. XV ad XVIII). — 1) *Quattuorvir aedilicia potestate bis.* — 2) *Iuliensibus.* — 3) aueam *pars auctorum.* — 4) *Pondo II unciarum XI (sic certe unus auctorum, reliquis variantibus).* — 5) *Pondo II unciarum VIII.* — 6) *Cf. Graeven Monuments fondation Piot VI (1899) p. 161.*

5471ᵃ . . | . . . . IXC . . s[1] | et | sign. arg.[2] VI | et imagine[3] | ex auri p.[4] II | et fila II | ex cylindris[5] | ñ. XXXIII | auro clus. | t. p. i.[6]

Arimini, columna quadrata marmorea (XI 364 vidit Bormann). — 1) *Litterae fractae lectionis incertae.* — 2) *Signa argentea.* — 3) *Imaginem.* — 4) *Pondo.* — 5) *Cf. N. 4422. 5496.* — 6) *Testamento poni iussit.*

5471ᵇ Genio munic[*ipi*] | C. I.[1] Nertobrigae | palmam ex argenti [*p.*] . . | Octavia Maxumi u[*xor*] | v. s. l. [*m.*]

Valera la vieja, ubi fuit Nertobriga (Eph. ep. 8 p. 382 n. 82 Huebner vidit ectypum). — 1) *Concordiae Iuliae (cf. Plin. h. n. 3, 14).*

5472 [*pro salute imp. Caesaris divi M. Antoni Gordiani nep., divi Antoni Gordi*]ani sororis fili[1] M. Antoni Gordiani Pii Felicis Aug. fortissimi felicis. imp., pont. [*max.* | *trib. pot.*] . . . . r fl. perpetus templum Victoriarum quod ex duplicata pecunia hon. | . . . . [*promiserat, una*] cum statuis Victoriarum tribus achroritis[2] Aug. n. et column. | . . . . [*dedicavit; ob quam dedicationem*] sportulas decurionibus et epulum curiis et universo populo dedit.

In Africa ad Bagradam loco dicto Djebel Chaouat, ubi videtur fuisse Thuraria (Gauckler comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1895 p. 71). — 1) *Cf. N. 498.* — 2) *Fortasse scr.* acrolithis *(Gauckler).*

5473 Victoriae Augustae sacrum | *(quattuor versus erasi)*[1] | L. Cornelius L. fil. Quir. Fronto Probianus eq. p. orn.[2], | dec. IIII col.[3], fl. pp.[4] divi Magni Antonini[5], | statuam cum tetrastylo, quam ob honorem flam. praeter HS LXXXII n., | quae rei p. praesentia intulit, promiserat, et dec.[6] HS XX n. sed et | cetera quae liberalitate sua patriae contulit, ex HS XXX mil. n. dedit | idemque dedicavit; ad cuius dedicationem etiam ludos | scaenicos cum missilibus[7] edidit.

Rusicade (Philippeville) in Numidia (VIII 7963 cf. 19849 vidit I. Schmidt). — 1) *Agnosci potuit ex v. 1 in.* imp. Caes., *v. 1 fin.* t, *v. 3 fin.* [*pontifi*]c. max. *Erasa sunt nomina Elagabali.* — 2) *Equo publico ornatus.* — 3) *Decurio quattuor coloniarum Cirtensium.* — 4) *Flamen perpetuus.* — 5) *Ita dictus Antoninus Severi fil. post mortem (cf. supra N. 468 seq.).* — 6) *Decurionatus.* — 7) *Cf. N. 5074 not. 2.*

5474 [*C. Salvius*] L. f. Quir. Fusc[*us* | *praef.*] fabr., aedil., IIvir, IIvir quinq., | [*st*]atuam argenteam ex HS LI CCCXXXV | tribus libel. sing. terr. et aeris quad.[1], cum rei p. HS L prom., | amplius ad HS X m. n.

legitima et HS $\overline{VII}$ m. n., | quae in imagines argenteas | imp. Caes. Traiani Hadriani Aug. promisit, suo et C. Salvi | Restituti fili sui nomine posuit idemque dedic. | cum corona aurea.

Hippone Regio (VIII S. 17408 Schmidt vidit ectypum). — 1) Tribus libellis (3/10), *singula* (1/20), *terruncio* (1/40) *et aeris quadrante. Cf. Volus. Maecian. assis distrib. 65—67. Mommsen Herm. 22, 1887 p. 486; Buecheler Mus. Rhen. 1891 p. 236.*

5475 ... | arole ... | quod Q. Niciu[*s*], | Q. Nici Pudentis [*f.*], | Pap. Annianus dec., | [*s*]ac. Neptuni, codi|[*c*]illis suis statuam | [*dei Nep*]tuni in foro no|vo ex HS V n.[1] poni iussisse[*t*], | id hered. Nicani Resti|tutus, Honorat., Maximus, | sororis eius fil., et C. Nicius | Agrippin. frater eius ex HS | VDCXL posuerunt i|demq. ded.

Calamae, nunc Parisiis (VIII 5299 cf. 17479 viderunt Wilmanns aliique). — 1) Sestertium quinque (milibus) nummum.

5476 Victoriae | Aug. sacr. | L. Cestius Suc|cessus, fil. et | heres L. Cesti | Galli fideius|soris Fl. Nata|lis pollicita|toris huius | statuae, ius|sus[1] ex decret. | Fontei Fron|tiniani leg. | Aug. pr. pr.[2] c. v., | adiectis ad | HS $\overline{III}$ n., quan|ti tunc hanc | statuam i|dem Fl. Nata|lis r. p. positu|rum se polli|citus erat, | HS $\overline{III}$ XXXX n. | [*ex*] H[*S* $\overline{VI}$XXXX *n.* | *posuit idemq.* | *dedicavit.*]

Thamugade in foro (VIII 2353 vidit Wilmanns). — 1) Apparet Flavium Natalem promisso non stetisse, et intervenisse decretum legati, quo filius fideiussoris eius adigebatur ad promissum praestandum. — 2) Cf. supra N. 1082. 2452. Eiusdem legati simile decretum videtur memorari in t. Cuiculitano VIII S. 20144.

5476a Victoriae [*Aug.*] | sacr. | L. Cestius Succes|sus sua p. p.[1]

Thamugade in foro (VIII 2352 cf. 17846 vidi). — 1) Hanc alteram Victoriae statuam Cestius Successus sua pecunia posuit.

5477 [*For*]tunam victricem cum simulacris Victoriaru[*m* | *ex*] infrequenti et inculto loco in ista sede priv[*ato sumptu* | *proc*]onsulatu quarto insignis Aureli Aristobuli[1] [*viri cla*|*riss. e*]t ornat[*issimi*], provisione gloriosi Macrini Sos[*siani*[2] | *v. c.*] leg.[3] quarto, Iulius Rusticia[*nus* | *ci*]vis et cur. Kalamensium splendid ..... | ..... ur ..... [*tra*]nst[*ulit*] .... et locavit p ....

Calamae in Numidia, iam Parisiis (VIII 5290 vidit Wilmanns praeter particulas quasdam quae perierunt). — 1) Proconsul inter annos 294—305; cf. supra N. 637, infra N. 5714. — 2) Cf. N. 4938. — 3) Legati.

5478 signa translata ex abditis | locis ad celebritatem | thermarum Severianarum | Audentius Aemilanus *(sic)* v. c. cons. | Camp.[1] constituit dedicarique precepit *(sic)*, | curante Tannonio Chrysantio[2] v. p.

In Campania loco dicto Frignano piccolo (prope Aversam), ad quam civitatem pertinuerit non apparet, iam Neapoli (X 3714 vidit Mommsen). — 1) Cf. X 3866: Virius Auden|tius Aemilianus v. c., Camp. | cons. fieri | curavit. — 2) *Idem X 1813. 1815.*

5479 d[*d.*] nn. invicti[*ssi*|*mi*]s Theodosi[*o et* | *Val*]entiniano[1] . I . . | . .

Aemilius Rufinus | [*el*]ect.[2] com. primi ord., | [*co*]ns. Camp., statuam | [*pr*]esentem in abditis lo|cis reppertam [*ad o*]rnatum | publicum lo[*co c*]eleber|rimo constituendam | curabit, insistente v. l. | Firmo *(In latere)* Euresi, | fide|l[*i*]s maneas dei semper.

Beneventi (IX 1563 viderunt Mommsen, Hirschfeld, Dressel). — 1) *A. 425/450.* — 2) *Sic suppletum CIL. IX p. 762* ([v. *sp*]ect. *non videtur spatium capere).*

5480 Sattius Crescens | v. c., cur r. p. Bn., ex | locis abditis | usui adque splen|dori thermarum | dedit | . . . . . oder . . . nso . . ho . .[1]

Beneventi (IX 1588 bis descripta saec. XVII). — 1) *Haec alter tantum auctorem habet, alter omisit.*

5481 translata | de schola | medicorum.

Romae, in plintho statuae Amazonis, olim in villa Matthaeiorum, nunc in Vaticano (VI 29805 vidit Henzen). — Similis adnotatio in titulo supra N. 1103[a].

5482 Herculi. *(In latere)* translata | de sordentibus | locis[1].

Caesareae Mauretaniae in thermarum ruderibus (VIII S. 20963 vidit Purgold). — 1) *Eadem verba leguntur in lateribus aliarum trium basium eodem loco repertarum (VIII S. 20965. 21078. 21079). Sordere dicuntur aedificia in ruinam conlapsa etiam infra N. 5510. 5702 cf. N. 5733; VIII 5341. X 5349.*

5483 [*Hercules invictus*] . . . . . o[1] olivarius[2]. Opus Scopae minoris[3].

Romae rep. a. 1895 prope forum Boarium, basis oblongae, quae videtur sustinuisse deum iacentem, pars dimidia (VI 33936; delineavit Loewy Mitth. des arch. Instituts, Roem. Abth. 1897 p. 57). — 1) [*De circo maxim*]o, *supplet Mommsen;* [*cognominatus volg*]o, *suppleverat Petersen.* — 2) *Herculem olivarium recenset Notitia urbis regione undecima (Preller Regionen Roms p. 18). Cf. Huelsen dissertaz. della pontif. accad. rom. di archeologia ser. II t. 6, 1896 p. 259. 261.* — 3) *Cf. Petersen Mitth. des arch. Inst., Roem. Abth. 1896 p. 500, item Loewy ib. 1897 p. 58 seq. De similibus titulis v. supra N. 68 not. 2.*

5483[a] ∟ *ιη*[1] *Καίσαρ*[*ο*]*ς* | *Βάρβαρος*[2] *ἀνέθηκε·* | *ἀρχιτεκτονοῦντος* | *Ποντίου* || A[*n*]no XVIII Caesaris | Barbarus[2] praef. | Aegypti posuit[3]; | architectante Pontio[4].

Alexandriae, in chela cancri aenei, qui una cum aliis similibus figuris sustinebat alterum obeliscorum memoratorum a Plinio h. n. 36, 69, diu notorum sub nomine acuum Cleopatrae; inde ab a. 1880 New-York (III S. 6588 enucleavit Aug. Merriam). — 1) *Ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου (a. u. c. 741/2).* — 2) *Cf. supra N. 87.* — 3) *Obeliscum translatum ex Heliopoli Aegypti.* — 4) *Cf. Inscr. Graec. Sicil. Ital. 1258.*

Ad obeliscos Romae et Constantinopoli collocatos pertinent N. 91. 115. 736. 821.

5484 Sex. Cornelius L. f. Arn. Dexter Maximus | eq. R., omnib. patriae honoribus functus, et | Sex. Cornelius Sex. f. Arn. Dexter Petronianus | statuas equestres propatrui sui[1] vetustate conlabsas | e foro ad ornandum templum permissu ordinis | transtulerunt ac sua pecunia restitue|runt dedicaveruntque.

Saldis (Bougie) Mauretaniae (VIII 8935 vidit Wilmanns). — 1) *Fortasse idem qui supra N. 1400.*

5485 L. Val. Tempestivo, | patri Val. Galli, | Valeria Silvana | M. f., Quintius Flaccus | avonculus, | Valeria Verana | socrus, heredes, | redempta portione | Valeri Aviti[1], cuius pretium | Valeria Silvana intulit, | in domo repertam[2] | in foro posuerunt.

Tarracone (II 4278 vidit Huebner). — 1) Coheres videtur fuisse Silvanae, Flacci, Veranae. — 2) Intellege statuam.

5486 L. Pedánió L. lib. | Euphroni | IIIIIIvir Aug., | Primus et | Agathopus lib. | L. Pedánius Clémėns | in memoriam L. Pedáni | Euphronis, cuius basis | lapidea aere clusa[1] vetustate | erat corrupta, statuam eius[2] | marmoreae[3] superposuit | permitténte órdine | Barcinonénsium.

Barcinone (II 4550 vidit Huebner). — 1) Marginibus fortasse aeneis inclusa, ne laederetur (Huebn.). — 2) Aeream, 3) basi, intellegit Huebn.

5487 M. Egnatius | Sciti lib. Venus|tus IIIIIIvir. | Huic ordo m. m. F.[1] | Arvensis statu|am et ornamen|ta decurionatus | decrevit. | M. Egnatius Venustus in | locum, quem ordo de|crevit, statuam et scam|na marmorea — et an|tam marmoravit — de | sua pecunia dedit.

Prope Alcolea del Rio, ubi fuit Arva Baeticae (Plin. h. n. 3, 11), iam Hispali (II 1066 vidit Huebner). — 1) Municipum municipii Flavii.

5488 C. Licinio Agrino | Osq.[1], IIviro bis, | C. Licinius Agrippinus | f. optumo patri, | accepta exedra | ab ordine m. m. Osq.[2] | statuam cum orna|mentis exedrae | dato epulo d. d.

Prope Anticariam (Antequera) Baeticae rep. loco dicto la huerta de Solana, ubi videtur fuisse Osqua aliqua praetera ignota (II 2030 vidit Huebner). — 1) Osquensi. — 2) Municipum municipii Osquensis.

5489 L. Arruntio P. f. L. n. | Men. Rufo Eiedio Procu|lo, vix. ann. XXIIII. | Huic decuriones statu|as duas, alteram ex | pecunia publica, alte|-ram ex aere a populo | conlato, in foro po|nendas decreverunt.

Surrenti (X 689 vidit Mommsen).

5490 T. Fl. Simili IIvir. | qq. Huic primo | ex ordine statuam | in basilica posuit, | et dedicavit eam | victima percussa, | sportulis datis, na|-tale Aug. VI k. Maias[1] | Q. Sos. Prisco P. Coel. Apollinare | cos.[2], | T. Fl. Rufinus fil. L. d. d. d.

Skelani in Bosnia, ubi fuit municipium Domavianum Dalmatiae, rep. a. 1896 (III S. 14219[10] *descr. Patsch). — 1) 26 Apr. natalis M. Aurelii. — 2) A. 169.*

5491 Corneliae M. f. Severinae Bassi. | Huic Regini Iulienses o. p. q.[1], puplice | privatimque dum vixit et postea de se | optime meritae statuas clipeosque | pecunia publica poni iussit[2]. | T. Flavius T. f. Pal. Severinus Cornelius | Saturninus heres, sumptu r. p. remisso, | de suo posuit. L. d. d. d.

Regii Iulii (Eph. ep. 8, 245 ed. Lorenzo Notizie degli scavi). — 1) Ordo populusque. — 2) Requiritur iusserunt.

5492 Q. Valerius Optatus | Augustalis perp. | Huic ordo municipii

Flavi | Soson eglianorum[1] | cenas publicas decrevit | et locum, in quo sta|tuas sibi uxori liberisq. | poneret; loco adsignato | ponendas curavit.

Alcaudete in Baetica (II 1721 bis descripta saec. XVI). — 1) *Sic (vel* soson egrianorum) *alterum apographum,* frava | soson ligitanorum *alterum. Nomen corruptum.*

5493 Q. Memmius Optáti f. | Quiriná Niger | statuas duas aereas, unam nominis sui, | alteram patris, poni iussit. | C. Memmius Severus heres | solo suo fecit.

5493a C. Memmius Optati f. | Quirina Severus | statuas duas aereas | unam nominis sui, | alteram fili sui, | poni iussit. | C. Memmius Rufus | heres fecit.

Estepa in Baetica, ubi videtur fuisse Ostippo (II 1459. 1460 vidit Huebner; prioris tituli duo dicuntur extitisse exempla).

5494 L. Sisennae L. fil. Papir. | Basso, qui ex redi|tu ĦS $\overline{\text{XXII}}$ mil., quae tes|tamento rei publ. | dedit, septimo quo|que anno statuam | sibi poni ex ĦS $\overline{\text{III}}$ CC | n. et epulationis no|mine decurionibus | sport. X̶ V et curialib.[1] | X̶ sexagenos VI k. Mai. | die natali suo praes|tari iussit. D. d.

Djugâr in Africa, ubi fuit civitas Zuccharitana, iam Parisiis (VIII 924 = 11201 viderunt Wilmanns et Hirschfeld). — 1) *Significantur concuriales Sisennae; quibus maiores sportulas tribui quam decurionibus non mirum (Momms.)*

5495 Q. Iulio | Servando | IIIIIIvir. Aug. | c. I. p. C. N. M.[1], | Licinia Pallas | marito optimo, | inlatis arcae | IIIIIIvir. ob tuitionem | statuae HS n̄. ∞. | L. d. d. IIIIIIvir.[2]

Narbone (XII 4397 vidit Hirschfeld). — 1) *Colonia Iulia paterna Claudia Narbone Martio.* — 2) *Locus datus decreto sevirum.*

5496 Postumia M. f. | Aciliana Baxo[1] | poni statuam sibi testamen|to iussit ex HS VIII[2] n., item ornamenta septentrio|nem[3] cylindr.[4] XXXXII marg.[5] | VII, item lineam cylindrorum | XXII, item fasc. cylindr. LXIII | marg. C, item lineam arg. | marg. XII. L. Fab. Super|stes filius dedicavit | inpositis spataliis arg. | gemmatis exsuper eius | summae s. s., | item annulum | HS VII n. gemma ias|pide.

In Baetica prope oppidum Loja (II 2060 Huebner vidit ectypum gypsaceum). — 1) *Alterum cognomen, et peregrinum quidem, Postumiae.* — 2) *Octo (milibus).* — 3) *Ornamentum ex septem stellis ut videtur compositum.* — 4) *Cylindrorum (cf. N. 4422 not. 6).* — 5) *Margaritarum.*

5497 . . Cornelius . . [*f.*], . . [*n.*], | . . pron. Gal . . . . ., | aedil., post mortem . . . | testamento statuas | sibi et patri equestres, | matri pedestrem poni iussit. | Cornelia L. f. Anus soror | p. c.

Porcunae, ubi fuit Obulco provinciae Baeticae (II 2130 semel descripta).

5498 L. Iunio L. f. Quir. | Iuniano IIvir. II, | qui testamento suo caverat sepulcrum sibi | fieri ad denarios ∞CC, et[1] voluntati patroni cum op|temperaturus esset L. Iunius Auctinus lib. | et heres eius, petitus ab ordine Arund. | ut potius statuas tam Iuniani quam | [*fili*] eius Galli in

foro poneret, quam|[*qua*]m sumptu maiore adgravari | [*se sensit, h*]onestum et necessarium [*duxit vo*]luntati ordinis obsecun[*dando pare*]re.

Rondae in Baetica, ubi fuit Arunda (II 1359 vidit Huebner). — 1) *Scr.* ei *(Momms.).*

5499 M. Lorenius Lorenianus | omnib. honorib. funct., | cum P. Lorenio Pudenti | aedil., pio filio, statuam | poni in foro municipii | sui ab ordine | postulasset et or[*do pa*]|tri de[*crevisset, re*]|mi[*ssa impensa*][1] | sibi it[*em decreta*] | statu[*am fili de suo*] | posu[*it idemque*] | dedicav[*it*]. *(In latere)* p. p. VII k. Apr. | Lupo et Ma|ximo cos.[2]

In ruderibus Henschir el-Khima in Africa (VIII 714 cf. 12133 viderunt Wilmanns et Cagnat). — 1) *Supplevit Mommsen.* — 2) *A. 232.*

5500 Athenasi.[1] | L. Annio L. fil. Ouf | Rufo[2] e. v.[3], in omni | actu vitae suae | patr. col. Huic popul. | aput iudices[4] eques|trem postulasset[5], | contentus honorem *(sic)* | statuae pedestris | voluntati eorum gra|tiam retulit.

Canusii (IX 339 vidit Mommsen). — 1) *Agnomen ut videtur Rufi.* — 2) *Hic fortasse L. Annius Rufus qui in albo decurionum Canusinorum anni 223 nominatur inter praetextatos (IX 338 pag. 4, 25).* — 3) *Egregio viro.* — 4) *Magistratus municipales significari putat Henzen, Mommsen iuridicos.* — 5) *Excidit* cum.

5501 M. Baebio M. f. Q. n. Arn. Suetrio | Marcello equo publico, | aed., q., IIIIvir. i. d., IIIIvir. quinq. II, | patrono munic., flamini divi | Vespasiani, | M. Baebius Suetrius Marcellus | et Suetria Rufa patri optumo. | Huic decuriones funus publicum, | statuam equestrem, clipeum | argenteum, locum sepulturae | decreverunt, et urbani[1] statuam pedestre *(sic).*

Histonii (IX 2855 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Plebs urbana. Cf. supra N. 930ª, infra N. 5729, item inter municipales.*

5502 C. Oclatio C. f. | Pal. Modesto | augur., IIvir. i. d., quaest. II, | praef. fabr. Romae, praef. | coh. II Pannonior., praef. | coh. III Ityraeor., trib. mil. | leg. IIII Scythic., curat. rei | p. Aecanor., item honora|to ad curam kalendari | rei p. Canusinor. a divo Tra|iano Parthico et ab imp. Ha|driano Aug. Hic opus quadri|gae cum effigie imp. Hadri|ani Aug. citra ullius postu|lation. cum municipibus | suis optulisset ex argenti | libris ∾, adiectis ampli|us libris DLXVII☰[1], viritim po|pulo X sing. distributis | dedicari cavit. | P. d. d.

Beneventi (IX 1619 descripserunt Accursius aliique). — 1) *567 1/6.*

5503 divo Antonino | Pio | C. Egnatius Festus aedil., IIvir. | Huic cum pleps urbana ludos publ. | edenti ad statuam sibi ponendam | pecuniam optulisset, is honore | contentus impensam remisit | et impetrata venia ab ordine | Perusinor. optimo maximoq. princ. | de sua pecunia posuit; cuius | ob dedicationem dari iussit | ab herede suo decurionib. | sing. HS IIII n̄., plebi HS II n̄. | L. d. d. d. *(In latere sinistro)* M. Vibio

Liberale P. Martio Vero cos.[1] | X k. Apriles, Augustae Perusiae | in schola Laeliana[2], scribundo | adfuerunt. Quod P. Casinerius | Clemens IIvir suo et L. Petili | Nepotis collegae sui nomine ver|ba fecit, Annium Leonam petere, | ut secundum verba testamenti | Egnati Festi statuae, quam divo Pio | positurus esset, loc[*u*]s sibi adsig|naretur, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.[3]: | placere, ut secundum voluntatem | Egnati Festi locus statuae divo | Pio ponendae proxim[*e*] Naevi[2] | Libani ad introit[*um c*]u-ri[*ae*][4] | daretur.

Perusiae (XI 1924 vidit Bormann). — 1) *Consules suffecti fuerunt a. 166 (dipl. mil. C. I. L. III S. p. 1991).* — 2) *Locum evanidum primus enucleavit Bormann.* — 3) *Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 4) *Supplevit Hirschfeld.*

5504 Ti. Claudio Caesari Augusto | pontifici maximo trib. | potest. XIII[1], imp. XXVII[2], cons. | V, p. p., cen., Vestinus Rustici f. X|vir[3] et Rusticus f. d. s. p. d. d.[4] Cuiius | basis cum vetustate corrupta | esset, in vice eius Vitia Rus|ticana nurus novam restituit.

Cartimae (Cartama) in Baetica (II 1953 cf. suppl. p. 876 vidit Huebner). — 1) *Ian. 53/54.* — 2) *Cf. supra N. 218.* — 3) *De decemviris Cartimae et Ostippone cf. Mommsen et Huebner l. c., Huebner ib. p. 869, Detlefsen Philol. vol. 30 a. 1870 p. 272.* — 4) *De sua pecunia dono dederunt.*

5505 mirae bonitatis adque in|tegritatis viro Valerio Romano | v. c., curatori reip. col. Siccensi|um et Veneris, ob restauratum | deae[1] simulacrum, quod iam dudum | a latronibus fuerat interrupta | templi munitione sublatum, | statuam Venerii[2] ad propagandam | saeclis omnibus memoriam | patrono fido amore posuerunt.

Siccae Veneriae (el Kef) provinciae Africae (VIII S. 15881 vidit Cagnat). — 1) *Veneris.* — 2) *Collegium aliquod, vix ipsi Siccae cives.*

5506 Mannachi c. [*v.*] | Pro singularibus erga | civitatem nostram | meritis, industriae | et eloquentiae praeci|puo et in omni adfectu | praenstantissimo *(sic)*, | fabricatori ex maxi|ma parte etiam civi|tatis nostrae, multa | et usus et orn[*a*]tui | addenti, Umbonio | Mannachio v. c., pa|trono dignissimo, | ordo civitates *(sic)* Aecla|nensium statuam | ponendam censuit.

Mirabellae, prope Abellam veterem (IX 1128 vidit Mommsen).

5507 civi optimo et erga | patriam civesque obse|quentissimo Titio Fabio | Saevero[1], patrono coloniae, | cuius cura et sollicitudi|ne omnia opera publica res|taurata sunt. Huic ordo | splendidissimus et hones|tissimus populus Telesinus | statuam ponendam | decrevit.

Telesiae (IX 2238 saepius descripta saec. XVI—XVII). — 1) *Sic scriptum fuisse in lapide indicant exempla. Eiusdem viri est titulus supra N. 5060.*

5508 Tullidio Argolico | *(nonnulla legi non potuerunt)* [*iu*]dicio | sac[*ratis*]simo et | comiti [*f*]abricarum[1] | totius civitatis | Ben.[2] urbis, ob

insig|nia merita eiusdem | patrono universi | Leontiani[3] statuam | ponendam esse duxerunt.

Beneventi (IX 1590 descr. saec. XVII Verusius Beneventanus, partem etiam Gualterus). — 1) *Officium plane singulare.* — 2) *Beneventanae.* — 3) *Collegium quoddam.*

5509 Carradii[1]. | Iulio Aur. Auxon|ti Leonidae v. c., | quaestori, praet., cura|tori Capuensium, ob mul|ta praeclara in cives | patriamq. honorifi|centiae suae merita, | institutori novor. | ac renovatori ope|rum publicorum, | ab origine patrono | omni laude | dignissimo, | regio compiti.

Capuae (X 3857 vidit Mommsen). — 1) *Agnomen Leonidae (vocabulum adsumptum ex apographo facto saec. XVII; hodie ex parte evanuit).*

5510 [*Pompe*]iani. | Barbarus[1] Pompeian. | v. c., cons. Kamp., civita|tem [*A*]bellam nuda ante | soli deformitate sorden|tem, silicibus e montibus | excisis non e dirutis | monumentis advec|tis, consternendam | ornandamque cura|vit | cur. . . . . Pro|culo, patrono et cur. | Abellanorum.

Cimitile prope Nolam, videtur spectare ad Abellam (X 1199 ad exempla tria non bona saeculi XVIII). — 1) *Sic exempla duo meliora. Cf. supra N. 1219.*

5511 . . . . spect. | . . . . | iustitia [*admir*]abili castita|te conspic[*uo, repar*]atori fori pro | magna [*parte co*]nlapsi in ruín. | cotidie [*auctas*], restitutori ba|silicae . . . [*cu*]m porticibus sagit|ta[*riorum*[1] *et*] regionis viae novae, | repar[*atori*] thermarum Commodiana|rum, re[*para*]tori collegiorum, repa|ratori [*porti*]cus Dianae, reparatori | basilicae [*L*]ongini ac totius prope civi|tatis [*post h*]ostile incendium[2] condi|tori, [*ob*] insignia eius in omnem pro|[*v*]in[*ciam*] praecipuaque in se et patriam | [*urbem m*]erita populus Beneven|[*tanu*]s ad aeternam memoriam | . . . . statuam conlocavit.

Beneventi (IX 1596 descr. saec. XVII Verusius Beneventanus auctor accuratus). — 1) *Sic videtur Verusius legisse secundis curis, primum exceperat* sac|ta . . . . — 2) *Lectio non certa, certe auctor haesitavit.*

5512 Iunia D. f. Rustica sacerdos | perpetua et prima in municipio Cartimitan[*o*] | porticus public. vetustate corruptas refecit, solum | balinei dedit, vectigalia publica vindicavit, signum | aereum Martis in foro posuit, porticus ad balineum | solo suo cum piscina et signo Cupidinis, epulo dato | et spectaculis editis, d. p. s. d. d., statuas sibi et C. Fabio | Iuniano f. suo ob ordine Cartimitanorum decretas | remissa impensa, item statuam C. Fabio Fabiano viro suo | d. p. s. f. d.

Cartimae in Baetica (II 1956 vidit Huebner).

5513 Q. Torio Q. f. Culleoni | proc. Aug. provinc. Baet., | quod muros vetustate | collapsos d. s. p. refecit, solum | ad balineum aedificandum |

dedit, viam quae per Castul. | saltum[1] Sisaponem ducit | adsiduis imbribus corrup|tam munivit, signa Vene|ris Gen[*e*]tricis[2] et Cupidi|nis ad theatrum posuit, | HS centies, quae illi summa | publice debebatur, addito | etiam epulo populo remisit: | municipes Castulonenses | editis per biduum circens. d. d.

Castulone in Hispania (II 3270 semel descripta saec. XVI, accurate ut videtur). — 1) *Pars montium Sierra Morena dictorum (Huebner).* — 2) Genitricis *traditur.*

5514 M. Anicius L. f. Baaso, M. Mersieius C. f. | aediles aerarium faciendum dederunt.

Praeneste loco antiquo, in pariete camerae extructae ex lapide quadrato (XIV 2973 vidi).

5515 L. Ateius M. f. Capito[1] | duomvir quinq., | curiam, tabularium, | scaenarium, subseliarium loco | privato de sua pecunia c. C. N.[2] f.[3] coeravit, | porticus cenacula ex decurionum decreto de | sua pecunia c. C. N.[2] faciunda coeravit idenq. probavit. *(In latere)* D . A . ↓. IX.

Prope Civitavecchia rep. loco dicto la Chiaruccia, ubi fuit Castrum Novum Etruriae, est Romae (I 1341. XI 3583; Rischl tab. XCIV g). Litterae in latere perscriptae, quae nunc latent, videntur esse notae lapicidae. — 1) *Eidem viro eodem loco positus fuit titulus XI 3584. Fortasse parentela coniunctus cum C. Ateio L. f. L. n. Capitone iuris consulto, consule suffecto a. p. Chr. 5.* — 2) *Colonis Castri Novi.* — 3) *Faciunda.*

Tabularii urbani titulum dedimus supra N. 35.

5516 Ti. Caesari Aug. f. | Augusto pon[*t.*] max. | C. Aemilius Volso.[1] f. Oca[2], | L. Fonteius Q. f. Rufus IIviri porticum, | curiam d. d. faciundum | curaver. eid. que probav[*ere*].

In insula Dalmatiae Cherso (III 3148 cf. III 10131 ter descripta, non sine mendis). — 1) *Volsonis nomen non rarum in Dalmatia.* — 2) *Sic duo apographa.*

5517 ⟨pro salute imp. Caes. C. Iuli Veri Maximini Pii Felicis Aug. p. p. | et divinae domus eius⟩[1] aedem curialem Concordiae[2] | et tabularium et ponderarium[3] civitas Galitana | a solo p. p. fecit et dedicavit.

Henschir el Charub in Africa, ubi fuit civitas Galitana (VIII 757 cf. 12221 vidit Wilmanns). — 1) *Quae intra uncos ⟨ ⟩ posui, scripta sunt in litura; videtur nomen Maximini deletum, cum Gordiani pater et filius in Africa imperatores facti essent, occisis eis restitutum.* — 2) Ordinis in templo *dicitur de curia in carmine VIII S. 11824 quod infra repetemus.* — 3) *Cf. N. 5609. 5612.*

5518 baeatissimo saeculo in[*v*]i[*c*]torum principum [*Fl. Valeri Constantini maximi*] | victoris semp. Aug. et Constantini iun. et Constanti gloriosissim. Caes[*arum*][1], | aedem sive curiam sed et sexsagonem serva[*t*]a [*in hoc parte operis?, cu*]riam vero a fundamentis conla.[2], proconsulatu M. Ce[*io*]ni Jul[*iani*] c. v., [*auctoritate eiusdem?*] | et Gezei Largi Mater-

niani c. v., leg. eius, pat. c. n.[3], ex istitutio[*ne*] .... | et aiutorium L. Modi Valentionis cur. r. p. eius, curante ....

In Africa in ruderibus dictis Henchir Fauar (VIII S. 14436 vidit Cagnat). — 1) *A. 326—333.* — 2) *Conlapsam.* — 3) *Patroni coloniae nostrae.*

5519 votivitate et tota mente d|evota Genium curiae[1] dedi|catum in istatuam in | curia Aug. positum perpe|tue lucis posuit adme|nestrationis suae Ve|senus Frontinianus | curator r. p. huiusce pat|riae. Posita sub diae XIII k. | Octobris post consulatu | d. n. Gratiani Augusti III et Eq|uitio c.[2] consulibus[3].

Sestini in Umbria (XI 5996 vidit Bormann praeter versum primum). — 1) Statua Geni [*cu*]riae *est etiam VIII 1548.* — 2) *Scr.* v. c. — 3) *A. 375.*

5520 aureis temporibus | ddd. nnn. Gratiani Va|lentiniani et Theo|dosi[1] perpetuorum | et divinorum princi|pum non solum labsa | reparantur sed et nova | pro felicitate con|struuntur: curia igi|tur ordinis, quam maio|res nostri merito tem|plum eiusdem ordinis vo|citari voluerunt, vetustate | immo incuria verum in | odiu *(sic)*[2] feda[*ta*] iacuisse [*v*]ide|batur, qua[3] nunc ex novo | opere in eodem solo egregi|ae *(sic)* cognoscitur. Nam etiam in | tam splendidissima civitate | meatus fluentorum deesse vi|debatur, qui ex integro opere | ad usum uitlitatemque *(sic)* eiusde | urbis exstructus videtur. Quae | omnia pro splendore felicis|sime urbis sub fascibus Luci Ae|mili Metopi Flaviani clarissimi | viri, consularis sexfascalis | p. N.[4], perfecta sunt, curante | L. Silicio Rufo du|oviral[*i*]c., cu. r. p., | sumtu proprio.

Lambaese (VIII S. 18328 vidit Purgold lapidem, ectypum Schmidt). In eius lapidis latere dextro inverso extat titulus antiquior VIII S. 18260 = Eph. ep. 5, 765 (cf. supra N. 689 not.). — 1) *A. 379—383.* — 2) *Verum in odium, intellegit Schmidt. Scribi debuisse* veterum nimis diu *putat Momms.* — 3) *Scr.* quae. — 4) *Provinciae Numidiae (sexfascales Numidiae etiam infra N. 5535. 5536. 5554. 5555. 5789).*

5521 Fabius Max[*i*]mus[1] v. c. | rector provinciae | secretariu[*m*] fecit | curant[*e*] ordine[2].

In ruderibus Iuvani (S. Maria di Palazzo) oppidi Frentanorum (IX 2957 partem vidit Dressel). — 1) *Cf. supra N. 5341.* — 2) *Sc. Iuvanensium.*

5522 salvis dominis nostris Honorio et Theodosio victoriosíssimis principibus, | secretarium amplissimi senatus[1], quod vir inlustris Flavianus[2] instituerat et fatalis ignis absumpsit, | Flavius Annius Eucharius Epifanius[3] v. c., praef. urb., vice sacr. iud., reparavit et ad pristinam faciem reduxit.

Romae in ecclesia S. Martinae ad forum Romanum, dudum periit (VI 1718 saepius descripta saec. XV. XVI). — 1) *Cf. Iordan Top. I 2 p. 256 seq., II p. 481; Lanciani l'aula e gli uffici del senato romano (mem. dei Lincei ser. III vol. 11, 1883)*

p. 15 seq.; Huelsen Roem. Mitth. 1893 p. 278. — 2) *Cum plures Flaviani praefecti noti sint, quis nam intellegendus sit non constat (Henzen).* — 3) *Epiphanius praefectus urbi fuit anno 412 (cod. Theod. 6, 26, 14).*

5523 [*salvis d*]d. nn. inclytis semper Augg., | [*po*]rticu[*m*] cum scriniis Tellurensis | secretarii[1] tribunalib. adherentem, | Iunius Valerius Bellicius[2] v. c., praef. urb. | vice sacra iudicans, restituto | specialiter urbanae sedis honore | perfecit.

Romae rep. prope ecclesiam S. Petri in vinculis in horto monachorum Maronitarum (VI 31959 vidit Huelsen maiorem partem, fragmentum postea repertum addidit Gatti Notizie degli scavi 1897 p. 60). — 1) *Intellege secretarium praefecturae urbanae, Tellurense dictum a vicina aede Telluris (aedem Telluris in Carinis sitam memorant Suet. de gramm. 15 aliique; cf. Becker Top. p. 524). Tribunal praefecti urbis fuisse prope eam aedem colligi potest ex actis quibusdam martyrum, cf. Iordan Top. II p. 490.* — 2) *Praefectus hic urbis praeterea ignotus.*

5524 Fabius Maximus v. c.[1] | a fundamentis tri|bunal columnatum fecit, | curante Arruntio Attico patrono | Saepinatium et Bovianensium.

Saepini rep. a. 1877 in ruderibus porticus (IX 2448 vidit Mommsen ectypum photographicum; cf. Notizie degli scavi 1877 p. 280). — 1) *Cf. N. 5521.*

5525 C. Claudius | Sassi f. Quir. | sacerd. Aug. | d. p. s. | Resp. tribunal | fecit et columnam | mutavit.

Cividate in valle Camunnorum (val Camonica) (V 4960 quattuor vel quinquies descripta saec. XVIII. XIX).

5525a . . . ., L. Volu[*sius*] . . . ., T. Mall[*ius*] | . . . caius, Q. Pom[*ponius*] . . . . ram straverunt, podium et tribun[*al et* | *statuam*] Iustitiae Augustae, decurionibu[*s* . . | . . . *l*]udos scaenicos quadriduo et . . .

Nesce in Aequiculis (IX 4133 Dressel vidit partem).

5526 templum Fortunae | et basilicam cum | tribunali et colum|nis sex, vetustate | collapsa, restituit | M. Ulpius Victor | v. e., proc. Aug. n̄. | praef. prov. Sard.[1], | curante L. Magnio | Fulviano trib. mil., | curatore rei publ., p. p.

Turri (Porto Torres) in Sardinia rep., est Sassari (X 7946 vidit Mommsen). — 1) *Sardiniam rexit imperante Philippo, anno ut videtur 244; cf. X 7996. 7999. 8027 (cf. 8009).*

Tribunal iudicum *habes infra N. 5661.* Tribunal et rostra *VIII 7986 (v. infra inter municipales). Tribunalia in theatro infra N. 5638. 5644. 5646.*

5527 M. Nonius M. f. Balbus procos.[1] | basilicam, portas, murum pecunia sua.

Herculanei rep., est Neapoli (X 1425 vidit Mommsen). — 1) *Videtur is qui fuit tribunus plebis anno u. c. 722; cf. supra N. 896.*

5528 [*L. Scri*]bonius L. f. Lib. | patronus[1] [*basi*]licam de sua | [*pe-q*]unia dedit.

Airolae, prope Caudium (I 1226. IX 2174. Ritschl tab. LXII e). — 1) *Cf. supra N. 5326.*

5529 . . . Scaurus[1] pr. pro cos.[2], bas[*ilicam*] . . . .

Setiae (X 6462 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXXV a). — 1) *Fortasse M. Aemilius Scaurus aedilis curulis a. u. c. 696, qui ex praetura Sardiniam obtinuit (Asconius in Scaur., cet.). —* 2) *Cf. supra N. 883 not. 2.*

5530 P. Magius P. f. Iunc., | Q. Minucius L. f. ces.[1] | basilicam fac. | cur. de sen. sent.[2].

San Mauro, ubi fuerunt Thurii (X 123 bis descripta). — 1) *Censores (7 ante ces. interpunctionis signum fuisse videtur). —* 2) *De senatus sententia.*

5531 [*C*]n. Satrius Cn. f. Rufus IIIIvir iur. dic.
[*b*]asilicas sublaqueavit, trabes tecti ferro suffixit,
lapide stravit, podio circumclusit sua pec. et dedit
decurionatus nomine HS IↃↃ∞[1]
in commeatum legionibus[2] HS ∞∞∞∞CCCCL[3]
in aedem Dianae restituendam HS IↃↃ∞CC[4]
in ludos Victoriae Caesaris August. HS IↃↃ∞∞∞ⅮCCL[5]

Iguvii in theatro rep. (XI 5820 unius inscriptionis duo exempla, quorum alterum paene integrum viderunt Bormann et Schmidt). — 1) *Sestertium sex milia. —* 2) *Fortasse intellegendae legiones eae, quae per Italiam transierunt. Cf. Mommsen monum. Ancyr. ed. 2 p. 67 not. —* 3) *Sest. 3450,* 4) *6200,* 5) *7750.*

5532 Sex. Volusius Sex. f. Hor. | Melior IIIIvir q. q., augur., patron. | municipi, ob honorem IIIIviratus | Sex. Volusi Noniani fili sui basilicam | solo publico a fundament. | pecunia sua fecit.

Spoletii (XI 4819 = Grut. 171, 1 vidit Bormann).

5533 divo Vero,[1] fra|tri | imp. Caes. M. Aureli | Anto[*ni*]ni Aug. | Arm. Med. Parth. max., pontif. | max., tri. p. XXIII[2], imp. V, cos. III, p. p., | C. Iulius Crenscens *(sic)* Didius Cres|centianus, equo publico ab imp. exorna|tus, fl. p. p. IIII col. Cirt. et Cuic.[3], pont. | omnibusq. honoribus in V col.[4] funct., | statuam, quam ex HS III[5] n. ex libera|litate sua promisit, ampliata | pecunia in basilica Iu|lia, quam a solo pecunia | sua extruxit, posuit idem|que dedicavit.

Cuiculi (Djemila) in Numidia (VIII 8319 vidit Wilmanns). — 1) *Eodem loco extat basis gemella dedicata M. Aurelio (VIII 8318). —* 2) *A. 169. —* 3) *Flamen perpetuus quattuor coloniarum Cirtensium (cf. supra N. 1147 not. 2) et Cuiculi. —* 4) *In quinque coloniis (scilicet in quattuor Cirtensibus et Cuiculi). —* 5) *Tribus milibus.*

5534 Claudius Avitianus | comes primi | ordinis, agens pro | prae[*fe*]ctis[1], basilica[*m*] | Con[*s*]tantianam cum | porticibus et tetra|pylo constituendam | a solo perficiendam|que [*c*]ur[*a*]vit.

Constantinae in lateribus arcus sive tetrapyli (imaginem partis quae tunc extabat dedit Ravoisié exploration de l'Algérie I tab. 14), tituli duo gemelli, sed alterius initium perierat (VIII 7037. 7038 cf. p. 965. 1848 ter descripti). — 1) *Prae-*

fectos intellege praetorii. Ad Avitianum vicarium Africae rescripsit Iulianus a. 362 (cod. Theod. 8, 5, 15. 11, 28, 1. 15, 3, 2; cod. Iust. 8, 10, 7); eiusdem meminit Amm. Marcell. 27, 7, 1. Ex hoc titulo apparet, eum hoc munere fungi coepisse vivo etiamtum Constantio.

5535 pro beatitudine principum maximorum | ddd. nnn. Valentiniani Valentis adq. Gratiani[1] perpetu. | semper Auggg., Fl. Simplicius v. c., consularis sexfascalis p. N.[2] | Constantinae, numini maiestatiq. eorum semper dicatus, basi|licam dedicavit, Rutilius vero Saturninus v. c. pro editione mu|neris debiti a solo faciendam exaedificandamq. curavit.

Cuiculi (Djemila) in Numidia (VIII 8324 videtur vidisse Delamare). — 1) *A. 367—375. —* 2) *Cf. N. 5520 not. 4.*

5536 pro beatitudine [*temporum*] | dd. nn. Valenti[*niani et Valen*]|-tis semper Augus[*torum*[1], *basili*]|cam vestiariam d . . . . . [*ex*]|truxit dedicavitq[*ue Publilius*] | Caeionius Caecina Al[*binus v. c.*], | consularis sexfasc[*alis p*]rovin|ciae Numidiae[3], curante ac propri|o sumptu perficiente Rutilio Satur|nino v. c.

Cuiculi (Djemila) in Numidia (VIII S. 20156 vidimus fragmenta Purgold et ego). — 1) *A. 364—367. —* 2) *Fortasse basilica negotiatoribus vestiariis maxime destinata. Romae quoque eiusdem nominis basilica fuisse videtur, teste Notitia urbis (app.), cuius tamen plurimi codices Vestiliam illam appellant (Iordan Topogr. II p. 568 cf. p. 220). —* 3) *Idem consularis est infra N. 5554. 5571 et alibi (cf. C. I. L. VIII p. 1064; t. Thamugadensis Revue archéologique 1895 t. 27 p. 387 n. 108). De homine cf. Seeck Symm. p. CLXXVIII.*

5537 Gabinius Vettius | Probianus v. c., praef. urbi[1], | statuam quae basili|cae Iuliae a se noviter | reparatae ornamento | esset adiecit.

In foro Romano rep. basis, cuius alio latere antea usi erant ad inscribendum titulum supra N. 722 (VI 1156 b descripserunt Pighius aliique). Gemella fuit basis VI 31866 (= Bull. comunale 1883 p. 228 n. 644); fragmentum tertii exempli est VI 1658 d. Praeterea similes bases ab eodem Probiano positae sunt VI 1658 a. b. 3864 (= 31883/4). — 1) *Probianus praefectus urbi fuit a. 377 (cod. Theod. 11, 2, 3).*

Basilicas castrenses habes supra N. 2548. 2615. 2619. 2620.

5538 V.[1] Popidius | Ep. f.[2] q.[3] | porticus | faciendas | coeravit.

Pompeiis in foro ad ingressum principalem basilicae, nunc Neapoli (I 1249. X 794; imaginem Ritschl tab. LXXVIII J). — 1) *Vibius. —* 2) *Epidii filius. Alius Vibius Popidius, sed Vibii filius, est in t. Osco Pompeiano apud Nissen Pomp. Stud. p. 511. —* 3) *Quaestor. — Titulus scriptus ante coloniam Pompeios deductam, cf. Mommsen C. I. L. X p. 93, non multo ante coloniam deductam scriptum putat Mommsen (etiam antiquiorem putat Mau Roem. Mitth. 1896 p. 144). De porticibus fori a Popidio extructis cf. Nissen pomp. Studien p. 306; Mau Roem. Mitth. l. c.*

5539 T. Vettius Q. f. | Ser., architectus, | porticus de peq. | pagan.[1] faciund. | coer., | A. Hirtio C. Vibio | cos.[2]

Prope Saponaram, ubi fuit Grumentum, in ruderibus porticus (X 8093 descr. Paulus Caputi Notizie degli scavi 1877 p. 130). — 1) *De pequnia paganorum. —* 2) *A. u. c. 711.*

5540 L. Rasius L. l. | Polybius por|ticum dedica|vit X k. Iun. | L. Mammio Pollione, | Q. Allio Maximo cos.[1]

Prope Cartoceto, inter Fanum et Forum Sempronii, iam Urbini (XI 6236 vidit Bormann). — 1) *Consules suffecti a. 49, cf. Tac. ann. 12, 9.*

5541 diis | parentibus | Augustis | porticum dedit | L. Iunius M. f. Pauper.

Veronae, saxum utrimque similiter inscriptum (V 3290 vidit Mommsen).

5542 T. Vemnasius T. f. Priscus, | T. Aviedius ⟩ l. Stabilio | portic. ex pec. saltuar.[1] fac. cur.

Capestrani in agro Vestinorum (IX 3386 vidit Dressel). — 1) *Ex pecunia saltuaria, vel saltuariorum.*

5543 L. Tuccius P. f. Col. Maxim[*us*] | trib. mil. leg. XV Apollina[*ris*], | praef. fabr., IIIIvir, praef. | Neronis[1] Caesaris Aug. Curibus Sabinis, | has porticus sua pec. restituit.

Curibus Sabinorum rep. (IX 4968 ter descripta circa a. 1836). — 1) *Vocabulum erasum esse in uno ex apographis adnotatur.*

5544 L. Attius Quir. Vetto flamen, | IIvir m. m.[1] Flavi Canam.[2], | suo et L. Atti Vindicis f. et | Attiae Autumninae f. et | Antoniae Proculae neptis nomine | porticus lapideas marmoratas solo | suo ludis sc[*a*]enicis impensa sua factis epulo | dato d.

Ad Baetim loco dicto Villanueva del Rio, ubi videtur fuisse Canana (II 1074 bis descripta). — 1) *Duovir municipum municipii.* — 2) *Scr.* Canan. *Cf. Plin. h. n. 3, 11; Eph. ep. 8 p. 387.*

5545 C. Faesasius T. [*f.*][1], | P. Appaedius P. f. | Aquila cur. fan.[2], | porticum, alam | d. pag. s. f. c. id. q. p.[3]

Castelvecchio di Carapelle, in Vestinis (IX 3523 vidit Brunn). — 1) T. f. *Antinorius;* f. *deesse, ac ne locum quidem vacare notavit Brunn.* — 2) *Curatores fani.* — 3) *De pagi sententia faciundum curarunt idemque probarunt.*

5546 C. Luttius L. f. Aulian., Q. Plausurnius C. f. Varus, | L. Ventilius L. f. Bassus, C. Octavius C. f. Graechin., | IIIIvir., | porticus p. CC⊥X et exsedram et pronaon | et porticum pone scaenam[1] long. p. CXL | s. c. f. c.[2]

Tibure (XIV 3664 p. 495 saepe descripta saec. XV. XVI). — 1) *Porticus theatri habes etiam infra N. 5645. 5649.* — 2) *Senatus consulto faciunda curaverunt.*

5547 [*C. Se*]ccius Cn. f. | Serg. Marcellus | decur., IIvir iur. d., | C. Seccius C. fil. Serg. Ap[*e*]r | decur., IIvir iur. dic., | ex pec. hon. IIvir. porticus et trichl[*i*]nam de[*d.*]. | L. d. p. d. d.[1]

Aequi (Čitluk) in Dalmatia rep. (III S. 9767 ed. Glavinić bull. Dalmato 2 p. 178). — 1) *Loco dato publice decreto decurionum.*

5547a C. Ponti|us C. f. Vol. | Priscus | aed. portic. | ante basili|cam silici | s. p. f. c. L. d. d. d.

Fagifulis in Samnio (IX 2557 vidit Dressel).

5548 Tib. Cl. Ianuarius | Aug. col.[1], patr. dec. I[2], | picturam porticus | et accubitum[3], item | Cl. Verus filius eius | ob honorem dupli[4] | proporticum et culi|nam et frontalem | ex suo fecerunt.

Sarmizegetusae in Daciae rep. (III S. 7960 vidit Domaszewski). — 1) *Augustalis coloniae.* — 2) *Patronus decuriae primae (collegii fabrorum).* — 3) *Similiter supra N. 3574, cf. item N. 4794.* — 4) *Videtur item pertinere ad fabros (Momms.).*

5549 C. Aufidius C. fil. Q.[1] Maximus | praef. cohort. IIII Bracarum | in Iudaea, trib. milit. leg. XII | Fulminatae in Kappadocia, | porticum et zothecas[2] ob hono|rem pontificatus inlatis rei | publicae legitimis HS X num. | primus dedit idemq. dedicavit.

Cirtae (VIII 7079 vidit Wilmanns). — 1) *Quirina.* — 2) *Cf. N. 3452. 5549.*

5550 pro salute imp. | Caes. M. Aur. Anto|nini Aug. tectum | porticus[1] cum suis columnis et | paenul.[2] duabus et oper. tector. | Sex. Vireius Sextus decur. | d. s. p., Pollione II et Apro II cos.[3]

In vico Augusto, hodie Aoste, non longe a Rhodano in finibus Allobrogum (XII 2391 vidit Hirschfeld). Ibidem extat titulus gemellus XII 2392 sed evanidus. — 1) Porticus *vocabulum (errore puto omissum) intrusum est inter v. 3 et 4.* — 2) *Cf. N. 5611.* — 3) *A. 176.*

5551 . . . . nis f. Po[*b.*] | Lucil. Iustinus | equo publico, | honorib. omnib. | municip. functus; | [*id*]em in porticu, quae | [*d*]ucit at ludum public., | [*c*]olumn. IIII cum superfic. | [*e*]t stratura pictura | [*v*]olente populo dedit. *(A tergo)* Ὥρα καὶ Τύχῃ[1].

Veronae (V 3408 vidit Mommsen; Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2309). — 1) *Haec num eiusdem temporis sint cuius titulus Latinus, nescio.*

5552 pro salute [*sua et suorum?*] | M. Aur. Comat. Super[1] de[*c., antis*]t., M. | Comat. Exsuperatus, Petr[*o*]nia | Celerina mater[2], Herennia Euresis eius,[3] | filior.[4] Superiani Exsuperanti|ani Superstitis Superes[1], cryptam[5] | cum porticibus et apparatori|o[6] et exedra pec. suo fec. l.

Carlsburg (Apuli) rep. una cum N. 3268[b] *(III 1096 vidit Mommsen).* — 1) *Iidem homines sunt supra N. 3268.* — 2) *Comatii Superi ut videtur* (mater *supra versum, postea ut videtur additum).* — 3) *Superi, sc. uxor.* — 4) *Intellege: pro salute.* — 5) *Cf. N. 3785. 5558 cet.* — 6) *Cf. III 3960. 4792. IX 1618.*

5553 . . . . . [*cum ut actis ordinis*] diei nonarum Iuniarum Fusci et Dextri cos.[1] co[*n*]tinetur, in numero dec[*urionum*] et inter aedilicios adlectus esset, singulari instantia in administratione IIvirr. qq.[2] | [*anni sequentis*[3], *sicut eum fecis*]se actis ordinis continetur diei V kal. Ianuar[*i*]arum Fusci et Dextri cos., [*plus quam su*]fficientem frumenti copiam propriis sumptibus popularibus exhibuit | [*et ad patriam suam exorna*]ndam porticum ascensus fori cum spiritis[4] et gradibus et capitibus et [*epistylis ex*] HS XII mil. n. privata [*s*]ua pecunia fecit idemqu[*e ded*]icavit.

In Africa in ruderibus Henschir Udeka a Bagrada 18 circ. m. p. distantibus (VIII S. 15497 = Eph. epigr. 5, 565 vidit Cagnat). — 1) *A. 225.* — 2) *Duoviratus*

quinquennalis. — 3) *Sic supplevit Schmidt, putans (cum Mommseno) hic quoque (sicut in Italia) magistratus municipales iniisse kal. Iuliis.* — 4) *Spiras significari (cf. Festus p. 330 M.: spira basis columnae; C. I. Gr. 2714: τὸν κίονα σὺν σπείρῃ καὶ κεφάλῃ) coniecit Mowat.*

5554 pro magnificentia saeculi dd. nn. Valentiniani et Valentis semper Augustorum[1], [*quat*]|tuor porticus Capitoli seriae vetustatis absumptas et usque ad ima fundamenta c[*ollapsas*] | novo opere perfectas exornatasque dedicavit Publilius Caeionius Caecin[*a Albi*]|nus vir clarissimus, consularis[2], curantibus Aelio Iuliano[3] iterum rei publicae [*curatore*], | Fl. Aquilino ff. pp.[4], Antonio Petroniano ff. pp., Antonio Ianuiariano *(sic)* ff. pp. *(deinde vestigia litterarum erasarum, quae videntur superesse ex titulo antiquiore; in fine agnoscitur* cur. reipub.*).*

Thamugade, epistylium (VIII 2388 vidit Wilmanns). — 1) *A. 364—367.* — 2) *Cf. N. 5536 not 3; N. 5910.* — 3) *Idem curator Bull. du comité archéolog. 1894 p. 361.* — 4) *Flamine perpetuo.*

Porticus cum arcu suo, quae foro ambiendo deerat *t. Africanus supra N. 637; similiter N. 781. 5568.*

5555 aureo saeculo ddd. nnn. invictissimorum prin|cipum Valentiniani Valentis et Grat[*i*]ani[1], porti|cum a fundamentis coeptam et con[*s*]tructam | Annius . . . . inus v. c., c. s. f. p. N. C.[2] dedicavit | et d. n. Gratiani [*pri*]n[*c*]ipis nomine nuncupavit, | curante ac sua pec[*un*]ia perficiente Nevio Numi|diano . . . . . d. d. q.

Constantinae (VIII 7015 cf. p. 1847 vidit Delamare). — 1) *A. 367—375.* — 2) *Consularis sexfascalis provinciae Numidiae Constantinae. Cf. N. 5520 not. 4.*

5556 et[*erno saeculo in*]victissimorum p[*rincipum ddd.* | *nn*]n. Valentis Gratiani et Val[*entiniani, procons. D*]ecimi Haesperi[1] v. c., v. s. [*i.*][2], | porticum adque ascensus g[*raduum?*] . . [*ve*]tustate labsam . . . o maiore to . . . . . |ibus operibus inpensisq. propriis . . . . . [*ref*]ecit excoluit et cum universo or[*dine dedicavit*].

In Africa, inter Uticam et Vagam, loco dicto Henschir Tût-el-Kaya (VIII S. 14346 vidit Cagnat). — 1) *Est Hesperius, Decimi Magni Ausonii poetae filius, de quo cf. Seeck praef. in Symmach. p. CVII. XLVIII not. 153; Africam rexit a. 376 (cod. Theod. 1, 32, 2. 15, 7, 3; Auson. epiced. in patr. 45; Symmach. ep. 1, 16; Amm. Marc. 28, 6, 28). Idem est in titulo Vagensi VIII S. 14398, quem recte explevit Pallu de Lessert fastes des prov. afric. II p. 84, item VIII 17519; comptes rendus d'Hipp. 1892 p. XLIX cf. 1893 p. XL.* — 2) *Viri clarissimi, vice sacra iudicantis.*

5557 [*pro aete*]rnitate [*imperii* | *dominorum nostrorum V*]alentiniani Valentis et Gratiani [*Auggg.*][1] | . . . . | proc.[2] Petroni Claudi[3] v. c. exce[*ll*]entissimi proc. | . . . . [*feli*]citer triporticum[4] et tabulari[*a a*]ntiquissima | . . . . [*co*]mpressam p. p. et diligenti inst[*an*]tia sua Iul. | . . . . [*curat*]or [*r.*] p. ad omnem [*s*]plendorem ins[*tit*]uit et dedicavit.

In Africa loco dicto Henchir-Sidi-Ahmed-el-Hocheni (Bull. du comité archéol. 1899 p. 134). — 1) *A. 367—375.* — 2) *Proconsulatu.* — 3) *Hic est Claudius ad quem*

proconsulem Africae extant rescripta Valentiniani a. 368—370 (cod. Theod. 12, 12, 6 cet., cf. Seeck Symm. p. XLVIII not. 153, a quo non recte dicitur Claudius Hermogenianus Caesarius, cf. supra N. 4147 not. 2). — 4) *Τριστ[φ]ον videtur memorari in t. Asiano III S. 7049. Triporticus vocabulo utitur Augustin. quaest. in heptateuch. 2, 177 n. 22 circa fin.* Atrium cum quadriporticum *in t. christiano XIV 1941.*

5557ª salvis ddd. nnn. | Constantino Aug. et | filiis eius Caess., | Volusius Venustus | v. c., corrector | Apul. et Calab., | ob amorem | patriae statuas | ornatui porticus | posuit.

Canusii (IX 329 vidit Hirschfeld).

5558 C. Plotius Cissi l. Princeps | insulis emptis cryptam | et porticum d. s. p. fecit.

Carthagine nova Hispaniae (II 3428 ad exemplum potissimum Bibrani).

5559 [*p*]orticus tri|umphi itu et re|ditu octies se|mis efficit passus ∞.

Romae (VI 29776 semel descripta). Similes sunt fueruntve tituli Tiburtinus XIV 3695ª cf. Eph. ep. 7, 1261, Baianus Eph. ep. 8, 374. Porticum hanc privatam fuisse apparet.

Ad porticus urbis Romae pertinent etiam N. 621. 622.

5560 Baebia T. f. [*Bas*]silla calchidicum municipibus suis dedit.

Veleiae rep., est Parmae (XI 1189 vidit Bormann).

Chalcidica habes etiam supra N. 3785. 5374, infra N. 5616.

5560ª L. Abullius Dexter[1] | [*chal*]cidicum, porticum, macellum [*cum* | *or*]namentis loco et pecunia sua [*fec.*].

Aeserniae (IX 2653ª partem dimidiam vidit Dressel). Gemellus est titulus IX 2653. — 1) *Idem memoratur IX 2595. 2654. 2655.* — 2) . . . . . porticum, chalcidicum *t. gemellus IX 2653.*

5561 *(versus quinque integri et duo dimidii erasi)*[1] M. Antonio | A. Postumio cos.[2] | Heisce mag. murum ab grad|u ad calcidic. et calcidicum | et portic. ante culin. long. p. [3] | et signa marm. Cast. et Pol. | et loc. privat.[4] de stipe Dian. | emendum[5] [*et f*]aciendum[5] | coeraver[*e*].

Capuae rep., est Neapoli (I 569. X 3781. Ritschl tab. LXIII d). — 1) *Fuisse hic nomina magistrorum duodecim, ut in titulis similibus N. 3185. 3340. 3397. 3770. 5734, apparet; sed cur erasa sint, incertum.* — 2) *A. u. c. 655.* — 3) *Spatium vacuum.* — 4) *Loca privata.* — 5) *Emerunt nempe loca privata, fecerunt opera supra scripta.*

5562 P. Barronius Barba | aed. cur. grados refecit.

Romae rep. in alveo Tiberis prope effluvium cloacae maximae (VI 31602 = Eph. epigr. 4, 814 viderunt Henzen et Huelsen). — Propter formam litterarum ultimis liberae rei publicae temporibus attribuunt qui viderunt.

5563 M. Aulius M. l. | Eros | gradum dedit | maceriamque | refecit, mag.[1] suo d.

Prope Lunam rep. (XI 1352 vidit Bormann). — 1) *Magisterio.*

5564 Q. Arranius Re|gulus G. fil., fl. pp., | gradus propter | commodum po|puli s. p. f. iteq. *(sic)* dedicavit.

Chusirae in Africa, vivae rupi incisum iuxta gradus quibus etiam nunc ascenditur (VIII 703 p. 1250 viderunt Wilmanns et Schmidt).

5565 Fabia Philemai[1], | Baionia Philemai[1], | Graecina Myrinna, | [*mag?*][2] gradus et | epimedia s. p. f.

Monte Cassino (X 5192 semel descripta saec. XVI, non sine mendis ut apparet). — 1) *Fortasse* Philema[*tium*]. — 2) *Magistrae (supplevit Momms.; in apographo ductus aliquot qui non intelleguntur).*

5566 M. Vitruvius | Mamurra | arcus | s. p. f.

Thibili (VIII S. 18913 vidit Gsell). — Arcus triumphalis *est N. 2933. Cf. 694.*

5567 pro salute imp. Caes. M. Aureli Antonini Aug. li|berorumq. eius[1], coloní saltus Massipiani aedificia vetustate | conlapsa s. p. r.[2] item arcuus duos a s. f.[3], iubente Provin|ciale Aug. lib. proc., eodemque dedicante.

In Africa loco dicto Hammam Bordj-el-Arbi (VIII 587 vidit Wilmanns). — 1) *A. 169—177.* — 2) *Sua pecunia restituerunt.* — 3) *A solo fecerunt.*

5568 . . . ob diem festissimum des[*ignationis ad imperium*][1] . . | . . [*ma*]ximi *!!!!!!!!!*[2] . . . . | . . . . [*ad*]ornandam plateam arcus . . . . | . . . [*curante*] Silicio Siliciano fl. pp. cur. reip. . . . . .

Lambaese (VIII 2723 vidit Renier). — 1) *Sic supplevit Schmidt VIII S. p. 1744, putans significari diem, quo Caracalla particeps imperii et Geta Caesar appellatus est.* — 2) *Nomen erasum (Getae ut videtur, cf. not. 1).*

5569 imp. Caes. divi Hadriani f. Antonino Aug. Pio p. [*p.*], | Sextilius Dextri fil. Celsus arcum a fundamen[*tis*] | cum gradibus et statua s. p. f. id. q. ded., | d. d.

Tuccabore (VIII 1320 VIII S. 14851 vidit Cagnat).

5570 coloniae Cillitanae | Q. Manlius Felix C. filius Papiria Receptus post alia arcum quoque cum insignibus[1] colo[*niae*] | solita in patriam liberalitate erexit, ob cuius dedicatíonem decurionibus sportulas curiis epu[*las ded.*]. *(Sub epistylio supra clavum arcus litteris minoribus aevique inferioris)* clementia temporis et virtute | divina d. ⟨d.⟩[2] n. ⟨n.⟩[2] Constantini ⟨et Licini⟩[2] invc. *(sic)* | semp. Aug., ornamenta liberta.[3] restituta et vetera civi|tatis insignia, curante Ceionio Aproniano c. v., | patro. civitatis.

Cillii (Henchir Kasrín) in Africa, in fronte arcus (VIII 210 cf. p. 1179 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Cf. Schmidt l. c. et infra inter titulos municipales.* — 2) *Litterae quas uncis ⟨ ⟩ inclusimus in litura repositae sunt. Licinii nomen erasum putat Mommsen propter bellum Cibalense a. 314, restitutum autem pace inter imperatores composita.* — 3) *Etiam* liberta. *vocabulum in litura restitutum esse visum est Wilmannsio.*

5571 pro beatitudine seculi dd. nn. | Valentiniani et Valentis p. p. Augg. | arcum, Publilio Ceionio Caeci|na Albino v. c., cons. p. N. C.[1], dis-

po|nenti ac d[*e*]dicante, Popilius Con|cessus fl. pp. ob honorem [*fl*]amo[*ni*] | et e . . . . . cie . . .

Ksûr-el-Ahmar Numidiae (VIII 4767 = 18701 vidit Wilmanns). Eodem loco repertus est alius titulus ad arcum aliquem pertinens supra N. 644. — 1) *Consulari provinciae Numidiae Constantinae. Cf. N. 5535. 5536. 5554.*

5572 Herculi Aug. sac. | Fabius Larini Stachu melis fil. arcuus cum | camera signina et osteo | patriae dono dedit idemq. ded.

Schauwâsch in Africa, ubi fuit Sua (VIII 1309 = 14807 vidit Wilmanns).

5573 Urchail Atitta f.[1] | Chilasurgun.[2] | portas, fornic. | aedificand. | curavit de s. p.

Alcala del Rio, ubi fuit Ilipa provinciae Baeticae (II 1087 vidit Huebner). — 1) *Atittae filius, vel filia. Idem nomen Eph. ep. 8 p. 390 n. 95.* — 2) *Patria videtur indicari.*

5574 . . . nus q. pro pr., aed . . . . . | . . . [*for*]nices, cola[1] ante aedem, ex pequnia . . .

Carthagine nova Hispaniae (II 3421 aliquoties descripta). — 1) *Κῶλα.*

5575 . . Sentius C. f., P. Vett|ius T. f., L. Avidius L. f., | C. Arrius L. f., T. Vinuci|us Tit. f., L. Ateius V. f., | mag. Mart., fornice | et parietes caementicios | ex pagi decr. faciundum | coer. probaruntq.

Prope Pescosansonesco in Vestinis (Eph. ep. 8, 129 Ihm vidit ectypum).

5576 . . . . . | [*a*]ed. iter. solus,[1] augur, | [*for*]nices de pequn. public. | [*fa*]c. coer. idemq. prob.

Formiis (X 6111 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 5329 not.*

5577 M. Turpilius L. f., M'. Popillius M'. f., q.[1] | fornices de s. s. f. c.

Tibure (XIV 3686 vidi praeter paucas litteras deperditas). — 1) *Quaestores. Adde N. 5345. 5346. 5348.*

5578 M. Spurius M. f. | Men. Rufus IIvir | i. d. macellum d. | s. p. f. c. eid. q. pro.[1]

Herculanei rep., iam Neapoli (I 1245. X 1457 imaginem Ritschl tab. LXXVIII B). — 1) *De sua pecunia faciundum curavit eidemque probavit.*

5579 Sertii[1] | macellum | et aream | eius | patriae | suae | fecerunt.

Thamugade (Bull. du comité des travaux historiques 1894 p. 361). — 1) *Cf. supra N. 2751. 2752.*

5580 L. Fuficius L. f. Manilius | IIIIvir nomine | L. Fufici L. f. Capitonis fili | sui IIIIvir. viam | et aream macelli | silice stravit ex | pecunia et vectura sua.

Prope Cagli Umbriae rep., loco dicto le Pole in Pian d'Aleria, ubi fortasse fuit Pitinum Mergens (XI 5961 = Notizie degli scavi 1892 p. 146 Bormann vidit ectypum).

5581 [*L. Mam*]mius Maximus[1] macellu[*m* | *cum o*]rnamentis et me-[*r*]itor[*is sua pec. f. c.* | *id*]emq. dedicatione [*populo epulum dedit*].

Herculanei rep., est Neapoli (X 1450 vidit Mommsen). — 1) *Idem est supra N. 123. 150 (praeterea in aliis compluribus Herculanensibus), unde apparet titulum positum esse temporibus circiter Claudii.*

5582 Q. Fresidius Q. f. . . . | Gallus | macellum et ar[*cus*] | in perpetuom o[*rnatum*] | municipio de[*dit*].

S. Benedetto in Marsis, ubi fuit Marruvium (IX 3682 descr. saec. XVI Accursius).

5583 M. Annio | Phoebo | municipes | Saepinates, | quot is ob | honorem Aug.[1] | et biselli macel|lum cum colum|nis, solo, aera|mentis, marmo|[*ribus*] . . . . .

Altiliae prope Saepinum (IX 2475 vidit Mommsen). — 1) *Augustalitatis.*

5584 . . s[*t*]aius Cosmus testa[*mento*] HS . . . . . | macellum exornari iussit. Fisia S . . . . . . | suppleta vicesima[1] consummavit idqu[*e nomine*] . . . . . . | fili sui exornat[*um*] . . .

Aeclani ut videtur (IX 1169 semel nescimus a quo descripta). — 1) *Scilicet hereditatium. Cf. supra N. 305 not. 2; N. 5402. 5598.*

5585 [*res*] publica populusq. | Corfiniensis | macellum Lucceium vetus|tate dilapsum adiectis ba|silicis sua pecunia restituit | decreto decurionum.

Raiani prope rudera Corfinii (IX 3162 partem dimidiam vidit Dressel).

5586 M. Sempronius Hymnus suo et M. Semproni Reburri | fili sui nomine macellum vetustate conlab|sum sua pecunia restituerunt item|que et mensas lapideas posuerunt.

Villajoyosa in ora Hispaniae (II 3570 cf. II S. p. 958 Huebner vidit ectypum).

5587 *(quattuor versus erasi)* Aug.[1], | macellum vi ignis conflagratum | curante Vali. *(sic)* Supero v. e. proc. arg.[2] | r. p. Dom.[3] ad pristinam | faciem restituit XII kal.

Srebnicae in Bosnia ut videtur rep. (III S. 12733 = arch. ep. Mitth. 16 p. 140 descr. Patsch). — 1) *Vestigia nominum Macrini in eis quae praecedunt agnovit Patsch.* — 2) *Viro egregio, procuratore argentariarum. Idem procurator memoratur in titulo posito anno 220, III S. 12734 = arch. ep. Mitth. 16 p. 132.* — 3) *Res publica Domaviana.*

5588 macellum terrae motibus lapsum, | A[*u*]tonio[1] Iustiniano rectore | provinciae disponen., | Castricius vir primarius | sumptu proprio | fieri curavit cum Silverio filio, | acceptis columnis et tegulis | a re publica.

Aeserniae (IX 2638 bis ut videtur descripta saec. XVIII). — 1) Antonio *traditur (correxit Mommsen ad eiusdem praesidis lapides Anxanensem IX 2998 et Venafranum X 4858).*

5589 ex indulgentia | sacra dom. n. invicti | imp. M. Aur. Alexand. Aug., | macellum restitutum | curante Falerio Faleriano.

Zuglii, ubi fuit Iulium Carnicum (V 1837 Mommseno descripsit Lucianius).

5590 [*m*]acellum cum porticibu[*s* | *et po*]nderibus[1] omnibusque o[*r*|*na*-*m*]entis res p. col. Septimiae Aur. Auzi|[*e*]nsium sumtibus tam suis quam | ex sportulis decurionum ope|risque popularium a funda|mentis coeptum perfecit dedi|cavitque XVIII kal. Ian. | pr. CLXXXXI[2], curantibus | C. Aufidio Victorino et | .. Iuventio Karo aedilibus, | q[*uoru*]m etiam summae hono|rariae [*in*] e[*a op*]era depensae sunt.

Auziae (Aumale) Mauretaniae (VIII 9062 vidit Wilmanns). Inscriptionis gemellae fragmentum est VIII 9063. — 1) *Cf.* pondera ad macellum *in t. Ostiensibus XIV 375. 376 (infra inter municipales).* — 2) *Anno provinciae CLXXXXI (*CLLXXXXI *C. I. L. errore typ.), i. e. p. Chr. 230.*

5591 .... Cerialis, P. Ahius Candidus aed. | [*crepidinem an*]te macellum tessella struendam | [*et*] ...... panarios fabricandos ex metr|[*etis et ponderib*]us iniquis,[1] supplentibus ad ea | ..... [*merc*]atoribus, curaverunt.

Histonii (IX 2854 aliquoties descripta per saec. XVI—XVII). — 1) *Cf. N. 5613.*

5592 .... Valens et Gratianus Pii Felices ac triumphatores semper Augg.[1] porticus areasq. ... [*ma*]cello[2] Liviae ad ornatum[3] urbis suae addi dedicariq. iusserunt.

Romae, nescimus quo loco urbis (sed fortasse non longe a porta Praenestina) semel descripta ante saec. IX, quod exemplum referunt vetus codex Einsidlensis (cf. supra vol. I p. 28 not.) et ex simili codice Poggius (VI 1178: parvam partem, cf. not. 2, quae a. 1871 prodiit in ecclesia S. Mariae trans Tiberim descr. de Rossi). — 1) *Sic traditur. Aut corrigendum* Auggg. *(statuendumque initio Valentiniani nomen periisse, titulumque incisum inter a. 367 et 375), aut putandum, titulum incisum esse extremo anno 375, post mortem Valentiniani, nondum confirmato Valentinianum iuniorem Augustum nuncupatum esse.* — 2) areasq. cello *codex Einsidl. (hodie extant:* ... cello Liviae ad ornatu ..*).* — *Macellum Liviae fuit in regione quinta urbis, teste Notitia (cf. Preller Reg. p. 131; Becker Top. p. 544; Lanciani monumenti dei Lincei I 1889 p. 531).*

Genio macelli dicatus est titulus supra N. 3661. — Macella memorantur etiam supra N. 792. 3348. 5560[a].

5593 Q. Gavius Q. [*f*.], | Cn. Longid[*ius*], | Cn. Tillius | aid.[1] d. s. s.[2] in | turrim mai[*orem*] .... | fulonica[*s superiores?*] | et inferior[*es*] | ....

Arpini (I 1177. X 5682 vidit Mommsen; imaginem Ritschl tab. LXA). — 1) *De tribus aedilibus Arpinatibus cf. ad N. 5329.* — 2) *De senatus sententia.*

5594 P. Suillius P .... | opus piscinae ... [*permissu?*] | viri clarissimi .... [*P*]acati[1] | legati Aug. et ex or[*dinis de*]creto | ussibus fullon[*um Mediol*]an|nensium d. [*s. f. c.?*].

Évreux, ubi fuit Mediolanum Aulercorum Eburovicum (XIII 3202 vidit Hirsch-

feld). — 1) *Pacatum legatum provinciae Lugdunensis temporibus Antonini Pii (coll. leg. Mos. Rom. 15, 2, 4) non diversum putat Hirschfeld. — Haud longe a loco, ubi titulus repertus est, mortaria lapidea multa, quae fortasse ad fullonum officium pertinuerint, eruderata esse traduntur (cf. XIII l. c.).*

5595 Q. Fillius[1] L. f. Rufus, Q. Agrius Q. f. Celer | pr. IIvir.[2], lanarias et quae in iis sunt, sua | peq. fec., ut ex eo vectigale[3] quot annis colonis mulsum | et crustum natale Caesaris Augusti daretur.

Telesiae (IX 2226 ter ut videtur descripta saec. XVI). — 1) *Sic vel* Filius *vel* Fellius *apographa. —* 2) *Praetores duoviri. —* 3) *Vectigal, quod Telesini capiebant ex lanariis, Mommsenus composuit cum vectigali, quod rei publicae Pompeianorum quotannis solvebatur ob fullonicam testibus tabellis ceratis Iucundianis (C. I. L. IV p. 426).*

5596 pro felicitate temporum beatorum [*dominor.*] | nostrorum Valentiniani Theodosi et [*Arcadi*][1] | aeternorum principum, unum quo dd.[2] e[*t*] pr[*inci*|*p*]ales ac cives gravi quatiebantur inco[*mmodo, molas propter annonam*[3] | *pu*]blicam a veteribus institutas omn[*i renova*|*t*]u operis ruinis inminentibus destit[*ui, detersa*] | veteris squaloris inluviae adi[*ecto novo*] | cultu sua instantia reformavit, [*instrumento*] | pistorio exornatas ad annon[*ae publicae*] | coctionem pistoribus tradi[*dit et ita populum*] | pavit Fl. Maecius Constan[*s v. p., praes. prov.*] | Mauretaniae Sitif., curam [*agente curatore*] | rei p. splend[*i*]d. col. Sitifen[*sis*].

Sitifi in Mauretania (VIII 8480 vidit Wilmanns praeter paucas litteras iam deperditas in finibus quinque priorum versuum). — 1) *A. 388—392. —* 2) *Decuriones* (?). *—* 3) *Haec vel similia a quadratario omissa esse (nam in lapide iis non videtur locus fuisse) putat Mommsen.*

5597 ..... Saturio q., aedilis, IIviru., pontifex, fl. pp., sacerdos ... | ... pi .... [*a*]dd[*i*]to opere ... host. II panificiis et cetera qua[*e ad*] ....-nem pertinent ex .. | ..... pi .... intus .... [*i*]n eod[*em*] templo pronaum porticu[*m cum columni*]s et epistilis fac[*ienda*] ... | ..... ri .... [*et exor*]navit eaque omnia pariter cum Mu[*natiis ... et*] Festo equitib: [*Romanis*] .....

Dianae (Ain Zana) Numidiae (VIII 4585 vidit Wilmanns). Fragmentum alterius tituli ab eodem Saturione eodem loco positi edidit Gsell rech. p. 194 n. 203.

5598 Melia Anniana in memor. Q. Laepici Q. f. Serg. Bassi mariti sui | emporium[1] sterni et arcum fieri et statuas superponi test. iuss.[2] ex HS $\overline{DC}$ d. XX p. R.[3]

Iaderae (Zara) in Dalmatia, ubi extat super portam maritimam (III 2922 cf. III S. 9987 viderunt Mommsen et Hirschfeld). — 1) *Aliud emporium est N. 5583. —* 2) *Testamento iussit. —* 3) *Deducta vicesima populi Romani. Cf. N. 5584 not. 1.*

5599 T. Pompullius L. f. Lappa | IIvir quinq., trib. mili. *(sic)* a populo[1], | praef. fabr., ex testamento atrium | aúctionarium fieri et Mercurium | Augustum sacrum póni iussit, | arbitratu Epaphrae liberti.

Prope Gagliano in ecclesia quadam, pertinet ad Superaequum oppidum Paelignorum (IX 3307 vidit Dressel). — 1) Cf. N. 2677 not.

5600 C. Aemilius C. f. Serg. Homullinus | dec. col. Murs., ob honorem | flaminatus tabernas L cum | porticibus duplicib. in quib. | mercatus ageretur, pecunia | sua fecit.

Mursae (Eszeg) rep. (III 3288 semel ut videtur descripta).

5601 L. Domitius Ahenobarbus[1] | procos. | trimod.[2] posuit, qua civitates salem[3].

Uticae rep., est Leydae in museo (VIII 1180 cf. suppl. 14310, Zangemeister contulit lapidem, Schmidt ectypum). — 1) Consul fuit u. 738, proconsul Africae a. 742 (VIII 68). — 2) Trimodium. In superficie lapidis est foramen, cui olim vas trium modiorum infixum fuisse putandum est. — 3) sal. em. *Wilm., explicans: salem emetirentur. Sed videtur potius scriptum esse* salem, *et inscriptio continuata fuisse in alio lapide deperdito.*

5602 A. Clodius A. f. Flaccus[1], N. Arcaeus N. f. Arellian. Caledus | d. v. i. d. mensuras exaequandas ex dec. decr. *(In superficie lapidis cava quinque magnitudinis diversae, ad quae adscripta fuerunt vocabula Osca postea deleta; in angulis quattuor cava minora.)*

Pompeiis rep. in foro ad aedem Apollinis, mensa lapidea, est Neapoli (X 793 vidit Mommsen). — Vocabula Osca primus quantum fieri potuit legit Carmelus Mancini Giornale degli scavi di Pompei n. s. 2, 1870 p. 144 seq., qui demonstravit cava illa aliquando minora fuisse et postmodum aucta, scilicet quo tempore domesticis Pompeianorum mensuris ponderibusque Romana norma substituta est. Cf. Nissen pomp. Studien p. 71 seq. — 1) Duovir tertio fuit a. u. c. 751/2 (supra N. 5053 not. 4); unde apparet hunc titulum positum esse mediis fere temporibus Augusti.

5603 L. Gellius L. f. Poplicola[1], C. Caedicius C. f. | duovir., ex s. c. pondera et metra | exaequarunt, eidem de sua pecunia | ponenda curarunt.

Minturnis rep., mensa ponderaria, est in museo Neapolitano; titulus in utroque latere mensae (X 6017 vidit Mommsen). — 1) Incertum utrum is qui consul fuit a. u. c. 718.

5604 C. Umbrius Eudrastus | Fortunatus IIIIvir | mensuras lege civitatis, | proprio sumptu.

Compsae (IX 980 vidit Brunn).

5605 . . . . [*C*]ertus qq. aedil. | [*pot.?*] . . . mensuras | . . . . [*cu*]m exagio ‖ et ho . . . . . | ricu . . . .

Lambaese (VIII 3294 cf. 18177 descr. Delamare auctor accuratus).

5606 L. Terentius Crescens, L. V. . . . . . | aed. p., mensur. olear. a . . . . [*impensis*] | suis aeq.[1] et dedicaver. . . . .

Cartennis (Tenes) in Mauretania rep. (VIII 9666 vidit Wilmanns). — 1) Aequaverunt.

5607 M. Salvidien. | Vettian. | praef. aed. pot[*est.*] | mensur. olear. | et signum | [*pec.*] sua.

Brixiae (V 4468 semel descripta saec. XVI).

5608 *(ad foramina quae cernuntur in superiore parte mensae)* ἥμεῖνα, ξέστης ἐληρ.[1], | ἥμεῖνα, ξέστης οἴν., ση[μό]δ[ιο]ν, μόδ[ιος]. *(In latere)* . . . [*gymnas*]iarcha em|pori Piretensium | de suo posuit.

Kosovo in Bulgaria rep., mensa lapidea (III S. 12415 vidit Cichorius arch. ep. Mitth. 15, 1892 p. 145). — 1) Ἐληρός.

5609 [*C. C.*] Sulmonii Primus et Fortunatus[1] | [*p*]onderarium[2] pagi Interpromini | [*vi*] terraemotus dilapsum a solo | [*s*]ua pecunia restituerunt.

S. Clemente di Casauria, in agro Paelignorum, ubi fuit Interpromium vicus (IX 3046 partem vidit Dressel). — 1) *Praenomina suppleta ex signaculo, in quo lectum est:* C. Sulm. Fo|rtunati *(IX 6083, 142).* — 2) *Cf. N. 5517.*

5610 M. Tanonius | Firmianus aed. | i. d. basem cum | statera et pon|der. aeneis | de suo fec.

Beneventi (IX 1656 descripsit saec. XVII Verusius auctor accuratus).

5611 Q. Lesius Q. l. | Hermaiscus IIIvir Aug.[1] | paenulam,[2] column., | pondera d. s.[3]

S. Victorini, ubi fuit Amiternum, rep. (IX 4213 cf. p. 683 ad duos auctores satis accuratos ut videtur). — 1) *Tresviri Augustales etiam in aliis inscriptionibus Amiterninis commemorantur.* — 2) *Cf. N. 5550.* — 3) *De suo.*

5612 C. Caesius C. f. Ouf. Silvester[1] | p. p.[2], ponderarium s. p. p. s. f.[3] | et charistionem[4] aereum pos., | stateram et pondera, quae | antea resp. emit, pro quibus | Silvester pec. solvi iussit, | mensur. liquarias antea positas | a Caesio Prisco in eodem contulit.

Albacinae prope Fabriano in Umbria rep., ubi fuit Tuficum (XI 5695 semel descripta exeunte saec. XVI). — 1) *Ad eundem pertinent lapides eiusdem loci XI 5687. 5696—5699; memoratur supra N. 2666ᵃ.* — 2) *Primipilaris.* — 3) *Solo privato pecunia sua fecit.* — 4) *Cf. not. Tiron. p. 164 ed. Grut. = tab. 101, 80 ed. Schmitz (ubi charistion subsequitur trutinam et stateram). Machinam quandam tractoriam fuisse videtur colligi posse ex Simplic. comm. in Arist. phys. p. 1110 ed. Diels et Tzetz. chil. 2, 130.*

5613 ex iniquitatibus | mensurarum et ponder. | C. Septimius Candidus et | P. Munatius Celer aed. | stateram aerea et pon|dera decret. decur. | ponenda curaverunt.

Inter Pisaurum et Ariminum loco dicto Cattolica rep., tabella aenea, dicitur Parisios translata esse (XI 6375 = Borghesi opp. 4 p. 342 videtur vidisse Renier).

Ad pondera et mensuras positas spectant etiam N. 3609. VI 29703. XIV 375 v. 29, 376 v. 23 (cf. ad N. 5590 not. 1), ad mensuras et pondera iniqua sublata XIV 2625.

5614 L. Veratius Rusticus aed. | pa[*g.*][1] Bag. leg. beneficiaria[2] | ex mul.[3] et aere fracto.

In agro Vocontiorum, vico dicto Ste.-Ialle (XII 1377 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Aedilis pagi* (pac. *lapis). Nomen eius pagi praeterea ignotum.* — 2) *De lege quadam beneficiaria municipali cogitavit Hirschfeld, qua lege fieri potuisse ut publicorum beneficiorum ac donationum rationes, quantumque multarum et aeris fracti ad utilitates publicas impendi liceret, statutum fuerit.* — 3) *Multis.*

5615 sacrum Hercul. | mag. vici[1] anni XI. | A. A. Marcii Athenodor. | lib.[2] Hilarus et Bello, | N. Lucius Hermeros | Aequitas mag. iter.[3], | pondera auraria et | argentaria | viciniae posuerunt, | idem tuentur[4]. *(Et alia manu additum)* anno XIX | pro parte, in|vigul.[5] pro vicin., | una cum magistr. | contulerunt.

Romae sub Aventino rep. (VI 282 ad apographum Marinii). — 1) *Cf. supra N. 3613 not. 3.* — 2) *Athenodori liberti.* — 3) *Idem Numerius Lucius Hermeros eiusdem vici magister fuerat decem annis ante, scilicet inter primos vici magistros (VI 283), tum nondum Aequitas appellatus; videtur hoc nomen accepisse propter hanc ipsum ponderum curam (Momms.).* — 4) *Simul curam in se susceperunt ponderum tuendorum; unde explicatur, qui fiat, ut iidem homines post octo annos adiunctis eius anni magistris ad eandem rem pecuniam conferant (Momms.).* — 5) *Invigulantes.*

5616 prid. kal. Martias in curia; scribendo adfuerunt cuncti.[1] Quod verba facta sunt M. M. Remmios Rufos patr. et fil. IIvir. iter. ex sua pequnia pondera et chalcidicum et scholam secundum municipii splendorem fecisse, quae tueri publice deceret, d. e. r. i. c.[2]: Placere huic ordini, cum M. M. Remmi pat. et fil. IIvir. iter. in edendis muneribus adeo liberales fuerint, ut eorum monumenta decori municipio sint, adeo diligentes, ut vitieis ponderum occurrerint idque in perpetuum providerint, placere decurionibus M. M. Remmios Rufos patr. et fil., dum eei viverent, eorum ponderum et scholae et chalcidi *(sic)* quae ipsi fecissent procurationem dari[3], utque servos quei eius redemptus est erit eei[4] negotio praeponerent neque inde abduci sine decur. dereto, et M. M. Remmis Rufis patri et fil. publice gratias agei, quod iterationem honoris eorum non ambitionei neque iactationi suae dederint sed in cultum municipi et decorem contulerint.

Ex ruderibus Herculanei extracta saec. XVI (X 1453 bis descripta). Versuum distributio incerta est. — 1) *Similiter supra N. 272.* — 2) *De ea re ita censuere.* — 3) *Scr.* habere. — 4) *Sic alterum apographum,* servos eius . . . mpius est . . . neg. *alterum; fuisse* servos quei eius rei k. *(kausa)* emptus est erit *proposuit Momms.*

Titulos in ipsis ponderibus vel mensuris scriptos alio loco dabimus (instr. dom.).

5617 C. Popillius Philodespotus | Iovi d. d. mensam et horolog.

Allifis, mensa (IX 2324 vidit Mommsen).

Alias horologiorum mentiones habes supra N. 4845. 5548. VI 10237. VIII 4515. X 1617. XIV 3947 cet. In horologio solario est XI 1749.

5618 Q. Murrius | Thales | horilegium | col. fabr.[1] d. d.

Tarracone (II 4316 vidit Huebner). — 1) *Collegio fabrum.*

5619 L. Sepunius L. f. Sandilianus, | M. Herennius A. f. Epidianus | duovir. i. d., scol.[1] et. horol. | d. s. p. f. c.[2]

Pompeiis in foro triangulari, hemicyclium, est Neapoli (X 831 vidit Mommsen). — 1) *Scholam.* — 2) *De sua pecunia faciundum curarunt.*

Iidem duoviri etiam in aede Apollinis horologium dedicaverunt, X 802.

5620 L. Saufeius | L. f. Claud. | Clemens | scholam et | solarium[1] | dedit.

Nogarè in valle Cadorensi (cf. N. 5622) rep. (V 8801 bis descripta). — 1) *Similiter N. 5392.*

5621 P. Maiu[*s*] M. f., P. Allius M. f. | praef. solar. f. c.

Inter Aeclanum et Compsam, prope Rocca S. Felice, lapis longus magis quam altus, litteris pulchris et antiquis (IX 1027 vidit Dressel).

5622 in honorem | [*Neronis*][1] Claudi | Caesaris Augusti | Germanici | Sex. Paeticus Q. f. | Tertius et | C. Paeticus Sex. f. | Firmus | horilogium cum sedibus | paganis Laebactibus | dederunt.

Castel Lavazzo in valle Cadorensi (inter Bellunum et Pieve di Cadore), ubi fuit pagus Laebactium (V 2035 saepius descripta a saec. XV ad initium saec. XVIII). — 1) *Vocabulum erasum esse pars auctorum significat.*

5623 M. Val. M. f. Quir. Marc[*ellus aed., II*]vir munic. Aurgi[*tani*][1], | accepto loco a republic. horologium omni [*inpensa sua editis ludis*] circensibus et ludis scaenicis [*d. d.*].

Tucci (Martos) in Baetica (II 1685 vidit Huebner). — 1) *Cf. N. 5657.*

5624 horologium cum suo aedificio et | signis omnibus et clatris | C. Blaesius C. fil. Voltinia Gratus ex HS n. $\overline{X}$ | et eo amplius ad id horologium adminis|trandum serúm[1] HS n. $\overline{IIII}$ d. s. p. d.

Talloires prope Annecy Sabaudiae (XII 2522 vidit Hirschfeld). — 1) *Servum (apicem geminandae litterae causa positum putat Hirschfeld; cf. N. 5401 not. 3).*

5625 I. o. m. et Iunoni regin. | pro sal. imp. M. Aur. An|tonini Pii Aug. et | Iuliae Aug. matris Aug.[1], | M. Ulp. Mucianus mil. leg. XIII Gem. | horologiar. templum a solo de suo ex voto | fecit, Falcone et Claro cons.[2]

Apuli (Carlsburg) in Dacia (III 1070 cf. p. 1390 ter ut videtur descripta saec. XVI, partes praeterea saec. XVII. XVIII). — 1) *Titulus positus inter a. 212 et 217.* — 2) *A. 193 (hoc anno templum votum esse putat Momms.).*

5626 . . . . [*M.*] Aur. Cominius Cassia[*nus*[1] *leg. Auggg. pr. pr. c. v.*] septizonium marmorib. musaeo et omni cultu vetustate dilabsum restituit.

Lambaese in nymphaeo (VIII 2657 cf. 18105 fragmenta disiecta viderunt Renier Wilmanns Schmidt). — 1) *Cf. supra N. 1154.*

Aliud septizonium (sive septizodium) Africanum novimus ex titulo supra N. 5076. Inscriptionem septizonii urbani a Septimio Severo anno 203 extructi habes VI 1032. De septizoniis conferendus praeterea E. Maass die Tagesgötter (Berl. 1902) cap. I.

5627 C. Quinctius C. f. Valgus[1], | M. Porcius M. f., duovir. | quinq. coloniai honoris | caussa spectacula[2] de sua | peq. fac. coer. et coloneis | locum in perpetuom deder.

Pompeiis rep. in amphitheatro lapides duo gemelli, alter humi locatus ad portam occidentalem, alter similiter ad orientalem (I 1246. X 852 imaginem Ritschl tab. LXXVII e). — 1) *Cf. supra N. 5318, infra N. 5636.* — 2) *Cf. Nissen pomp. Studien p. 118.*

5628 Ummidia C. f. | Quadratilla[1] | amphitheatrum et | templum Casinatibus | sua pecunia fecit.

Casini in amphitheatro rep., extat Monte Cassini (X 5183 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 5183 not. 1. Filia fuit C. Ummidii Quadrati, supra N. 972.*

5629 M. Ⅎarenus[1] Clari[2] l. [*T*]yrann[*us*] . . . . . | amphitheatri partem dimid[*i*]am in sol[*o publico, dimidiam in privato?*]. . . . . .

Praeneste (XIV 3010 vidi particulam principia versuum continentem). — 1) *De littera Claudiana cf. N. 4375 not. 5.* — 2) *Patroni huius Vareni Tyranni, M. Vareni Clari, titulus scriptus a. p. C. 21, est X 1333.*

5630 huius pater ad am|phitheatri dedica|tionem HS ↀ ↀ p. [*e.*][1] | et operas n. CC.[2] | M. Tullio | M. f. Cam. | Rufo, filio | M. Tulli Blaesi[3], | Tullia | Beronice mater | et Tullia | Blaesilla soror. | L. d. s. c.

Tibure (XIV 4259 viderunt Gatti et Bormann). — 1) *Sestertium viginti milia pollicitus est.* — 2) *Huc usque scriptum in plintho basis.* — 3) *Huic posita est basis una reperta XIV 4258, idemque memoratur in latere basis Tiburtinae supra N. 1061, unde apparet eum vixisse temporibus Hadriani.*

5631 P. Atilio | Philippo | ornamentis | decurion. Brixi[*ae*] | Veron. Cremon. [*honorato*] | et iure quattuor [*liberorum*][1] | usuq. anulor. a d[*ivo*] . . . . ., | ex postulation[*e populi*] | ob liberalita[*tem eius quod*] | in opus amp[*hitheatri*] . . . . .

Brixiae (V 4392 cf. p. 1079 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 3952 (Momms. aliquando cogitaverat de iure quattuordecim ordinum, scilicet in eis sedendi).*

5632 dd. nn. Valentiniano et Valente senper *(sic)* Augg.[1] | Lol. Cyrius princ. cur.[2] et eritor duodena[3] de propio *(sic)* suo | vetustatem *(sic)* conlapsum at statum pristinum red[*u*]c.[4] | amphiteatrum cum portis posticiis[5] et omnem fabric[*am*] | arene, nepus Lol. Cyri princ. cur.[2] et ante eretoris[6], filius Lol. | Claudi princ. et patroni curiae, pronepos Messi Gorgotis | princ. Filiciter *(sic)*.

Velitris, litteris pravis et inaequalibus (X 6565 vidi). — 1) *A. 364/367.* — 2) *Principalis curiae.* — 3) *Erogator munerum duodecim? (Momms.).* — 4) *Reducsit.* — 5) *Posterulis (cf. supra N. 5340 not. 4).* — 6) *Erogatoris? (Momms.).*

5633 salv[*is dd.*] nn. Theodosio et Placido V[*alentiniano Augg.*][1] | Ruf[*ius*] Caecina Felix Lampadius v. c. [*et inl., praef. urb.*] | ha[*re*]nam amphitheatri a novo una cum po[*dio et portis* | *post*]icis[2], sed et reparatis spectaculi gradibus [*restituit*].

Romae rep. in amphitheatro Flavio (VI 1763 = 32089 contulit Huelsen). — 1) *A. 425—450.* — 2) *Memorat has portas vit. Probi 19: edidit . . . in amphitheatro centum iubatos leones, . . qui omnes* [*e*] *posticis interempti sunt (Huelsen ad VI l. c.).*

Ad restitutionem amphitheatri Flavii factam Theodosio et Placido Valenti-

niano imperantibus spectant praeterea tituli VI 32086—32088 (Bull. arch. comunale 1880 p. 226. 227).

5634 [*salvis d d. nn. L*]eone et A[*n*]themio[1] p. p.[2] Au[*gg.*][3], Messius Phoe[*bus* | *Severus*][4] v. patric.[5], co[*s. ord., hare*]nam amphitheatri longi tem[*poris*] . . .[6] . . . . esset extinctum pro beatitudin[*e*] . . . .

Romae rep. in amphitheatro Flavio, fragmenta epistylii (VI p. 860 n. 100 et denuo VI 32091 vidit Huelsen; Lanciani bull. arch. comunale di Roma 1880 p. 229 n. 18). Ex simili titulo supersunt fragmenta VI 32092 = Bull. comunale 1880 p. 229 n. 19. — 1) *Inter* An- *et* themio *videtur aliquid interpositum fuisse.* — 2) P^s P^s *lapis.* — 3) AVGG *lapis. Titulus positus inter a. 467 et 472.* — 4) *Eiusdem viri nomen bis incisum in corona marmorea quae cingebat podium amphitheatri, sic:* Messii Phoeb[*i Severi p*]raef. urbi patricii consulis o[*rdinarii*] *(VI 32188);* Mess. Phoeb. *(correctum ex* Pheb.) Severi v. inl. [*patri*]cii consul. ord. *(VI 32189, pars est iam VI p. 858 n. 34). Intellegitur Severus consul occidentalis anni 470, Flavius Severus dictus in t. Nolano X 1343 (cf. Mommsen chron. min. III p. 536).* — 5) $PATRIC^s$ *lapis.* — 6) *Litterae dimidiatae, fortasse* ALITR . . . .

5635 Decius Marius Venantius | Basilius v. c. et inl., praef. | urb., patricius, consul | ordinarius,[1] arenam et | podium quae abomi|nandi terrae mo|tus ruina pros|travit, sumptu pro|prio restituit.

Romae in amphitheatro Flavio, basis (VI 1716^b *= 32094*^{b} *vidit de Rossi; Huebner ex. scr. epigr. 732). Eodem loco duae aliae bases iisdem verbis inscriptae prodierunt (VI 1716*^{ac}*).* — 1) *Videtur esse Basilius Venantius consul occidentalis anni 508.*

Adde titulos supra N. 411. 829. 2689. 5157; VIII 2488. X 6429. XI 3112 cet.

5636 C. Quinctius C. f. Valg., | M. Porcius M. f. | duovir.[1], dec. decr. | theatrum tectum | fac. locar. eidemq. prob.

Pompeiis in theatro minore sive odeo, lapides duo gemelli, in duabus portis aedificii (I 1247. X 844 vidit Mommsen). — 1) *De his duoviris cf. N. 5627.*

5637 L. Annius L. f. Mammianus Rufus IIvir quinq. theatr. orch. s. p.[1] | *(Litteris minoribus)* P. Numisius P. f. arc[*hi*]tec[*tus*].[2]

5637^a L. Annius Mammianus Rufus IIvir quinq. theatr. orchestr[*am*] de suo.

Herculanei in theatro rep., fragmenta multa, extant Neapoli in museo (X 1443. 1444 vidit Mommsen; tertius similis titulus est X 1445). — 1) *Sua pecunia.* — 2) arc . . . tec . . . *apographum factum saec. XVIII, hodie superest* ar . .

5637^b P. Nu[*misius*] P. f. Men. architectus.

Neapoli in museo (X 1446 principium vidit Nissen, partem reliquam Mommsen).

5638 M. M. Holconii Rufus[1] et Celer cryptam, tribunalia[2], theatrum[3] s. p.

Pompeiis in theatro maiore, complura exempla eiusdem inscriptionis, nunc duo Neapoli in museo (X 833. 834 vidit Mommsen; similis fuit etiam X 835). — 1) *Iisdem Rufo et Celeri in eodem theatro complures statuae positae fuerunt (X 837 seq.). Rufus duovir quartum iure dicundo fuit a. u. c. 751/2, teste titulo*

X 890. Cf. infra inter municipales. — 2) *De crypta dixit Nissen pomp. Studien p. 248, de tribunalibus p. 249.* — 3) *Quid in theatro Pompeiano mutaverint (nam extitit illud sine dubio multo ante Augusti tempora) vel addiderint Holconii, quaesiverunt Puchstein archaeol. Anzeiger 1896 p. 30. 40; Mau Pompeji p. 136.*

5638a M. Artorius M. l. Primus | architectus.

Pompeiis in eodem theatro rep., est item Neapoli (X 841 vidit Mommsen). Eiusdem architecti est titulus in basilica Pompeiana rep. X 807.

Ad unum ex theatris urbis Romae spectat N. 793 cf. N. 5050 v. 157.

5639 divo Augusto sacrum | pro salute Ti. Claudi | Caesaris August. Germ. | Ti. Claudius Arucae fil. Capito | sacerdos Aug. theatrum, quod | Lupus Anthi f. ligneum posuerat, | d. s. p. lapideum restituit.

Fori Segusiavorum (Feurs prope Lyon) rep. a. 1887 (XIII 1642 Hirschfeld vidit eclypum).

5640 Neroni Claudio divi Claudi f. Ger[*manici Caes. n. Ti. C*]aesaris [*pron. divi*] Aug[*usti abn. C*]aesar[*i*] Aug. Germanico pont. max., trib. pot. III[1], imp. III, cos. II designato III, proscaenium et orchestram cum ornamentis, Augustalis perpetuus[2] C. Heius Primus Cato[3], Heia . . . . . . [*d. d.*]

Olisipone (Lisboa) in ruderibus theatri rep. a. 1798 (II 183 fragmenta epistylii ingentis descripserunt Cenaculo et Azevedo Portugallenses). — 1) *A. 57.* — 2) *Hoc nomini praepositum etiam II 196.* — 3) *Idem memoratur II 196.*

5641 . . . N. f. Faber M. Fisius C. f. M. Vibius P. [*f.*]
. . . sius St. f. M. Baibilius L. f. T. Hostiu[*s*] . . [*f.*]
cu[*ne*]os duos in teatro faciendos coi[*raver.*]

Capuae rep., est Neapoli (I 572. X 3782. Ritschl tab. LXIV g). In eodem saxo, postea ut videtur, anno u. c. 683, incisus est titulus X 3783, quem infra dabimus inter municipales.

5642 T. M[*u*]ttius P. f. Celer | IIIIvir q. theatrum | aluendum[1], gradus | faciendos curavit se|natique consultum | fecitque[2], utei pequ|niam populo, pageis | retrib.[3]

In turri ecclesiae S. Pelini, ubi fuit Corfinium (IX 3173 semel descripta circa a. 1700). — 1) *Quid subsit, nescio.* — 2) que *abundat.* — 3) *Retribuerent. Liberalitate sua videtur effecisse, ut tributum popularibus restitueretur, ad quam rem opus erat senatus consulto, cuius ipse auctor fuit.*

5643 T. Annius T. f. Rufus, | L. Septimius Sa.[1] f. Dentio, | L. Annius T. f. Gritto magistr.[2], | ex pagi d.[3] scaina[4] fac. coir. | T. Annius T. f. Ruf., L.[5] T. f. Gritto | probaverunt.

Prezzae, inter Sulmonem et Corfinium, ubi videtur fuisse pagus Lavernae (I 1280. IX 3137 vidit Dressel; imaginem Ritschl tab. XCIV E). — 1) *Salvii.* — 2) *Magistri, sc. pagi Lavernarum.* — 3) *Decreto.* — 4) *Scaenam.* — 5) *Nomen gentilicium omissum, spatio vacuo relicto, scilicet supplendum ex praecedentibus.*

5643a Neratius Palmatus v. [c.] . . . . . | etiam frontem scaenae o . . . .

Syracusis 'in fornice candidi marmoris' (X 7124 solus descr. saec. XVII Gualterus).

5644 Melanthus P. Deci[1] | et collegae, mag. He.[2], | tribunal novom a solo fecer., | theatrum et proscaenium refecer., | ludis scaenicis biduo dedicar., | d. s. p.[3]

Trasacci in Marsis, ubi fuit vicus Supinas, cf. supra ad N. 3814 (IX 3857 vidit Mommsen). — 1) *Sc. servus.* — 2) *Magistri Herculis.* — 3) *De sua pecunia. Alius titulus theatri et proscaenii est XI 2170. Cf. item supra N. 3662.*

5645 C. Dexius L. f. Max[*umus*][1] cur. porticum theat[*r*.], | cryptam perfi[*cienda cu*]ravit; quoi in operibus | publiceis quae s[*upra s. s., ex*] s. c. inscriptio data est. | T. Albius C. f. Pansa IIIIvir i. d., [*p*]ont., C. Albius T. f. Pansa filius IIIIvir, | opus theátri perfect. in muliebrib.[2] aerámentis adórnaver.

Interamnae (Terni) in Umbria (XI 4206 vidit Bormann). — 1) *Ad eundem pertinere coniecit Bormann fragmenta XI 4207. 4208.* — 2) *Quid sit, latet.*

5646 in h. d. d. et | numinibus Augg., I. o. m. | L. Ammia[*tius*] Gamburio | proscen[*ium*] cum tribun|ali et eo [*ampl*]ius X̶ L[1], ex q|uorum [*usur*]is tutela prosceni et ludos omn|ibus annis pri. kal. Mai.[2] | curatores vici procu|rare debunt *(sic)*, fide mandavit. D. d. Saturnino et Gallo cos.[3]

Bitburg in Treveris rep. (Hettner Westd. Korrespondenzbl. 1890 p. 247). — 1) *Intellege: denariorum quinquaginta milia (in lapide fuerit* L̄). — 2) *Hunc diem incidere in ludos Florales (cf. supra N. 5057; C. I. L. I ed. 2 p. 317) monet Hettner.* — 3) *A. 198.*

5647 . . . . . . [*Libe*]ralis iun. et Liberia f[*ilii eius*][1] | . . . . . . ie adusque concamarationes compa[*raverunt*] | . . . . . . XIII inluminaverunt easque cancellis marmoreis . . . . | . . . . . . [*exornav*]erunt, delphinis binis per vias theatri adiunctis, la . . . . . . | . . . . um XIIII lapidibus eius per antigrados stratis marmo[*reis*] . . . . | . . . . ordi . . . . xtro . . . . m podiis marmoreis vias dextra lae[*vaque*] . . . . . | . . . . . . [*feceru*]nt [*de*]dicaveruntq. L. d. d. d.

Rusicade in theatri ruinis rep., iam Parisiis (VIII 7994 cf. p. 1879 vidit Wilmanns). — 1) *Ab iidem hominibus positi sunt tituli una reperti VIII 7995. 7996 etiam magis mutili.*

5648 M. Fabius Fronto | augur, p. i. d.[1], cum lu|dis scaenicis de|dit praeter dena|rios mille ad | opus theatri n̄.[2] | fili sui Senecio|nis. *(Ab altera parte)* pollicitus | Fusco II et Dex|tro cos.[3] | III non. Ian.[4], | dedicavit | isdem cos. | pri. kal. April.

Rusicade (Philippeville) in ruinis basilicae rep. (VIII 7988 vidit Wilmanns). — 1) *Praefectus iure dicundo.* — 2) *Nomine.* — 3) *A. 225.* — 4) *Dies votorum.* — *Ad idem theatrum pertinet N. 5077.*

5649 dd. nn. Diocletiano[1] Aug. VII et Maximiano[1] Aug. VI cos.[2] | kal. Aprilib., | porticus theatri sumptu publico | coloniae Ammaedarensium restitutae.

Ammaedarae in Africa (VIII 309. 11532 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Nomina imperatorum erasa legere potuit Schmidt.* — 2) *A. 299.* — *Cf. etiam N. 5546.*

5650 Clau. Rog[*atus*] | in theatr[*o*] | manu sua | deiecit[1] *(vir togatus dolabram utraque manu tenens).* N. CCCC[2].

Patavii (C. I. L. suppl. Ital. I 599 vidit Pais). — 1) *Quid manu sua, dolabra scilicet usus, Claudius Rogatus, sive quo alio nomine fuit, in theatro deiecerit, non divino (Momms.).* — 2) *Cf. N. 5202 not. 7.*

Genio theatri *dedicatus est titulus supra N. 3662.*

5651 N. Plaetorio Oniro | Augustali | biselliario, | honorato ornamentis | decurionalibus, | populus Abellanus | aere conlato, quod | auxerit ex suo ad | annonariam pecuniam | HS $\overline{X}$ $\bar{n}$. et vela[1] in thaeatro *(sic)* | cum omni ornatu | sumptu suo dederit. | L. d. d. d.

Abellae (X 1217 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 5144. 5145.*

5652 imp. Antonino Aug. P[*io*] | Antonia Cn. fil. Picentina C. C. . . | Secundi praetori[1], patron[*i colo*]|niae[2], sacerdos divae Fau[*sti*]|nae, statuas, quas ad exo[*rnan*]|dum theatrum promi[*serat, Fa*]|leriensibus posuit et [*ob ded.*] | decurionibus plebi urbanae div[*isionem*] | dedit.

Falerione in Piceno rep. (IX 5428 vidit Mommsen). — 1) *Praetorii (viri).* — 2) *Sc. uxor.*

5653a M. Cantrius M. f. Marcellus IIvir pro lud. lum.[1], cuneos III f. c.[2] ex d. d.[3]

5653b N. Istacidius N. f. Cilix IIvir pro lud. lum.[1]

5653c L. Saginius IIvir. i. d. pr. lu. lu.[1] ex d. d.[3] cun.[4]

5653d L. Saginius IIv. i. d. p. l. l.[1] ex d. d.[3] c.[4]

5653e mag. pag. Aug. f. s.[5] pro lud. ex d. d.[3]

Pompeiis in amphitheatro, in podio quod cingit harenam, litteris plerumque ad harenam, semel ad sedes spectatorum versis (X 857 d a. 855. 856. 855 vidit Mommsen cf. Fiorelli descrizione di Pompei 1875 p. 75; Mau Pompeji p. 202. Omisi similes inscriptiones X 854. X 857 b c). — 1) *Pro ludis, luminibus (cf. infra N. 5683).* — 2) *Faciendos curaverunt.* — 3) *Ex decreto decurionum.* — 4) *Cuneum.* — 5) *Magistri pagi Augusti felicis suburbani (cf. N. 5198 not. 3).*

5654a . . . [*qu*]ib. in theatr. lege pl. ve[1] [*scito sedere* | *l*]icet, p.[2] XII . .

5654b . . equiti[*bus*] . . .

5654c [*prae*]text[*atis* | *p.*] VIIIS.

5654d [*paedagogis p*]uero[*rum*][3].

5654e [*hos*]pitib[*us publicis*].

5654f client.

Romae in amphitheatro Flavio, in graduum in quibus spectatores sedebant parte anteriore, rep. a. 1811, praeter postremam, cuius particulae a. 1880 et 1895 demum prodierunt; litteris saec. p. Chr. I vel II (VI 1796, 4—8 praeter postremam; Lanciani Bull. arch. comun. 1880 p. 238. 270. 277. 281 n. 238 praeter postremae partem priorem; omnes VI 32098 a—f vidit Huelsen. Omisi frustula minima VI 32098 g—k = Bull. comunale 1880 p. 281 n. 235—237. 239). — 1) *Plebisve.* — 2) *Pedes.* — 3) *Cf. Suet. Aug. 44.*

Ad distributionem locorum in amphitheatro Flavio factam a. p. Chr. 80 spectat N. 5049.

Inscriptiones in podio amphitheatri Flavii ad designanda spectatorum loca aetate labente incisas post Lancianium (Bull. comunale 1880 p. 245—249 n. 33—85; p. 249—267 n. 86—226) edidit Huelsen VI 32099—32151. 32152—32250 (illas saeculi p. Chr. IV, has exeuntis saec. V vel ineuntis sexti). — Similes inscriptiones amphitheatri Carthaginiensis edidit Delattre mém. des antiquaires de France 57, 1898 p. 142 seq.; Syracusanas habes X 7130, Arelatenses XII 714, Polenses V 85, Lugdunenses XIII 1667, Parisiacas XIII 3035, Lambaesitanas VIII 3293, Aquincenses III S. 10493.

5655 eq. g. III[1].

Arausione in theatro, in gradus eius qui infimus est omnium, parte anteriore (XII 1241ª vidit Hirschfeld). — 1) *Equitum gradus tres.*

5656 n.[1] Atr. et Ovidis[2] loca n̄.[3] XXV d. d. d. N.[4]; n.[1] Rhod. et [*A*]rar.[5] XL d. d. d. N.

Nemausi in amphitheatro, in podio ut videtur quod caveam cingit (XII 3316 cf. p. 836 vidit Hirschfeld). Ex altero exemplo eiusdem tituli videtur superesse XII 3317. — 1) *Nautis.* — 2) *Nomina fluviorum hodie dictorum l'Ardèche et l'Ouvèze, ut probabiliter coniecit Germer-Durand.* — 3) *Numero.* — 4) *Data decreto decurionum Nemausensium.* — 5) *Nautae Rhodanici et Ararici saepe memorantur in titulis Lugdunensibus (cf. C. I. L. XIII p. 254).*

5657 L. Manilius Gallus et L. Man[*i*]lius Alexander Aurg.[1] ob hono|rem VIvir. secundum petitionem m. m.[2] optimi patroni[3] loca spectacul. | numero CC singuli ex duplici pecunia | decreto optimi ordinis municipib. m.[4] Aurgita|ni dederunt donaverunt.

Iaen Andalusiae, ubi fuit municipium Aurgi (II 3364 bis descripta saec. XVII). — 1) *Aurgitani.* — 2) *Municipum municipii.* — 3) *Patronus mihi videtur appellari ipsum municipium honoris causa.* — 4) *Municipii.*

Ex reditibus locorum amphitheatri *est supra N. 411.*

5658 C. Licinius Badius | podium circi p. C | sua impensa d. d.

5658ª T. Cassius Celer | podium circi | pedes C | sua impensa | d. d.

Prope Taviram in ora Lusitaniae, ubi fuit Balsa, rep. (II S. 5165. 5166 Huebner vidit ectypa). Secundam inscriptionem litteris multo peioribus et minoribus scriptam esse quam alteram ait Huebner.

5659 loca n. Ð in circ. | Sex. Iul. Ianuarius[1] | aedil. dat.

Lugduni (XIII 1919 semel descripta). — 1) *Idem memoratur XIII 1805.*

Ad loca in circo urbis Romae attributa spectare videtur N. 286 (sed cf. Mommsen Staatsrecht III p. 446 not. 3).

5660 L. Valerius Amandus | et L. Valerius Lucumo | podium[1] in circo p. dec.[2] | ob honorem IIIIIIvir. | ex decreto decurionum | d. s. p. f. c.

Zafrae in Baetica (II 984 cf. Eph. ep. 8 p. 384 descr. saec. XVII Rodericus Caro). — 1) lucum ob odium *aliud exemplum.* — 2) p. DC *praefert Momms.*

5661 Dec.[1] Claud. Iuvenal. Sar|dicus[2], perfectis metis | et ovaris[3] itemque tribu|nali iudicum, quae ob me|moriam Claudiorum Ru|finiani fili, bonae memo|riae iuvenis, et Rufinia|ni et Victorini nepotum, | et Longania Primosa[4] | bonae memoriae femi|nae, uxor eiius, mater et | avia

Claudiorum, et | Kaninia Respecta[4] bonae | memoriae feminae, | nura eiius et mater | Claudiorum, prov. | CLXXXVIII[5].

Auziae (Aumale) Mauretaniae (VIII 9065 semel descripta). — 1) *Decennius; cf. supra N. 4491.* — 2) *Idem nomen in alio lapide eiusdem hominis* Aiedius *legit Purgold (VIII S. 20756). Idem homo cum iis qui sequuntur memoratur in aliis titulis Auziensibus, unde apparet eum multa opera publica Auziae fecisse (supra N. 4491. VIII 9066. 9067 = 20756; cf. VIII S. 20757).* — 3) *Haec ad circum spectant, cf. Friedländer apud Marquardt Staatsverw. III² p. 516 not. 1.* — 4) *Videtur requiri casus secundus (aut postea scribendum* femina*). Quidlibet statueris, oratio hiat.* — 5) *A. p. C. 227.*

5662 ..... | [*s*]u[*mm*]ae adfectionis erga rem publicam, sicut ludum | gl[*a*]diatorium omni inpensa sua, ita spoliarium | a fundamentis exstructum ornatumque pro nitore | civitatis rei publicae dono dedit.

Romae rep. in Esquiliis (VI 31917 vidit Huelsen). Titulum quamvis Romae eruderatum, origine puto Praenestinum, collato titulo Praenestino Cn. Voesii Apri, quem vide infra inter municipales (= XIV 3014).

5663 ....[1] | [*P.*] Cornelius P. f. Gramme .... | .. lipax et P. Cornelius P. f. P. n. Long ..., | pater et f., pro honore IIvira[*tus* | *s*]phaeristerium fecerunt.

Centuripis rep., est Panormi (X 7004 vidit Mommsen). — 1) *Vocabulum erasum, fortasse imperatoris nomen (..* C \ ... VI ... *agnovit Momms.).*

Sphaeristeria sunt etiam in t. Nemausensi XII 3304. Sphaeristeria plerumque videntur coniuncta fuisse cum balneis (Plin. ep. 2, 17, 12. 5, 6, 28; Suet. Vesp. 20; Dig. 17, 1, 16).

5664 P. Lucanius L. f. Ter. Quadratus IIvir, augur, q. II, balneum solo, peq. sua dedit. Cassia P. f. uxor et Lucania P. f. Procula.

Venafri (X 4884 semel descripta saec. XV). Versuum divisio incerta.

5665 Q. Pettius Q. f. Tro. Curva, | C. Maecius C. f. Ouf. pr. | duovir.[1], balneum ex | d. d. de peq. pob. fac. cur. | Q. Pettius Q. f. probavit.

Saponarae, ubi fuit Grumentum (I 1263. X 221 Ritschl tab. LXXVIII a). — 1) *Praetores duoviri.* — *Ad balnea Grumentina pertinet etiam titulus supra N. 586.*

5666 L. Agusius Cn. f. L. n. Mussus, | C. Arrenus T. f. Rufus | octoviri iterum, | balneas refic. d. c. s. c.[1]

Prope Interamniam Praetuttiorum (Teramo) rep. (IX 5067 vidit Dressel). — 1) *Reficiendas de conscriptorum sententia curaverunt.*

5667 Q. Vibuleius L. f., | L. Statius Sal. f. | duovir., | balneas reficiund., | aquam per publicum | ducendam d. d. s. | coeravere.

Praeneste (I 1141. XIV 3013 vidi; imaginem Ritschl tab. LIII b).

5668/9 balineum refectum | dec. decr. pecun. public. | partis Peltuinatium[1].

Olim in vico Castelnuovo prope rudera Peltuini, iam Aquilae (IX 3430 vidit Dressel). — 1) *Sic videtur fuisse etiam in alia inscriptione eiusdem loci IX 3420.*

26*

5670 decreto centumvir[*um*[1] | *b*]alneum refectum cu[*ra*]|.. Valeri Cerialis IIIIvir., pe[*c.* | *pu*]blica et ex ~~HS~~ ternis milli[*bus* | *q*]uae contulerunt sevirales ii quo[*rum* | *no*]mina infra scripta sunt: | ... ntinius Graptus, L. Ampius Nei .., | .. [*D*]omitius Apollonius, L. Domitius H ...[2], | .. [*P*]apirius Oriens.

Curibus rep. (IX 4978 semel vel bis descripta). — 1) Cf. supra N. 460 not. 2 et infra inter municipales. — 2) H .. *vel* F ....

5671 Q. C. Poppaeei Q. f. patron. | municipi et coloniai[1] | municipibus, coloneis[1], incoleis, | hospitibus, adventoribus | lavationem in perpetuom de | sua pecunia dant.

Interamniae (Teramo) Praetuttianorum (IX 5074 vidit Dressel). Inscriptionis gemellae fragmentum est IX 5075. — 1) Apparet Interamnates extrema aetate liberae rei publicae, cuius temporis videtur esse hic titulus, simul effecisse et municipium et coloniam.

5672 C. Aurunceiu[*s C.*[1] *f.*] | Cotta | colonis, incolis, hospit[*ibus*], | adventoribus servisqu[*e*] | eorum | lavationem[2] ex sua pecunia | gratuitam in perpetuom dedit.

Prope Praeneste in vico Zagarolo (XIV 2979 saepius descripta saec. XVI—XVIII). Lapis gemellus est XIV 2978, cuius partem vidit de Rossi. — 1) Praenomen patris suppletum ex XIV 2978. — 2) Lavatio est etiam in alio t. Praenestino XIV 3015.

5673 L. Octavio L. f. Cam. | Rufo trib. mil. leg. IIII | Scythicae, praef. fabr. | bis, duomviro quinq. ex | s. c. et d. d.[1], auguri ex d. d. | creato, | qui lavationem gratuitam | municipib.[2], incoleis, | hospitib. et adventorib., | uxsorib., serveis, ancilleis|que eor. in perpetuom | dedit, d. d. publ. patrono.

Suasae in Umbria, iam Urbini (XI 6167 = Orell. 2287 partem maiorem vidit Bormann). — 1) Duomviro quinquennali ex senatus consulto et decreto decurionum (mira haec senatus et decurionum distinctio). — 2) Quae sequuntur, fortasse semel tantum descripta saec. XVI. — Similes tituli V 376. 6522. 6668.

5674 dívus Aúg. parens | dedit; | !!!!!!!![1] Augustus | Germanicus !!![1] | refécit. | In huius balinei lavation. ~~HS~~ CCCC | nomin. C. Aviasi T. f. Senecae f. sui T. Aviasius Servandus | pater testament. legavit, ut ex reditu eius summ. | in perpetuum viri et impuberes utriusq. sexsus | gratis laventur.

Bononiae (XI 720 viderunt Bormann et Zangemeister). — 1) Vocabula erasa, quae Bormann putat fuisse C. Caesar *et deinde* p. p.

5675 divos Traianus | Augustus | concessa Tuscili | Nominati[1] heredit. | rei publ. Ricinens. | balneum et platias | rep. mandavit.

Ricinae in Piceno (IX 5746 vidit Mommsen). — 1) Idem memoratur Plin. ep. 5, 4. 13.

5676 Ser. Cornelius Ser. f. Dolabella Metilianus cos.[1] | balineum solo suo s. p. aedificavit et contexit. | M. Atilius Bradua cos.[2] et M'. Aci-

lius Aviola cos.[3], bonor. possessor.[4] | Dolabellae Metiliani, in hoc opus dederunt HS centena mil. n. | Res p. et populus Corfiniensis datis HS CLII[5] n. consummavit, curam agente | [*C. Alfio*] T. f. Ser. Maximo.[6]

Corfinii rep. (IX 3152 vidit Dressel praeter partes medias singulorum versuum). — 1) Fortasse filius P. Cornelii Dolabellae Petroniani consulis a. p. Chr. 86, frater P. Cornelii Dolabellae Metiliani Pompeii Marcelli supra N. 1049. Memoratur praeterea in fragmento tituli item ad balneum Corfiniense pertinentis IX 3153 et in t. urbano VI 16450. Quando consul fuerit, incertum. — 2) Is qui fuit consul a. 108, 3) consul a. 122. — 4) Bonorum possessores, scilicet post mortem Dolabellae. — 5) Sestertium centum quinquaginta duobus (milibus). — 6) Suppletum ex IX 3085. 3168.

5677 s. c. balneum Clodianum | emptum cum suis aedificis | ex pecunia Augustal. HS LX[1], | Q. Minuci Ikari, | C. Aufilli Suavis, | C. Aiscidi Lepotis, | N. Herenni Optati, | M. Caedi Chilonis, | M. Ovini Fausti.

Teani (X 4792 vidit Mommsen). — 1) Sestertium (nummum) milibus sexaginta. Singulis Augustalibus dena milia pro eo honore solvenda fuisse coniecit Mommsen.

5678 . . sibi et fil. suo Ne|[*p*]o[*t*]i ex HS LX n. poni iussit | et ob dedicatione earum | dec. X V[1], VIvir. X III, pleb. X II | dari iussit; item reliquit | ad balinei fabrica rei p. | Tif. Tib.[2] HS CL n.[3], quae ex sen|tentia Aemili Frontonis | cl. vir.[4], postea deinde Arri | Antonini[5] cl. vir. rei p. Tif. Tib. | ab Cipellis Profuturo et Pi|centino her. et ab Arruntia | Ampiana[6] her. Arrunti Grania|ni numerata sunt. Her. posuer. | L. d. d. d.

Tiferni Tiberini (Città di Castello) in Umbria (XI 5939 = Grut. 494, 5 vidit Bormann). — 1) Decurionibus denarios quinos. — 2) Rei publicae Tifernatium Tiberinorum. — 3) Sestertium centum quinquaginta milia nummum. — 4) Clarissimi viri. — 5) Cf. N. 1118. — 6) Eadem memoratur XI 5940.

5679 T. Várius T. f. Pol. Rúfinus | Gegánius Fácundus Víbius Márcellinus | equo publ., quinquennalic., nomine suo et | T. Vári Longi filii sui | balineum á L. Rufellio Sevéro[1] p. p., tr.,[2] factum, | quod rés publica á novo refecerat, incendio ex maxima parte | consúmptum operibus ampliátis pec. sua restituit.

Fani in Umbria (XI 6225 = Orell. 3890 vidit Bormann). — 1) Ad eundem videtur pertinere titulus mutilus XI 6224. — 2) Primopilari, tribuno.

5680 honóri | Q. Solóni Fabi Severini e. v., | ob merita eius praeterita et | praesentem liberalitatem | quo mátúrius balneum úsibus | plebis exhiberétur, fabri tign. Nem.

Nemausi (XII 3165[b] descr. saec. XVIII Seguier). Titulus legitur in lapide in quo antea ut videtur aliis usibus destinato incisus fuit titulus XII 3165[a].

5681 publicum | Interamnitum[1] | vectigal | balnearum[2].

In ora Piceni prope Giulia nuova rep., ubi videtur fuisse Castrum novum, est Giuliae (IX 5144 vidit Dressel). — 1) Sic videntur legendae esse litterae consignatae. — 2) Apparet Interamnates a Castronovanis vectigal balnearum exegisse,

fortasse ob aquam ex suo territorio Castrum novum adductam (Mommsen C. I. L. IX p. 485).

5682 numini domus Augustae | T. Claudius Faustus Regi[*n.*] et | Claudia Nais Fausti | balneum populo[1] et familiai | Caesaris n.[2] d. [*s.*] p. f. idemque | aquam in eius balnei usus | perduxerunt et consacrarunt | [*Nerone*][3] Caesare Aug. et Antistio Vetere | cos.[4]

In Chersoneso Thracica rep., prope portum Kilia, ubi fuit Coela (III S. 7380 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Videtur significari populus Coelanus, quamquam hic plenum municipii ius ab Hadriano demum accepit (cf. Momms. III l. c.).* — 2) *Nostri. Chersonesus ad Hellespontum res privata fuit Caesarum (cf. Dio 54, 29 qui tradit eam ex Agrippae hereditate pervenisse ad Augustum), unde explicatur familia Caesaris cum populo coniuncta.* — 3) *Vocabulum erasum.* — 4) *A. p. Chr. 55.*

5683 M. Valerio M. f.[1] | aed., dict.[2], | praef. iuventutis, | municipes compitenses veicorum | quinque[3], quod specus millia | passus[4] ∞∞∞ purgavit refecit, | fistulas reposuit, balnea virilia | utraque et muliebre de sua | pecunia refecit, populo viscerati. | gladiatores dedit, lumina ludos[5] | I. S. m. r. solus fecit.[6]

Romae, sed origine sine dubio Lanuvina (XIV 2121 servavit Fabretti). — 1) *Videtur deesse cognomen Valerii.* — 2) *Dictatori.* — 3) *Qui habitabant in quinque vicis ad idem compitum pervenientibus, quamquam hi compitales magis dici debuerunt quam compitenses (Momms.).* — 4) *Scr.:* passuum *(et delendum* millia*).* — 5) *Cf. supra N. 5653 not. 1.* — 6) *Iunoni Sospiti matri Reginae. Dea Lanuvii culta, cf. supra N. 316. 3097.*

5684 Alfia P. f. Quart[*a balneum*] | muliebre a solo [*fecit*], | eadem lapide va[*rio ex*]|ornavit, labrum aen[*eum cum*] | foculo, sedes posu[*it p. s.*]

S. Benedetto, ubi fuit Marruvium Marsorum (IX 3677 descr. Accursius).

5685 imp. Caes. divi Hadr[*iani fil. divi*] | Traiani Parthici n[*epos divi Nervae*] | pronepos T. Aelius H[*adrianus Antoninus*] | Aug. Pius pont. maxim[*us, tribun. potest.*] . ., | imp. II, cos. IIII, p. p., ther[*mas incendio*][1] | consumptas cum por[*ticibus et*] . . . . . | et basilicis et omni [*apparatu impensa*] | sua re[*stituit*].

Narbone (XII 4342 vidit Hirschfeld). — 1) *De incendio civitatis Narbonensis cf. vita Ant. Pii 9.*

5686 imp. Caes. L. Septimio Severo Pio Pertinaci Aug. et imp. Caes. M. Aurelio Antonino Pio Felici Aug. | senat. populusq. Lanivinus | in locum balnearum, quae per vetustatem in usu esse desierant, thermas ex quantitatibus, quae | ex indulgentia dominorum | nn. principum honorariarum summarum sacerdotiorum adquisitae sunt[1], item ex usuris | C[2] kalendari, ampliatis locis et cellis, a fundamentis exstruxit et dedicavit.

Lanuvii (XIV 2101 semel descripta). — 1) *Coniecit Mommsen, antea Lanuvii sacerdotes pro introitu aut nihil solvisse aut summam minorem, imperatores per*

misisse, ut talis exactio aut institueretur aut augeretur. — 2) *Centesimis.* — Thermae et balinea *in titulo Comensi quem infra dabimus inter municipales (= V 5279).*

5687 balneum Aurelianum ex liberalitate | imp. Caes. M. Aureli[1] Pii Fel. Aug., | servata indulgentia pecuniae eius, | quam deus Aurelianus[2] concesserat, | facta usurarum exactione | curante Statio Iuliano v. e. curatore | res [*p.*] refecit.

Caesenae (XI 556 bis ut videtur descripta saec. XV). — 1) *Probi vel Cari nomen hoc loco fuisse sed antiquitus erasum, lituram a descriptoribus neglectam, coniecit Mommsen.* — 2) *Cf. supra N. 585.*

5688 C. Sempronius C. f. Gal. Sempronianus IIvir bis, | pontufex perpet., Sempronia Fusca Vibia Anicilla | filia, thermas aqua perducta cum silvis agnuar.[1] | trecentarum pecunia impensaque sua omni d. d.

Iaen in Andalusia, ubi fuit municipium Aurgitanum (II 3361 vidit Huebner). — 1) *Cf. Varro de r. r. 1, 10, 2; Columell. 5, 1, 5.*

5689 T. Fl. Avito | Forensi II|vir. iter. qq., omnib. | munerib. functo — hic | idem ad lavacrum bal|near. publicar. ligni | duri vehes n. CCCC en|thecae[1] nomine in per|petuum obtulit, ita | tamen ut magistratuus | quodannis successorib. | suis tradant —, filio | T. Fl. Aviti v. e. patron. col., | ordo et popul. Misenat.

Miseni rep., est Neapoli (X 3678 vidit Mommsen). — 1) *Entheca est dos vel peculium praedii, id est praestatio quaedam cum praedio in perpetuum coniuncta, cf. Dig. 33, 7, 2, 1; cod. Theod. 15, 1, 12 (cum nota Gothofredi); Nov. Iust. 128, 8.*

5690 Fabius Maximus v. c. | rect. prov.[1] thermas | Sabinianas restituit, | curante ordine splendidissimo Telesinorum.

Telesiae (IX 2212 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 5341.*

5691 Fabius Maximus v. c., rect. prov.[1], | thermas Herculis vi terrae mo tus eversas restituit a fundamentis.

Allifis (IX 2338 vidit Mommsen). — 1) *Cf. ad eam quae praecedit.*

5692 Septimio Rusti|co v. c., cons. Camp., | provisori ordi|nis,[1] restaurato|ri thermarum, | ob insignem amo|rem splendi|dissimus ordo | et honestissi|mus populus | patrono praes|tantissimo.

Neapoli (X 1707 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. N. 1276.*

5693 balneum Veneris lon[*gi tempo*]|ris vetustate corruptum | Domitius Severianus v. c., con[*s.*] | Campaniae ad pristinam faciem [*aedifi*]|cavit, curante hac *(sic)* dedican[*te*] | Sentio Marso v. c., comite divinor[*um*][1], | curatore Capuensium, Literni[*norum*] | et Cumanorum.

Literni (Patria) rep. (Bull. inst. arch. 1885 p. 14 = Eph. ep. 8, 456). — 1) *Comitem divinorum palatiorum intellegit Mommsen* (principum *supplevit primus editor Salv. Dino).*

5694 thermas maritimas[1] intresecus refectione cellarum, foris soli adiectione, ddd. nnn. Valens Gratianus et Valentinianus victor. ac triumf.

semper Au[*ggg*.][2] | . . . Proculo Gregorio v. c., praefecto. annon. urbis Romae[3], curante decorarunt.

Ostiae rep., iam Romae (XIV 137 vidi). — 1) *Ad thermas Ostienses pertinet etiam titulus supra N. 334.* — 2) *A. 375/378.* — 3) *Ad Gregorium praefectum annonae rescripserunt Valens, Gratianus et Valentinianus a. 377 (cod. Theod. 14,3,15).*

5695 thermas rei p. h[*i*]ema[*les rog*]a[*nte*] | populo in ruinam [*de*]-lap[*sas*] | M. Aur. Valerius v. p., ducen[*ari*]|us, ex protectorib. lateri[*s*] | divini[1], de frugalitate sua cte| . . . . orum sa . . . . | [*aedifi*]cavit et la-va|ntes[2] rei p. tradidit, epulu|m quoque c[*i*]vibus suis ea | die praebu[*i*]t Messala et | Grato cos.[3], dedicante M. Aur. | Tiberiano v. p., praes. prov. Del.

In vico Viddo, ubi fuit Narona (III 1805 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 2785 not. 2.* — 2) *Nota thermas dici lavantes.* — 3) *A. 280.*

5696 provocati temporis beatitudinem dd. | impp. Constan[*ti et Constantis*][1] Augustorum[*q*]ue[2] nn., | volumptatem thermarum hiemalium Sex. Cluvius Mar|tinus et M. Caesolius Saturninus omnibus honori|bus functi, de sua pecunia ordini seu civibus Ocri|colanis ad meliorem pulcritudinem pro civica ad|fectione cum augmento operi novi exercientes[3] | adsi[*g*]na-verunt et dedicaverunt. | *(Iuxta)* die XVI | k[*a*]l. De|c[*e*]mbr. | Marce|llino et | Pro|bino | con|suli|bus[4].

Ocriculi (XI 4095 semel descripta saec. XVIII exeunte). — 1) *Post* Constani *(sic traditur) aliqua erasa esse notatur in apographo. Cf. supra N. 729 not. 1.* — 2) AVGVSTORVMOVE *traditur;* que *videtur delendum esse.* — 3) *Scr.* excientes *(Hirschf.).* — 4) *A. p. Chr. 341.*

5697 bonae originis suboli et | sinceritate praecipua praedi|to M. Caesolio Saturnino om|nibus honoribus functo, lauda|bili viro[1], restauratori therma|rum hiemalium cum Sex. Cluvio | Martino fratre suo, pro tantis | meritis erga se ordo et cives splen|didissimae ci[*v*]itatis Ocricolanae | statuam marmoream patrono dignissimo ad perenne tes|timonium publice | censuerunt. | Feliciter. *(In latere)* dedicata XVI kal. | Decembres | Marcel-li|no et Probi|no conss.

Ocriculi rep., est Romae in Vaticano (XI 4097 viderunt Henzen et Bormann). Una reperta est basis gemella Sex. Cluvio Martino posita (XI 4096). — 1) *Cf. Hirschfeld Sitzungsber. Berl. Akad. 1901 p. 607.*

5698 M. Sentio Crispino | decurialib. omnibus honer. | functo. Huic ordo et u|niversus populus ob | merita et labores eius | honorem bisel-liatus | et ornamenta decurio|natus gratuita obtulerunt, | quod opera thermarum es|tivalium[1] vetustate corrup|ta s. p. restituit exornavit|que, porticos etiam circum|cingentes colimbum[2] a solo | constituit, statuam[3] ampli|ficandam memoriam eius | ponendam censuerunt. | L. d. d. d.

Interamnae ad Lirim rep., litteris malis (X 5348 vidit Mommsen). — 1) *Eaedem thermae aestivae memorantur in titulo anni 408 (X 5349).* — 2) *Cf. N. 5732.* — 3) *Insere* ad.

5699 thermae Cassiorum | renovatae a solo iuxta iussionem | Numeri Albani v. c., p. p. L.[1], | curante Aur. Firmo, | Nepotiano et Facundo coss.[2]

Olisipone rep. a. 1771, pictum in tegula (II 191 cf. p. 810 descr. Cenaculo doctus Portugallensis). — 1) *Viri clarissimi, praesidis provinciae Lusitaniae.* — 2) *A. 336.*

5700 Pentascinensibus thermis, quae longo temporis | trac[*tu*][1] intercepto aquae meatu lavacris fre|[*que*]ntari desierant, undis largioribus afluen|[*tem ny*]mphalem aquam in meliores usus sua | [*impensa*] . . . Furius Cl.[2] Togius Quintil[*l*]us[3] | induxit, | [*curante*] . . . . lio Petrio v. p.

Tarenti rep. in caldario thermarum (Notizie degli 1896 p. 116 cf. Huelsen Roem. Mitth. 1896 p. 256). — 1) tracut, 2) C. I., 3) Quintilius *traditur. Idem Quintillus memoratur IX 1127.*

5701 salvis ddd. nnn. Valente Gratiano et Valentiniano[1] imp[*pp. perp. Auggg.*] | thermas Gratianas dudum coeptas et omissas mag. aput . . . . . . | Alp. Cott. extruxit ornavit et usui Segusinae reddidit civit[*atis*], ... | formavit, fistulas dedit, aquam deduxit, ne quid vel utilitati vel us[*ibus deesset*].

Segusione, postea Taurinis (V 7250 bis descripta). — 1) *A. 375—378.*

5702 florente imperio ddd. Aaaggg. q. nnn.[1] Grattiani *(sic)* | Valentiniani et Theodosi principum maximorum, | thermarum speciem ruinae deformitatem *(sic)* sordentem | et periculosis ponderibus inminentem, quae labantem[3] | populum metu sollicitudinis deterrebat, exclusa totius | scarie[4] vetustatis ad firmam stabilitate[5] usumq. tectorum | Anicius Auchenius Bassus v. c.[6], pro consule Campaniae | vice sacra iudicans, r[*e*]paravi in meliorem civitatis effigiem.

Antii rep., est Romae (X 6656 vidit Henzen). — 1) *Dominorum Augustorumque nostrorum.* — 2) *A. 379—382.* — 3) *Lavantem*, 4) *carie*, 5) *stabilitatem.* — 6) *Cf. supra N. 1262. 1263. 1292 (iam accessit t. Neapolitanus Notizie degli scavi 1892 p. 166).*

5703 Petronius Perpenna Magnus Quadratianus v. c. et inl., praef. urb., | Constantinianas[1] thermas longa incuria et abolendae civilis vel | potius feralis cladis vastatione vehementer adflictas, ita ut agni|tionem[2] sui ex omni parte perdita desperationem cunctis repa|rationis adferrent, deputato ab amplissimo ordine parvo | sumptu quantum publicae patiebantur angustiae, ab extremo | vindicavit occasu et provisione largissima in pristinam | faciem splendoremque restituit.

Romae, in ecclesia quadam montis Quirinalis iuxta rudera thermarum Constantinianarum, dudum periit (VI 1750 descr. Smetius aliique). — 1) *Cf. X 1126 (= Henzen 6526); Notit. urb. reg. VI. Aurel. Vict. Caes. 40.* — 2) *Agnitione.*

Ad thermas Diocletianas urbis Romae pertinet titulus supra N. 646, ad thermas Traianas N. 5716 cf. N. 5173.

5704 d. n. Constanti | max. vict. ac | triumfatori | semper Aug. | L. Cael. Montius[1] | v. c., procons. | Asiae iudex | sacr. cognit., | atrio ther-

marum | Constantianarum | fabricato excul|toque consti|tutit *(sic)* dedica|vitque.

Ephesi rep. in agora (III S. 14195, 28 descr. Heberdey). — 1) *Idem proconsul memoratur in titulis Clazomenio C. I. G. 3131 et Assio Papers of the American school of classical studies at Athens I p. 59 n. XXX; nec diversus videtur Montius, de quo Ammian. Marc. 14, 7, 12 seq.*

5705 tu modo, Frumenti, | domito virtute | rebelli |
respicis ac reparas | dumis contecta | lavacra.

Tigavae in Mauretania rep., tabula magni operis tessellati (VIII S. 21497 vidit Schmidt).

Adde N. 314. 406. 613. 703. 1029. 1128. 2637. 3458. 3720. 3924. 5767 seq. — Thermas castrenses habes supra N. 2218. 2456. 2457. 2548. 2620 (cf. not. ad N. 3720).

5706 C. Uulius C. f., P. Aninius C. f. IIv. i. d.[1] | laconicum et destrictarium | faciund. et porticus et palaestr. | reficiunda locarunt ex d. d. ex | ea pequnia quod *(sic)* eos e lege | in ludos aut in monumento | consumere oportuit, faciun. | coerarunt eidemque probaru.

Pompeiis rep. in thermis quas Stabianas dicunt (I 1251. X 829 vidit Mommsen; imaginem Ritschl tab. LXXI E). — 1) *Duoviri videntur fuisse aetate Sullana. Cf. Mommsen C. I. L. X. l. c.; Schoene apud Nissen pomp. Studien p. 140 seq.*

Ad balnea Pompeiana pertinent praeterea N 5723. 5724. 5726.

5707 [*ex auctori*]tate Luci Ocrae | [*dictatoris?*] municipi | . . . . oratus[1] et | . . . . . . Pr[*imi*]genius ob | [*honore*]m sexvir[*a*]tus apodyterium | [*ope*]re tectorio, quod vetustate de|[*ficie*]bat, refecerunt, [*it*]em piscinam ab no|[*v*]o fecerunt, labrum [*ae*]neum cum salientibus, | [*r*]ostris navalibus tr[*ibu*]s, posuerunt.

Lanuvii (XIV 2119 vidi). — 1) . . . oratus *vel* . . . dratus.

5708 Satellia M. f. Anus . . . . . | apodyterium ad novitatem re[*stituit*] | . . epistylis ceterisque marmoribus o[*rnavit*].

Capuae rep., est Neapoli (X 3922 vidit Mommsen).

5709 Maria Anthúsa et P. M . . . . . | baptistérium et cella[*m*] . . . | de sua pecunia ma . . .

Cotadino di Fara prope Cures Sabinos (IX 4974 vidit Mommsen).

5710 IIviri quinq. Philipp., augu[*r.*], . . . | Sermo, Turpilius Vetidius . . . [*per*] | Oppium Frontonem patrem [*thermas? refec.*] | adiecta cella natatori[*a*] . . . .

Philippis (Cavallae) (III S. 7342 viderunt Reinach et Purgold).

5711 . . . . [*b*]alineum fecit; | . . . . [*q*]q.[1] pavimentum tepidari s. p. refecit; | . . . . . . [*patro*]nus municipi signum Fortunae | . . . . idem balneum suspendit, tubu[*los*] . . . [*la*]cus piscinamque fecit | . . . . m vetustate corrup|[*tum*] . . . sua pecunia refecit.

Prope Maceratam Feltriam in Umbria, ubi fuit Pitinum Pisaurense (XI 6040 vidit Bormann). — 1) *Supplementum non certum.*

5712 ex avio loco et rupe | iam[1] minanti sta|tuas n. IIII marmoreas | at cultum et splendo|rem apodyteri ther|marum resp. col. | Thib. Bure transtulit, | provisione instanti|a Aureli Honorat. | Quetiani eq. R., cur. | rei p.

Thibursici Bure in Africa (Gauckler bull. archéologique du comité des travaux hist. 1898 p. CLV). — 1) *Fortasse* ruinam.

5713 Magnilianorum. | Q. Vetulenius Urbanus Herennianus | fl. pp., cur. r. p., apodyterium[1] novum | in dextera cellis exeuntibus | a solo constructum et scalas [*n*]ova[*s*][2], | cetera restaurata adq. statuis | marmoribus tabulis pictis | columnis [*al*]v[*ib*]us cellarum | cathedrebus[3] ornata, sumptu[4] proprio | cum Magniliano filio suo | florentissimo adq. prudentissimo[5] | adulescenti voto omnium [*ci*]viu[*m*] | perfecit adq. dedicavit et univer|se plevi *(sic)* epulum per tridum dedit nec | non et ludos scenicos exibuit *(sic)*.

In Africa loco dicto Bu-Scha (VIII 828 vidit Wilmanns; paullo aliter Toussaint Bull. du comité des travaux archéol. 1893 p. 209). Paene eadem inscriptio etiam in alio lapide est ibidem reperto, Bull. l. c. p. 210. — 1) apoditirium *Toussaint in duabus inscriptionibus, et similia passim.* — 2) constructum piscinas duas *Toussaint in hac* (constructum et piscinas duas *in altera).* — 3) columnis ingressu cillaru | alisq. reb. ornata *Toussaint in utraque.* — 4) sumtu *Toussaint.* — 5) *Sic Toussaint in utraque (Wilm. pauca agnovit).*

5714 pro salute dd. nn. Diocletiani et Maximiani Aug. | cella unctuaria, quae per seriem annorum in usu non fuisset, saeculo | eorum restituta et dedicata est Aurel. Aristobulo procos.,[1] c. a.[2] Macrinio Sossiano[3] l[*eg.*] c. v.

Thagorae (Taûra) Numidiae (VIII 4645 bis descripta). — 1) *Cf. supra N. 5477 not. 1. Ceterum de hoc viro iam conferendus Pallu de Lessert fastes des provinces africaines II p. 1 seq.; proconsul videtur fuisse per annos 290—294.* — 2) *Curam agente.* — 3) *Cf. N. 5477.*

5715 salvis ac florentibus dd. nn. Honorio et Theodos[*io*] | perpetuis semper Augg.[1], Caecina Decius Acinatius | Albinus v. c., praef. urbi vice sacra iudicans[2], | cellam tepidariam inclinato omni pariete labent[*em*], | de qua cellarum ruina pendebat, erectorum a fu[*n*]|damentis arcuum duplici munitione fulcivit, | d. n. m. q. eorum.

Romae rep. in Aventino (VI 1703 vidit Henzen). — 1) *A. 408—424.* — 2) *Idem est VI 1659. Praefectus urbi fuisse creditur a. 414, scilicet non diversus ab Albino cod. Theod. 13, 5, 38.*

5716 Iulius Felix Campania|nus[1] v. c., praefectus urbi, | ad augendam therma|rum Traianarum gratiam | conlocavit. *(In latere est titulus Graecus anni 205.)*

Romae rep. in thermis Titi (VI 1670 descr. Smetius aliique). — 1) *Idem Iulius Felix Campanianus memoratur VI 1675.*

5717 Furius Maecius | Gracchus v. c., | corrector Fla|miniae et Pi-

ce|ni, ornatui | thermarum | dedicavit. *(In latere)* dedicata XI kal. Maia[s][1] | Gallo et Flacco cos.[2]

Tibure, iam Romae (XIV 3594 vidi). — 1) Dies natalis urbis Romae. — 2) A. 174. Titulum lateris multo antiquiorem esse quam inscriptionem frontis apparet.

5718 Naeratius | Cerealis | v. c., | cons. ord.[1], | conditor | balnearum | censuit.

Romae rep., bases complures iisdem verbis inscriptae, quarum una certe reperta est in Esquiliis prope ecclesiam S. Mariae Maioris, reliquae possunt esse ablatae ex eodem loco (VI 1744. 1744a = 31916). — 1) A. 358 (cf. supra N. 1245).

5719 Iunia Cyriace C. ꝗ[1] [*et*] . . . . | ob votum parentiu[*m*] | Aureli Symfori v. [*c.*] . . . | et Iuniaes Affianeti[*s*] | matris, c. f.[2], balneas B . . . | vetustate conlapsas [*de fa*]|cultatibus propriis pri[*vatis*] | suis omni operi istruc[*tas in*] | pristinam formam rest[*itue*]|runt civibus. | Balneae Obstorgianae. *(In latere, litteris κιονηδὸν scriptis)* Acholi.[3]

Romae in villa Albania, fortasse ex aliquo oppido vicino adlata (VI 29706 vidit de Rossi). — 1) Clarissima puella. — 2) Clarissimae feminae. — 3) Signum unius ex his qui in titulo memorantur (in altero latere potest periisse simile signum).

5720 in [*h*]is praedis Aure|liae Faustinianae | balineus, lavat.[1] mo|re urbico, et omnis | humanitas praesta|tur.

In agro suburbano rep., non longe ab eo loco ubi fuit Ficulea, iam Romae (XIV 4015 vidit Henzen). — 1) Lavatur.

5721 in praedis | C. Legianni Veri | [*b*]alineum, more urbico lavat. | [*et*] omnia commoda praestantur.

Bononiae (XI 721 vidit Bormann).

5722 in his prae[*dis*] | C. Ulatti Apri sa[*cerdotalis*][1], | thermulae s[*alutares*][2] | aqua font[*is*] . . .

Lugduni (XIII 1926 vidit Hirschfeld). — 1) Supplevit Allmer; cf. XIII 1711. 1712. — 2) Supplementum ab Allmero propositum, sed incertum.

5723 in praedis Iuliae Sp. f. Felicis | locantur | balneum Venerium et nongentum[1], tabernae, pergulae, | cenácula ex idibus Aug. primis in idus Aug. sextás annós continuos quinque. | S. q. d. l. e. n. c.[2]

Pompeiis pictum in pariete, iam Neapoli (IV 1136 vidit Zangemeister praeter litteras non multas iam evanidas). — 1) 'In mentem venit notissimus Plinii locus 33, 2, 31, ubi inter iudicum vocabula etiam nongentorum vulgare potius quam legitimum ponit; fieri potest, ut balneum aliquod nongentum dictum sit tanquam balneum iudicum vel equitum, id est elegantioribus destinatum, ut balneum iudicum Carthagine fuisse traditur' (Mommsen) — 2) Notae non intelleguntur.

5724 thermae | M. Crassi Frúgi | aqua marina[1], et baln. | aqua dulci. Ianuarius l.

Pompeiis rep. extra portam Herculanensem, iam Neapoli (X 1063 vidit Mommsen). — 1) Thermas has marinas (aquas calidas in ipso mari vaporantes) possessas a M. Licinio Crasso Frugi (qui consul fuit a. p. Chr. 64) memorat Plinius n. h. 31, 2, 5. Cf. Schoene apud Nissenum pomp. Studien p. 138. 139.

5725 1. bene lava! 2. salvu lotu.[1] 3. peripsu ma su.[2]

Brixiae rep. in nymphaei pavimento opere musivo (V 4500 vidit Mommsen titulos 1 et 2). — 1) *Ita acclamari solebat post balneum, ut apparet ex passione Perpetuae et Felicitatis (Ruinart ed. 1713 p. 101, cf. K. I. Neumann roem. Staat und Kirche I p. 175) et ex colloquiis servatis in codice Montepessulano (corp. Gloss. Lat. 3 p. 287, 24).* — 2) *Περίψημα σου. Hac acclamatione usos esse Alexandriae salutantes vel discedentes videtur colligi posse ex Euseb. hist. eccl.* 7, 22, 7.

Ceterum similis est titulus Africanus et ipse in opere musivo inscriptus, VIII 8424 cf. p. 970.

5726 Cn. Melissaeo Cn. f. Apro, M. Staio M. f. Rufo IIvir. iter. i. d.[1], labrum ex d. d. ex p. p. f. c.[2] Constat IIS ⅮCCL[3].

Pompeiis in thermarum prope forum caldario, labrum marmoreum litteris aeneis (X 817 vidit Mommsen). — 1) *Duoviri iure dicundo iterum fuerunt Iul. 3—4 p. Chr., cf. X 824. 893.* — 2) *Ex decreto decurionum ex pecunia publica faciundum curarunt.* — 3) *Sestertium quinque milibus ducentis quinquaginta.*

5727 . . . | ad horrea Sempron. | ad balneum vetus | in quattuor,[1] | plumb. pondo Ⲣ∞∞∾ƉCLXII[2] | et labella IV, idem | donus pro se et suis.

In Nemore Aricino rep. (XIV 4190 viderunt Huebner et Gatti). — 1) *Fortasse intellegendi sunt rivi vel fistulae spectantes ad quattuor labella infra memorata.* — 2) *8662* (CCLXII *pro* ƉCLXII *Gatti).*

5728 M. Annius | Sacerdos | eq. R., p. m.[1], cu|rator et dis|punctor, | conchas de | suo posuit.

Satafi (Ain-Kebira) Mauretaniae (8396 cf. 20240 vidit Gsell). — 1) *Patronus municipii.*

5729 M. Lucceius C. f. | IIIIvir. aed. [*pot.*] piscinam | purgandam et lorica[*m*] | imponendam de urbanorum | opereis[1] coeravit.

Lacedognae, ubi fuit Aquilonia (IX 6257 nuper descr. Calabrese rector seminarii loci illius). — 1) *Operas civibus imperari potuisse in aedificationibus publicis eique rei aediles praefuisse docet lex coloniae Genetivae c. 98 (cf. Eph. epigr. 2 p. 127) (Momms.).*

5730 beatissimis temporibus dd. nn. Valentiniani et Valentis perpetuorum Augg., procons[*ulatu v. c. P. Ampelii*[1], *provisio*]|ne v. c. Fabii Fabiani, piscinam quae antea tenuis aquae pi[*g*]ra[2] fluenta capiebat, nunc ve[*ro . . . . unda*]|rum intonantium motibus redundantem, Q. Basilius Flaccianus fl. pp., augur[3] et cur. [*rei pub. restituit*] | et excepto[*rio*[4] *. . . . . . . exst*]ructo adq. perfecto cum . . . lio Maximo Au . . . ano . . . . .

Calamae (VIII 5335 vidit Renier). — 1) *Nomen proconsulis expletum ex titulo quem idem Basilius Flaccianus posuit VIII 5337.* — 2) PICRA *traditur.* — 3) *Nota augurem aetate Valentiniani et Valentis.* — 4) *Alterum exceptorium est supra N. 3063.*

Piscina cum fullonica coniuncta est supra N. 5594. Cf praeterea N. 3298. 3520. 5707. 5767. 5772 cet.

5731 salvis | dd. nn. Honorio et | Theodosio pp. Augg., | administrante Q. Sen|tio Fabricio Iuliano | v. c., iterum procos., v. s. i.[1], | statuas et ornatum | piscinales conlocavit | M. Aurelius Resti|tutus ex toga.[2], cur. | r. p., cum splendi|do ordine suo.

Membressae (Medjez-el-Bab) in Africa (Gauckler bull. archéol. du comité des travaux hist. 1894 p. 272). Aut similis aut eadem fuit VIII 1297. — 1) *Vice sacra iudicante. Iulianus bis proconsul Africae fuit per annos 412—414 (cod. Theod. 11, 30, 64; 12, 1, 176 cet.; cf. Pallu de Lessert fastes des prov. afr. II p. 127).* — 2) *Ex togato (advocato). Cf. VIII S. 11185. 12299 (= Eph. ep. 7, 102).*

5732 [*fortissimis*] | invictissimisque princ. | ddd. nnn. Valentiniano | Valenti et Gratiano Aug.[1], | Fl. Antigonus v. p., p. p.[2], | colymbum[3] nemus vetustate lap|sum testacio picturis ac statuis | cum omni cultu ador[*navit*].

Romae (VI 1179 vidit Henzen). — 1) *Inter a. 367—375.* — 2) *Vir perfectissimus, praepositus.* — 3) *Cf. supra N. 5698; VIII 2658 cet.*

5732a *(crux)* intus aquae dulces biboque sedilia saxo
nimfarum[1], que Florenti fundata labor[*e*][2]
de donis dei.

Aïn-Medudja prope Mactarim Africae, ad fontem, in ruderibus nymphaei (Gauckler bull. du comité des travaux hist. 1899 p. CLXIX). — 1) *Cf. Vergil. Aen. 1, 167. 168.* — 2) labores *traditur.*

5733 Flavius Philippus v. c., praef. urbi, | nymphium[1] sordium squalorem *(sic)*[2] | foedatum et marmorum nuditate defor|mem[3] ad cultum pristinum revocavit.

Romae rep. prope S. Mariae in Montibus, tabula marmorea (VI 31912 descr. Gatti bull. comunale 1887 p. 333). Aliae duae tabulae iisdem verbis inscriptae dudum prodierunt aliis locis urbis (VI 1728 a. b). — 1) nymfium *est VI 1728b.* — 2) *In ceteris exemplis recte est* squalore. — 3) *Littera postrema erasa.*

5734 . . [*Papiu*]s Papiae l. Stepanus, | . . . . . us M. l. Diogenes, | *(et alia nomina decem, in his)* C. Artorius Artor. l. Dipil. | [*Heisce*] mag.[1] lacum Iovei de stipe et de sua pequn. | [*faciu*]nd. coeraver., Cn. Papeirio Carb. iter. cos.[2]

Capuae (Eph. ep. 8, 473 vidit Ihm). — 1) *Cf. N. 5561 not. 1.* — 2) *A. u. c. 670.*

5734a P. Cerrinius . . [*f.*], | L. Crassicius . . [*f.*] | IIvir. i. d. | viam straver[*unt*] | et lacus fecerun[*t d. d.*] | pro ludis.

Beneventi (IX 1643 descr. saec. XVI Accursius).

5735 ex testamento | Saturnini Rufi f. | Sergia Salvia lib. | et heres | lacum et aeramenta[1] | f. c.

Sietefilla prope Alcoleam del Rio, ubi fuit Arva Baeticae (II 1071 cf. Archaeological journal 1899 p. 269). — 1) *Similiter II 1478. Lacus praeterea N. 5348. 5763 seq.*

5736 Lania M. f. Celerin. | receptaculum | aquae inchoatum | ab Amarantho lib. | suo consummavit.

Maceratae Feltriae (cf. N. 5711) rep. (XI 6038 vidit Bormann).

5737 P. Vibius P. f. Urbicus, | P. Anulenus Bassus | IIvir. i. d., | cisternam[1] ex p. p. reficien|dam curaverunt.

Epidauri Dalmatiae (III 1750 semel descripta). — 1) *Cf. N. 5346. 5369.*

5738 A. Aigius C. f., | L. Runtius C. f. Sisipus, | M. Fufidius M. f.[1] | [*a*]id.[2], de s. s.[3] | [*ad colligendas* | *aqu*]as cae[*lestes*][4] clouacas[5] faciun[*d.*] | coer. eidemque | probarunt.

Arpini (I 1178. X 5679 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXXI[a]*).* — 1) *Q. Fufidium equitem Romanum ex Arpino memorat Cic. ad fam. 13, 11.* — 2) *De tribus aedilibus Arpinatium Cf. ad N. 5593.* — 3) *De senatus sententia.* — 4) *Supplevit Mommsen. Cf. N. 5772.* — 5) *Cf. supra N. 5350.*

5739 puteus | aquae.

Pompeiis in atrio domus iuxta puteum sed obstructum, scriptum in pavimento operis tessellati (X 881 cf. Fiorelli descrizione di Pompei p. 313). — *Cf. N. 3861.*

5740 puteal | Thaddai.

Cordubae, puteal (II 2232 vidit Huebner).

5740[a] Agathyrsus Aug. n. | ser. arkarius font|em dilapsum re|stituit, item mu|rum cingendum | et alvea ponenda | curavit.

Romae (VI 8718 descr. saec. XVII Iac. Spon).

5741 fons felicissimus | Traianus Dacicus, ‖ ὕδρευμα[1] εὐτυχέστατον | Τραιανὸν Δακικὸν, | an. XII[2] imp. Nerva Traiano | Caesare Aug. Germanico | Dacico | per Sulpicium Simium[3] | praef. Aeg. *(In plintho)* Ἀμμωνις | Κησωνίου | Μαλλιτης[4].

In Thebaide ad montem olim Claudianum (cf. supra N. 2612), iam Djebel Fatire, in tribus lateribus arae quadratae (III 24 descr. Wilkinson). — 1) *Cf. supra N. 2483 fin. (not. 24).* — 2) *29 Aug. 108—28 Aug. 109.* — 3) *Est C. Sulpicius Similis, postea praefectus praetorio, Σίμιος vel Σίμμιος plerumque dictus in Aegypto; cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 289, 735, item supra N. 3463.* — 4) *Nomen architecti ut videtur.*

5742 Q. Folvius Q. f. M. [*n.*][1] | hance aqua[*m*] | indeixsit apu[*t*] | P. Atilium L. f. | pr. urb.[2]

Tribus mil. passum a Caiata (Caiazzo) rep. prope fontem et aquaeductus antiqui rudera (X 8236 imaginem exhibet Mommsen ad ectypum). — 1) *Filius fortasse Q. Fulvii Nobilioris consulis a. u. c. 601.* — 2) *Aquam publicam fuisse populi Romani censet Mommsen l. c., occupatam autem a Fulvio iure tum licito aut cum agro vicino item publico aut propter contiguum agrum ipsius privatum, et ne ab alio rursus occuparetur, factam occupationem praetori urbano nuntiavisse.*

Edictum Augusti de aquaeductu Venafrano.

5743 [*Ed*]ict[*um im*]p. Ca[*esaris Augusti*][1] *(finis huius versus et praeterea sex fere toti evanuerunt)* — | . . . . | (8) Venafranorum nomin[*e*] . . . . [*ius sit lice*]atque. |

(9) Qui rivi specus saepta fon[*tes*] . . . . que aquae [*ducend*]ae reficiundae | (10) causa supra infrave libram [*facti aedi*]ficati structi sunt, sive quod | (11) aliut opus eius aquae ducendae ref[*ici*]undae causa supra infrave libram | (12) factum est, uti quidquid earum r[*er*]um factum est, ita esse habere itaque | (13) reficere reponere restituere resarcire semel saepius, fistulas canales | (14) tubos ponere, aperturam committere, sive quid aliut eius aquae ducen-|(15) dae causa opus [*er*]it, facere placet: dum quí locus ager in fundo, qui | (16) Q. Sirini[1a] L. f. Ter. [*est esseve*] dicitur, et in fundo, quí L. Pompeí M. f. Ter. Sullae | (17) est esseve dicitur, m[*acer*]ia saeptus est, per quem locum subve quo loco | (18) specus eius aquae p[*erve*]nit, ne ea maceria parsve quae eius maceriae | (19) aliter diruat[*ur tollat*]ur quam specus reficiundí aut inspiciendí cau|-(20) sa: [*neve quid ibi pri*]vati sit, quominus ea aqua íre fluere ducive poss[*it*]. (21) . . . . . . Dextra sinistraque circa eum rivom circaque | (22) ea o[*pera, quae eius aqu*]ae ducendae causa facta sunt, octonos pedes agrum | (23) [*v*]acuo[*m esse*[2] *placet*], p[*e*]r quem locum Venafranís eíve, qui Venafranorum | (24) [*nomine*] . . . ., iter facere eius aquae ducendae operumve eius aquae | (25) [*ductus faciendor*]u[*m*] reficiendorum,[3] quod eíus s. d. m.[4] fíat, ius sit liceatque, | (26) quaeque ea[*rum rer*]um cuius faciendae reficiendae causa opus erunt, quo | (27) proxume poterit, advehere adferre adportare, quaeque[*] inde exempta erunt, | (28) quam maxime aequaliter dextra sinistraque p. VIII iacere, dum ob eas res damn[*i*] | (29) infecti íurato promittatur. Earumque rerum omnium ita habendarum | (30) colon.[1a] Ven[*afra*]nis ius potestatemque esse placet, dum ne ob id opus domi|-(31) nus eorum cuius agri locive, per quem agrum locumve ea aqua ire fluere | (32) ducive solet, invius fíat; neve ob id opus minus ex agro suo in partem agri | (33) quam transire transferre transvertere recte possít; neve qui[5] eorum, per quo|-(34) rum agros ea aqua ducitur, eum aquae ductum corrumpere abducere aver|-(35) tere facereve, quo minus ea aqua in oppidum Venafranorum recte duci | (36) fluere possit, liceat. |

(37) Quaeque aqua in oppidum Venafranorum it fluit ducitur, eam aquam | (38) distribuere discribere vendundi causa aut eí reí vectigal inponere consti|-(39) tuere, IIviro IIvirís praefec.[6] praefectís eius coloniae ex maioris partis decuri|-(40) onum decreto, quod decretum ita factum erit, cum in decurionibus non | (41) minus quam duae partes decurionum adfuerint; legemque eí dicere ex | (42) decreto decurionum, quod ita ut supra scriptum est decretum erit, ius po|-(43) testatemve[7] esse placet; dum ne ea aqua, quae ita distributa discripta deve qua | (44) ita decretum erít, aliter quam fistulís plumbeis d. t.[8] ab rívo p. L ducatur; neve | (45) eae fistulae aut rívos nísi sub terra, quae terra itineris viae publicae límí|-(46) tisve erit, ponantur conlocentur; neve ea aqua

per locum prívatum in|-(47) víto eo, cuius ís locus erit, ducatur. Quamque legem eí aquae tuendae op[e]|-(48) ribusve, quae eius aquae ductus ususve causa facta sunt erunt, tuendís | (49) |*IIviri praefect*]i [e]x decurion. decreto, quod ita ut s. s. e. factum erit, dixeri[*nt*, | (50) *eam* ..... *fir*]mam ratamque esset placet | *(Undecim versus evanidi facti)* | (62) .... Venafranae s..... (63) .... atio quam colono aut incola[e] .... | (64) da ...... is cui ex decreto decurionum ita, ut supra comprensum est, ne|-(65) gotium datum erit, agenti, tum, qui inter civís et peregrinos ius dícet, iudicium | (66) reciperatorium in singulas res HS X reddere, testibusque dumtaxat X denun|-(67) tiand[*o q*]uaeri placet; dum reciperatorum reiectio inter eum qui aget et | (68) eum quocum agetur ita fi[*et, ut ex lege, q*]uae de iudicis privatís lata est, | (69) licebit oportebit.

Prope Venafrum rep. (X 4842 Mommsen bis vidit lapidem, Henzen ectypum gypsaceum). — 1) *Videtur aquaeductus, ad quem haec inscriptio pertinuit, ab Augusto Venafranis extructus eique hoc edicto ius constitutum esse. Cf. Mommsen Zeitschr. f. gesch. Rechtswissenschaft 15, 1850 p. 295.* — 1[a]) *Vocabulum non certae lectionis.* — 2) *Cf. N. 5744.* — 3) *Insere:* causa. — 4) *Sine dolo malo.* — 5) *Scr* cui. — 6) *Praefecto.* — 7) *Scr.* potestatemque. — 8) *Dumtaxat.*

5744 iussu imp. Caesaris | Augusti circa eum | rivom qui aquae | ducendae causa | factus est, octonos | ped. ager dextra | sinistraq. vacuus | relictus est.

Prope Venafrum, cippi complures positi iuxta aquaeductum, cuius vestigia ab oppido usque ad fontem Volturni per XIV m. p. apparent (X 4843 duos vidit Mommsen). Cf. Mommsen Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss. 15, 1850 p. 291.

5745 hac rivi aquar. | trium[1] eunt; cippi | positi iussu | A. Didi Galli[2], | T. Rubri Nepotis, | M. Corneli Firmi[3] | curatorum aquar.

Romae rep. cippi tres, duo a. 1869 in villa olim Negronia, ubi nunc est statio viae ferratae, tertius in destruendo colle q. d. Monte della Giustizia prope eandem stationem viae ferratae (VI 1248 p. 847 = 31559 vidit Huelsen). — 1) *Iuliae Tepulae Marciae. Cf. N. 5746[a]; Frontin. de aq. 9. 68. 69.* — 2) *Curator aquarum fuit ab a. 39 ad a. 49 (Frontin. c. 102; cf. supra N. 970).* — 3) *Adiutores videntur fuisse Didii Galli; cf. Frontin. c. 49.*

5746[a]	**5746[b]**	**5746[c]**
Iul. Tep. Mar.	Mar.	Iul.
imp. Caesar	imp. Caesar	Imp. Caesar
divi f.	divi f.	divi f. Augustus
Augustus	Augustus	ex s. c.
ex s. c.	ex s. c.	CCCII
CIII	∞ C⊥II P. CCX⊥	P. CCX⊥
P. CCX⊥		

a) *Rep. ad viam Latinam, circa 6⅓ chil. a statione viae ferratae urbis Romae, est Romae (VI 31561[k] vidit Huelsen).* — *Similes cippos novimus praeterea undecim, VI 1249 = VI 131561[a—i, l].*

b) *Alicubi in Marsis rep., est Tibure (VI 31562 d = XIV 4076 vidi). — Similes cippos praeterea novimus quinque vel sex, VI 31562 a seq., prope Tibur vel supra Tibur omnes repertos.*

c) *Prope Grottam Ferratam rep. (VI 31563 b = XIV 4278 descr. Tomassettius).*

Cippos huius generis Augustus etiam ad aquam dictam Anienem collocavit (VI 1243 = 31558), Tiberius et Claudius ad aquam Virginem (N. 5747). In his paene omnibus numerus pedum in fine est CCXL, *in quattuor tantum videtur numerus diversus esse; de qua re cf. Huelsen VI p. 3124.*

5747 a Virg. | Ti. Caesar Aug. | pontif. maxim., | trib. pot. XXXVIII[1]. | I. | P. [*C*]CXL.

5747 b Virg. | Ti. Claudius | Drusi f. Caesar | Aug. Germanicus | pontifex maximus, | tribunic. potestat. IIII[2], | cos. III, imp. VIII p. p. | I. P. CCXL.

Romae in monte Pincio rep., cippi duo (VI 1253 a. 1254 = VI 31565 a b vidit Henzen). — 1) *A. 36/37. —* 2) *A. 44. — Ad aquam Virginem pertinent etiam tituli supra editi Claudii N. 205 et Constantini N. 702. — Praeterea ex titulis supra (vel infra) editis hi pertinent ad aquas urbis Romae: ad aquam Marciam N. 98, ad aquam Claudiam N. 3512, ad aquas Claudiam et Anienem novam N. 218, ad easdem ut videtur N. 795, ad arcus Caelemontanos aquae Claudiae N. 424, ad castellum aliquod aquae Claudiae N. 5791, ad aquam Traianam N. 290, ad aquam Alsietinam N. 5796. Servos vilicos et castellarios aquarum urbis habes N. 1612 seq. 1974 seq.*

5748 aqua Aug.[1], | put. p.[2] | cip. XVII.

Sub monte Albano Tusculum versus, cippus (XIV 2567 d delineavit de Rossi ann. inst. arch. 1873 tab. TU fig. 1, cf. p. 170). Quattuor similes cippos (in quibus numerus tantum diversus est) in eadem regione repertos habes XIV 2567 a—c. e. — 1) *De hac aqua Augusta nihil compertum. —* 2) *Puteus publicus? (Rossi). Cf. XIV 4147:* aquae ductus per | p. p. | p. p.

5749 ex auctoritate | imp. Caes. Traia|ni Hadriani | Aug. nemini | arandi ser|endi[1] pang|endive ius | est intra id | spatium ag|ri quod tute|lae ductus | destinatum | est.

Prope Lugdunum, loco dicto Chagnon, ad Rive-de-Gier, cippus rep. a. 1887 (XIII 1623 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Cf. Frontin. de aq. c. 127. 129.*

5750 imp. Caesar T. Aelius Hadri|anus Antoninus Aug. Pius pontif. | maxim., trib. potest. VI[1], cos. III, p. p., imp. II, | coloniae Minerviae[2] Nerviae Aug. | Scolacio aquam dat.

Prope Scolacium (Squillace) rep. (X 103 cf. Eph. ep. 8, 256 Huelsen vidit ectypum Roem. Mitth. 1890 p. 69). — 1) *A. 143* (VI *correctum ex* V). — 2) *Cf. Vellei. 1, 15: post annum (i. e. a. u. c. 631) Scolacium Minervium, Tarentum Neptunia (sc. deductae coloniae); ubi non quattuor, sed duas tantum significari colonias Mommsenus comprobavit (act. minor. Lips. 1849 p. 49).*

5751 imp. Caesare T. Aelio Hadriano Antonin[*o Aug. Pio p. m.*] | p. p., civitas Odessitanorum aquam novo [*ductu addu*]|xit, curante T. Vitrasio Pollione[1] leg. Aug. [*pr. pr.*]. | Ἀγαθῆι τύχη[ι] | αὐτοκράτορι Καίσαρι Τίτωι Αἰλίωι Ἀδριανῶι Ἀντων[είνωι Σεβαστῶι] | Εὐσεβεῖ ἀρχιερεῖ μεγίστωι πατρὶ πατρίδος, ἡ πόλ[ις Ὀδησσι]|τῶν καινῷ ὁλκῷ

τὸ ὕδωρ ἐσήγαγεν, προνοουμέ[νου Τίτου Οὐι]|τρασίου Πωλλίωνος πρεσβευτοῦ καὶ ἀντιστρατ[ήγου].

Varnae, ubi fuit Odessus, postea Constantinopoli (III 762 cf. S. p. 1366 ad quattuor vel quinque apographa). — 1) *Cf. N. 1112 seq.*

5752 divo | Antonin[*o*] | Aug., | ex cuiu[*s*] | indulgent[*ia*] | aqua vic[*o*] | Augustor[*um*] | Verecundens. | perducta est, | dedic. | D. Fonteio | Frontiniano | leg. Aug. pr. pr.[1], | d. d. p. p.

Verecundae prope Lambaesim (VIII 4205 cf. p. 1769 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. N. 1082. 2452. 3034. 3542.*

5753 imp. Caesari *!!!!!!!!!*[1] | Aug. Germanico | pont. max., trib. pot. III, | imp. VII, cos. X[2], p. p. | opus aquae ductus exstructum | supra terram et lapidibus | quadratis a novo tectum[3] | ....

Lilybaei (Marsala) (X 7227 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Nomen Domitiani sine dubio fuit abrasum.* — 2) *A. 84 (ante d. 14 Sept.).* — 3) *In fine deesse aliquid non traditur.*

5754 imp. Caes. divi Traiani | [*Parth*]i[*c*]i [*fil.*] divi Nervae nepote [*Tr*]a[*iano*] | Hadriano Aug. pont. max., trib. pot. .., cos. III, | Q. Servilius Candidus sua | impensa aquam quaesitam et elevatam | in coloniam perduxit.

Lepti Magna (VIII 11 descr. saec. XVIII Hebenstreit Lipsiensis).

5755 L. Menacius L. f. Vel. | Priscus | equo pub., praef. fabrum, aed., | IIvir, IIvir. quinq., trib. mil., | flamen Augustor., patron. colon., | aquam Aug. in superiorem | partem coloniae et in inferiorem | inpensa sua perduxit et in tutelam | eius dedit HS CCCC.

Polae rep. in amphitheatro (V 47 vidit Mommsen).

5756 L. Marullius L. Marulli Arabi | filius Quir. Aeternus IIvir | aquas earumque ductum | d. s. d.

Périgueux, ubi fuit Vesuna Petrucoriorum (XIII 966 vidit Hirschfeld).

5757 Gavia Q. f. Maxima | in aquam HS Q[1] CCCIↃↃↃ[2] | testamento[3] dedit.

Veronae, duo exempla eiusdem inscriptionis, alterum rep. a. 1826, alterum a. 1891 (V 3402 cf. Herm. 3, 1869 p. 467 vidit Mommsen exemplum prius repertum; alterum ed. Ricci Notizie degli scavi 1893 p. 11). — 1) *Quingenta milia. De hac nota testis est Priscianus de fig. num. p. 407, 24 Keil (locum restituit Mommsen Herm. 10, 1876 p. 472); reperitur ea in aliis duabus inscriptionibus Veronensibus V 3447. 3867 et in urbana infra N. 5799 et Campana X 5624, praeterea in codicibus Ciceronis ad Att. 9, 9, 4.* — 2) *Nota centenum milium excidit C. I. L. l. c. errore typographico. Intellege: sestertium sescenta milia.* — 3) *Vocabulum mutilum* (...amento) *in exemplo dudum noto, plenum in novo.*

5758 C. L. T. Voluseni L. f. | Curio, Clemens[1], | Macedo[2] aquam | adducendam | ex d. d. c.

Sestini (XI 6016 = Notizie degli scavi 1889 p. 59 vidit Bormann). — 1) *Idem est supra N. 2691.* — 2) *Idem videtur esse in t. Sestinate XI 6019. Clemens et Macedo reperiuntur praeterea in titulo quodam cretaceo (XI instr.).*

Adde similes titulos supra N. 114. 163. 3866. 3868 cet.

5759 M. Volcio M. f. | Sabino, tr. mil., | quod aquam Iuliam | pequnia sua adduxit, | Rufrani vicani.

Presenzani (Rufris, cf. supra N. 80) in Campania (X 4833 vidit Mommsen).

5759a imp. Caes. divi Severi | nepos divi Magni Antonini fil. | M. Aurel. Severus *!!!!!!!!*[1] | Pius Felix Aug., pontif. max., | trib. pot., p. p., cos., aquam | usibus mil. coh. V Gallo. in|duxit, curante Mario Valeriano[2] | leg. eius pr. pr.

South Shields (Haverfield Archaeological journal 1893 p. 294 cum tab.). — 1) *Erasum nomen Alexandri.* — 2) *Idem supra N. 2619.*

5760 res publica | populusq. Corfini|ensis formam aquae | ductus[1] vetustate | corruptam d. d. refecit.

Castelvecchio, ubi fuit Superaequum Paelignorum (IX 3308 vidit Dressel). — 1) *Apparet aquaeductum Corfiniensem per agrum vicinum Superaequanum transiisse.*

5761 in honorem domus | Augustae | Dusmia M. f. Numísilla, | nomine suo et L. Trebi Secundi | viri sui, aquam, quae a C. Asinio | Gallo[1] perducta interciderat, | repetitam a capite, adiecta structúra | specus et puteorum novis bracchis | ampliatam, s. p. reduxit.

Teate Marrucinorum (IX 3018 vidit Dressel). — 1) *Cf. supra N. 5050 not. 73.*

5762 L. Vennius Sabi[*n*]us cum | Efficace fil. fontem et | conceptum aquae suis | terminis usq. ad kaput | formae publicae | Tifernatibus Tiberinis | d. d.

Prope Tifernum Tiberinum (Città di Castello) rep. (XI 5942 vidit Bormann).

5763 .... [*aquam per*] ... | agros quaesitam ab o[*r*]ı[*gi*]n[*e*] | sua perductam dedicavit et | lacus et fistulas et arculam | aeneam sua omni fecit impens.

Castulone rep., est Granatae (II 3280 vidit Huebner).

5764 Annia L. f. Victorina [*ob*] | memoriam M. Fulvi Mo|derati mariti et M. Fulvi | Victorini f. aquam sua om|ni inpensa perduxsit, fac|tis pontibus et fistulis et | lacuis[1] cum suis orna|mentis dato epulo | dedicavit.

Santisteban del Puerto (prope Castulonem), cui loco nomen videtur fuisse Ilugo (II 3240 cf. Boletin de la R. Academia de la historia 38, 1901 p. 467 Fita vidit ectypum). — 1) *Sic* (LACVıS) *Fita.*

5765 T. Flavius Iustinus IIvir, q. a.[1], super HS XXXV | quae ob hon. quinquennal. praesentia pollicit. | rei p. intulit, lacum a fundamentis pecunia sua fecit, | sumptu suo aquam induxit.

Turri (Porto Torres) in Sardinia rep., est Sassari (X 7954 vidit Mommsen). — 1) *Quaestor alimentorum (Momms.).*

5766 Lucretia M. f. | Sabina | ad aquam perducend. | dominae[1] fistulas | s. p. f.

Treae in Piceno (IX 5652 vidit Mommsen paene integram). — 1) *Ad aedem Isidis aliusve deae (Momms.).*

5767 P. Faianius P[*le*]beius IIvir iter. | aquam ex ag[*ro*] suo in municipium | Forum Novom [*pe*]cunia sua adduxit | et lacus om[*ne*]s [*f*]ecit et in piscinam | quae in campo est saliendam | curavit idemque probavit; | et cum venditor soli, in quo balneum est | parum cavisset emptori de aqua | ut posset in balneo fluere, | aquam suam in id balneum ne carerent | commodo municipes | P. Faianius Plebeius dedit.

Fori Novi (Vescovio) in Sabinis (IX 4786 pars intuenti dextra bis descripta saec. XVI, sinistra semel saec. XIX: composuit Mommsen).

5768 C. Sennius C. f. Vol. Sabinus praef. fabr. | balineum, campum, porticus, aquás iúsque | eárum aquarum tubo ducendarum, ita ut récte | perfluere possint, vicanis Albinnensibus d. s. d.

Prope Albens in Sapaudia rep. (XII 2494 Hirschfeld vidit ectypum maioris partis). Aliud exemplum eiusdem tituli, sed minus integrum, est XII 2493.

5769 [*Te*]rent. Cutteus et Mai[*a*] | Monnula eius una cum | [*T*]erentiis Cutteo Ianuario Considio | Augustino et Feliciano [*fi*]lis | aquagium novo opere a so|lo extructum suis possessionibus | constituerun[*t*] et dedicaverunt.

Ain-Temouchent in Mauretania, cf. supra N. 4501, rep. (VIII S. 21671 vidit Gsell).

5770 T. Flavio T. f. Quir. Flaviano | aedili, quaestori designato | municipio Capenae foederato | T. Flavius Aug. lib. Mythus et | Flavia Diogis parentes filio piissimo | fecerunt et sibi et suis libertis libertabusq. | utriusque sexus posterisquae eorum | cum balineo et aedificis quae sunt iuncta | ex utraque parte secus viam cum aquae | ductu ex fundo Cutuleniano et iugera[1] | agri Cutuleniani p. m.[2] IIII ita ut depalatum est. | H. m. h. n. s.

Ad montem Soracte, ubi videtur fuisse Capena (XI 3932 ter quatterve descripta saec. XVII. XVIII). — 1) *Scr.* iugeribus. — 2) *Plus minus.*

5771 Mummius Niger | Valerius Vegetus[1] consular. | aquam suam Vegetianam, quae | nascitur in fundo Antoniano | maiore P. Tulli Varronis[2] cum[3] eo loco, | in quo is fons est emancipatus, duxi[*t*] | per millia passuum $\overline{\text{V}}$ĐCCCCL in vil|lam suam Calvisianam, quae est | ad aquas Passerianas[4] suas, compara|tis et emancipatis sibi locis itineri|busque eius aquae a possessoribus | sui cuiusque fundi, per quae aqua | s. s.[5] ducta est, per latitudinem structu|ris pedes decem, fistulis per latitudi|nem pedes sex, per fundos Antonian. | maiorem et Antonianum minor. | P. Tulli Varronis et Baebianum et | Philinianum Avilei[6] Commodi | et Petronianum P. Tulli Varronis | et Volsonianum Herenni Polybi | et Fundanianum Caetenni Proculi | et Cuttolonianum[7] Corneli Latini[8] | et Serranum inferiorem Quintini | Verecundi et Capitonianum Pistrani | Celsi et per crepidinem sinisterior. | viae publicae Ferentienses[9] et Scirpi|anum Pistraniae Lepidae et per viam | Cassiam in villam Calvisianam suam, | item per vias limitesque publicos | ex permissu s. c.[10]

Prope Viterbo in aquaeductu rep., est Viterbi (XI 3003[a] vidit Bormann; particula alterius exempli est XI 3003[b]). — 1) *Fortasse idem est IX 948; inter maiores eius videtur fuisse Q. Valerius Vegetus consul suffectus a. p. Chr. 92.* — 2) *Cf. N. 1002. 1047.* — 3) *Oratio videtur paullum turbata.* — 4) *Aquae Passaris memorantur in tabula Peutingerana, ut extantes ad viam Cassiam, IX mil. a Foro Cassi; item a Martiale 6, 42, 6. Formam aquaeductus, qualis esse potuit, adumbravit Lancianius le acque p. 379.* — 5) *Supra scripta.* — 6) *Sic Borm.*, Avilli *legerat Nissen.* — 7) *Nomen mirum. Cf. N. 5770.* — 8) Latiarii *Nissen*, Latialis *priores.* — 9) *Scr.* Ferentiensis. *Via dicta ab oppido Ferentio, quod memorant Tac. hist. 2, 50 aliique; cf. supra N. 2542. 5013.* — 10) *Senatus consulto.*

5772 C. Oppius Verus, L. Turpilius | Priscus f., IIIIvir. i. d. | aquam caelestem dilabentem mon|tibus collectam interciso aggere | per formam cur.[1] sua factam in pisci|nis repurgatis longo tempore ces|santibus p. p.[2] perduxerunt | et pe . . . . *(Hinc illinc, litteris maioribus)* ex — s. c.

Corae (X 6526 Mommsen vidit partem). — 1) *Cura.* — 2) *Pecunia publica.*

5773 T. Statius P. f. Marr., | T. Ammaus P. f. Nerva, | C. Caedius T. f. Pansa | aed.[1], ex p. d.[2] aquam | saliendam c.[3]

Secenari prope Castelvecchio, ubi fuit Superaequum Paelignorum, litteris vetustis (IX 3312 vidit Dressel). — 1) *Nota tres aediles pagi.* — 2) *Pagi decreto.* — 3) *Curaverunt.*

5774 L. Faberius C. f. Pom. Murena | augur, IIIIvir, aed., | aqua quae fluebat ex lacu conlegit et salientem in lacu[1] redegit, | d. s. p. f. c.

Antea ad S. Felice Circeo, ubi fuerunt Circeii, est Terracinae (X 6428 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse* lacum *(duobus postremis litteris contignatis).*

5775 M. M. Lartieni Sabini pater | et filius, quinquennales, aquam | in fanum sua inpensa perduxerunt, salien|tes quadrifaria suo loco restituerunt, canales ve|tustate corruptos et dissupatos restituerunt, fistu|las omnes et sigilla ahenea posuerunt, tecta refece|runt; omnia sua inpensa fecerunt.

In Aequiculis loco dicto S. Pietro di Colle rosso, deinde Fiamignani (IX 4130 vidit Dressel).

5776 Mercurio Aug. sac. | pro salute imp. Caes. M. Aurelli Severi Ale|xandri Pii Felicis Aug. p. m., p. p., trib. pot. XII[1], | procos., et Iuliae Mameae Aug., matris Aug. | et senat. et pat., tot. q. domus divinae eorum | Q. Cervius[2] L. f. Lucretius Maximus et C. Geminius | C. f. Victoricus aediles s. p. f. et ob dedicationem | epulum decurionibus et missilia populo | dederunt et fistula plumbea cum epitonio[3] | aereo ad labrum lapideum aqua u[*t*] saliret | aeque sua pecunia curaverunt. | L. d. d. d.

Henchir Khamissa prope Bir Mscherga, ubi fuit municipium Giufitanum Africae (Bulletin du comité des travaux hist. 1893 p. 205, cf. Revue de phil. 1894 p. 171 Cagnat vidit ectypum). — 1) *A. 233.* — 2) *Idem nomen eodem fere loco, VIII 861*

(Cernius Revue de phil.). — 3) *Cf. Varro de re r. 3, 5, 16; Seneca ep. 86, 6; Ulpian. Dig. 19, 1, 17, 8; Vitruv. 9, 9, 11; 10, 13, 3. 5.*

5777 [*aqua adducta curam agente An*]nio[1] Ru[*fin*]o c. v., qui Thysdrum | ex indulgentia principis cu|rat, et coloniae sufficiens et | per plataeas lacubus inpertita, | domibus etiam certa condi|cione concessa, felicis saecu|li providentia et instinctu | Mercurii potentis, Thysdrita|nae col. praesidis et conserva|toris numinis, dedicata est.

Thysdri (El Djem), deinde Carthagine (VIII 51 cf. p. 1156 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Supplevit Mommsen.*

5778 Isidi Aug. | L. Figilius Secundus, Fl. Crispinus | aediles lacum quod annis IIII | cessaverit ut saleret *(sic)* curaverunt.

Lambaesi (VIII 2631 cf. p. 18101 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Bis titulum incidere coepit quadratarius; unde cernuntur sed erasae litterae* Isis.

5779 ex s. c. honoris Q. Paconii Q. f. | Lepta[*e*][1] ergo, | lacus fistulaeque con|stitutae substructae, quo | commodius in eius domum | aqua pura duceretur[2], quod | is de r. p. saepe numero bene | meritus esset mereretur q. | Q. Paconius Q. f. Lept[*a*] IIIIvir | quinquennalis ex s. c. | locavit idemqu[*e*] probavit.

Calibus rep. in fronte magni labri (vasca) marmorei (X 4654 semel descripta a Caleno quodam anno 1838). — 1) *Lepta amicus Ciceronis et praefectus fabrum eius in Cilicia, Calenus fuit vel certe cum Calenis compluribus necessitudine coniunctus (Cic. ad fam. 9, 13); ad hunc vel ad filium eius, quem Cicero memorat ad fam. 6, 18, 4. 5, videtur pertinere haec inscriptio.* — 2) *Similiter C. Titio Chresimo in t. Suessano, quem edemus inter municipales (X 4760), decernitur* ut aquae digitus in domo eius flueret.

5780 C. Cavarius Sex. f. Ter.[1] Vi . . . | Apulus IIIIvir i. d., pontifex, pr[*aef.*][2], | patronus munic[*ipi*], | Corneliae P. f. Iustae matris no[*mine*] | aquam salutarem impensa sua.

Pontecurvi ad Lirim, videtur pertinere ad Interamnam Lirenatem (X 5411 semel descripta, quod apographum servavit codex Pighii Berolinensis). — 1) *Teretina tribus Interamnatium, cf. C. I. L. X p. 525.* — 2) *De praefectis Interamnae creari solitis cf. Mommsen ad X 5405.*

5781 C. Aculenus Q. f. L . . ., | C. Teucidius N. f. Lib . . | IIIIvir., | aquam Ventinam ex s. c. | cludendam cellasque Fontis | et Ventinae et Virium[1] | faciendas concamerand. | curarunt, probarunt | dedicaruntque.

Pinnae Vestinorum (IX 3351 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 3870. 3871.*

5782 C. Vesidieno Cn. f. | Basso aed., | IIIIvir. iur. dic., | IIIIvir quinq., publice | d. d., | quod aquam novam | conquirendam et | in municip. perducend. | et nymphaeum faciend. | pec. pub. c. *(Fluvius barbatus sedens, sinistro cubito innixus, dextra sublata delphinum (?) gerens).*

Urbini (XI 6068 vidit Bormann).

5783 ...... | et singu[*los*] ..... | integritatis ...... | qui temporibus cura[*e suae*] | inter cetera [*beneficia etiam*] | ornamentum moenibus | et salutem civibus | perpetuam perductis | fontibus contulerit, | populus curiar. X, | loco ab ordine dat[*o*], | alteram statuam posuit | et ob dedicationem | decurionib. sportulas | curiis epulactris[1] eius | deder.

Henschir Medeïna, ubi fuit municipium Althiburitanum Africae (VIII 1828 vidit Wilmanns). — 1) *Lectionem certam esse ait Wilm.* (epul. actores? *Momms.*).

5784 Pelaginii.[1] | P. Fundanio P. f. Pap. | Prisco patron. municipi, | omnibus honorib. | et oneribus functo, | patron. civit Auscul., | qui cum multa et | maxima in rem p. saepi|us praestiterit, fontem | quoque novum cum gran|di sumptu fabricae sua pecu|nia induxit et cives patri|amquae reformavit, | caplatores[2] | patrono praestantissimo. | L. d. d. d.

Ausculi Apuli (IX 665 semel descripta saec. XVI). — 1) *Signum sine dubio Fundanii* (PELAGINII A *traditur*). — 2) M : CAPLATORES *traditur.*

5785 felicissimis temporibus d. d. n. n. imp. Caes. M. Iuli Philippi[1] invicti Pii Felicis et imp. Caes. M. Iuli Philippi invicti Pii[1] | Felicis Augg. et Marciae Otaciliae Severae Aug.[1] aqua fontis, quae multo tempore deperierat et cives inopia | aquae laborabant, instantia M. Aurelii Athonis Marcelli v. e. proc. Augg., rarissimi praesidis n̄., patroni muni|cipii, innovato opere aquae ductus abundans in fonte est perducta.

In Mauretania loco dicto Kherbet Zembia (olim Lemellef) (VIII 8809 vidit Wilmanns). — 1) *Litterae punctis signatae eradi coeptae sunt, sed leguntur.*

5786 aquaeductum | leg. III Aug. Diocleti|ani[1] et Maximiani[1] Augg. | nn., multorum incuri|a dilapsum et per lon|gam annorum seri|em neglectum, invic|tissimi ac restituto|res et propagatores | orbis sui Diocletianus | et Maximianus Augg. | curante Aurelio | Maximiano v. p., p. p. N.[2], | et Clodio Honorato | v. e., praef. leg. eiusd., | in melius refor|matum ad integri|tatem restitue|runt.

Lambaesi (VIII 2572 vidit Wilmanns). — 1) *Nomina imperatorum erasa, sed leguntur.* — 2) *Viro perfectissimo, praeside provinciae Numidiae.*

5787 impp. Caess. C. Aur. Valerius Diocletianus p. | f. invictus Aug. et M. Aurelius Valerius Ma|ximianus p. f. invictus Aug. aquae ductum | Titulensem ab originem *(sic)* usque ad civita|tem longa vetustate corruptum | per Aurelium Maximianum v. p., p. p. N.[1], ad melio|rem statum additis limis[2] restituerunt, curantibus Ae|milio Lucino augure, cur. rei p., et Iulio Aurelio ?.

Lambaesi, olim in nymphaeo (ibi ubi N. 5626), deinde in praetorio (VIII 2660 vidit Wilmanns). — 1) *Virum perfectissimum, praesidem provinciae Numidiae.* — 2) *Aggeribus obliquis? (VIII p. 1112).*

5788 aquam Titulensem, quam ante annos | plurimos Lambaesitana

civitas in|terverso ductu vi torrentis amiserat, | perforato monte, instituto etiam a | solo novo ductu, Severinius Apronianus v. p. p. p. N., | pat. col.[1], restituit, cur. Aelio Rufo v. e., fl. pp., cur. r. p.

Lambaesi in nymphaeo, deinde in praetorio (VIII 2661 vidit Wilmanns). — 1) *Vir perfectissimus praeses provinciae Numidiae, patronus coloniae.*

5789 quod pro beatitudine tem|porum splendidae coloni|ae Constantinae felicitas | requirebat, salvis ddd. nnn. | piis felicibus victoribus ac | triumfatoribus semp[*e*]r | Auggg.[1], fistulam, quae ex | elemento caelesti totius | anni substantiam vitae | adquae usui populi provi|sa aquae copia summ[*i*]|nistrat, formavit, con|plevit aquae, dedicavit | Caecina Decius Albinus | iunior v. c., consularis s. f. | p. N.[3] Constantinae, cu|rante Ecdicio sacerdotale[4].

Cirtae rep. a. 1865, mox periit (VIII 7034 ab uno tantum, sed accurate descripta). — 1) *Significatur unum ex collegiis ternorum Augustorum exeuntis saeculi p. Chr. quarti, fortasse Valentinianus iunior cum Theodosio et Arcadio (a. 383—392; cf. supra N. 785).* — 2) *Videtur is qui praefectus urbi fuit a. 402; cf. supra N. 796 not.* — 3) *Cf. supra N. 5555 not. 2; N. 5910.* — 4) *Sc. provinciae.*

5790 salvis dd. nn. n[*n.*][1] | Theodosio et Placido Valentiniano s[*emper Augg.*][2]

subductos olim latices patrieque nega[*tos*] |
restituit populis puro Flaviolus am[*ne*]. |

Cu[*ra*]nte | Valerio Euhodio principale ac | primore eiusdem urbis.

Pulae in Sardinia, ubi fuit Nora, iam Cagliari (X 7542 vidit Mommsen). — 1) *Alterum* nn. *abundat.* — 2) *A. 425—450.*

5791 castellum[1] aquae Claudiae regioni pr[*imae*][2] | dispositio[3] dedit et usui tradidit iussu[4] | rationis Augustae dd. nn. Valentin[*iani*] | et Valentis victorum[5] | Gai Caeioni Rufi Volusiani v. c., ex pra[*ef. praet.*], | praef. urbi[6], iudicis iter. sacrar. cogn[*itionum*], | curante Eustochio v. c., consu[*l*]are aquar[*um*].

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 3866 cf. Eph. ep. 4, 845 vidit Henzen). — 1) *Castellarium aquae Claudiae habes supra N. 1613, castellarium aquae Anionis veteris N. 1974.* — 2) *De aqua Claudia in regionem primam urbis perducta cf. Lanciani le acque p. 157 seq.* — 3) *Huc trahendum nomen praefecti quod sequitur Gai Caeioni Rufi Volusiani.* — 4) *Similiter supra N. 755. 762 iussit imperator, disposuit praefectus praetorio vel magister militiae, curavit magistratus ipsi rei praepositus. Cf. etiam N. 773. 775.* — 5) *Parum apte haec collocata; id quod videtur animadvertisse ipse quadratarius, ideoque spatium vacuum reliquisse.* — 6) *Volusianus praefectus urbi fuit a. 365, cod. Theod. 8, 5, 22 cet. (cf. Seeck ad Symmachum praef. p. CLXXVIII).*

5792 ....rcatio. | [*A*]... [*ad*] castellum ped. CX. Af|.......lumferebra[1] et[2] castellum | .... [*ped.*] ... ∞∞∞CCCXX[3]. Ab castello ad co|........lum ad vinias Anchariorum ped. | .... [*Af vin*]ieis Ancharum *(sic)* ad castellum qui | ....ias Pacianas p. CCCXX. Af vinieis |

[*Pacianeis?*] ad castellum qui est contra | . . . [*ped.*] ƉCCCC⊥. Af villa Paciana ad castel. | [*qui est s*]ub segete Paciana p. CC⊥XXXV. Af | [*castell*]o qui est sub segete ad castel. ad | [*compitu*]m Traecis p. ∞CCXC. At *(sic)* angulo | . . . . . ad cast. qui est ad compitum Trae|[*cis p.*] . . . Ad[4] angul. Traec. ad cast. qui est sub | [*seg.?*] Gavidi[5] CCCX⊥V. Ab se[*g*]ete Gavidi ad ca|[*stellu*]m ped. ƉCCCXXX. S. pe. ꟿΦΦƉCTXX[6].

Prope S. Vittorino, ubi fuit Amiternum, rep. (Notizie degli scavi 1891 p. 96. 323 ectypum contulerunt Huelsen et Borsari). — 1) *Vocabulum mirum (primum legerant* lum herebra). — 2) *Fortasse scr.* ad. — 3) *Numerus fuit aut 2320 aut 3320 aut 4320.* — 4) *Scr.* ab *(sic legerunt primum, l. c. p. 96).* — 5) *Insere* ped. — 6) *Summa pedes 8670 (numeri qui extant efficiunt pedes 5450).*

5793 [*i*]mp. Caes. M. Aurelio[1] invicto pio felice Aug., amplissimo [*sacerdote dei invicti Solis Elagabali*[2], *quaesita re per*[3] . . . *et*] | Valentinum, quibus ea res delegata est ex decreto ordinis et colonor[*um, ratione habita aquarum quae antea da*]|ri[3] solitae sunt, constitit ita debere aquam decurrere, siquando fo . . . . |rentis; quae propterea distributa interim non est, quoniam tempora [*iniqua id prohibuerunt?*]. |

Scala I[4]. Ex VII kal. Octob.[5] primo mane[6], | quo Claudiana[7] descendit[8] ad Matricerigan|da[9], h. I[10].

Mattius For|tis[11]	k.[12] CCCCVIII[13]	ex h. I[14] d. VII kal. Octobr. | in h. VS[15] d. eiusdem, p. p. s.[16] h. IIIIS.
Flavius Adiu|tor[11] vet.	k. CCCL	ex h. VS d. VII kal. Octobr. | in h. XS d. eiusdem p. p. s. h. V.
her. Apulei Faustini	k. CXVII	ex h. XS d. VII kal. Octobr. | in h. XII d. eiusdem p. p. s. h. IS.
Apuleius Rogatianus	k. CX	ex h. XII d. VII kal. Octobr. | in h. IS noctis eiusd. p. p. s. h. IS.
— — — —	— — —	— — — — — — — — —

(post alia multa)

. . . . m-	k. $\overline{\text{IIII}}$	ex h. VIIS d. XV kal. Dec. et XIIII et XIII, quo | Claudiana ascend.[17], et XII in h. VII d. | eiusdem, p. p. s. h.LXXIS.
. . . . r-	k. ⋈	ex h. VII d. XII kal. Dec. in h. VII d. XI kal. | Dec. p. p. s. h. XXIIII.
. . . . n- . . . . . tis	k. DCCCCXVIII	ex h. VII d. XI kal. Dec. in h. V d. X kal. | Dec. p. p. s. h. XXII.
. . . . ani	k. DCC	ex h. V d. X kal. Dec. in h. VIIIIS noc. | eiusd. d., p. p. s. h. XVIS.
. . . . x	k. DXL	ex h. VIIIIS n.[18] X kal. Dec. in h. XS d. VIIII | kal. Dec., p. p. s. h. XIII.
. . . . pu-	k. CCCCLXXXX	ex h. XS d. VIIII kal. Dec. in h. X noc. eius|dem d., p. p. s. h. XIS.
. . . . m	k. DCLV	ex h. X noc. VIIII kal. Dec. in h. VIIIS | d. VIII kal. Dec., quo Claudiana desc., | p. p. s. h. XS.

(sequuntur sequebanturque multa alia per complures paginas).

In Numidia prope Henschir Meruâna, ubi fuit Lamasba, rep., tabulae permagnae reliquiae, iam Algerii (VIII 4440. VIII S. 18587 nonnulla addidit Gsell rech. arch. en Algérie p. 84 seq.). — 1) *Mirum, imperatorem M. Aurelium tantum dici. Ceterum videtur significari Elagabalus.* — 2) *Supplevit Henzen C. I. L. VIII p. 956. Cf. supra N. 473 not. 2.* — 3) *Supplevit Mommsen.* — 4) *Scalae vocabulum obscurum. Similiter aliis locis eiusdem catalogi scriptum est* scala III, scala ... *(scala tertia initium habuit a. d. VII kal. Nov.).* — 5) *25 Sept., dies primus semenstris hiberni (24 Sept. aequinoctium, cf. Columell. de r. r. 9, 14, 11). Videtur haec aqua hieme tantum distributa esse. Cf. Dig. 43, 13, 1, 8; 43, 20, 1, 32.* — 6) *Apparet non a media nocte computatum esse diem usque ad noctem mediam subsequentem, sed a luce oriente ad alteram. Cf. Bilfinger der bürgerliche Tag (1888) p. 219.* — 7) *Nomen aquae.* — 8) *Aqua haec modo descendebat, modo ascendebat. Et videntur, ut par est, aquae ascendentis multo plures horae agris attributae esse quam descendentis; cf. quae exposuit Schmidt.* — 9) *Sic Gsell. Nomen loci ut videtur.* — 10) *Hora prima.* — 11) *Nomina dominorum, in quorum fundos aqua fluere debebat.* — 12) *Capita intellegi iam putat Momms., qui antea cogitaverat de cadis. Hoc apparet definiri mensuram vel ipsorum fundorum vel fructuum unius cuiusque.* — 13) *Infra agro capitum (?) non multo plurium attribuitur aqua per horas multo plures. Sed tum aqua ascendebat, hic descendebat.* — 14) *Ex hora prima, scilicet plena. In Africa aquam certis horarum spatiis distribui inter incolas ait Plin. h. n. 18, 188.* — 15) *In horam quintam et dimidiam. Cf. Bilfinger die antiken Stundenangaben (1888) p. 105.* — 16) *Pro parte sua (?).* — 17) *Cf. not. 8.* — 18) *Noctis.*

Ad aquarum distributionem pertinebant etiam tabulae Tiburtina XIV 3676 et urbana (vel potius suburbana) VI 1261, in quibus etiam ichnographia aquaeductuum incisa fuisse videtur.

5794 Decim. Secundinus | v. c., procons., curat. | et defens.[1] Amfissensium | salutem. Ut memini, non | repurgari modo aquae d|uctum, verum etiam indu|ci aquam iusseram. Confes|tim igitur in veteres cister|nas aqua ut semper cucur|rerat inducatur, gratia|s agente beatitudini tem|poris et moderationi me|e Hesperio, quod fundus, | qui aquam publicam occ|upavit, publicus non fit. Sa|ne si[2] similis interceptio ite|rum fieri possit, in cisternis | ipsis lapideo titulo posito un|de aqua veniat adscribite, u|t nulla invadendi publicum | relinquatur occasio. Memo|res eritis perfecta haec | omnia ante diem decimu|m kalendarum Ianuaria|rum vos ad officium nun|tiare debere. Opto bene | valeatis.

Amphissae Locrorum (III 568 cf. p. 1317. 2316[38] viderunt Cyriacus, Wheler et nuper Perdrizet bull. de corr. hellén. 19, 1895 p. 391). — 1) *Defensori.* — 2) *Fortasse scr.* ne.

5795	Patientia *(protome muliebris)*	Virtus *(protome muliebris, Amazoni similis)*	Spes *(protome muliebris)*	.....

..... ‖ Etrusco[1]: 'Et Salditani ci|vitas[2] splendidissima et | ego cum Salditanis rog|amus te, domine, uti Noni|um Datum veteranum | leg. III Aug. libratorem[3] | horteris veniat Sal|das, ut quod relicum[4] | est ex opere eius

perfi|ciat'. Profectus sum et in|ter vias latrones sum | passus; nudus saucius e|vasi cum meis; Saldas ve|ni; Clementem[5] procura|torem conveni. Ad mon|tem me perduxit, ube *(sic)* cunicu|lum dubii operis flebant, | quasi relinquendus ha|bebatur[6], ideo quot per|foratio operis cunicu|li longior erat effect., | quam montis spatium. | Apparuit fossuras a ri|gorem *(sic)* errasse, adeo ut | superior fossura dex||tram petit ad meridi|em versus, inferior | similiter dextram | suam petit at septen|trionem: duae ergo partes relicto rigore er|rabant. Rigor autem | depalatus erat supra | montem ab orientem *(sic)* | in occidentem. Ne quis | tamen legenti error | fiat de fossuris, quot *(sic)* est | scriptum 'superior' et | 'inferior', sic intellega|mus: superior est pars, qua | cuniculus aquam recipit, | inferior, qua emittit. Cum | opus adsignar.[7], ut scirent, | quis quem modum suum | perforationis haber., | certamen operis in|ter classicos mili|tes et gaesates[8] dedi | et sic ad compertusi||onem montis convene|run *(sic)*. Ergo ego, qui pri|mus libram feceram, | ductum atsignaveram, | fieri instituerim se|cundum formam quam | Petronio Celeri pro.[9] | dederam[10]. Opus effectum, | aqua missa, dedicavit | Varius Clemens proc.[11] | Modios V[12].

Ut lucidius labor meus circa duc. | hoc Saldense pareret, aliquas e|pistulas subieci. |

Porci Vetustini[13] ad Crispinum[14]: | 'Benignissime, domine, fecisti et | pro cetera humanitate ac benivo|lentia tua, quod misisti ad me Noni|um Datum evocatum, uti tractare | cum eo de operibus, quae curanda | suscepit. Et ideo, quamquam tem|pore urguerer et Caesarea *(sic)* fes|tinarem, tamen Saldas excucur|ri, et aquae ductum bene inchoa|tum sed magni operis inspexi et | quod absolvi sine curam *(sic)* Noni Da|ti non potest, qui it simul diligen|ter et fideliter tractavit. Et ideo | rogaturus eram, concedere no|bis, uti mensibus aliquis rei agen|dae immoraretur, nisi incidis|set[15] infirmitatem contractam || [*ex multis et magnis laboribus*]. . . .

Lambaesi, basis sex laterum, cuius dimidia tantum pars, scilicet tres latera supersunt (VIII 2728 cf. VIII S. 18122 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Significatur M. Valerius Etruscus legatus exercitus Africani a. 151 (supra N. 5351) et a. 152 (VIII 2543. VIII S. 17854). Epistulam apparet scriptam esse a Vario Clemente procuratore.* — 2) *Saldae oppidum maritimum Mauretaniae Caesariensis, hodie Bougie.* — 3) *Cf. supra N. 2422.* — 4) *Inchoaverat aquaeductum ante multos annos, Petronio Celere procuratore, cf. infra not. 9.* — 5) *Cf. not. 9.* — 6) *Scr.* haberetur. — 7) *Adsignarem.* — 8) *Cf. Mommsen Herm. 22 p. 549.* — 9) *Procuratori. C. Petronius Celer procurator Mauretaniae Caesariensis fuit a. 137 (VIII S. 21663, infra inter terminos).* — 10) *Apparet nonnulla excidisse.* — 11) *De hoc procuratore Mauretaniae Caesariensis vide supra N. 1362.* — 12) *Hoc obscurum. Mommsenus coniecit indicari mensuram aquae certo tempore ex aquaeductu profluentis.* — 13) *Procurator Mauretaniae Caesariensis a. 150 (dipl. mil., III S. p. 2213).* — 14) *Legatus exercitus Africani per annos 147—150 (supra N. 1070).* — 15) *Excidit* in.

5796 [*imp. Caesar divi f.*] | Augustus | [*p*]ontif. max. | [*for*]mam[1]

Mentis[2] attrib. | [r]ivo aquae Augustae[3] | [q]uae pervenit in | nemus Caesarum[4], | [ut?] ex eo rivalibus[5] qui | [per b]uccinam accipieb. | . . .

Ad viam Clodiam 15 mil. pass. ab urbe, prope la Galero, tegebat tabula, cum reperta est, canalem derivatum ex lacu Braccianensi (VI 31566. XI 3772ª = Notizie degli scavi 1887 p. 182 Barnabeius vidit ectypum). Explicare temptavit Barnabeius l. c. — 1) *Supplevit Barnabeius; cf. N. 5760.* — 2) *Fortasse forma sic appellata. Barnabeius mentis significari putat aquam ex ductu decidentem, conferens Vitruv. 4, 3, 6.* — 3) *Est aqua Augusta sive Alsietina, de qua Frontinus de aq. c. 11, ab Augusto destinata potissimum naumachiae, ab ipso trans Tiberius extructae, in quo loco iam nemus Caesarum esse ipse Augustus ait Mon. Ancyr. 4, 43.* — 4) *Cf. not. 3.* — 5) *Cf. Gell. 14, 1, 4; Dig. 43, 20, 1, 26.*

5797 imp. Caesar divi f. August. pontif. | maxim. flumen Sebaston[1] á Schediá[2] induxit, | quod per se toto oppido flueret, praefect. Aegypti | C. Iulio Aquila[3], anno XXXX Caesaris[4]. | *αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Θεοῦ υἱὸς Σεβαστ. ἀρχιερεὺς* | *ποταμὸν Σεβαστὸν ἀπὸ Σχεδίας ἤγαγεν* | *δι' ὅλης τῆς πόλεως ῥέοντα, ἐπὶ ἐπάρχου* | *τῆς Αἰγύπτου Γαίου Ἰουλίου Ἀκύλαι.* | L M[5] *Καίσαρος.*

Alexandriae Aegypti rep., delata Vindobonam (III S. 12046 = Eph. ep. 7 p. 448 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Memorat hunc canalem Strabo (cf. not. 2).* — 2) *Oppidum Nilo appositum, ita dictum a ponte quo fluvius ibi iunctus erat, cf. Strabo 17 p. 800.* — 3) *Cf. Ioseph. ant. 19, 5, 2.* — 4) *Anno p. Chr. 10/11.* — 5) *Ἔτους τεσσαρακοστοῦ.*

5797ª [*imp. Caes. divi*] | Ne[*rvae fil. Nerva*] | Tra[*ianus Aug. Germ.*] | Dac[*icus trib. pot.*] . . | im[*p. . . ., cos. . . . p. p.*] | fossam[1] [*fecit* | *q*]ua inun[*dationes Tiberis* | *a*]dsidue u[*rbem vexantes* | *rivo*] peren[*ni instituto arcerentur*][2].

Romae in coenobio S. Pauli, origine, ut videtur, Ostiensis (XIV 88 vidi). — 1) *Fossam hanc memorat Plin. ep. 8, 17: Tiberis alveum excessit, quamquam fossa, quam providentissimus imperator fecit, exhaustus.* — 2) *Supplevit Mommsen.*

Similis est titulus Claudii supra N. 207. — In titulo qui prodiit in ruderibus Bisicae in Africa est: fluvium quoque cuius incursu civitas vexabatur avertit *(Bull. arch. comité trav. hist. 1894 p. 249).*

5798 Macrinus, Diadumeni Aug. l. proc. Antoniani[1] disp., hic | ambulavit a villa Polli Felicis[2], quae est Epilimones[3], | usque ad emissarium Paconianum, Nerva et Vestino cos.[4]

Prope Neapolim in cuniculi antiqui montis Pausilypi pariete, scariphatum in tectorio (Eph. ep. 8, 337 cf. Mommsen Herm. 18, 1883 p. 159 legerunt de Petra, Sogliano aliique). Alias duas inscriptiones similes, sed breviores ab eodem Macrino eodem loco incisas omisi (Eph. 8, 335. 336). Praeterea in parietibus eiusdem cuniculi incisi sunt, spatiis centenum pedum (29, 57 metr.) interiectis, numeri C, CC, CCC, CCCC, D *cet. (Eph. 8, 339; Momms. l. c.). Similiter parietibus emissarii Claudiani lacus Fucini insertae fuerunt tabellae inscriptae* ped. DCC, ped. DCCC *cet. (IX 3888 seq.). Emissarii alicuius mentio est praeterea in fragmentis Tusculanis XIV 2623.* — 1) *Idem supra N. 1474. Antonianus fortasse dictus ab Antonia Drusi.* — 2) *Cf. Stat. silv. 2, 2. 3, 1.* — 3) *Cf. Momms. Herm. l. c. p. 160.* — 4) *A. 65.*

5799 opera loc.[1] | [*in v*]ia Caecilia[2] de H[*S*] | . . . . . [*A*]d mil.[3] XXXV: pontem in fluio[4]; | [*pecuni*]a adtributa est, populo const. | [*HS*] . . . Q.[5] Pamphilo mancupi et ope.[6], | [*cur.*] viar.[7] T. Vibio T[*e*]muudino[7] q. urb. |

[*Via gla*]rea sternenda af mil. [*LXXVIII* | *et per A*]p[*e*]nninum muunien[*da per mil. pass.*] XX, pecunia adtributa [*est*, | *populo c*]ons[*t.*] HS n. . . . .))|)))[9] L. Rufilio L. l. | . . . sti mancupi; cur. viar. T. Vib[*io*]. |

[*Via af*] mil. LXX[*XXV*]III ad mil. CX . . . | . . . . la Interamnium[10] vo[*rsus* | *ad mil. C*]XX; pecunia adtri[*buta* | *est*, *popu*]lo const. HS Q (((| . . .[11] . . . ., | . . T. Sepunio T. f. Q . . . . . | . . . [*cur. via*]r. T. Vibio Tem[*uudino*]. |

. . . arcus dela[*psus*] . . . . | . . mancupi; [*cur. viar.* | *T. Vibio Temuudino*] q. urb.

Romae rep. non procul a porta Collina (VI 3824 et melius VI 31603 cf. Notizie 1896 p. 87 seq. correxit, adiutus ab amicis, Huelsen, qui titulum exaratum putat aetate fere Sullana). — 1) *Locata.* — 2) *Viam hanc Caeciliam nominis praeterea ignoti, Huelsen putat ramum fuisse viae Salariae et pervenisse breviore tramite quam hanc ad mare Hadriaticum, stratam autem esse ab eodem L. Caecilio Metello, cuius est titulus N. 5810. De singulis praeter Huelsenum Notizie l. c. egit Persichetti Roem. Mitth. 1898 p. 193—220.* — 3) *Miliarium.* — 4) *Fluvio.* — 5) *Incertum quid subsit (fortasse excidit* l.). — 6) *Operis.* — 7) *De cura viarum aetatis liberae rei publicae cf. Mommsen Staatsr. II*[3] *p. 668.* — 8) *Nomen praeterea plane inauditum.* — 9) *Centum quinquaginta milibus (prioris signi maior pars periit).* — 10) *In hac parte viae videtur stetisse titulus infra N. 5810.* — 11) *Sexcentis (vel etiam pluribus) milibus; de nota quingentum milium cf. ad N. 5757.*

Similis operum locatio est in fragmento urbano Notizie degli scavi 1899 p. 40.

5800 L. Vo[*l*]ca[*cius*][1] . . [*f.*] | cur. viar.[2] | e lege Visellia[3] de conl. sen[*t.*][4], | Cn. Corneli, Q. Marci, L. Hostil[*i*], | C. Antoni, C. Fundani, C. Popili, | M. Valeri, C. Anti[5], Q. Caecili[6]. | Opus constat n.[7] ↀↀ CIↃ XXII[8].

Romae rep. in Caelio monte Palatinum versus, est Tolosae (I 593; VI 1299. 31590 vidit Hirschfeld; imaginem Ritschl tab. LXXI a). — 1) *Nomen enucleavit Hirschfeld.* — 2) viar. *vocabulum hodie deperditum viderunt Marinius et Dumège.* — 3) *Cf. Mommsen Staatsr. II*[3] *p. 669 not. 3.* — 4) *De conlegarum sententia. Conlegium intellege tribunorum plebis, cf. not. 6.* — 5) *Servarunt priores (cf. not. 2).* — 6) *Ex novem his nominibus tria supersunt in praescriptione legis, quam anno ut videtur u. c. 683 rogaverunt tribuni plebis, supra N. 38.* — 7) *Nummis.* — 8) *21072.*

5801 P. Claudio A[*p. f.*], | C. Fourio[1] | aidiles[2]. *(In fronte)* ↓III *(a tergo)* X[3].

Mesae in paludibus Pomptinis, columna, inscriptio legitur in vertice columnae (X 6838 p. 1019 et melius Eph. ep. 8, 676. 900 delineavit Huelsen Roem. Mitth. 1889 p. 84). — 1) *Videntur intellegi P. Claudius Appi fil. Pulcher qui consul fuit a. u. c. 505, et C. Furius Pacilus consul a. u. c. 503 (Huels.).* — 2) *Aediles curules fuerunt utpote patricii.* — 3) *Numeris Mommsenus (X p. 1019) putat significari Appiae miliarium quinquagesimum tertium, decennovii (cf. ad N. 5821) decimum.*

5802 P. Menates[1] P. f. | aid. pl. | XXX.

Nazzani qui vicus est in sinistra Tiberis ripa, 28 mil. pass. ab urbe Roma, agrum Sabinum versus, columna (I 633. XI 6646 solus videtur descripsisse circa a. 1800 Ios. Iust. di Costanzo monachus Benedictinus, homo accuratus). Columnam Bormann putat stetisse ad deverticulum viae Flaminiae. — 1) *Idem nomen apud Varronem de r. r. 2, 11.*

5803 M. Aemilius M. f. M. n. | Lepidus cos.[1] | CC⅃XIIX[2]. *(Iuxta)* XV[3].

5804 M. Aemilius M. f. M. n. | Lepid. cos.[1] | CCXXCVI[2]. *(A sinistra)* IIII[3] *(a dextra)* XXI[4].

Prope Bononiam, columnae duae conorum similes, altera in vico Castel S. Pietro, altera Borgo Panigale, nunc utraque Bononiae (I 535. 536. XI 6642. 6646 vidit Bormann, hanc nuper contulit Brizio; Ritschl tab. XLVIII a b). Tertia similis columna prope Castel S. Pietro reperta est, sed mutila (I 537. XI 6641). — 1) *Est consul a. u. c. 567, quem scriptores tradunt viam Aemiliam ab Arimino per Bononiam Placentiam usque stravisse.* — 2) *Ariminum Roma cum numerentur m. p. fere 212, Arimino Bononiam 77, cippi signati CCLXVIII et CCLXXXVI steterint necesse est circa Bononiam.* — 3) *A Bononia. S. Pietro a Bononia circa 15 mil. abest, Borgo Panigale circ. 4 (Bormann).* — 4) *Significatur intervallum a Mutina.*

5805 M. Aemiliu. | M. f. Lepidus | cos.[1]

Inter Ariano et Grottaminardom (a Benevento orientem versus), scriptum in superficie columnae (IX 6073 vidit Dressel). — 1) *Potest esse is qui praecedit.*

5806 S. Postumius S. f. S. n. | Albinus cos.[1] | C[X]XII Genua Cr[*e*]mo[*nam*][2]. | XXVII[3]. *(Posteriore scriptura, intrusum supra Postumii nomen)* VIIII.

Veronae, columna, nescimus quo loco reperta (I 540. V 8045 recognovit Mommsen; Ritschl tab. LVa). — 1) *Consul a. u. c. 606 (Borghei opp. 3, 87).* — 2) *Via haec Postumia fuit duplex, altera cispadana a Cremona Genuam, per milia passuum 122, ut ex hoc lapide apparet, cuius extrema pars Genuam versus memoratur in monumento anni u. c. 637 (infra N. 5946), altera transpadana a Cremona Aquileiam et ad mare Hadriaticum, quae memoratur a Tac. hist. 3, 21 et in titulo Aquileiensi supra N. 5366 (cf. ibid. not. 2).* — 3) *Intervallum ut videtur a Cremona ad eum locum ubi cippus hic antiquitus stetit.*

5807 P. Popillius C. f. | cos.[1] | ↀXXXI[2].

Prope Atriam rep., columna infra acuta (I 550. V 8007 recognovit Mommsen; Ritschl tab. LIV A a). — 1) *Consul a. u. c. 622. Idem etiam Capua Regium viam fecit, teste titulo supra N. 23.* — 2) *Milia videntur numerari ab Arimino.*

5808 T. Quinctius T. f. | Flamininus[1] | cos. | Pisas . . . .[2]

In agro Florentino, Pisas versus non longe a Montelupo (I 559. XI 6671 vidit Bormann; Ritschl tab. LVIb). — 1) *Intellegendus videtur consul a. u. c. 631 (Momms.).* — 2) *Numerus non videtur hic fuisse, vel certe non extat* (XXXII *huc intruserunt ex documento quodam medii aevi XI 849*, fidei suspectae).*

5809 L. Corneliu|s L. [*f.*] Cina cos.[1] | [*CX*]III[2].

Tribus milibus a Venafro Neapolim versus, lapis crassus figurae conicae (I 558. X 6905. Ritschl tab. LVIa). — 1) *Eius nominis cum duo fuerint consules,*

a. u. c. 627 et a. u. 667 ad 670, illi potius est adscribenda propter n *non geminatam (Momms. vol. 1 l. c.).* — 2) *Supplevit Mommsen. Miliarius est viae Latinae.*

5810 L. Caecili. Q. f. | Metel. cos.[1] | CXIX[2]. | Roma.

In Piceno, ad vicum S. Oméro, pari fere intervallo ab Asculo, Interamnia Praetuttianorum, Castro Novo, rep. loco vix antiquo, scilicet ita devio et eminenti, ut nullo tempore per eum via transire potuerit, ad sepulcrum adhibita (I 561. IX 5953 vidit Dressel). — 1) *Aut is qui consul fuit a. u. c. 612 aut, id quod praefert Mommsen (l l. c.), propter cognomen additum, consul a. u. c. 637.* — 2) *Lapidem olim stetisse ad viam Caeciliam vel ad diverticulum viae Caeciliae Interamniam versus (memoratum N. 5799 v. 13), scilicet prope ipsam Interamniam, a qua S. Oméro abest circa chil. 16, putat Huelsen Notizie degli scavi 1896 p. 98.*

5811 Cn. D[*o*]m[*iti*]u[*s*] | cos.[1] | CXII.

Prope Mondragone (in litore Campano) rep., est Neapoli (I 629. X 6872 recognoverunt Mommsen et Zangemeister). — 1) *Incertum quis ex Cn. Domitiis Ahenobarbis quos consules habuerunt anni u. c. 562. 592. 632. 658. In eodem lapide extat titulus Nervae X 6873.*

His miliariis consulum liberae rei publicae adde miliarios viae Latinae inscriptos nomine C. Calvisii Sabini consulis a. u. c. 715, supra N. 889. — Aetatis Caesarianae sunt lapides viarii N. 39. 40.

5812 M'. Sergi.[1] M'. [*f.*] | procos.[2] | XXI[3].

In Hispania, ad aquas calidas de Mombuy, a Barcinone septentrionem versus (I 1486. II 4956 descripserunt duo Hispani amici Huebneri, quorum alter initio legit MA SERGI MA*).* — 1) *Manii Sergii complures memorantur, in his unus a. 590 legatus in Graeciam (Polyb. 31, 9). Titulus hic videtur paullo antiquior quam N. 5813, propter nominis formam (Momms.).* — 2) *Hispaniam rexisse putandus est aetate liberae rei publicae praetor dignitate proconsulari.* — 3) *Milia numerantur a Barcinone. Viam Huebner putat processisse Barcinone Ilerdam versus.*

5813 Q. Fabius Q. f. Labeo | procos.[1] | XCII[2].

Ilerdae (I 1484. II 4924 descr. saec. XVI Ant. Augustinus). Eadem inscriptio, numero tantum milium diverso (XCIIII)*, descripta est saec. XVI ab Ilerda occidentem versus in lapide postea adhibito ab Augusto (II 4925 cf. 4920).* — 1) *Diversus Q. Fabius Labeo consul a. u. c. 571, fortasse is quem memorat Cic. Brut. 21, 81, cuius extant nummi, illius ut videtur filius, aut alius praeterea ignotus. Hispaniam rexisse putandus est praetor dignitate proconsulari, saec. ab u. c. septimo (Momms.).* — 2) *Milium numerum Huebner coniecit computatum esse a summo Pyrenaeo, a quo Barcinonem usque fuerunt milia XCVII, teste itinerario Ant.*

5814 M'. Aquilli[*us M'. f. cos.*, | *Μ*]*άνιος Ἀκύλλι*[*ος Μα*]*νίου υἱὸς* [*ὕπατος*[1]. | *L.*] Aquillius [*M'. f.*] M'. n. Floru[*s*[2] *q.*] | restitu[*it. XXI*]III. | [*Λε*]*ύκιος Ἀκύιο*[*ς* (sic) *Μ*]*ανίου υἱὸς* | [*Μ*]*ανίου δὲ υἱ*[*ωνὸς Φλῶ*]*ρος ταμίας* | *ἀποκατέσ*[*τησεν*]. | *ΚΔ*.

In via Epheso Sardes, prope Tire, 24 chil. ab Epheso (III S. 14202, 4 Haussoullier Revue de philologie 1899 p. 295 vidit ectypum). — 1) *Est consul a. u. c. 625, vide supra N. 27.* — 2) *Apparet hunc L. Aquillium Florum (diversum ab eo qui est supra N. 928, sed cf. ib. not. 1) descendere a consule a. u. c. 625.*

5815 imp. Caesar divi f. | Augustus cos. XI, | tribu. potest. VIII[1], | ex s. c.[2] | XCVIIII.

Prope Trisungi ad fluvium Truentum rep., miliarius viae Salariae (IX 5950 ter ut videtur descripta). — 1) *A. 738/9.* — 2) *Idem in aliis miliariis eiusdem fere temporis tam huius viae Salariae (IX 5943. 5954) quam Appiae (IX 5986 = X 6914. IX 5989 = X 6917) et Latinae (X 6903). Cf. Mommsen Staatsr. III p. 1146.*

5816 imp. Caesar | Augustus imp. X, | tribunicia | potestate XI[1]. | ƉCI[2].

In ora Liguriae inter Monaco et Mentone rep., est Monaci (V 8094 vidit Mommsen). Cippus miliarius est viae Iuliae Augustae, de qua cf. ad N. 5823. Similes miliarii Augusti eiusdem tractus huius viae V 8088. 8098. 8100. 8101. 8105. — 1) *A. 740/1.* — 2) *Milia numerantur a Roma, cf. N. 5823 not. 5. Una cum hoc repertus est miliarius Hadriani duplici numero inscriptus, CCXXII (scilicet a Placentia, cf. N. 5823 not. 1), et DCI (V 8095).*

5817 imp. Caesar | divi f. Augustus p. p., | pontif. maxum., | cos. XIII, tribunicia | potestate XXXVI[1], | imp. XIIII[2]. | XX[3]. | [*P. For.*][4] Iulli *(sic)* DCCCCXXI[5]. | DCCCCII[5]. | P. R.[6]

Inter Narbonem et Tolosam loco dicto St. Couat rep., columna, est Narbone (XII 5671 vidit Hirschfeld). — 1) *A. p. Chr. 13/4.* — 2) *Erratum in numero (cf. supra N. 100 seq.), in hoc et in alio miliario eiusdem regionis (XII 5667).* — 3) *Viginti milia passuum, a Narbone scilicet.* — 4) *Per Forum Iulii (supplevit Hirschfeld).* — 5) *Videtur indicari intervallum a Roma duplici modo. Quomodo ii numeri computati sint, quaesivit Hirschfeld l. c. p. 667[a]. Similiter in columna Augusti reperta 16 mil. pass. a Narbone Pyrenaeum versus lectum est* .... Iulli DCCCCXVII, | .... DCCCXCVIII *(XII 5668).* — 6) *Notae obscurae.*

5818 Ti. Caesar | divi Aug. f. Aug. | pontif. max., | trib. pot. XXXIII[1], | refecit et | restituit. | V.

Prope Manduel inter Arelate et Nemausum, columna, iam Nemausi (XII 5605 vidit Hirschfeld). — 1) *A. 31/32.* — *Eodem modo inscriptae fuerunt multae aliae columnae viae Arelate Nemausum et Nemauso Narbonem ducentis XII 5588. 5592. 5596 cet. Ad eandem viam pertinent inscriptiones Claudii, quarum unam dedimus N. 200.*

Alios miliarios Tiberii habes supra N. 151. 152.

5819 I.[1] | Imp. Caesar | Vespasianus Aug. | pontif. maxim., | trib. potestat. VII, | imp. XVII, p. p., censor, | cos. VII design. VIII[2]. | Imp. Nerva Caesar | Augustus pontifex | maximus, tribunicia | potestate[3], cos. III, pat. | patriae refecit.

Romae, olim in aedibus privatis, nunc in area Capitolina, columna marmorea (X 6812/3 recognovit Dressel). — 1) *Putatur esse columna miliaria prima viae Appiae, recte ut videtur collata simili X 6817/8 (cf. quae exposui Bull. dell' Inst. 1882 p. 127).* — 2) *A. 76 (ante kal. Iul.).* — 3) *A. 97.*

Ad viam Appiam pertinent praeterea N. 280. 827. 5801. 5821 seq. 5875.

5820 XLVIII. | Imp. Nerva | Caesar Augustus | pontifex maximus, | tribunicia potestate, | cos. IIII[1], | pater patriae | faciendam curavit.

In Aequis in vico Sorbo, lapis miliarius viae Valeriae (IX 5969 descripsit Carolus Promis). — 1) *A. 98.*

5821 VI[1]. | Imp. Caesar | divi Nervae | filius Nerva | Traianus Aug. | Germanicus | Dacicus | pontif. max., | trib. pot. XIIII, | imp. VI, cos. V[2], p. p. | XVIIII[3] silice sua pecunia | stravit. | XLVIIII.

In via Appia, sex mil. pass. a Foro Appi rep., columna (X 6835 vidit Mommsen). — 1) *Miliarius sextus Decennovii cf. not. 3.* — 2) *Dec. 109/110.* — 3) *Decennovium (cf. supra N. 827 not. 2).* — *Similes erant X 6833. 6834. 6839.*

5822 IIII[1]. | Imp. Caesar | M. Aurellius Antoninus | invictus Pius Felix Aug. | Part. max., Brit. max., Germ. | max., pont. max., trib. potes. *(sic)* | XVIIII[3], imp. III, cos. IIII, procos. | viam ante hac lapide albo | inutiliter stratam et | corruptam silice novo, | quo firmior commean|tibus esset, per milia pas|sum *(sic)* XXI sua pecunia fecit. | LXXI[2].

Monticeli inter Fundos et Tarracinam in via Appia (X 6854 vidit Mommsen). — 1) *Quartus lapis viae anno 216 refectae,* 2) *septuagesimus primus a Roma. Idem numerus duplex repertus X 6855.* — 3) *A. 216.*

5823 [*CCX*]VI[1]. | Imp. Caesar divi | Traiani Parthici f. | divi Nervae n. Traia|nus Hadrianus Aug. | pont. max., trib. pot. IX[2], | cos. III, viam Iuliam | Aug.[3] a flumine Treb|bia[4], quae vetustate | interciderat, sua | pecunia restituit. | DCV[5].

Prope Tropaea Augusti (Turbia) rep., est Nizzae (V 8102 vidit Mommsen). Similes miliarii Hadriani in eadem ora duo alii reperti sunt, V 8095. 8106. — 1) *Numerus sic suppletus propter miliarium V 8095, in cuius capite est* CCXII. *Milia videntur numerari a Placentia (cf. not. 4).* — 2) *A. 125.* — 3) *Via haec Iulia Augusta, strata ab Augusto a. 740/1 (cf. N. 5816), a Postumia (cf. N. 5806 not. 2) divergebat Dertonae; cf. Mommsen C. I. L. V p. 827 seq.* — 4) *Intellege a Placentia (in simili miliario V 8106 fuit* Trebia*).* — 5) *Numerabantur Roma Ariminum milia 221, Arimino Placentiam 168, a Placentia autem ad eum locum ubi haec columna stetit videntur numerata esse milia 216 (cf. not. 1), fiunt 605.*

5824 [*imp.*] Caes. T. Ael[*ius*] | Hadrianus Antoninus | Aug. Pius p. m., tr. p. VI[1], cos. III, | imp. II, p. p., viam Aemiliam[2] | vetustate dilapsam operib. | ampliatis restituendam cur. | A Roma m. p. CLXXXVIII[3]. *(Litteris multo peioribus et inaequalibus)* pro. Roma.[4] et rei p. dd. nn. | FFll. Valetiniano *(sic)* et | Valente victoriosis|simis semper Aug., | m. p. CLXXXVIII[3].

Rimazzani, 18 mil. pass. a Pisis Romam versus, rep., est Pisis (XI 6664 vidit Bormann). — 1) *A. 143.* — 2) *De hac via Aemilia, Aureliae continuatione, cf. Mommsen C. I. L. V p. 885[a].* — 3) *In itinerario Ant. (p. 289 seq.) Roma Pisas via Aurelia numerantur milia passum CCXIX, aliquanto plus quam hic lapis indicare videtur. Cf. Hirschfeld C. I. L. XII p. 667[a].* — 4) *Propagatoribus Romani (imperii).*

5825 imp. Antoninus | Pius Felix Aug.[1] | poni curavit. | ÐXC[2].

Prope Bordigheram ut videtur rep., est Ventimigliae (V 8089 vidit Mommsen). Miliarius est eiusdem viae, cuius N. 5816. 5823. Gemelli sunt V 8087. 8090 cet. — 1) *Caracalla; nam de Elagabalo ne cogites, obstat nomen in omnibus his miliariis illaesum (Momms.).* — 2) *A Roma, cf. N. 5816. 5823 not. 5.*

5826 impp. Caess. Valer|io Diocletiano et | Aurelio Valerio | Maximiano Piis Fe|licib. semper Augg. | et Flavio Valerio | Constantio [*et*] Galeri|o Val. Maximiano | nobb. et invictis Caess.[1], | ab ur. Rom. CXCI.[2]

Fani Fortunae, columna (XI 6633 vidit Smetius). — 1) *A. 293–305.* — 2) *Roma Fanum numerantur in itinerariis antiquis (cf. Bormann C. I. L. XI p. 995—1000) milia passuum fere CLXXXII, Fano Pisaurum mil. pass. VIII. Stetit omnino hic lapis aliquanto a Fano Pisaurum versus, 4 mil. a N. 5827.*

5827 defensori pacis | et conservatori | imperii Romani | d. n. Constantio | maximo victori | ac triumfatori | semper Aug., | b. r. p. n.[1] *(In parte ima)* CLXXXVII[2] *(In parte aversa titulus Valentiniani et Valentis).*

Prope Pisaurum rep. Fanum versus, nunc Pisauri, columna (XI 6632 vidit Bormann). — 1) *Cf. N. 697 fin.; 712 not. 1, cet.* — 2) *Cf. ad N. 5826.*

5828 imp. Caesar divi f. Augus|tus pont. ma[*x.*], cos. XI desig. | XII, imp. XV, trib. potes. XIIX[1], | viam Sebasten curante | Cornuto Aquila leg. [*su*]o | pro praetore [*f*]ecit.

Yonuslar prope Selki Serai Pisidiae (III S. 14401[c] *viderunt Anderson et Ramsay). Lapides duos gemellos Selki Serai, tertium in ruderibus Comamorum vidit Ramsay, illos numeris* XLIV *et* XLV, *hunc numero* CXXII *distinctum (III 14401*[ab]*. 6974); in hoc milia numerari ab Antiochia Pisidiae statuit idem.* — 1) *A. 748 (post kal. Iul).*

5829 $\overline{\text{V}}$. [*Ti. C*]aesar divi Augusti f. | [*Aug*]ustus imp., pont. max., | [*trib.*] potest. XIIX[1], cos. II | [*viam*] a colonia Salonitan. | ... [*m*]unit ... vici|.... *(quantum perierit, incertum)* [*et idem*] ... | [*mu*]nit ad [*sum*]mum montem Ditionum | Ulcirum[2] per millia passuum | a Salonis LXXVIID, | P. Dolabella leg. pro | pr.[3]

5829[a] [*Ti. C*]aesar divi Augusti f. | [*Au*]gustus imp., pontif. max., | trib. potest. XXI[4], [*c*]os. III | viam a Salonis ad .....[5] [*c*]astel. | Daesitiatium[6] per m[*ill. pass*]uum | CLVI munit, | et idem viam ad Ba .. [*flu*]m[*e*]n | quod divid. .....[7] [*a*] ... ibus, | a Salonis muni[*t mil. pas*]suum | CLVIII.

Salonis (III 3198. 3201 cf. III S. 10156. 10159 vidit Mommsen in turri cathedralis ecclesiae loco incommodo positas; nuper cum doctis Dalmatis compluribus contulit Hirschfeld). — 1) *A. p. Chr. 16/7.* — 2) *Ditiones memorant Plin. h. n. 3, 142 aliique; de Ulciro dixit Bauer arch. ep. Mitth. 17, 139.* — 3) *Cf. N. 938. 2280. 5953.* — 4) *A. 19/20.* — 5) *Fortasse* HE... *vel* LI.... — 6) *Cf. supra N. 1989 not. 6.* — 7) IHBIS ... *vel* THBIS ... *videtur esse in lapide.*

Ad aliam viam Salonis oriundam pertinuit similis eiusdem aetatis titulus quem dedimus supra N. 2478.

5830 [*Ti. Claudi*]u[*s Drusi f.* | *C*]aesar [*Aug. Germ.* | *p*]ont. ma[*x. t*]rib. | pot. IIII[1], imp. VIII, | cos. desig. IIII, p. p., | ab Mog. m. p. | LIX[2].

Prope Coblenz rep. a. 1898, loco antiquo, columna (Bodewig Westd. Zeitschr. 17, 1898 p. 227). Miliarius est viae Mogontiaco Coloniam Agrippinam ducentis. — 1) *25 Ian. 44/5.* — 2) *De numero cf. Bodewig l. c. p. 250.* — *Gemellus est miliarius eiusdem viae prope Capellen rep. Brambach 1941, quem restituit Zangemeister Westd. Zeitschr. 3, 1884 p. 311.*

5831 imp. Caes[*ar*] | Vespasianu[*s Aug*] | pontif. ma[*x., trib.*] | pot. X[1], imp. . .[2] | censor, cos. [*VIII des.*] | VII[*II*] | viam Flavi[*am*][3] . .

Polae (V 7987 vidit Mommsen). — 1) A. 78 (post kal. Iul.). — 2) Fuit XVIII *aut* XIX *aut* XX *(cf. supra N. 253 seq.). — 3) Via haec Flavia videtur memorari etiam in titulo anni sequentis V 7988.*

5832 . . . . . .[1], | Caesar[*e Aug. f. Domitia*]no | cos. [*III?*], | Cn. Cor-[*nelio Clemen*]te[2] | leg. [*Aug. pro pr.*], | iter de[*rectum ab Arge*]ntorate | in R[*aetiam?*] . . . . . . | A[*b Argentorate m. p. . .*].

Offenburg rep., fragmentum columnae (Brambach 1955; Zangemeister Westd. Zeitschr. 3, 1884 p. 247, qui explevit). — 1) Perierunt nomina Vespasiani et Titi. Domitianus memoratur in miliariis patris et fratris etiam supra N. 253. 263. — 2) Cf. N. 997. 1992. 5957.

5833 imp. Tito Caesare divi | Vesp. f. Vespasiano Aug. | pont. max., trib. pot. IX, | imp. XV, p. p., cos. VIII[1], | Caesare divi Vesp. f. | [*Domitiano*][2] cos. VII, | C. Calpetano Rantio | Quirinale Valerio | Festo[3] leg. Aug. pro pr., | via nova a Brac. | m. p. XXXIIII.

Portella do Homem ad viam Bracara Augusta (Braga) Asturicam ducente (II 4838 cf. Eph. ep. 8 p. 472 n. 236 nuper vidit Capella presbyter Bracarensis). Ex ingenti numero miliariorum prope Bragam extantium (II 4735 seq., II S. 6209 seq., cf. Eph. ep. 8 p. 453), nonnullos iam supra exhibuimus N. 490. 725. 730. 743. — 1) A. 80 (ante kal. Iul.). — 2) Vocabulum erasum. — 3) Cf. supra N. 989, infra N. 5927.

Adde titulos supra N. 263. 268. 269.

5834 imp. Caesar | divi Nervae f. Nerva | Traianus Aug. Germ. | Dacicus pont. max., | trib. pot. XV[1], imp. VI, cos. V, | p. p., redacta in formam | provinciae Arabia viam | novam a finibus Syriae | usque ad mare Rubrum | aperuit et stravit per | C. Claudium Severum | leg. Au[*g. pr. pr.*][2].

Trans lacum Asphaltitem, in via quae a Kerak ducit Wadi Musa (Petram), inter Dhat-Ras el Thawâne, 55 mil. pass. a Petra (III S. add. postr. vidit Domaszewski). Viae huius primariae provinciae Arabiae miliarios nuper demum magno numero investigaverunt Brünnow et Domaszewski (ex quibus selegimus praeterea N. 5842. 5843. 5845). — 1) A. 111. — 2) Numerus milium periit, servatus in aliis compluribus miliariis ab eodem legato in eadem via positis (numerabantur milia a Petra).

5835 imp. Caesar | divi Traiani | Parthici f. divi | Nervae nepos | Traianus | Hadrianus Aug. | pontif. max., trib. | pot. VII[1], cos. III, viam | a Carthagine The|vestem[2] mil. p. $\overline{\text{CXCI}}$ | DCCXXXX[3] stravit, | P. Metilio | Secundo[4] leg. | Aug. pro pr. | cos. desig., | per ⟨leg. III⟩[5] Aug.

Theveste, columna loco antiquo reperta (VIII 10114 = 22173 nuper vidit Schulten). — 1) A. 123. — 2) De hac via cf. VIII p. 865, suppl. p. 2092. Praeter hunc lapidem ad caput viae collocatum per singula milia collocati erant miliarii Hadriani, Caracallae, Maximini (ex his unum dedimus supra N. 488), aliorum imperatorum (supra N. 589. 590). — 3) Eodem modo subtiliter numerus passuum indicatur in alio titulo Hadriani N. 5875 et in titulo Claudii supra N. 209. In tabula Peutingerana intervalla stationum Carthagine Thevestem efficiunt 197, in

itinerario Ant. (p. 25. 26) 195. — 4) *Cf. supra N. 1053.* — 5) leg. III *in litura restitutum. Cf. supra N. 505. 2296 not. 5.*

5836 imp. | Caes. divi Sep[*ti*]|mi Severi Pi[*i A*]|rabici Adiab[*eni*]|ci Parthici m[*ax.*] | Brittanici max[*i*]|mi nepos, divi | M. Aureli Anto[*ni*]|ni Pii Parth[*ici ma*]|ximi Brittan[*ici*] | maximi Ger[*mani*]|ci maximi Ad[*iabe*]|nici maximi [*fil., M.*] | ⟨Aurelio Sev[*e*]|ro Al[*exa*]n[*dro*] | Pio felici⟩[1] [*Aug.*] | pontifex m[*axi*]|mus, tribu[*ni*]|ciae potes[*ta*]|tis *///*, cos. *///*[2] | p. p.: | Karthagine m. [*p.*] . ., | Hippon[*e*] R. m. p. . ., | Cirtae m. p. L . . ., | Lambaese m. p. C . ., | Theveste m. [*p*]. . . . .

In Numidia rep. loco dicto Fedj Suiud vel Siuda, ubi videtur fuisse Vatari (cf. infra), est Ain-Beida (VIII 10118. 22247 viderunt Wilmanns et Schmidt). Vatari, teste tabula Peutingerana, bivium fuit viarum Cirta Thevestem et Cirta Carthaginem. — 1) *Quae uncis ⟨ ⟩ inclusimus, in litura reposita sunt; scilicet fuerunt hic primum Elagabali nomina, deinde his erasis intrusa sunt Severi Alexandri; deinde etiam Alexandri vocabulum erasum.* — 2) *Et ante et post* cos. *numerus* III *videtur erasus; scilicet inscriptio cum posita esset Elagabali anno tertio, post mortem eius, erasis numeris illis, adaptata est Alexandri anni primo.*

5837 . . . | felici Aug. trib. p., cos. III, | p. p., procos., Avar.[1] l.[2] XIIII, | Med.[3] l. XII, Ner.[4] l. XXV.

Alichamps (cf. C. I. L. XIII p. 171) rep. (Renier Annuaire de la société des antiq. de Fr. 1850 p. 239, cf. Hirschfeld C. I. L. XIII p. 178, Villefosse bull. des antiq. de France 1898 p. 380). — 1) *Avaricum (Biturigum, hodie Bourges).* — 2) *Leugas (cf. infra N. 5847 not. 5).* — 3) *Mediolanum (Chateau-meillant) inter Avaricum et Augustonemetum (tab. Peut.).* — 4) *Neriomagum (Néris; cf. C. I. L. XIII p. 178).*

5838

. . . . . [*ab*]
Autessioduro[1].
. . . XVI Siduo[2] ab m. p. XX . .
Autessioduro.
. . . . II Intaranum[3] ab m. p. XX . . .
Autessioduro
sic:
Odouna[4],
Intaranum.
. . . . XX Intar[*anum ab*] [*m. p.*] . .
. . . .

Augustoduni Haeduorum (Autun) rep. c. a. 1840 (XIII 2681[b] *vidit Hirschfeld; Desjardins Géographie de la Gaule IV p. 22 cum tab.). Alterum fragmentum eiusdem monumenti, sed exiguum, repertum est a. 1893 (XIII 2681*[c]*), tertium multo maius prodiisse videtur ante ducentos vel plures annos, sed ex eo pauca tantum nomina enotata habemus (XIII 2681*[a]*); ex his videtur colligi posse, etiam viam Roma Augustodunum in eodem monumento enarratam fuisse. Simile monumentum, sed non idem, Eumenii aetate expositum fuit Augustoduni in porticibus publicis (Eumen. pro restaur. scolis 20); cf. Hirschfeld C. I. L. XIII p. 403*[b]. — 1) *Hodie Auxerre (cf. C. I. L. XIII p. 449).* — 2) *Locus ignotus.* — 3) *Entrains (cf. C. I. L. XIII p. 446).* — 4) *Ouanne (inter Auxerre et Entrains).*

5839

		......	....	Item
		......	l. XV[4]	a Cas-
......	....	[*Nov*]iomag.[4]	l. XV	
[*Bonna*][1]	l.[2] XI	Durocorter.	l. XII	tello[5]
[*Rigo*]magus	l. VIIII	ad fines	l. XII	
[*Antu*]nnacum	l. VIII	Aug. Suessionum		fines At-
[*Confl*]uentes	l. VIII			[rebatum
[*Bo*]udobriga	l. VIII	l.	XII	l. XIIII.
[*Vo*]solvia	l. VIII	Isara	l. XVI	Nemetac. l. . .
[*Bi*]ngium	l. VIII			
[*Mo*]gontiac.	l. XII	Roudium	l. VIIII	Item
[*Bu*]conica[3]	l. VIIII	Seeviae	l. VIII	
[*Borb*]itomag.	l. XI	Samarabriva		a B[*agaco*]
....	....	[*l.*]	....	......

In civitate Tungrorum (Tongres) rep., est Bruxellis, cippus octo laterum, ex quibus tria tantum supersunt et ea mutila, litteris non aetatis Diocletiani, ut voluerunt nonnulli, sed multo antiquioribus (Bull. de l'Acad. roy. des sciences de Bruxelles 4, 1837 tab. ad p. 174; Desjardins Géographie de la Gaule IV p. 31 cum tab.; Schuermans Congrès de la féderation arch. et hist. de Belgique à Tongres 1901, I, item cum tab.). — 1) *Superest haec pagina ex descriptione viae Colonia Agrippina (vel potius Aduatuca Tungrorum per Coloniam Agrippinam) Argentorate ducentis, eodem fere modo descripta in tabula Peutingerana.* — 2) *Leugas (cf. N. 5847 seq.).* — 3) *De nomine loci (hodie Oppenheim) cf. Zangemeister C. I. L. XIII 2 p. 194.* — 4) *Hac pagina continebatur via per Durocortorum Remorum (Reims) et Augustam Suessionum (Soissons) Samarobrivam ducens.* — 5) *Castellum Menapiorum (Cassel). Cf. tab. Peut.; itin. Ant. p. 376. 377.*

Itineraria perscripta in vasculis argenteis repertis in Aquis calidis quae sunt Vicarelli (XI 3281—3284) hic non repeto.

5840 [*i*]mp. Nerva Caes. | [*A*]ug. pontif. ma[*x.*, | *t*]rib. potest., c[*os. III*, | *p.*] p., restituit, per | [*P*]omponium | [*B*]assum leg. | [*A*]ug. pro p[*r.*][1]. | Mil. p. LXXX[2]. | *Π*[2].

Inter Amasiam et Gangra, loco dicto Iskelib, columna (III S. 6897 vidit Gustavus Hirschfeld). — *Similes miliarii multi alii in hac regione reperti sunt.* — 1) *De hoc legato Galatiae cf. Prosopogr. imp. Rom III p. 75 n. 530. Consul suff. fuit a. p. Chr. 93 (dipl. mil.).* — 2) *Milia numerantur ab Amasia.*

5841 [*imp. Caes.* | *M. Aurelius Antoninus* | *trib. potest. XVI, cos. III,* | *et L. Aureli*]us Verus | trib. potest. II[1], cos. II, | divi Antonini fili, | divi Hadriani nepotes, | divi Traiani Parthic. pronep., | divi Nervae abnepote[*s*], | . . . . | m. p. V, ἀπὸ κολ. Αἰλίας Καπιτωλ. | μιλ. ε.

Hora una et dimidia ab Hierosolymis, el-Bireh versus, prope Ramah (III S. 6649 Villefosse vidit ectypum). — 1) *A. 162.*

5842 [*imp. Caesar* | *P. Helvius Pertinax Au*]g. | pr[*incep*]s [*sen*]a[*tus*], cos. II, | pont. [*max.*], trib. pot.[1] | [*et Caesar*] Helvius | [*Pertinax filiu*]s

princeps | iu[*v*]ent[*ut*]is[2], per | P. Aelium [*Se*]veria|num M[*axim*]um | leg. [*A*]ug. pr. pr.[3], | a Rab.[4] m. p. XIII.

In via primaria provinciae Arabiae, de qua supra N. 5834, prope vicum Mote (III add. postr., descr. Domaszewski). — 1) *A. 193.* — 2) *De Pertinace iuniore cf. supra N. 410 not. 2.* — 3) *Legatus pro praetore Arabiae fuit etiam anno 194, testibus aliis miliariis.* — 4) *Rabba sive Areopolis Arabiae.*

5843 imp. Caes. | M. Aurel. | Antonino[1] | Pi[*o*] Fel. Aug., | di[*v*]i Ant[*o*]n[*ini*] | fil., divi Se[*ve*]|ri [*ne*]pos, cos., | trib. pot.[2], | per Flavium | Iulianu[*m* | *leg. Aug.*] p[*r. pr.*], | a Meda.[3] | m. p. | XIII.

In eadem via, ad rivum Wadi Waleh (III add. postr., descr. Domaszewski). — 1) *Vocabulum erasum, sed legitur.* — 2) *A. 218.* — 3) *Medaba. Locus memoratus iam in antiquissima inscriptione Moabitide (Smend u. Socin Inschr. des Königs Mesa p. 13) et in Vetere Testam. (Iosu. 13, 9 cet.), Euseb. onomast. s. v. Μεδδαβά; hodie Madeba.*

5844 imp. Caesari G. | Iulio Vero | Maximino P. f. | Aug. n., et | G. Iul. Vero | Maximo nob. | Caes., filio | Aug. n., | *ἀπὸ Ἐσβ.*[1] *μ. ς'*[2], | mil. VI.

Trans Iordanem, in via Hierichunte Hesbuntem (III S. add. postr. 14154¹, vidit Domaszewski). — 1) *Ἀπὸ Ἐσβοῦντος (sic perscriptum in alio lapide eiusdem viae, III S. 14152¹). Ἐσβοῦς est Hebraeorum Hesbon (cf. Ioseph. ant. 13, 5, 4; Euseb. onomast. s. v. Ἐσσεβών), hodie Hesban.* — 2) *Μείλια ἕξ (numerus ς superscriptum est litterae M, hocque interpositum inter ἀπὸ et Ἐσβ.).*

5845

imp. Caesar
P. Helvius Perti-
nax Aug. princeps
senatus, cos. II,
pontif. maximus, trib.
pot., p. p., et Caesar Hel-
vius Pertinax fi[*l.*],
princeps iuventutis[1]

νικᾶν
ἐγεννήθης

5845[a] imp. Caes.
divi Nervae fil. [*Nerva*]
Traianus Au[*g. Germanic.*]
Dacicus pont. [*max.*],
trib. pot. XV, im[*p. VI, cos. V*],
p. p., redacta i[*n formam*]
provincia[*e*] A[*rabia viam*]
novam a fini[*bus Syriae*]
usque ad mar[*e Rubrum*]
aperuit et strav[*it per*][2]

βασιλεῦ

mil.
XVI[3]

5845[b]

ἀθάνατε

mil.
XV[3]

In eadem via in qua N. 5834, ad vadum fluminis Arnonis, hodie Wadi Modjib, columnae tres humi iacentes (III S. add. postr. 14149, 38—40 vidit Domaszewski). Priorum duarum inscriptionum extremae partes erasae sunt, tertia tota, ut acclamatio Graeca intruderetur, pertinens ad Iulianum. Mille passibus ab his extant quattuor columnae, in quas intrusa sunt verba Graeca [αὐτο]κράτω[ρ] — Ἰουλια[νός] — [A]ὔγουστος — εἷς αἰ[ε]ὶ βα[σιλεὺς] (III S. 14149, 41—44 vidit Domaszewski). — 1) *Aliud exemplum inscriptionis supra N. 5842.* — 2) *Aliud exemplum inscriptionis N. 5834.* — 3) *Milia numerantur a Rabba sive Areopoli (cf. N. 5842); in altero utro numero videtur error inesse.*

5846 d. n. | Constantino nob. | Cs.[1] | Strata | Diocletiana | a Palmyra | Aracha | VIII.

Duabus fere horis a Palmyra Erek versus (III S. 6719 vidit Sterrett). — 1) *Haec, quae reperiuntur etiam III S. 6718, fortasse postea addita sunt.*

5847 imp. Cae[*s. L.*] | Septimio Se|vero Pio Per|tinace Aug. Ara|bico Adiabenico | Parthico max. | p. p. [*cos.*] III[1], et imp. Caes. | M. Aur. Antonino | Pio [*Feli*]ce | [*Aug. cos.*] .... | ....[2], curante L. P. | Postumo leg. Augg. | p. p. Ab Aug. Suess. leug.[3] | VII.

Prope Soissons rep. (Hist. de l'Acad. des inscr. 5, 1723 p. 250; Seymour de Ricci Revue arch. 39, 1901 p. 392). — 1) *A. 202.* — 2) *Erasum sine dubio nomen Getae.* — 3) *Leugae pro milibus passuum in viis publicis Galliarum numerabantur inde a temporibus Septimii Severi (Roth ann. Rhen. 29, 1860 p. 9 seq.; cf. Zangemeister Westd. Zeitschr. 3, 237 not. 2).*

5848 im[*p. Caes. divi Septimi*] Sev[*eri Pii*] | nepoti, divi Antonini Pii | Mag. filio, M. Aur. Severo | Alexandro Pio Fel. Aug., | pontifici max., tribunicie potes., | cos.[1], patri patrie, civ. Aur. Aq., | ab Aquis leug. | XVII.

Noettingen prope Pforzheim rep. (Brambach 1960 ad ectypum). — 1) *A. 222. Leugas habes etiam supra N. 564. 566. 5837. 5839, infra N. 5882* [a].

5849 imp. Caesar M. Au|relius Commodus | Antoninus Aug. Pi|us Sarmatic. Ger|ma. Brittannicus[1] | burgis novis pro|vincia munita mi|liaria conlapsa ve|tustate restituit | per ....

Ain-Temouchent in Mauretania rep., est Oran (VIII S. 22629 vidit Gsell). — 1) *A. 184 vel 185 (cf. supra N. 392 not. 2, 393 not. 3).*

Eiusdem fere aetatis est titulus similis Maurus supra N. 396.

5850 imp. Caesar [*L.*] | Septimius Seve|[*rus Pius Pertinax* | *et M. Aurelius* | *Anto*]ninus [*Augg.*, | *Arabb.*,] Adiabb.[1] Par[*thi*]|ci maximi, et [*P. Sep*|*timius*] Geta[2] nobi|lissimus Caesar, | miliaria n[*o*]vae[3] | praetenturae | poni iusserunt, | curante P. Aelio | Peregrino p[*r*]oc. | Augg[*g.*].[4] Coh[*o*]r. I Pann.[5] | A Lucu m. p. III.

In Mauretania prope locum dictum Timziuîn, ubi videtur fuisse Lucus oppidum praeterea ignotum (VIII S. 22602 vidit Gsell particulas lapidis adlatas Oran in museum). Miliarius eadem fere inscriptione inscriptus, in cuius fine est numerus VIII, in eadem regione repertus est VIII S. 22611. — 1) *Nota, Severi cognomina communicata cum eius filio.* — 2) *Vocabuli erasi reliquias agnovit Gsell.* — 3) *In miliario gemello VIII S. 22611 dicitur esse* [*n*]ova. — 4) *Procurator notus ex multis aliis inscriptionibus.* — 5) *Cf. N. 2003.*

5851 imp. Caes. L. Sep|timius Seve|rus Pertinax | Aug. p. p., pontif. | max., trib. pot. | III[1], imp. IIII, cos. | II, procos., mi|liaria resti|tuit per Cn. Nun|nium Marti|alem proc. su|um. A Sitifi m. p. VI.

Buhirae prope Sitifim rep., columna (VIII 1036 vidit Wilmanns). — 1) *A. 195. Eadem inscriptio legitur in miliario Sitifensi VIII 10351.*

5852 imp. Caes. M. Aurell. | Severus Antoni|nus Pius Felix Aug. | Part. max., Brit. max., | Ger. max., pontif. | max., miliaria ve|tustate dilap|sa restituit. | VIIII.

In Numidia inter Lamasbam et Ngaus, loco dicto Henschir el-Bir, columna (VIII 10397. VIII S. 22500 vidit Gsell). Eodem modo multi alii eiusdem regionis miliarii inscripti sunt (VIII S. 22437. 22446. 22447. 22454. 22514).

5853 imp. Caes. M. Aur|rellius *(sic)* Anto|[*nin*]us[1] Pius Fe|lix Aug.[2], divi | Magni Antoni|ni filius, mil. co|mmeantibus | innovavit.

Prope Lamasbam Numidiae (VIII S. 22427 vidit Gsell). — 1) *Vocabulum erasum.* — 2) *A. 218/222.* — *Eodem modo concepti sunt eiusdem regionis miliarii quam plurimi, tam eiusdem Elagabali quam Severi Alexandri (VIII S. 22428. 22438. 22439. 22455. 22458. 22468. 22469).*

5854 [*imp.*] Caes. M. Au|relius Severus | Alexander Pi|us Felix Aug. po|ntif. max., trib. p|ot., p. p., cos., divi | Magni Anto|nini fil., miliaria | commeanti|bus ino[*va*]vit, | de.[1] r. p. sua La|masba.

Ibi ubi N. 5852 (VIII 10401 = 22506 vidit Gsell). — 1) *Fortasse: dedicante.*

5855 imp. Caesar | L. Domitius Au|relianus Pius | Felix Aug. mi|liaria orbis | sui restitu|it.

Inter Zarai Numidiae et Sitifim, prope Bir Akrisch (VIII 10374 vidit Wilmanns).

Miliarii *etiam supra N. 23,* miliaria *N. 806; III 5735 cet.* Quinarii lapides *N. 732.*

5856 imp. Caes. divi | Nervae f. Ner|va Traianus | Aug. German. | Dacicus pontif. | [*m*]aximus, trib. | p[*ote*]state XV[1], imp. | VI, cos. V, p. [*p., s*]ub|structionem con|t[*ra l*]abem montis | fecit.

Antrodoci, ubi fuit Interocrium, ad viam Salariam, fortasse ab aquis Cutiliis eo adlata (IX 5947 viderunt Mommsen et Stevenson). — 1) *A. 111.*

5857 imp. Caesar | divi Traia|ni Parthici f. | divi Nervae n., | Traianus Hadri|anus Aug. pont. | max., trib. pot. VIII[1], cos. III, procos., vi|am prolapsam | nova substruct. | rest.

Prope Massam Martano, ibi fere, ubi fuit mansio ad Martis viae Flaminiae (cf. C. I. L. XI p. 694), basis calcaria (XI 6619 = Notizie degli scavi 1888 p. 681 vidit Bormann). — 1) *A. 124.*

5858 imp. Caes. L. Septimius | Severus Pius Pertinax | Aug. Arabic. Adiabenic. | Parthic. maxim. pontif. | maximus, trib. pot. VIIII[1] | imp. XI, cos. II, p. p., desig. III[2], | procos. et | imp. Caes. M. Aurelius | Antoninus Pius August. | trib. pot. IIII, designat. cos.[3], | procos. et | P. Septimius Geta nobiliss. | Caesar[4] | murum ad defension. viae vetustate con|labsum restituerunt[5].

Prope Capuam rep., est Neapoli (IX 5980 = X 6908 vidit Mommsen). — 1) *A. 201.* — 2) desig. III *videtur extra ordinem adiectum, scilicet designatione eo ipso tempore promulgata quo hic titulus incisus est.* — 3) *Cf. not. 2.* — 4) *Era-*

sum, sed legitur. — 5) *In titulo Neapolitano nuper reperto (Notizie degli scavi 1892 p. 480) est de iisdem imperatoribus:* molem novam ad de|fensionem viae | adluvione maris | corruptae fecerunt. *Cf. etiam titulum Ardeatinum supra N. 489.*

5859 [*imp. Caes. Au*]g.[1] M. Aure|[*lius Anto*]ninus Pius Fe|[*ix Au*]g. Parthicus max. | [*Br*]itannicus max., p. m., p. p., | cos. III desig. IIII[2], | viam inundatione aque *(sic)* | interruptam restituit.

Capuae in ponte olim, iam in museo (X 6876 vidit Mommsen). — 1) *Sic videtur fuisse in lapide.* — 2) *A. 212.*

5860 .... | .....[1] Pius Felix | iuvictus Augustus | viam Anniam[2] longa incuri[*a*] | neglectam influentibus | palustrib. aquis eververatam, | sic et commeantib. inviam, | inter plurima indulgentiar. | suar. in Aquileiens. providentissim. | princeps restituit.

Prope Aquileiam rep. a. 1806 (V 7992 semel ut videtur descripta). Alterius exempli eiusdem tituli fragmentum est V 7992ª (cf. p. 1092). — 1) *Erasum fortasse Maximini nomen, cuius est similis titulus Aquileiensis supra N. 487.* — 2) *Cf. supra N. 5375.*

5861 imp. Caes. M. O[*pelli*|*us*][1] Severus [*Macri*|*nus*][1] Pius Felix Aug., | cos. II[2], et M. O[*pellius*][1] | Antoninus [*Dia*|*dumenianus*][1] Caes. vi|am stratam nov|am instituerunt. | IIIIX[3].

Prope Tunetem loco dicto Henschir et Awinia, columna (VIII S. 2122 vidit Cagnat). — 1) *Nomina Macrini filiique eius erasa.* — 2) *A. 218 (de Macrino iterum consule cf. supra N. 465 not. 2).* — 3) *Incertum unde milia numerata sint (lapis fortasse aliunde in locum illum allatus).*

5862 [*imp. Caes. M. Aurelio Antonino* | *Pio Felice Aug. p*]ont. | m., trib. pot. XVIII[1], imp. III, | [*cos.*] IIII, p. p., procos., respub. | cent.[2] Suburbur. vias ex|austas r[*e*]stituit ac no|vis mun[*itio*]nib. dilatavit. | XXI.

Bordj Mamra inter Cirtam et Sitifim, columna (VIII 10335 cf. add. p. 2143 videtur vidisse Delamare). — 1) *A. 215.* — 2) *Fortasse scr.* gent.

5863 imp. Caesar divi Nervae f. | Nerva Traianus Aug. Germ. | pontif. maximus, trib. pot. IIII, | pater patriae, cos. III[1], | montibus excisi[*s*] anco[*ni*]bus | sublatis via[*m*] f[*ecit*].

A dextra Danuvii, paulo ante Orsovam, ubi alveus fluminis coarctatur, vivae rupi incisum (III 1699 III S. 8267 diligenter examinavit Benndorf). — 1) *A. 100.*

5864 imp. Caes. M. Aurel. Antoninus | Aug. Armeniacus et | imp. Caes. L. Aurel. Verus Aug. Ar|meniacus viam fluminis | vi abruptam interciso | monte restituerunt per | Iul. Verum leg. pr. pr. provinc. | Syr. et amicum suum, | inpendiis[1] Abilenorum.

5864ª pro salute | imp. Aug. Antoni|ni et Veri, M. Vo|lusius Maximus | 7 leg. XVI F. f.[2], | qui operi in|stitit, v. s.

In monte Antilibano prope Sûk-Wâdi-Barada, ubi fuit Abila Lysaniae, ad fluvium Wadi Barada in rupe incisum (III 199. 201 viderunt Lepsius aliique). — 1) *Cf. supra N. 393.* — 2) *Centurio legionis decimae sextae Flaviae fidelis.*

5865 imp. Caes. M. Aurelius | Antoninus Pius Felix Augustus | Part. max., Brit. max., Germ. maximus, | pontifex maximus, | montibus imminentibus | Lyco flumini caesis viam delatavit, | per [*leg. III Gallicam*][1] | Antoninianam suam.

5865[a] invicte imp. | Antonine Pie Felix Aug., | multis annis imperes!

Prope Berytum, Byblum versus, ad ostia fluvii Nahr-el-Kelb, in rupe ad viam (III 206/7 priorem viderunt Lepsius, Waddington, alii). — 1) *Legionis nomen erasum fuisse videtur, cf. supra N. 2314 not. 1 (adde Waddington 2545). — Ad vias manu legionum factas pertinent etiam tituli supra editi N. 151. 2478. 2479. 5835.*

5866 imp. Caesar | divi Nervae f. | Nerva Traianus | Aug. Germ. Daci[*c.*] | pont. max., tr. pot. | XIII[1], imp. VI, cos. V, | p. p., | viam et pontes | Benevento Brundisium | pecunia sua [*fecit*].

Prope Paduli, inter Beneventum et Aequum Tuticum (IX 6005 semel vel bis descripta). — 1) *A. 109. — Lapis viae Traianae, de qua cf. supra N. 291.*

5867 imp. Caesar Vespas|ianus Aug. pontif. | max., trib. pot. X, imp. | XX, cos. IX[1], p. p., censor | viam Aug. ab Iano[2] | ad Oceanum refe|cit, pontes fecit, | veteres restituit.

In montibus Sierra Morena loco dicto Gualmason rep., est Sevillae (II 4697 vidit Huebner). — 1) *A. 79.* — 2) *Cf. supra N. 102. — Ad eandem viam primariam provinciae Baeticae pertinent tituli supra editi N. 102. 193. 269, item lapides Tiberii II 4712. 4715 aliique.*

5868 [*imp. Caes. M. Aurelius cet. . . . . . et*] imp. Caes. Lu[*cius*] | Aurelius Verus Aug., | trib. potest. III[1], cos. III, | [*vi*]as per fines Ceutro|-[*n*]um vi torrentium | e[*v*]ersas, exclusis | [*fl*]uminibus et in nat[*u*|*ra*]lem alveum redu[*ctis*, | *m*]olibus pluribu[*s locis*] | positis item F[*oro Cl.*[2] | *te*]mpla et baline[*as* | *pec.*] sua restit[*uer.*].

Bourg-Saint-Maurice, prope Aime (Aximam Ceutronum, cf. supra N. 289. 605), rep. (XII 107 cf. p. 805 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *A. 163.* — 2) *Foroclaudiensibus (supplevit Mommsen; cf. N. 289. 605 not. 2).*

In lapide viae Traianae (cf. ad N. 5866) IX 6011 est [*l*]abentem viam [*am*|*pl*]issimis operib[*us* | *s*]usceperunt ob[*ie*|*c*]tisque molib[*us* | *su*]a pecunia mu|nierunt.

5869 imp. Caesar | M. Antoni|us Gordia|nus Pius Fe|lix invic|tus Aug. pon|tif. maxi|mus, trib. po|test. II[1], cos., | p. p., proconsul, | vi[*am*] imbri|bus et vetus|tate conlap|sam cum pon|tibus restituit[2].

Inter Cirtam et Rusicade, loco dicto Smendú (VIII S. 22371 vidit Schmidt). — 1) *A. 239.* — 2) *Similiter concepti sunt multi alii miliarii eiusdem viae, in his is quem dedimus supra N. 471.*

5870 imp. Caesar | M. Iulius Philip|pus Pius Felix | Augustus pontí|fex maximus tri|buniciae potes|tatis[1], pater patr., | proconsul, vi|am quae a Nora | ducit Bitiae ve|tustate corrupta *(sic)* restituit, cu|rante M. Ulpio | Victore proc. | suo, e. v.

In Sardinia, 5 vel 6 mil. pass. a ruderibus Norae, columna (X 7996 partem inferiorem Caralibus vidit Mommsen). Eiusdem viae alii miliarii X 7997 seq. Eph. ep. 8, 739 seq. — 1) *A. 244.*

Miliarios Sardos dedimus iam N. 105. 243. 511. 530. 538. 672. 720.

5871 imp. Caes. [*M. Iul.* | *P*]hilippo i[*nvicto* | *P*]io Fel. Aug. p[*ont.*] | max., trib. po[*t.*] . ., | cos., et M. Iul. Phi[*l.*] | nob. Caes., princ. | iuventutis, r[*e*]s | pub. Cuiculinor. *(sic)*, | devota numini | maiestati[q.] eor., | vias torrentib. | exhaus[*t*]as[1] res|[*tit*]uit ac nov[*is* | *munitionibus dilatavit*].[2]

Prope Cuicul (Djemila) ut videtur rep., columna, est Fedj-Mzala (VIII S. 22397 vidit Gsell). — 1) *Eodem modo VIII S. 22399.* — 2) *Suppletum ex lapide eiusdem regionis N. 5862.*

5872 ex auctoritate | imp. Caesaris | Traiani Hadri|an. Aug. pontes | viae novae Rusi|cadensis r. p. Cir|tensium sua pecu|nia fecit, Sex. Iulio | Maiore leg. Aug. | leg. III Aug. pr. pr.[1]

Prope Constantinam rep. (VIII 10296 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. supra N. 4311[a].*

Alius eiusdem viae miliarius, quem item res publica Cirtensium constituit, est VIII S. 22370 = Eph. ep. 5, 1133.

5873 ex auctoritate | imp. Caesaris Traiani | Hadriani Aug., | via nova | a Cirta Rusicadem | strata per | possessores | territori | Cirtensium.

Rusicade (Philippeville), columna (VIII 10322 vidit Wilmanns).

5874 ex auctoritate | imp. Caes. T. Aeli Ha|driani Antonini | Aug. Pii p. p., via a Mile|vitanis munita ex | indulgentia eius de | vectigali rotari. | II.

Milev Numidiae, columna (VIII 10327 vidit Wilmanns). Videtur stetisse ad viam quae Milevi Chullu ducebat, in qua reperti sunt duo miliarii iisdem plane verbis inscripti, nisi quod numeri in fine sunt IIII *et* VI *(VIII 10328. VIII S. 22391).*

5875 imp. Caesar | divi Traiani | Parthici f. divi | Nervae nepos | Traianus Hadrianus | Aug. pont. max., trib. | pot. VII[1], cos. III, | viam Appiam per | millia passus | XVĐCCL[2] longa | vetustate amis|sam, adiectis | HS XI XLVII[3] ad | HS ĐLXIXC[4] quae | possessores agro|rum contulerunt, | fecit.

Passo di Mirabella, non longe ab Aeclano Beneventum versus, cippi duo gemelli (IX 6075 vidit Dressel). — 1) *A. 123.* — 2) *Cf. N. 5835 not. 3.* — 3) *Sestertium undecies (centenis) et quinquaginta septem milibus* (X *ante* LVII *erasum in exemplo utroque).* — 4) *In altero cippo* ĐC *pro* C, *sed* D *erasa.*

Similes cippi alii duo reperti sunt Beneventi (IX 6072. Notizie degli scavi 1897 p. 160), sed in his praeterea duplices numeri leguntur, scilicet in alterius capite V, *in alterius* VIII *(tot milia passuum distasse putandi sunt Benevento), subscriptum in altero* CLXVIIII, *in altero* CLXXII *(quot milia aberant Roma).*

5876 imp. Caesar | M. Antonius Gor|dianus Pius Felix | Aug. pontif. maxi|mu[*s*], trib. potest. V, cos. II[1], | [*p.*] p., procos., viam quae a Nuceriam *(sic)* Saler|[*num*] usque porrigitur, | [*di*]utina incuria pror|[*sus*

c]orruptam provi|[d]entia sua reddito or|dinario vectigali tute|[lae] eius restituit. | II. *(Ab altera parte extat titulus Iuliani X 6955 = Henzen 5186).*

Salerni, iam Neapoli (X 6954 vidit Mommsen). — 1) *A. 242.*

5877 Ti. Claudio Ti. fil. Cor. | Bithynico | quaest., IIvir., aed., IIvir. i. d., | IIvir. quinq., praef. fabr. | Hic permissu imp. Caes. Traiani | Hadriani Aug. viam per | passuum duum milium | euntibus in Apuliam | . .[1]

Flumeri prope Aeclanum (IX 1414 semel descripta saec. XV). — 1) *In fine mutilam esse non traditur.*

5878 Ti. Claudio | Ti. fil. Ti. nepoti | Cor. Maximo q., | IIvir. quinq. | Hic cum ageret ae|tat. ann. XX, in colon. | Aeclan. munus edidit | impetrata editione[1] ab imp. | Antonino Aug. Pio, in quo | honore sepultus est. | Cuius mater Geminia M'. fil. | Sabina ob honorem eius in | via ducente Herdonias[2] | tria milia passuum ex d. d. in|tra lustrum honoris eius re|praesentata pecunia stravit.

Aeclani rep. (IX 1156 bis ut videtur descripta). — 1) *Cf. N. 5058. 5062 not. 6.* — 2) *Herdoniae oppidum Apuliae. Eandem viam Mommsen (C. I. L. IX p. 99ª) putat memorari in titulo Aeclanensi fracto (IX 1175:* [*quod viam*] straverit per milia pass[*uum*] . . ., | ad kaput eiusdem viae . . . . *cet.), item in eo qui praecedit, item IX 670; eandem esse viam Aeclanensem supra N. 1371.*

5879 N. Bovius N. | et M. l. Hilaru[*s*] | mag. Aug. | viam stravit | long. p. LVIII | d. d.

Frigenti prope Aeclanum (IX 1048 vidit Dressel).

5880 Q. Ovius Ov.[1] f. | tr. pl.[2] viam | stravit.

Venusiae (I 1265. IX 438; Ritschl tab. LIXc). — 1) *Ovii.* — 2) *Tribunus plebis non populi Romani, qui extra urbem negotium facere non potuit, sed coloniae Venusinae.*

5881 L. Appuleius | C. f. Ani. Niger | IIvir, | curator viarum | sternendarum, | pedum decem | millia viam | sua pecunia | fecit.

Allifis (IX 2345 vidit Mommsen praeter postremum vocabulum).

5882 C. Minatius | Bithus Aug.[1] | ex d. d. | ad stratam | refic. HS ∞∞[2].

Neapoli in museo, incertum ubi rep. (X 1885 vidit Mommsen). — 1) *Augustalis.* — 2) *Sestertium duo milia.*

5882ª d. Mer.[1] | L. Vatini. Fel.[2] | miliaria a vico | Saravo[3] l. XII[4] c. i.[5], | v. s. l. m.

In Vosegi montis cacumine Donon, ubi oritur Saravus fluvius, columna (Zangemeister westd. Zeitschr. 1901 p. 116). — 1) *Deo Mercurio.* — 2) *L. Vatinius Felix.* — 3) *Diversum hunc vicum a Ponte Saravi (Saarburg) putat Zangemeister.* — 4) *Leugis duodecim (Voulot, Zang.;* LXII *legerat Mowat, et sane deest punctum inter* L *et* XII). — 5) *Constitui iussit.*

5883 pro pace A[*ug. i*]n honorem Ti. Claudi | Germanic[*i Au*]g., divi Aug. perpetuus sacer|dos G. Iulius [*Aquila*[1] *pr*]aef. fabr. bis in aerar.

delatus[2] | a cos. A. Gabin[*io Secundo*[3] *Ta*]uro Statilio Corvino mon|tem cecidit et [*viam et s*]essionem d. s. p. f. | *Ὑπὲρ τῆς Σεβα*[*στῆς εἰρήνης εἰς*] *τὴν τειμὴν Τιβερίου Κλαυ*|*δίου Γερμαν*[*ικοῦ Σεβαστοῦ*], *τοῦ ἐπουρανίου θεοῦ* | *Σβαστοῦ* (*sic*) *ἀρχ*[*ιερεὺς Γάιος*] *Ἰούλιος Ἀκυίλας ἔπαρχος* | *δὶς εἰς τὸ αἰρ*[*άριον φερόμεν*]*ος ὑπὸ ὑπάτων Ὤλου Γα*|*βεινίου Σεκο*[*ύνδου Ταύρου Στα*]*τειλίου Κορουίνου, τὸν λόφον* | *κόψας τὴν ὁδ*[*ὸν καὶ τὸ βάθρον*] *ἐκ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων* | *ἐποίησεν.*

Prope Amastrim, in rupe incisa (III S. 6983 descr. Gustavus Hirschfeld, Mommsen vidit ectypum). — 1) *Cognomen suppletum ex Graecis. Non diversus vir eiusdem nominis qui a. 49 cohortibus Romanis praepositus (Tac. ann. 12, 15), a. 57/8 procurator fuit Ponti et Bithyniae (III 346).* — 2) *Cf. supra N. 2683 not. 5.* — 3) *Consul suff. a. inc. Idem est X 4881.* — 4) *Consul ord. a. 45.*

Ad hunc sequentesque titulos adde titulos viarum et ipsos in rupibus incisos supra N. 39. 1279. 2724. 5863 seq.

5884 via facta ex HS XXIIDC | C. Domitio Dextro II[1] P . . . . co . . Fusco cos., | M. Valerio . . . . , ... | curatorib., ... vio Venusti con[*ductore?*] . . . . . | marmora [*subministrante?*][2].

Ad viam Simplonensem, supra Vogognam Domodossolam versus, rupi incisa (V 6649 vidit Mommsen). — 1) *Consul ord. a. 196, cum Thrasea Prisco, cui Fuscus videtur esse substitutus (idem consulum par V 6596).* — 2) *Supplevit Mommsen.*

5885 munificentia ddd.[1] Augg. que | nnn.[1] hoc iter ub[*i*] homines et | animalia cum periculo | commeabant apertum est, | curante Apinio Program|matio cur. r. p. Iul. Ka[*r.*][2], | ddd. nnn. Valentinia[*no*] | et Valente Augg. IIII co[*s.*][3]

In iugo Alpium Carnicarum q. d. Monte della Croce sive Plökenalpe, ad viam, quae Aquileia ducebat Agnontum (Lienz) Norici, hora dimidia a summo monte, rupi incisum (V 1862 vidit Mommsen). — 1) *Prima* d *videtur excisa esse, item prima* n. — 2) *Curatore rei publicae Iuliae Karnicae.* — 3) *A. 373.*

5886 [*I. o.*] m. | [*Triviis Quadri*]viis[1] ceterisque dib. | aram o[*b solutum merit*]o[2] sollemne votum d[*ed.*][2] | Hermias succeptor operis aeterni, | titulum immanem, montem Alpinum | ingentem litteris inscripsit, quot saepe | invium, commiantium (*sic*) periclitante | popu[*l*]o, ad pontem transitum non | placuit[3], curae et[4] Attio Braetiano | q.[5] eorum, viro ornato, viam nov. | demonstrante Hermia. Multa ni|mis fides operisque paratus una|nimes omnes hanc viam explicuit[6].

Ibi fere ubi N. 5885, centum fere passibus sub summo monte, rupi inscriptum, litteris pessimis (V 1863 scalis admotis descripsit Mommsen). — 1) *Cf. N. 3930 seq.* — 2) *Supplevit Mommsen.* — 3) *Scr.* praebuit. — 4) *Scr.* curante (curiae et *Buecheler).* — 5) *Quaestore.* — 6) *Distichon imperfectum (Buecheler carm. epigr. 891).*

5887 . . . . . | cuius voragine semper attrita s[*u*]nt pecora, | nunc providentia bonorum lucet felix strata gurgus.

In litore Mauretaniae inter Dellys et Tigzirt, supra torrentem quendam

rupi incisum (Gsell bull. arch. du comité des travaux hist. 1899 p. CLXXXI aegre legit).

5888 [*viam a pro*]montorio | [*villa*]e Pausilip. *(sic)* | [*diu n*]eglectam | ... ratus v. c., Camp. | [*cons., usui p*]ublico reddidit.

In crypta, qua per montem Pausilypi Neapoli itur Puteolos (X 1488 vidit Mommsen).

5889 [*h*]anc viam, derectam | per Atium centurion. post | sententiam dictam ab A. Plautio[1] | legato Ti. Claudi Caesaris Aug. | Germ.[1], et postea translatam a | Rundictibus[2] in fines C. Laecani | Bassi[3], restituit iussu Ti. Claudi | Caesaris Aug. Germ. imperatoris | L. Rufellius Severus primipilaris.

Prope Materiam, qui vicus distat a Tergeste horis duabus Fiume versus, est Tergeste (V 698 vidit Mommsen). — 1) *Is qui Britanniam devicit, consul suff. a. p. Chr. 29. Qua legatione functus sit, cum hanc sententiam dixit, non liquet.* — 2) *Rundictes praeterea ignoti.* — 3) *Cos. ord. a. 64 (cf. Plin. n. h. 26, 1, 5, cet.).*

5890 C. Clodio C. f. | Quir. Adiutori | praetori, | tribuno plebis, | quaestori, | quod ex reditu HS |X|[1] | legato a Clodis[2] | rei publicae Campanorum | viae tutela praestatur.

Capuae (X 3851 ad exemplum Camilli Pellegrini auctoris accurati). — 1) *Sestertium decies (centenum milium).* — 2) *Scilicet ab hoc Clodio Adiutore et a Clodio Capitone, cuius similis titulus, sed mutilus, una repertus est (X 3852).*

5891 C. Caesio C. f. Ouf. | Silvestri p. p.[1], | patr. munic., | curatori viarum | et pontium Umbriae | et Piceni allecto ab | optimo imp. T. Aelio | Antonino Aug. Pio p. p. imp. II, | liberti patrono | optimo ac dignissimo. | L. d. d. d.

Prope Albacinam in Umbria rep., ubi fuit Tuficum (XI 5697 vidit Bormann). — 1) *Primipilari. Eidem viro eodem loco positi fuerunt tituli XI 5696. 5698. 5699; eundem iam habuimus in titulis eiusdem loci supra N. 2666*[a]*. 5612.*

5892

1.

L. Fabricius C. f. cur. viar.[1]
faciundum coeravit
Q. Lepidus M'. f. M. Lollius M. f. cos.[2]
ex s. c. probaverun[*t*].

idemque
probavit.

L. Fabricius C. f. cur. viar.
faciundum coeravit.

2.

L. Fabricius C. f. cur. viar.
faciundum coeravit

idemque
probaveit.

L. Fabricius C. f. cur. viar.
faciundum coeravit.
M. Lollius M. f. Q. Lepi[*dus M'. f. c*]os.
ex s. c. probaverunt.

Romae in ponte quo ex urbe itur in insulam Tiberinam qui vulgo dicitur ponte de' quattro capi (I 600. VI 1305. Ritschl tab. LXXXVII). — 1) *Curator viarum praeterea ignotus, a quo hunc pontem a. u. c. 692 aedificatum esse indicat Dio 37, 45: καὶ ἡ γεφύρα ἡ λιθίνη ἡ ἐς τὸ νησίδιον τὸ ἐν τῷ Τιβέριδι φέρουσα*

κατεσκευάϑη, Φαβϱικία κληϑεῖσα. — 2) *Consules a. u. c. 733. Ceterum hanc partem inscriptionis nonnulli in suspicionem vocaverunt, scilicet recenti tempore restitutam (C. I. L. I p. 559), non recte, cf. Huelsen Roem. Mitth. 1891 p. 135 not. 1.*

Ad pontes urbis Romae praeterea pertinent N. 769. 771. 777. 5926 (not. 6).

5893 L. Caninius Gallus[1], | L. Volusenus Catulus f.[2], | C. Caedicius Agrippa, | M. Acilius Memmius Glabrio, | Q. Fabius Balbus | curatores riparum et | alvei Tiberis ex s. c. | reficiundam[3] curaver. idemque probaverunt.

Romae, lapis extractus ex fundamentis pontis Cestii (VI 31543 vidit Huelsen; Bull. comunale 1889 p. 165). — 1) *Consul suff. a. p. Chr. 2.* — 2) *Cf. infra N. 5940 not. 4.* — 3) *Fortasse: ripam (Borsari). Cf. Huelsen Roem. Mitth. 1889 p. 285.*

5894 dd. nn. providentissimi impp. | Diócletianus et Maximianus | invicti Augusti ripam per seriem | temporum conlapsam ad pristinum | statum restituerunt per pedes CX, | curante Manio Acilio Balbo | Sabino v. c., curat. alvei Tiberis | riparum et cloacarum sacrae urbis.

Romae trans Tiberim rep. (VI 1242 vidit Henzen).

Terminos positos a curatoribus riparum Tiberis infra dabimus N. 5925 seq.

5895 pro felicitate dominorum | Augustorumque | nostrorum | ripam a parte sinistra macelli | iactis molibus propter incursione | ingruentium procellarum | Valerius Hermonius Maximus v. c., | cons. Camp., incoavit adque perfecit.

5895[a] pro felicitate dominorum | Augustorumque | nostrorum | ripam a parte dextra | macelli iactis molibus *(reliqua sic fere ut supra).*

Puteolis rep., iam Neapoli (X 1690. 1691 vidit Mommsen). Ad idem opus pertinet N. 792.

Ad litoris marini munitionem spectat etiam N. 489.

5896 M. Caicilius L. f.[1], | L. Atilius L. f. | praef.[2], | pontem, peila[*s*] | faciundum | coirave[*re*].

In Samnio, prope Castel di Sangro, in dextra ripa Sangri fluvii, non longe a ponte (IX 2802 repperit Dressel, Mommsen vidit ectypum). — 1) L. f. *potius quam* C. f. — 2) *Magistratus Aufidenae, ad quod oppidum locus pertinebat, vel praefecti operi faciundo (Mommsen).*

5897 . . . . . isurcio, C. Albarenius C. f., M. Pomponius Q. f. Pisander[1] | . . . . onius L. f. T. ulla[2], C. Pomponius L. f. Scapula, adlegatei[3], | [*p*]ontem faciendum d. d. s. locarunt, eidemque probarunt.

Patavii in ponte, loco antiquo (V 2845 vidit Mommsen). — 1) *Aut sic aut* Tisander. — 2) *Sic* (T. VLLA) *est in lapide.* — 3) *Adlegati qui fuerint, non liquet.*

5898 imp. Caes. Nerva | Traiano Aug. Ger. | Dacico pont. max., | trib. pot., cos. V[1], p. p., | Aquiflavienses | pontem lapideum[2] | de suo f. c.

Chaves in Portugallia, in ponte fluvii Tamego, ex adverso tituli supra N. 254 (II 2478 cf. p. 902 et Eph. ep. 8 p. 406, nuper vidit P. Martinus Capella presbyter Bracarensis sed renovatum). — 1) *A. 103—111.* — 2) *Cf. N. 608.*

5899 imp. Caes. L. Septi|mius Severus Pius | Pertinax Aug. Ara|bic. Adiab. Parthi[*c.*], | princ[*e*]ps feli[*c.*], pon|tif. max., trib. pot. | XII[1], imp. VIII[2], cos. II[2], | procos., et imp. Caes. | M. Aurel. Antoni|nus Aug., Augusti | n. fil., procos., imp. III[3], | et P. Septimius G[*e*]|ta[4] Caes., fil. et fra|ter Augg. nn., | pontem Chabi|nae[5] fluvi a so|lo restituerunt | et transitum | reddiderunt, | sub Alfenum Senecionem | leg. Augg. pr. pr.[6], curante Ma|rio Perpetuo[7] leg. Augg. leg. | XVI F. f.

In ponte fluvii Bölam-Su, prope Kiachtam, in confiniis Commagenes et Cappadociae (III S. 6709 vidit Puchstein Sitzungsber. Berlin. Akad. 1883 p. 36. 37, ectypum vidit Mommsen; cf. Humann et Puchstein Reisen in Kleinasien u. Nordsyrien tab. XLI seq.). Alterum eiusdem inscriptionis exemplum eodem loco extans est III S. 6710, tertii fragmentum III S. 6711. — 1) *A. 204 (sed cf. not. 2. 3).* — 2) *Numeri corrupti. Iam a. 198 Severus fuit imperator undecimum (vide N. 421 not. 3), inde ab a. 202 consul tertium. Ceterum iidem numeri sunt III S. 6710 et in alia inscriptione eiusdem pontis, quam infra dabimus inter municipales.* — 3) *Hic quoque numerus corruptus (cf. supra N. 451 not. 10).* — 4) *Vocabulum erasum.* — 5) *Nomen antiquum fluvii ex hac inscriptione primum innotuit.* — 6) *Legatus hic Syriae etiam Britanniam rexit inter annos 205 et 208, cf. supra N. 2618.* — 7) *Cf. supra N. 1165.*

5900 aeterni impera|tores Diocle|tianus et Maxi|mianus Augus|ti et perpetui | Caesares | Constantius | et Maximia|nus pontem | Matauro.[1]

In agro Forosemproniensi, prope pontem Matauri (cf. supra N. 299); iam Urbini (XI 6623 vidit Bormann). — 1) *Sic (cum* a*) scriptum constanter in titulis Urvinatium Mataurensium, cf. C. I. L. XI p. 894.*

5901 P. Baebius Ve|nustus, P. Bae|bi Veneti f., P. B|aebi Baesisce|ris nepos, Or|etanus, peten|te ordine et po|pulo in hon|orem domus | divinae pont|em fecit ex HS | $\overline{XXC}$ circensib|us editis dono | d. i. d.[1]

Almagri, prope rudera Oreti, in Hispania Tarraconensi (II 3221. II S. 6339 descr. Fita doctus Hispanus). — 1) *Dedit idemque dedicavit.*

5902 schola armatur.[1] | Fl. Mariano v. p., praef. | classis et curatori | reip. Misenatium, cuius | nobis *(sic)* argumentis | ponte *(sic)* ligneum, qui per | multo tempore vetustate | conlapsus adque destitu|tus fuerat, per quo nullus | hominum iter facere | potuerat, providit, fecit | dedicavitque, ob meritis eius | honestissimus ordo digno | patrono. *(In latere)* d[*ed*]icata idib. Aprilib. | [*Quin*]tilló et Priscó | cós.[2]

Miseni rep., est Neapoli (X 3344 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 2362. 2363. Ceterum hoc superest ex titulo vetustiore, ad quem pertinuit inscriptio lateris.* — 2) *A. 159: remansit ex titulo vetustiore.*

5903 dd. nn. impp. Caess. Gratianus [*et*] | Valentinianus triump. s[*emp. Augg.*][1] | pontem vetustate corru[*ptum*] | in usum cursus publici res[*titui*] | aptariq. iusserunt, | cur. ag. F[*l.*] . . .|tino c. r. p. P.[2]

Prope Pisaurum ad fluviolum Genica rep., est Pisauri (XI 6328 vidit Bormann). — 1) *Titulus incisus est post mortem Valentis (Aug. 378) et ante Theo-*

dosium declaratum Augustum (Ian. 379). — 2) Curatore rei publicae Pisaurensis? (postrema litteris minoribus perscripta).

Alii pontium tituli (praeter memoratos ad N. 5892) sunt supra N. 111. 287. 293. 393. 479. 608. 627. 832 cet. 5892.

5904 pontem, portas, aquiduct., quaru r[*erum*] . . .[1] | usus longa incuria et vetustate co . . .[1], | civitati restauravit ac reddi[*dit*] . . . . . . | et ad praeturianam Gall. praefect[*uram*] | iudicio Aguste *(sic)* remuneratio[*nis*] | evect[*us est*] . . .

Narbone (XII 4355 vidit Hirschfeld). — 1) Quantum perierit, incertum.

5905 pro beatitudine | temporum dd. nn. | Constanti et | Constantis AAuugg. | stationem a solo fece|runt Vitrasius Orfitus et Fl. | Dulcitius vv. cc., consulares | p. S.[1], instante Fl. Valeriano | ducenario, agente in reb. et pp.[2] cursus | publici.

Ad Thermas Selinuntias (Sciacca) in Sicilia (X 7200 bis descripta saec. XVII). — 1) Provinciae Siciliae. — 2) Praeposito.

5906 salvis ddd. nnn. | Gratiano Valentiniano et Theodosio | victoribus semper Augustis[1], | Valerius Anthidius v. c., a. v. praef. praet.[2], | stabulum[3] ne animalia cursus publici[4] | longi itineris labore diutius depererirent, | providit constituit aedificavit | adque dedicavit, | curante Fl. Asterio deputato. *(Postea addita videntur, in fine versus paenultimi)* IVDIX MEIS *(in fine ultimi)* IIX.

Rep. in via Cassia loco dicto la Storta, IX m. p. ab urbe (VI 1774 vidit Bormann). — 1) Inter a. 379—383. — 2) Agens vices praefectorum praetorio. Ad eundem Anthidium vicarium rescripsit Gratianus cum collegis a. 381, cod. Theod. 9, 38, 6. Idem memoratur in frustulo VI 3865 = 31945. — 3) Stabulum cum praesepiis et cellis *in t. sepulcrali quem infra dabimus (VI 8413 = Orell. 4377). — 4) Ad cursum publicum spectant etiam N. 214. 755.*

5907 beatissimis temporibus dominorum nostroru[*m*] . . . . . | et Theodosi[1] semper et ubique vincentium, administrante Pomp . . . . . . | v. c. amplissimoque proconsule et Thersio Crispino Megethio v. c. le[*g.*] . . . ., | Valentinus vir honestissimus, curator rẹ. p., locum rui[*nis obsi*]|tum, qui antea squalore et sordibus foedabatur, ad ne[*cessa*]|rium usum et ad peregrinorum hospitalitatem in meliorem . . . . | adum[2] et aspectum propria pecunia reformavit, felicit[*er*].

Calamae, nunc Parisiis (VIII 5341 cf. p. 1658 vidit Wilmanns). — 1) Potius quam Gratianus Valentinianus iunior Theodosius (a. 379—383) significantur Honorius et Theodosius iunior (a. 408—423). Cf. Pallu de Lessert fastes des provinces africaines II p. 132. — 2) Fortasse fuit aditum *litteris contignatis (Schmidt).*

5908 horrea imp. Caesaris divi Traiani Parthici f. divi Nervae nepotis Traiani Hadriani Augusti cos. III *(protomae Hadriani et Sabinae).*

Andraki in Lycia, ubi fuit Andriace emporium Myrorum, supra portam granarii (III S. 6738 viderunt Schneider et Studniczka). Imago monumenti est Reisen im südwestl. Kleinasien II p. 28 cf. p. 48.

Ad horrea publica pertinent etiam N. 259. 645. 727. Cf. praeterea N. 1404. 1620—1627. 5302. 5663—5668. 5721.

5909 *(aquila inter duos capricornos)* impp. L. Sep. Severo | P. Pert. et M. Aurel. | Antonino Augg. | et P. Sept. [*Getae*][1] Caes., | horreum n. n.[2], qura. agente | Aiacio Modesto l[*eg.*][3]

In castello limitis Germanici Capersburg (Jacobi Limesbl. n. 27, 1898). — 1) *Nomen erasum.* — 2) *Litterae significationis incertae (de horreo numeri Niddensis cogitaverunt, coniectura plane incerta).* — 3) *Idem legatus supra N. 433.*

5910 pro magnificentia temporum | principum maximorum domi|norum orbis Valentiniani et | Valenti[*s*] semper Augg., horrea | ad securitatem populi Romani | pariter ac provincialium con|structa omni maturitate | dedicavit Publilius Caeionius | Caecina Albinus v. c., cons. | sexf. p. N. Cons.[1]

Rusicade (Philippeville) Numidiae rep. (VIII 7975 cf. 19852 partem maiorem viderunt Wilmanns et Schmidt, minorem ablatam in Franciam addidit Villefosse). — 1) *Cf. N. 5555 not. 2.*

5911 ex officina Homoni, | utere felix, Vasconi, | in ☧! proc.[1] Tiberiano | factus est horreus | d. n. Valentiniano Aug. | ter et Eutropio v. c. | cons.[2], scrib. Elefanto | . . . . t vi . . . et Neb . . . .

Oreti in Hispania Tarraconensi, iam Granatulae (II 3222. II S. 6340 descr. Fita doctus Hispanus). — 1) *Procurante.* — 2) *A. 387.*

5912 horrea | fortia et felicia[1] | Cassior. Divitiani | et Mariani.

Cartennis (Tenes) in ora Mauretaniae rep. (VIII 9669 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. N. 6018. 6019.*

5913 in his horreis privatis | Q. [*T*]inei Sacerdotis Cl[*e*]m[*entis*][1] | loc[*antur* | *h*]orrea apothecae compendiaria armaria | intercolumnia et loca armaris ex hac | die et ex k. Iuli[*s*] . . . .

Romae (VI 33860 semel descripta saec. XVII ab ignoto auctore). — 1) qi. in eis sacerdotis clm . . . *traditur. Fortasse consul ord. a. 158, qui quattuor illis nominibus videtur usus esse (cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 323 n. 172).*

5914 [*in his h*]orreis | . . . . [*C*]aesaris Aug. loc. | [*horrea compendi*]ár. armária et loca | . . . . rár. ex hac die et ex | [*kal. Ianuaris*]. Léx horreórum. | . . . . [*aliu*]dve quid ante idus Dec. pénsióne solúta renuntiet. Qui nón | [*renuntiaverit . . . . pro i*]nsequente annó non transégerit, tanti habébit, quanti eius gener. | [*horreum armariumve eo anno ibi locari solebit, si modo ali locatum n*]on erit. Quisquis in his horreis conductum habet, elocandi et | [*substituendi ius non habebit . . . . cu*]stodia nón praestabitur. Quae in his horreis invecta inlata |

[*erunt, pignori erunt horreario si quis pro pensionib*]us satis ei [*non fece*]rit. Quisquis in his horreis conductum habet et sua | .... fuer. vénia. [*Qui*]squis in his horreis conduct. habet, pensióne solúta chirogr. | ...... [*Quisquis habens conductu*]m horreum su[*a ibi*] reliquer. et custodi nón adsignaver., horrearius sine culpa erit.

Romae extra portam Salariam rep. (VI 33747 vidit Huelsen; imaginem optime factam Gatti bull. arch. municipale 1885 tab. XVIII cf. p. 119).

5915 M. Holconius Rufus d. v. i. d. tert.[1], | C. Egnatius Postumus d. v. i. d. iter., | ex d. d. ius luminum | opstruendorum[2] ~~HS~~ ∞∞∞[3] | redemerunt parietemque | privatum col. Ven. Cor.[4] | usque at tegulas | faciundum coerarunt.

Pompeiis rep. in templo sito ad forum (vel ad id templum), quod Veneris dicebatur, sed quod constat esse Apollinis (X 787 vidit Mommsen). — 1) *Duovir iure dicundo tertium (duovir iure dicundo Rufus fuit a. u. c. 751/2, teste titulo X 890; cf. supra N. 5638).* — 2) *Quae lumina obstructa sint (vel quibus luminibus obstructum), contra Schoenium (cf. C. I. L. l. c.; Nissen pomp. Studien p. 218 seq.) exposuit Mau apud Overbeck Pompeji ed. 4 p. 636, 43 (cf. Mau Pompeji p. 77).* — 3) *Sestertium tribus milibus.* — 4) *Coloniae Veneriae Corneliae (Pompeiis).*

5916 M. Saufeius M. f. Rutilus, | C. Saufeius C. f. Flacus | q.[1], | culinam f. d. s. s. c.[2], eisdem|q. locum emerunt de | L. Tondeio L. f. Publicum | est longu p. CXↆVIIIS, | latum af muro ad | L. Tondei vorsu p. XVI.

Praeneste (I 1143. XIV 3002; Ritschl tab. LIII a). — 1) *Quaestores.* — 2) *Faciendam de senatus sententia curaverunt.*

5916a C. Volumnius C. f. Flaccus, | Q. Volumnius Q. f. Marsus | IIIIvir. i. d. | cruptam et locum ubi crupta est et aream | ubi viridia sunt municipio Signino de sua peq. deder.

Signiae (I 1147. X 5971; Ritschl tab. XC B).

5917 Lollia M. f. Quarta ex testamento | scholam, domum et horti qui emerentur | de sua pequnia, coloniae populoque Telesino | dedit.

Telesiae (IX 2231 vidit Mommsen).

5918 Favoniae M. f. | Verae, | quae domum Karalibus | populo Norensi dona|vit, | M. Favonius Callistus | Augustalis, primus | Aug. perpetus *(sic)* d. d.[1], | ob munificentiam in hon|orem filiae pientissimae | Iunoni sacrum | d. d.

Pulae in Sardinia, ubi fuit Nora, est Cagliari (X 7541 vidit Mommsen). — 1) *Decreto decurionum.*

5918a Vesbinus Aug. l. phetrium[1] Augustalibus | municipi Caeritum loco accepto a re p. | sua inpensa omni exornatum donum dedit. | Descriptum et recognitum factum in pronao aedis Martis | ex com-

mentario, quem iussit proferri Cuperius Hostilianus per T. Rustium Lysiponum | scribam, in quo scriptum erat it, quod infra scriptum est: |

L. Publilio Celso II C. Clodio Crispino cos.[2], idibus Aprilib., | M. Pontio Celso dictatore, C. Suetonio Claudiano aedile iuri dicundo, praef. aerari. Commentarium cottidianum municipi | Caeritum, inde pagina XXVII kapite VI. |

'M. Pontius Celsus dictator et C. Suetonius Claudianus decuriones in templo divor. corrogaverunt, ubi Vesbinus Aug. lib. petit, | ut sibi locus publice daretur sub porticu basilicae Sulpicianae, uti Augustalib. in eum locum phetrium faceret, ubi ex | consensu decurionum locus ei, quem desideraverat, datus est, placuitq. universis Curiatio Cosano[3] curatori ob eam rem | epistulam mitti. In curiam fuerunt Pontius Celsus dictat., Suetonius Claudianus aed. iuri dic., M. Lepidius Nepos | aedil. annon., Pollius Blandus, Pescennius Flavianus, Pescennius Natalis, Pollius Callimus, Petronius Innocens, Sergius Proculus'. | Inde pagina altera capite primo. 'Magistratus et decurion. Curiatio Cosano sal. Idib. Aug. Desideranti a nobis | Ulpio Vesbino consilium decurion. coegimus, a quib. petit, ut sibi locus publice in angulo porticus basilic. daretur, quod se Augustalib. | phetrium publice exornaturum secundum dignitat. municipi polliceretur. Gratiae huic actae sunt ab universis, placuit tamen tibi | scribi, an in hoc quoque et tu consensurus esses. Qui locus rei p. in usu non est nec ullo reditu esse potest'. Inde pagina VIII kapite primo. | 'Curiatius Cosanus mag.[4] et dec. Caeretanor. sal. Ego non tantum consentire voluntati vestrae set et gratulari debeo, si qui rem p. n.[5] | exsornat. Accedo itaq. sententiae vestrae non tanquam curator, sed tanquam unus exs ordine, cum tam honesta exssempla *(sic)* | etiam provocari honorifica exornatione debeat *(sic)*. | Data prid. idus Septembr. Ameriae'[6]. | Act. idib. Iunis Q. Ninnio Hasta P. Manilio Vopisco cos.[7] | Dedicatum k. Aug. isdem cos.

Caere rep. a. 1548, tabula marmorea, deinde Romae, iam Neapoli (XI 3614 Mommsen vidit ectypum; cf. Huebner ex. scr. epigr. 1074). — 1) *Vocabulum alibi nondum repertum (t. Orell. 3788 spurius est); φρητρεῖον sive scholam significari putant.* — 2) *A. 113.* — 3) *Idem memoratur in t. Amerino XI 4347, idemque fuit dominus figlinarum quarundam suburbanarum, XV 96—102. 111.* — 4) *Magistratibus.* — 5) *Rem publicam nostram.* — 6) *Cf. not. 3.* — 7) *A. 114.*

5919 IIII non. Septembr. in curia templi basilicae Augusti Anniánae, scribundo adfuerunt | Q. Granius Atticus, M. Stlaccius Albinus, A. Clodius Maximus, M. Amullius Lupus, M. Fabius Firmus. | Quod T. Aufidius Thrasea, Ti. Claudius Quartinus IIviri v. f.[1] de desiderio Laeli Atimeti optimi civis, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.[2]: | Cum M. Laelius Atimetus vir probissimus et singulis et universis karus petierit in ordine nostro, uti solarium[3] | aedifici, quod extruit in transitorio, remitteretur sibi ea con-

dicióne, ut ad diem vitae eius usus et fructus | potestasque aedifici sui ad se pertineret, postea autem rei p. nostrae esset: placere huic ordini tam gratam voluntatem optimi civis | admitti, remittique ei solarium, cum plus ex pietáte promissi eius res publica nostra postea consecutura sit. In curia f. n. LXXXXII[4].

Puteolis rep., est Neapoli (X 1783 vidit Mommsen). — 1) *Verba fecerunt.* — 2) *Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 3) *Cf. Ulpian. Dig. 43, 8, 2, 17; Marquardt Staatsverwaltung II*[2] *p. 150 not. 2.* — 4) *In curia fuerunt numero LXXXXII.*

5920 exemplaria litte|rarum rationali|um[1] dominorum nn.[2] | scriptarum, pertinen|tes ad Adrastum | Augg. nn. lib., quibus aei *(sic)* | permissum sit, aedifi|care loco cannabae | a solo[3] iuris sui pecunia | sua, prestaturus *(sic)* solari|um sicut caeteri *(sic)*. |

Aelius Achilles, Cl. Perpetu|us[4], Flavianus Eutychus[5] | Epaphrodito suo salutem: | Tegulas omnes et inpensa | de casulis item cannabis | et aedificiis idoneis adsigna | Adrasto procuratori | columnae divi Marci[6], ut | ad voluptatem *(sic)* suam hospiti|um sibi exstruat, quod ut | habeat sui iuris et ad he|redes transmittat. Litterae datae VIII idus Aug. | Romae Falcone et | Claro cos.[7] |

Aelius Achilles, Cl. Perpetu|us[4], Flavianus Eutychus[5] Aqui|lio Felici[8]. Hadrasto *(sic)* Aug. lib. | ad aedificium, quod custodi|ae causa columnae cente|nariae[9] pecunia sua exstruc|turus est, tignorum vehes | decem, quanti fisco consti|terunt, cum pontem neces|se fuit compingi, petimus | dari iubeas. Litterae datae | XIIII kal. Sept. Romae | Falcone et Claro cos.[10] |

Rationales Seio Superstiti | et Fabio Magno[11]. Procura|tor columna *(sic)* centenariae | divi Marci exstruere habi|tationem in conterminis | locis iussus opus adgredi|etur, si auctoritatem ves|tram acceperit. Petimus | igitur aream, quam demo|nstraverit Adrastus lib. | domini n., adsignari ei iubea|tis, praestaturo secundum | exemplum ceterorum so|larium. Litterae datae | VII idus Sept.[12] Romae, red|ditae III idus Sept. Romae | isdem cos.[13]

Romae effossa a. 1777 in platea q. d. Montis Citorii, non longe a columna Antonini (VI 1585[b] *vidit Henzen). Tractavit Mommsen Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss. 15, 1850 p. 336 seq. Ex alia epistula ad eandem rem pertinente videtur superesse frustulum VI 1585*[a]. — 1) *Cf. supra N. 1480. Procuratorem Augusti a rationibus et adiutorem eius intellegi putat Hirschfeld Verw. p. 36.* — 2) *Videtur intellegi Severus cum Albino Caesare.* — 3) *Videtur excidisse* aedificium *vel simile quid.* — 4) *Fortasse idem Claudius Perpetuus procurator Mauretaniae sub Commodo (supra N. 396).* — 5) *Tertium quartumque nomen putant Claudii Perpetui.* — 6) *Apparet significari columnam cochlidem quae exstat non longe ab eo loco ubi titulus repertus est; memoratur in Notitia urbis reg. IX. Cf. Petersen die Marcus-Säule auf Piazza Colonna (1896) p. 1 seq. In frustulo VI 1585*[b] *eadem columna appellatur* [divorum] Marci et Faustinae. — 7) *6 Aug. 193.* — 8) *Idem qui supra N. 1387, eo tempore procurator operum publicorum (cf. ib. not. 3).* —

9) Sic dicta ab altitudine centum pedum. Cf. Calderini ap. Petersen (v. not. 6) p. 30. — 10) *19 Aug. 193.* — 11) *Curatores ut videtur operum publicorum (fortasse ad alterum pertinet N. 1138).* — 12) *7 Sept.*, 13) *11 Sept. 193.*

5921 [*T.*] Septumius | [*S*]abinus | aed. cur.[1] | areas a cippo | ab *(sic)* Tiberim | attrib. . . .

Romae rep. in alveo Tiberis, cum fundamenta iaciuntur novi pontis, paullo supra insulam, cippus (VI 31759 descr. Vaglieri; Bullett. comunale 1885 p. 100 n. 1018). — 1) *Alium titulum ab eodem aedile curuli positum memorat Plin. h. n. 34, 93; cf. etiam VI 26258.*

5921[a] permissu | aedilium Cn. | Aninius Fortu|natus occup.

Pompeiis pictum in uno ex arcubus amphitheatri (IV 1096 semel descripta anno 1813). De hoc similibusque titulis eodem fere loco extantibus IV 1096[a] *(p. 202). 1097 seq. 2996. 2996*[a], *dixerunt Schoene Herm. 4, 138; Mommsen Staatsr. II*[3] *p. 508 not. 1.*

Termini.

Terminos pomerii urbis Romae habes supra N. 213. 248. 311 (iam accedit Notizie degli scavi 1900 p. 15), terminos agri publici Gracchanos N. 24 seq. (accedit Notizie 1897 p. 119).

Termini riparum Tiberis.

5922[a] M. Valerius M. f. | M'. n. Messal., | P. Serveilius C. f. | Isauricus[1] ces.[2] | ex s. c. termin.

5922[b] P. Serveilius C. f. | Isauricus, | M. Valerius M. f. | M'. n. Messall.[1] | cens. | ex s. c. termin.

Prope Romam rep., cippi duo, alter in dextra ripa Tiberis paullo supra pontem Milvium, alter in sinistra ripa paullo infra eundem pontem (VI 31540[a]. [c] *hunc vidit Huelsen, illum vidit et fortasse solus servavit Fea). Similes cippi praeterea sedecim (connumerato eo qui sequitur) reperti sunt (VI 31540*[b] *seq.; Notizie degli scavi 1896 p. 524, 1897 p. 10. 252); unius ex his imaginem edidit Ritschl tab. LXXXIX a.* — 1) *De Messalla cf. supra N. 46. P. Servilius Isauricus intellegitur is qui consul fuit a. u. c. 675. Censorem utrumque fuisse testatur Valer. Max. 8, 5, 6. 9, 14, 5; gesserunt censuram anno 699/700, cf. Momms. C. I. L. I p. 179 (ed. 1). Quod olim coniecerant, Messallam ripam dextram, Isauricum sinistram terminavisse, ut alterius nomen in terminis ripae dextrae, alterius in terminis ripae sinistrae priore semper loco sit (C. I. L. I l. c.), id iam refutatum est (cf. Huelsen C. I. L. VI p. 3109).* — 2) *In reliquis omnibus cippis est* cens.

5922[c] M. Valerius M. f. M'. n. | Messalla, | P. Servílius C. f. Isauricus, | censores | ex s. c. termin. r. r.[1] prox. cipp. p. . . . | Curatores riparum qui primi terminaverunt | ex s. c. restituerunt[2].

Infra urbem rep. in dextra Tiberis ripa, ad pontem qui nunc est viae ferratae, mille fere pass. a porta Portuensi (VI 31540[1] *pleniorem quam I 612. VI 1234*[g] *descr. Vaglieri Bull. comunale 1894 p. 255).* — 1) *Recto rigore (sic in alio termino Tiberino N. 5932), item infra N. 5947*[a] *et alibi.* — 2) *Cf. N. 5923*[d]. *5924*[d].

5923[a] ⟨C. Asinius C. f. Gallus⟩[1], | C. Marcius L. f. L. n. | Censorinus, | cos.[2] | ex s. c. termin.

5923[b] C. Marcius L. f. L. n. | Censorinus, | ⟨C. Asinius C. f. Gallus⟩ | cos. | ex s. c. termin.

5923[c] C. Marcius L. f. L. n. | Censorinus, | ⟨C. Asinius C. f. Gallus⟩[1] | cos. | ex s. c. termin. | r. r. proximus cipp. ped. . . .[3]

5923[d] ⟨C. Asinius C. f. Gallus⟩, | C. Marcius L. f. Censorinus | cos. | ex s. c. termin. r. r. prox. cipp. p. XIIXS. | Curatores riparum qui primi terminaver. | ex s. c. restituerunt[4].

Romae rep., cippi quattuor, primi duo a. 1891 extra portam Flaminiam (Notizie 1891 p. 165), tertius a. 1765 in alveo Tiberis e regione Ripettae, quartus (Notizie 1885 p. 347) in villa Farnesina (VI 31541[c d f h] *omnes vidit Huelsen, tertium vidit etiam Henzen VI 1235*[e]*). Eiusdem generis cippi praeterea sedecim reperti sunt (VI l. c.).* — 1) *C. Asinii Galli nomen in omnibus his titulis erasum (cf. supra N. 97. 165) et postea restitutum.* — 2) *Consules fuerunt a. u. c. 746.* — 3) *Haec (inde a* r. r.*) alia manu postea adiectum (numerus pedum evanuit), ut in similibus titulis VI 31541*[i t]. — 4) *Totus titulus uno tenore perscriptus item ut reliqui tituli similes VI 31541*[g] *(VI 1235*[f]*). 31541*[s] *(VI 1235*[m]*). 31541*[u]*, ut observavit Huelsen.*

5924[a] imp. Caesar divi f. | Augustus | pontifex maximus, | tribunic. potest. $\overline{\text{XVII}}$[1], | ex s. c. terminavit, | r. r.[2] prox. cipp. ped. CCVI[3] *(in postica)* r. r. proximus cippus ped. CCV[4].

5924[b] imp. Caesar divi f. | Augustus | pontifex maximus, | tribunic. potest. $\overline{\text{XVII}}$, | ex s. c. terminavit *(in latere dextro)* r. r. prox. cipp. ped. XXIV[5] *(in postica)* r. r. prox. cipp. ped. CCVI[6].

5924[c] imp. Caesar divi f. | Augustus | pontifex maximus, | tribunic. potest. $\overline{\text{XVII}}$, | ex s. c. terminavit | r. r. prox. cipp. ped. XLI[7] *(in latere sinistro)* r. r. prox. cipp. p|ed. XXIV[8] *(in postica)* r. r. prox. cipp. p. *////*[9].

Romae rep. locis antiquis non multum inter se distantibus cf. not. 3. 5, cippi tres, in dextra ripa Tiberis, ubi locus dicebatur Prati di Castello, inter novos pontes Ripettae et Humberti (cf. Huelsen Roem. Mitth. 1891 p. 130), cum alveus fluminis dilataretur anno 1890 (VI 31542[k i h] *vidit Huelsen cf. Marchetti Notizie degli scavi 1890 p. 187. 84. 85). Cippi ita inscripti innotuerunt viginti duo (VI 1236. 31542).* — 1) *A. 747/8.* — 2) *Recto rigore (cf. N. 5922*[c] *not. 1).* — 3) *Hic numerus intervallum indicat ab proximo cippo superiore, id est a N. 5924*[b]*; in cuius postica idem numerus perscriptus est. Et distabat hic cippus a N. 5924*[b] *cum repertus est metr. circ. 60 (206 ped. Rom. = metr. circ. 61), teste Marchettio Notizie l. c. p. 187.* — 4) *Hic numerus remittere debebat ad proximum cippum inferiorem, qui tamen desideratur (inter cippos qui extant proximus fuit VI 31542*[l]*, cf. Huelsen Roem. Mitth. 1891 p. 133).* — 5) *Numeri in dextris lateribus cipporum ripae dextrae positi, iudice Huelseno C. I. L. VI p. 3110, remittebant, in locis angu-*

losis, ad cippos a ripa magis recedentes, hic numerus remittit sine dubio ad cippum N. 5924[c], in cuius latere sinistro idem numerus reperitur. Et aberat cippus N. 5924[b] a N. 5924[c], cum repertus est, metr. 7,06 (ped. Rom. 24 = metr. 7,10), teste Marchettio Notizie l. c. p. 187. — 6) *Idem numerus qui in antica cippi N. 5924[a], cf. not. 3 (omittit hunc numerum Marchetti l. c. p. 84).* — 7) *Idem numerus, teste Huelseno, in postica proximi cippi superioris VI 31542[g].* — 8) *Idem numerus in latere dextro cippi N. 5924[b]; cf. not. 5.* — 9) *Numerus antiquitus erasus (inscriptionem posticae om. Marchetti).*

5924[d] [*imp. Caesar divi f.* | *Augustus*] | pontif[*ex maximus*], | tribunici[*a potest. XVII*], | ex s. c. ter[*minavit*]. | Curatores riparum q[*ui primi*] | terminaverunt ex s. [*c. rest.*].

Romae in ripa sinistra Tiberis infra pontem Fabricium, cippus loco antiquo rep. (VI 31542[s] = Bull. comunale 1894 p. 254 viderunt Vaglieri et Huelsen).

5925 C. Vibius C. f. Rufus[1], | Sex. Sotidius Sex. f. Strabo | Libuscid., | C. Calpetanus C. f. Statius Rufus[2], | M. Claudius M. f. Marcellus[3], | L. Visellius C. f. Varro[4] | curator. riparum et alvei Tiberis | ex s. c. termin.

Romae rep. ad Tiberim e regione ecclesiae S. Iohannis Evangelistae (VI 1237 = 31544[a] descr. saec. XVI Accursius aliique). Eiusdem inscriptionis alia duo exempla Romae prodierunt, sed fracta (VI 31544[b c]). — 1) *Consul suffectus videtur fuisse a. p. Chr. 46 (cf. Prosopogr. imp. R. III p. 424 n. 396).* — 2) *Idem infra N. 5939.* — 3) *Praetor a. p. Chr. 19 (fast. fratr. Arv.).* — 4) *Consul ord. a. 24 p. Chr.*

5926 Paullus Fabius Persi[*cus*][1], | C. Eggius Marull[*us*], | L. Sergius Paullus[2], | C. Obellius Ru[*fus*], | L. Scriboniu[*s Libo?*][3] | curatore[*s riparum*] | et alv[*ei Tiberis*] | ex auctorit[*ate*] | Ti. Claudi Caesaris | Aug. Germanic[*i*] | principis s[*ui*][4] | ripam cippis pos[*itis*] | terminaverunt a tr[*ig*]ar[*io*][5] | ad pontem Agrippa[*e*][6].

Romae rep. in ripa sinistra Tiberis prope S. Blasii della Pagnotta (VI 31545 vidit Huelsen; Notizie 1887 p. 323). — 1) *Consul ord. a. p. Chr. 34, cf. supra N. 951.* — 2) *Fortasse is qui fuit proconsul Cypri, notus ex actis apostolorum.* — 3) *Fortasse filius L. Scribonii Libonis consulis a. p. Chr. 19.* — 4) *Cf. Mommsen Staatsr. 3, 1114 not. 1.* — 5) *Cf. supra N. 1637 (not. 2).* — 6) *De ruderibus huius pontis, a scriptorum nullo memorati, post Borsarium (Notizie l. c.) dixit Huelsen Roem. Mitth. 1889 p. 285, 1891 p. 135.*

5927 ex auctoritate | imp. Caesaris Vespasiani | Aug. p. m., tr. p. IIII[1] imp. X p. p., | cos. IIII desig. V censor.[1], | C. Calpetanus Rantius Quirinalis | Valerius Festus[2] curator riparum | et alvei Tiberis terminavit r. r. | *(in altero ex.)* prox. cipp. p. LIIS — *(in altero)* prox. cipp. p. CLXXIIII.

Romae, duo ut videtur lapides, diversis locis ad ripam Tiberis rep. (VI 1238 = 31546 uterque aliquoties descriptus saec. XVI, neuter tamen ab auctoribus optimae notae; versuum divisio in altero non nimis certa, in altero plane incerta est). — 1) *Tribunicia potestate quartum Vespasianus fuit kal. Iul. 72/3, cos. IIII a. 72, cos. V a. 74, censuram suscepit anno 73 (cf. supra N. 247); videtur igitur*

hic titulus positus anno 73 ante kalendas Iulias. — 2) *Cf. supra N. 989. 5833. Consul suffectus fuerat a. 71.*

5928 [*ex auctoritate* | *imp. Caes. Vespasiani Aug.* | *p.*] m., tr. p. V, imp. XI, | p. p., cos. IIII | desig. V[1], censor., | C. Dillius Aponianus[2] | curator riparum | et alvei Tiberis | [*termina*]vit rip. Veient.[3] | [*r. r. proxim. ci*]p. p. CCXXXVI.

Romae rep. in ripa dextra Tiberis prope villam Farnesinam (VI 31547 vidit Huelsen; Gatti bull. comunale 1887 p. 15). — 1) *Tribunicia potestate quintum Vespasianus fuit kal. Iul. 73/74, consul quintum processit k. Ian. 74 (cf. supra N. 246. 247); titulus positus igitur secundo semestri 73.* — 2) *Idem memoratur Tac. hist. 3, 10. 11.* — 3) *Cf. N. 5929ª. 5934.*

5929ª [*ex auctoritate* | *imp. Caesaris*] | Vespasiani Aug. | p. m., tr. p. V[1], imp. XIII, | p. p., cos. V | desig. VI[1], censor., | [*C.*] Caecina Paetus[2] curat. | riparum et alvei Tiberis | [*termin*]avit rip. Veie[*nt.*] prox. | cipp. p. . . .[3]

5929ᵇ ex auctor[*itate* | *i*]mp. Caesar[*is*] | Vespasiani Aug. [*p.*] | m., tr. p. VI[1], imp. XIV, p. p., | cos. V desig. VI[1] cens., | C. Caecina Paetu[*s*][2] | curator ripar. et | [*al*]vei Tiberis termin. | [*rip.*] . . . nt.[4] prox. cipp. p. C| . . .

Romae, lapides duo, alter repertus in ripa dextra Tiberis prope villam Farnesinam, alter in alveo Tiberis sub arcu primo (Campum Martium versus) pontis vulgo dicto Sixti (VI 31548ᵇ ª vidit Huelsen, hunc etiam Henzen Eph. ep. 4, 807; fragmentum tertii exempli est VI 31548ᶜ). — 1) *Tribunicia potestate quintum Vespasianus fuit kal. Iul. 73/4, sextum kal. Iul. 74/5, cos. V ex kal. Ian. anni 74, cos. sextum a. 75; prior igitur titulus positus est priore semestri anni 74, alter altero semestri eiusdem anni.* — 2) *Cf. infra N. 6049 not. 3.* — 3) *Numerus pedum numquam perscriptus fuit.* — 4) *Nomen partis ripae Cistiberinae (Huels.).*

5930 ex auctoritate | imp. Caesaris divi | Nervae fil. Nervae | Traiani Aug. Germanici pontif. | max., trib. potest. V[1], cos. IIII, p. p., | Ti. Iulius Ferox[2] curator alvei | et riparum Tiberis et cloacar. | urbis terminavit ripam | r. r. ad prox. cipp. p. LXXXVI.

Romae rep. in ripa dextra Tiberis non longe a ponte vulgo dicto Sixti (VI 31549ᶠ vidit Huelsen; Notizie degli scavi 1884, 192; Bull. comunale 1884, 41). Eiusdem inscriptionis praeterea alia undecim exempla innotuerunt (VI 31549ª seq.), in quibus solum numeri in fine positi diversi sunt, praeterea pro ad prox. cipp. *in nonnullis est* proximo cippo *(sic perscriptum VI 1239ª ᵈ = 31549ᵈ ¹) vel* prox. cipp. — 1) *A. 101.* — 2) *Cf. Plin. ep. 2, 11, 5, cet. Idem etiam anno 103 ripam Tiberis terminavit, testibus inscriptionibus VI 31550. Cf. etiam N. 5932.*

5931 ex auctoritate | imp. Caesaris divi | Traiani Parthici f. | divi Nervae nepotis | Traiani Hadriani | Aug. pontif. max., trib. | potest. V[1], imp. IIII[2], cos. III, | L. Messius Rusticus[3] curator | alvei et riparum Ti-

beris et | cloacarum urbis r. r. restituit | secundum praecedentem | terminationem, proxim. cipp.[4] | ped. CVII.

Romae rep. prope montem Testaceum (VI 1240[c] cf. 31552[1] semel descripta circa a. 1700). Cippi eodem modo (excepto numero in fine) inscripti praeterea tres innotuerunt (VI 1240[a b d]), praeterea fragmentum quarti (VI 31552[e]). — 1) *A. 121.* — 2) *In his solis cippis Hadrianus dicitur imperator quartum, cf. supra N. 317 not. 2.* — 3) *Consul suff. a. 114 (dipl. mil.).* — 4) cippi *traditur.*

5932 [*imp. Caesar T. Aelius* | *Hadr*]ianus An[*toninus*] | Aug. Pius potifex *(sic)* maxim., | trib. pot. XXIIII[1], imp. II, cos. IIII, p. p. | [*A.*] Platorio Nepote | Calpurniano curat. | alvei Tiberis et ripar. et cloacar. | urbis, terminos vetust. dilapsos | exaltavit et restit. rect. rigore | proximo cippo p. [2] positos ex auto|ritate *(sic)* imp. Caes. divi Nervae fil. Nervae | Traiani Aug. Germ. pont. max. trib. | potest. V, cos. IIII, p. p., curatore | alvei Tiberis et ripar. et cloacar. | Iulio Feroce[3].

Romae rep. in ripa sinistra Tiberis, ubi dicitur via Giulia (VI 31553 = Bull. comun. 1890, 327 vidit Gatti). — 1) *A. 161.* — 2) *Numerus pedum omissus tam hic quam in duobus exemplis inscriptionis N. 5933. Nimirum post cippos positos curator numeros addere debuit sed neglexit.* — 3) *Cf. N. 5930.*

5933 [*imp. C*]aesar M. | [*Aurel*]ius Antoninus | [*Aug.*] pontifex max., | tribunicia potest. XV[1], | cos. III, et | imp. Caesar | L. Aurelius | Verus Aug. tribunic. | potest., cos. II, termin. | vetustate delapsos | exaltaverunt et restituer. | r. r. proximo termino ped. [2] | positos ex auctoritate | imp. Caesaris Nervae Traiani | Aug., curante A. Platorio | Nepote Calpurniano | curatore alvei Tiberis et | riparum et cloacarum | urbis.

Romae, cippus rep. in ripa sinistra Tiberis prope montem Testaceum (VI 1241[b] = 31554[b] vidit Henzen). Cippus cum gemella inscriptione est VI 1241[a] = 31554[a] = Henzen 5472. — 1) *A. 161.* — 2) *Cf. N. 5932 not. 2.*

5934 [*ex auctoritate* | *imp. Caesar. L. Septimii Severi Pii* | *Pertinacis Aug. Arabi*]c. [*Adiab. pont. max.* | *tr.*] pot. VI[1], imp. X, cos. II, [*p. p., et*] | M. Aurel. Antonini Caes. | imp. destinati | terminos vetustate dilapsos ex|altavit et restituit r. V.[2] | Ofilius[3] Valerius Macedo curat. alvei | Tiberis et riparum et cloacar. urbis.

Romae rep. in ripa dextra Tiberis non longe a ponte Sixti (VI 31555 viderunt Huelsen et Vaglieri). — 1) *A. 198.* — 2) *Ripa Veientana (cf. N. 5928. 5929[a]).* — 3) *Primus recte legit Vaglierius. Ofilius Macedo quindecimvir sacris faciundis fuit a. 204, cf. supra N. 5050[a] (p. 288).*

Ad opera facta a curatoribus riparum Tiberis pertinent tituli N. 5893/4.

5935 id quod intra | cippos ad camp.[1] versus | soli est, Caesar August. | redemptum a privato | publicavit.

Romae rep. in campo Martio haud longe a Pantheo, cippus Tiburtinus decempedalis (VI 874 aliquoties descripta a saec. XVI ad XVIII). — 1) *Campus in-*

tellegendus est non Agrippae, quippe qui pertinuerit ad regionem septimam a dextra via Flaminiae, sed ipse campus Martius. Cf. Lanciani bull. comun. 1883 p. 11.

5936 [*imp. C*]aesar Augustu[*s*] | ex privato in publicum | restituit, in partem dextram recta | regione ad proxim. cippum | ped. CLXXXII, | et in partem sinistram recta | regione ad proxim. cippum | ped. CLXXVIII.

Romae ad ripam Tiberis sub Aventino (VI 1262 descripserunt saec. XVI Knibbe auctor accuratus aliique). Similium inscriptionum duarum reliquiae in Esquiliis repertae sunt (VI 31572 = Bull. comunale 1888 p. 237, 1893 p. 28). — Ad similes restitutiones locorum publicorum pertinent etiam inscriptiones supra editae N. 211. 249; ad restitutiones agrorum sacrorum N. 3239. 3240.

5937 L. Calpurnius Piso, | M. Sallvius | pr. aer.[1] | aream[2] ex s. c. a privatis | publica pecunia | redemptam terminaver.

Romae, cippus rep. sub Capitolio ad S. Mariae Consolationis (VI 1265 vidit Henzen). — 1) *Praetores aerarii fuerunt ab a. 731 u. c. ad tempora Claudii.* — 2) *Aream Saturni significari putat Iordan Top. 1, 2 p. 364.*

5938 Cn. Sentius Saturninus, | C. Clodius Licinus | cos.[1] | terminaverunt[2] locum | publicum ab privato.

Romae rep. ad montem Testaceum (VI 1264 semel descripta saec. XVIII). Similis cippus, sed in quo nomina consulum alio modo collocata sunt, nescio quo loco urbis Romae rep., est VI 1263. — 1) *Consules suffecti fuerunt a. p. Chr. 4.* — 2) terminarunt *cippus gemellus VI 1263.*

5939 T. Quinctius Crispinus | Valerianus[1], | C. Calpetanus Statius Rufus[2], | C. Pontius P[*a*]elignus[3], | C. Petronius Umbrinus, | M. Crassus Frugi[4], | curatores | locor. publicor. iudicand.[5] | ex s. c. causa cognita | ex privato in public. restituer.

Romae in Aventino rep. circum maximum versus (VI 1266 vidit Smetius). — 1) *Consul suff. a. p. Chr. 2 (cf. supra N. 5026).* — 2) *Cf. supra N. 5925.* — 3) *Cf. supra N. 942.* — 4) *Consul a. p. Chr. 27 (cf. supra N. 954).* — 5) *De his curatoribus cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 993 not. 4.*

5940 L. Asprenas[1], | P. Viriasius Naso tr. pl.[2], | M. Caecilius Cornutus[3], | L. Volusenus Catulus[4], | P. Licinius Stolo[5], | curatores locorum publicorum | iudicandorum ex s. c. ex privato | in publicum restituerunt.

Romae rep. in via Merulana prope ingressum villae Iustinianae (VI 31573 = Bull. comunale 1885 p. 97 vidit Lancianius). Cippi eadem inscriptione inscripti praeterea alii duo prodierunt (VI 1267 a b). — 1) *L. Nonius Asprenas consul suff. a. p. Chr. 6 (supra N. 151 not. 3; N. 927).* — 2) *Proconsul Cretae inter annos 31 et 37 (supra N. 158).* — 3) *A. p. Chr. 24 periit praetorius (Tac. ann. 4, 28).* — 4) *Idem ut videtur supra N. 5893, ubi* f. *additum ad distinguendum eum a patre cognomine etiam tum vivo. Cf. praeterea Quint. inst. 10, 1, 24.* — 5) *Fortasse filius P. Licinii Stolonis triumviri monetalis circa a. u. c. 739 (Momms. Roem. Münzw. p. 744).*

5941 L. Asprenas, | M. Caecilius Cornutu[*s*], | L. Volusenus Catulus, | P. Licinius Stolo, | C. Pontius Paelignus[1], | curatores locorum

publicoru[*m*] | iudicandorum ex s. c. ex privato | in publicum redegerunt.

Romae rep. sub Aventino ad Tiberim (VI 31574 vidit Huelsen; Bull. comunale 1886 p. 277 n. 1273). Eodem fere loco repertum esse cippum supra N. 211 notat Huelsen. — 1) *Quattuor primi redeunt N. 5940, C. Pontius Paelignus N. 5939. Curator locorum publicorum iterum dicitur supra N. 942.*

5942 ex auctoritáte | imp. Caesaris | Vespasiani Aug. | loca publica a privatis | possessa T. Suedius Clemens | tribunus[1], causis cognitis et | mensuris factis, rei | publicae Pompeianorum | restituit[2].

Pompeiis extra portam Herculanensem rep. cippus quadratus, est Neapoli in museo (X 1018 vidit Mommsen). — 1) *Cohortis praetoriae puto. Idem memoratur Tac. hist. 1, 87. 2, 12. Anno 79 fuit praefectus castrorum legionis in Aegypto tendentis (III 33).*

5943 public. Fid.[1] | L. Manili. Q. f., | L. Marci. L. f., | duovirei III[2] | terminavere.

Ad viam Salariam, ubi fuerunt Fidenae, cippus (I 1111. XIV 4063 vidit Detlefsen). — 1) *Publicum Fidenatium.* — 2) *Ter.*

5943[a] ex auctoritate et senten|tia | imp. Caesaris T. Aeli Anto|nini Aug. Pii determina|tio [*f*]acta publica Mustita|norum.

Ad montem Djebel bu Kohêl circ. 5 chil. a Musti provinciae Africae (Carton découvertes en Tunisie p. 62).

5943[b] R.[1] Vedo..., | V.[2] Autrodiu.[3] C.[4], | S. Racectiu.[3] S., | S. Teditiu.[3] S. | statuendos[5] | locaverunt.

In agro Falerno, quattuor mil. pass. a Francolise, est Portici, cippus lapidis Tiburtini (X 4719 cf. p. 1012 viderunt Zangemeister lapidem, Mommsen ectypum gypsaceum). — 1) *Praenomen ignotum.* — 2) *Vibius.* — 3) *Nomina gentilicia praeterea inaudita.* — 4) f. *omissum consuetudine Osca (Iordan quaestiones archaeic. [ind. lect. Regiom. aest. 1884]; Buecheler mus. Rhen. 1884 p. 411).* — 5) *Intellege: terminos (Momms.). Titulum ad agrum Falernum saec. u. c. quinto civibus Romanis divisum pertinere coniecit Mommsen l. c. (cf. C. I. L. X p. 365 b).*

5944 L. Caicilius Q. f. | procos.[1] | terminos | finisque ex | senati consolto | statui iusit inter | Patavinos | et Atestinos. *(In alio cippo minore, qui huic impositus et cum eo iunctus fuit)* ... | senati [c]o[*nsu*]lto sta[*tui*] | iusit.

Téoli in collibus Euganeis rep., nunc Patavii in museo (I 548. V 2492 vidit Mommsen; imaginem Ritschl tab. LVIII B. C). — 1) *Incertum utrum L. Caecilius Metellus Calvus consul a. u. c. 613, an Metellus Diadematus consul a. u. c. 637. Illum praefert Borghesius (opp. 6, 460. 513), propterea quod hic non videtur Galliam cisalpinam administravisse, et propter similitudinem harum inscriptionum cum N. 5945.*

5944[a] [*L. Caeicili*]us Q. f. pro cos.[1] | terminos finisque ex | senati consulto statui | iousit inter Atestinos | et Patavinos. *(Infra)* L. Caeicilius Q. f. pr|o cos.[1] [ex][2] terminos | finisque ex senati | consulto statui iusit | inter Atestinos | Patavinosque.

In collibus Euganeis ad montem Venda rep., est Ateste (I 547. V 2491 vidit Mommsen; imaginem Ritschl tab. LVIII A). Inscriptiones duas simul incisas esse putat Momms., similiter ac in N. 5944. — 1) *Cf. N. 5944 not. 1.* — 2) ex *errore positum, mox deletum.*

5945 Sex. Atilius M. f. Saranus[1] pro cos. | ex senati consulto | inter Atestinos et Veicetinos | finis terminosque statui iusit.

In pago Lobia (prope Lonigo), pari fere intervallo a Verona Vicetia Ateste, cippus ingens rotundus, est Veronae (I 549. V 2490; imaginem Ritschl LV B). — 1) *Consul a. u. c. 618. Serrani cognomen sic scriptum etiam in nummis quibusdam et in titulo antiquissimo I 42.*

Sententia Minuciorum de finibus Genuatium et Veturiorum Langensium.

5946 Q. M. Minucieis Q. f. Rufeis[1] de controvorsieis inter | (2) Genuateis et Veiturios[2] in re praesente cognoverunt, et coram inter eos controvosias composeiverunt, | (3) et qua lege agrum possiderent et qua fineis fierent dixserunt. Eos fineis facere terminosque statui iuserunt; | (4) ubei ea facta essent, Romam coram venire iouserunt. Romae coram[3] sententiam ex senati consulto[4] dixerunt eidib. | (5) Decemb. L. Caecilio Q. f. Q. Muucio Q. f. cos.[5] — Qua ager privatus casteli Vituriorum est, quem agrum eos vendere heredemque | (6) sequi licet, is ager vectigal. nei siet. — Langatium[6] fineis agri privati. Ab rivo infimo, qui oritur ab fontei in Mannicelo[7] ad flovium | (7) Edem; ibi terminus stat. Inde flovio[8] suso vorsum inflovium Lemurim.[9] Inde flovio Lemuri susum usque ad rivom Comberane.[10] | (8) Inde rivo Comberanea susum usque ad comvalem Caeptiemam; ibi termina duo stant circum viam Postumiam.[11] Ex eis terminis recta | (9) regione in rivo Vendupale. Ex rivo Vindupale in flovium Neviascam. Inde dorsum fluio Neviasca in flovium Procoberam.[12] Inde | (10) flovio Procoberam deorsum usque ad rivom Vinelascam infumum; ibei terminus stat. Inde sursum rivo recto Vinelesca; | (11) ibei terminus stat propter viam Postumiam. Inde alter trans viam Postumiam terminus stat. Ex eo termino, quei stat | (12) trans viam Postumiam, recta regione in fontem in Manicelum. Inde deorsum rivo, quei oritur ab fonte en Manicelo, | (13) adterminum, quei stat ad flovium Edem. — Agri poplici quod Langenses posident, hisce finis videntur esse. Ubi comfluont | (14) Edus et Procobera, ibei terminus stat. Inde Ede flovio sursuorsum in montem Lemurino infumo; ibei terminus | (15) stat. Inde sursumvorsum iugo recto monte Lemurino; ibei termín[*u*]s[13] stat. Inde susum iugo recto Lemurino; ibi terminus | (16) stat in monte pro cavo.[14] Inde sursum iugo recto in montem Lemurinum summum; ibi terminus stat. Inde sursum iugo | (17) recto in castelum, quei vocitatust Alianus;

ibei terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Ioventionem[15]; ibi terminus | (18) stat. Inde sursum iugo recto in montem Apeninum, quei vocatur Boplo; ibei terminus stat. Inde Apeninum iugo recto | (19) in montem Tuledonem; ibei terminus stat. Inde deorsum iugo recto in flovium Veraglascam in montem Berigiemam | (20) infumo; ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Prenicum; ibi terminus stat. Inde dorsum iugo recto in | (21) flovium Tulelascam; ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto Blustiemelo in montem Claxelum; ibi terminus stat. Inde | (22) deorsum in fontem Lebriemelum; ibi terminus stat. Inde recto rivo Eniseca in flovium Porcoberam; ibi terminus stat. | (23) Inde deorsum in floviom Porcoberam, ubei conflovont flovi Edus et Porcobera; ibi terminus stat. — Quem agrum poplicum | (24) iudicamus esse, eum agrum castelanos Langenses Veiturios[16] po[*si*]dere fruique videtur oportere. Pro eo agro vectigal Langenses | (25) Veituris[17] in poplicum Genuam dent in anos singulos vic. n. CCCC[18]. Sei Langenses eam pequniam non dabunt neque satis | (26) facient arbitratuu Genuatium, quod per Genuenses mo[*r*]a non fiat, quo setius eam pequniam acipiant: tum quod in eo agro | (27) natum erit frumenti partem vicensumam, vini partem sextam Langenses in poplicum Genuam dare debento | (28) in annos singolos. — Quei intra eos fineis agrum posedet Genuas aut Viturius, quei eorum posedeit k. Sextil. L. Caicilio | (29) Q. Muucio cos., eos ita posidere colereque liceat. Eus[19], quei posidebunt, vectigal Langensibus pro portione dent ita uti ceteri | (30) Langenses, qui eorum in eo agro agrum posidebunt fruenturque. Praeter ea in eo agro niquis posideto nisi de maiore parte | (31) Langensium Veituriorum sententia, dum ne alium intro mitat nisi Genuatem aut Veiturium colendi causa. Quei eorum | (32) de maiore parte[20] Langensium Veiturium sententia ita non parebit[21], is eum agrum nei habeto nive fruimino. — Quei | (33) ager compascuos erit, in eo agro quo minus pecus [*p*]ascere Genuates Veituriosque liceat ita utei in cetero agro | (34) Genuati compascuo, niquis prohibeto, nive quis vim facito, neive prohibeto quo minus ex eo agro ligna materiamque | (35) sumant utanturque. — Vectigal anni primi k. Ianuaris secundis Veturis Langenses in poplicum Genuam dare | (36) debento. Quod ante k. Ianuar. primas Langenses fructi sunt eruntque, vectigal invitei dare nei debento. — | (37) Prata quae fuerunt proxuma faenisicei L. Caecilio Q. Muucio cos. in agro poplico, quem Vituries Langenses | (38) posident et quem Odiates et quem Dectunines et quem Cavaturineis et quem Mentovines posident, ea prata, | (39) invitis Langensibus et Odiatibus et Dectuninebus et Cavaturines et Mentovines[22], quem quisque eorum agrum | (40) posidebit, inviteis eis niquis sicet nive pascat nive fruatur. Sei Langueses aut Odiates aut Dectunines aut Cavaturines | (41) aut Mentovines malent in eo agro alia prata inmittere defendere

sicare, id uti facere liceat, dum ne ampliorem | (42) modum pratorum habeant, quam proxuma aestate habuerunt fructique sunt. — Vituries quei controvorsias[23] | (43) Genuensium ob iniourias iudicati aut damnati sunt, sei quis in vinculeis ob eas res est, eos omneis | (44) solvei mittei leiberique[24] Genuenses videtur oportere ante eidus Sextilis primas. — Seiquoi de ea re | (45) iniquom videbitur esse, ad nos adeant primo quoque die et ab omnibus controversis et hono publ. li.[25] | (46) Leg.[26] Moco Meticanio Meticoni f., Plaucus Peliani. Pelioni f.

Tabula aenea rep. a. 1506 sex mil. pass. a Genua in valle Polceverae fluvii (I 199. V 7749 Ritschl tab. XX). De locis in hac tabula memoratis post Serram (mem. acad. Genu. 2, 1809) egerunt Grassi et Desimonis Atti della società ligure di storia patria 3, 1864; Poggi ibid. 30, 1900, unusquisque cum tabulis geographicis. — 1) *Intellegitur M. Minucius (sic supra N. 3770) Rufus consul a. u. c. 644 cum fratre Q. Minucio Rufo (supra N. 4047). Hi cum oriundi essent ab eo qui subegit Ligures Q. Minucio Rufo cos. a. 557, avito iure patroni Ligurum videntur fuisse ideoque ad hanc rem disceptandam selecti esse (Momms.). Cf. Mommsen Staatsr. III p. 1203 not. 1.* — 2) *Iidem qui paullo post dicuntur Langenses Veiturii (v. 24 seq.), Langenses, Langates.* — 3) *Cf. Dig. 4, 8, 27, 4 (Mommsen).* — 4) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 1202.* — 5) *A. u. c. 637.* — 6) *Cf. not. 2. Ab iis vicus Langasco (circ. 15 chil. a Genua) nomen trahere creditur.* — 7) *De colle Maniceno vocato cogitavit Serra (contradixerunt tam Desimonis p. 559. 577 seq. quam Poggi p. 269).* — 8) *Fluvii nomen videtur excidisse.* — 9) *Fortasse rivus hodie dictus Lemme sive Lemo.* — 10) *Comberaneam.* — 11) *Cf. supra N. 5806 not. 2.* — 12) *Idem 'flumen Porcifera' quod recenset Plin. h. n. 3, 5, 48 proxime Genuam, hodie Polcevera.* — 13) termins *aes.* — 14) *Sic* (PRO . CAVO) *est in aere (fortasse subest nomen montis).* — 15) *Colle dei Giovi (cf. Nissen ital. Landeskunde 1, 230).* — 16) *Cf. not. 2.* — 17) *Casus primus.* — 18) *Victoriatos nummos quadrigentos (nummi huius nominis quattuor aequabant denarios tres). Cf. Borghesi opp. 2, 283 seq.; Mommsen Roem. Münzw. p. 389 seq.* — 19) *Scr.* eis. — 20) *Requiritur* de maioris partis. — 21) *Intellege: quem eorum ita possedisse non parebit (Momms.).* — 22) *De his cf. Poggi p. 317 seq.* — 23) *Controversias ob iniurias iudicari mire dictum est, videtur accusativus explicandus ad similitudinem eorum quae sunt: servitutem servire, iusiurandum iurare (Mommsen).* — 24) *Videtur scribendum* leiberareique *et deinde* a Genuensibus. — 25) *In corruptela quid lateat, ignoratur. Requiri videtur: et ab omnibus controversiis abstineant.* — 26) *Legati.*

Decretum proconsulis Sardiniae de finibus Patulcensium et Galillensium.

5947 imp. Othone Caesare Aug. cos. XV k. Apriles[1]. |

(2) Descriptum et recognitum ex codice ansato L. Helvi Agrippae[2] procons., quem protulit Cn. Egnatius | (3) Fuscus scriba quaestorius, in quo scriptum fuit it, quod infra scriptum est, tabula V Ↄ[3] VIII | (4) et VIIII et X. 'III idus Mart. L. Helvius Agrippa procos. caussa cognita pronuntiavit: | (5) Cum pro utilitate publica rebus iudicatis stare conveniat, et de caussa

Patulcensi|-(6) um[4] M. Iuventius Rixa vir ornatissimus procurator Aug.[5] saepius pronuntiaverit, fi|-(7) nes Patulcensium ita servandos esse, ut in tabula ahenea a M. Metello[6] ordinati | (8) essent, ultimoque pronuntiaverit, Galillenses[7] frequenter retractantes controver|-(9) siae[8] nec parentes decreto suo se castigare voluisse, sed respectu clementiae optumi | (10) maximique principis contentum esse edicto admonere, ut quiescerent et rebus | (11) iudicatis starent et intra k. Octobres primas de praedis Patulcensium recederent vacuam|-(12) que possessionem traderent; quodsi in contumacia perseverassent, se in auctores | (13) seditionis severe anima adversurum *(sic)*; et post ea Caecilius Simplex[9] vir clarissi|-(14) mus, ex eadem caussa aditus a Galillensibus dicentibus: tabulam se ad eam rem | (15) pertinentem ex tabulario principis adlaturos, pronuntiaverit, humanum esse | (16) dilationem probationi dari, et in k. Decembres trium mensum spatium dederit, in|-(17) tra quam diem nisi forma allata esset, se eam, quae in provincia esset, secuturum; |

(18) ego quoque aditus a Galillensibus excusantibus, quod nondum forma allata esset, in | (19) k. Februarias quae p. f.[10] spatium dederim, et moras[11] illis possessoribus intellegam esse iucun|-(20) dam: Galilenses ex finibus Patulcensium Campanorum, quos per vim occupaverant, intra k. | (21) Apriles primas decedant. Quodsi huic pronuntiationi non optemperaverint, sciant, | (22) se longae contumaciae et iam saepe denuntiatae anim. adversioni[12] obnoxios | (23) futuros. In consilio fuerunt: M. Iulius Romulus leg. pro pr., T. Atilius Sabinus q.[13] | (24) pro pr., M. Stertinius Rufus f.[14], Sex. Aelius Modestus, P. Lucretius Clemens, M. Domitius | (25) Vitalis, M. Lusius Fidus, M. Stertinius Rufus.[15] | Signatores: Cn. Pompei Ferocis. Aureli | (26) Galli. M. Blossi Nepotis. C. Cordi Felicis. L. Vigelli Crispini. L. Valeri Fausti M. Luta|-(27) ti Sabini. L. Coccei Genialis. L. Ploti Veri. D. Veturi Felicis. L. Valeri Pepli.

Tabula aenea rep. in Sardinia interiore ad vicum Esterzili, est Sassari (X 7852 vidit Mommsen). Tractavit Mommsen Herm. 2 p. 102 cf. 3, 167. — 1) *18 Mart. 69.* — 2) *Idem fortasse, quem memorat Dio 67, 3.* — 3) *Videtur intellegendum esse: capitibus.* — 4) *Populus hic, nominatus etiam in t. Sardo X 7933, praeterea ignotus est* (Palvic- *legerunt primi aeris editores).* — 5) *Sardinia sub procuratoribus fuit, usque ad annum 67, quo anno Nero eam senatui reddidit pro liberata Achaia (Pausan. 7, 17, 3). Cf. Mommsen C. I. L. X p. 777. Rixa hic videtur ultimus fuisse procuratorum.* — 6) *Consul a. u. 639, qui triumphavit ex Sardinia a. 643.* — 7) *Populus et ipse ignotus, nisi quod in gemma X 8061, 1 dicitur inscriptum esse* Larum | Galillensium. — 8) *Scr.* controversiam. — 9) *Primus ut videtur proconsulum Sardiniae post procuratores, praedecessor L. Helvii Agrippae. Consul suffectus fuit a. 69 exeunte (Tac. hist. 2, 60 cet.).* — 10) *Proximae fuerunt.* — 11) *Scr.* moram. — 12) *Sic, cum puncto inter* anim. *et* adversioni. — 13) *Quaestor.* — 14) *Filius (scilicet eius cuius nomen postea perscriptum, vide not. 15).* — 15) *Subsequitur filium longo intervallo, scilicet loci minus honorati.*

5947a Q. Gellio Sentio Augurino procos.[1] decreta | ex tabellis recitata kalendis Martis. Cum optimus maximusque | princeps Traianus Hadrianus Aug. scripserit mihi uti adhibitis menso|ribus de controversiis finium inter Lamienses et Hypataeos cognita causa | terminarem egoque in rem praesentem saepius et continuis diebus | fuerim cognoverimque praesentibus utriusque civitatis defensoribus, | adhibito a me Iulio Victore evocato Augusti mensore, placet initium | finium esse ab eo loco in quo Siden fuisse comperi, quae est infra con|saeptum consecratum Neptuno, indeque descendentibus rigorem ser|vari usque ad fontem Dercynnam, qui est trans flumen Sperchion, it[*a ut per*] | amphispora[2] Lamiensium et Hypataeorum rigor at fontem Dercynn[*am supra*] | scriptum ducat et inde ad tumulum Pelion per decursum Sir . . . | at monumentum Euryti quod est intra finem Lam[*iensium*] . . . | Erycaniorum et Proherniorum[3] . . . . | . . . thraxum[4] et Sido . . . . | . . . . const . . . .

Inter Lamiam et Hypatam in vico Myxiates, deinde Lamiae (III 586 cf. 12306 vidit Wilhelm). — 1) *Proconsule, scil. Macedoniae. Fortasse idem commemoratur a Plinio ep. 4, 27. 9, 8.* — 2) *Amphispora videntur esse ipsa arva, de quibus certabatur, essentne a Lamiensibus conserenda an ab Hypataeis (Momms.).* — 3) *Proernam in Thessalia memorant Liv. 36, 14, 12, Strabo 4 p. 434, Steph. Byz.* — 4) *Primae litterae non certae.*

Simile decretum de finibus inter Delphos et Anticyrenses est III 567 cf. p. 987. 1317. — Terminationis Callatide ad Pontum repertae fragmenta edidit Tocilescu arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 19, 1896 p. 104.

5948 L. Trebius | Secundus pr|aefctus *(sic)* castr|orum inter | Onastinos et | Narestinos[1] ter|minos posit *(sic)* ius|su L. Volusi Satu|rnin. leg. pro pr|aetore[2] C. C[*ae*|*sar*]is A[*ugusti*] | G[*erm*]an[*ic*]i[3] ex | sententenenti|a *(sic)* quam is ath|irito *(sic)* consilio dixit.

In Dalmatia rep. loco dicto Krug di Jesenice di Poljica (a Salonis meridiem versus), est Spalati (III S. 8472 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *De his civitatibus Dalmatiae cf. Hirschfeld l. c.* — 2) *Cf. supra N. 923, infra N. 5949. 5952.* — 3) *Quae punctis distinximus, erasa, ex parte tamen leguntur.*

5949 . . [*Vib*]ullius T . . | . . [*le*]g. VII et L. Sa[*l*|*vius*], M. Sueto ce[*n*|*t*]uriones leg. X[*I* | *iu*]dices dati ex | [*c*]omventione a | [*L. V*]olusio Satur|[*n*]ino leg. propr. | [*C.*] Caesaris Aug. | [*Ger*]manici inter | . . .

Prope Promonam Dalmatiae rep. (III S. 9832 cf. add. postr. p. 2328, 11 vidit Patsch).

5950 L. Arruntius | Camil[*l*]us Scri|b[*o*]nianus[1] le[*g.*] pro|pr. C. [*C*]ae[*s*]aris Aug. | Germanici, iudicem | dedit M.' Coelium Ↄ | leg. VII inter Sapuates | et [*La*]matinos[2], ut fines | [*reg*]eret et terminus *(sic)* po[*n.*].

*In Bosnia non longe a Iajce et a Verbano fluvio loco dicto Vaganj in rupe incisum (III S. 9864*a *cf. p. 2165. 2270 Hirschfeld et Patsch viderunt ectypa).* — 1) *Consul fuit a. p. Chr. 32, a. 42 in Dalmatia rebellavit, cf. supra N. 157 not. 1.* — 2) *Sapua et Lamat(e) videntur memorari a Geographo Ravennate, cf. Hirschfeld l. c.*

5951 Ti. [*Cl*]audius L . . . ., | C. Avillius Clemen[*s*], | L. Coelius Capella, P. | Raecius Libo, P. Valeri|us Secundus iudices | dati a M. Pompeio Silva|no leg. Aug. propr.[1] inter | rem p. Asseriatium et rem p. Al|veritarum[2] in re praesenti per | [*sententi*]am suam determina|verunt.

In Dalmatia loco dicto Dobropoljci rep., non longe a Podgradje ubi fuit Asseria (III S. 9938 vidit Hirschfeld). — 1) *Legatus Dalmatiae fuit a. 69 (Tac. hist. 2, 86. 3, 50).* — 2) *De Asseria cf. C. I. L. III p. 370; Alveria ignota.*

5952 . . . . | . . . . [*i*]nter Ner[*a*|*sti*]nos[1] et Pitunti|nos[2] termini r[*ec*|*o*]gniti et restitu[*ti*] a | . . [*P*]isone[3] leg. pro pretore | [*Ti.*] Claudi Caesaris [*Aug.* | *G*]ermanici per C. Mar|ium Maternum 7 leg. | VII C. p. f., quos L. Volus|[*ius Saturninus*][4] . . .

In Dalmatia, inter Salonas et Naronam, prope vicum Dubrava di Poljica (III S. 12794 = Bulić bull. dalmato 1890 p. 145). — 1) *Iidem Narestini N. 5948.* — 2) *De his cf. C. I. L. III l. c.* — 3) *Fortasse is qui coniuravit in Neronem (cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 279 n. 227) aut L. Piso consul ord. a. 27.* — 4) *Cf. N. 5948/9.*

5953 [*e*]x edictu *(sic)* P. Cor|neli Dolabele *(sic)* leg. | pro pr.[1] determin|ati fines Geminus[2] | pri. posterior leg. | VII inter Neditas[3] | et Corinienses, | restituti iussu A. | Duceni Gemini[4] | leg. Augusti pr. p[*r.*] | per A. Resium [*M*]a|ximum Ↄ leg. XI | C. p. f. pr. posterior. | et Q. Aebutium | Liberalem[5] astat. | posteriore leg. | eiusdem.

5953[a] fines inter Neditas et Corinienses derect[*i*][6] mensuris actis iussu [*Du*]ceni[7] Gemini leg. per A. Resium Maximum Ↄ legionis XI principem posteriorem co[*r.*] I[8] et per [*Q.*] A[*e*]butium[9] Liberalem Ↄ eiusdem leg. astatum posteriorem chor. I.

Prope Karin (Corinium) Dalmatiae (III S. 9973 in ecclesia vici Popovič vidit Hirschfeld; III 2883 in ecclesia vici Novigradi semel descripta saec. XVI). — 1) *Cf. supra N. 938. 5829. Praefuit Dalmatiae ab a. 14 ad a. 18.* — 2) *Intellege: per Geminum principem posteriorem.* — 3) *Nedinum hodie Nadin (cf. C. I. L. III p. 371).* — 4) *Idem memoratur Tac. ann. 15, 18, hist. 1, 14. Legatus Dalmatiae videtur fuisse sub Nerone.* — 5) *Ad Aebutium Liberalem Seneca dedit libros de beneficiis (Hirschfeld); cf. etiam supra N. 1015 not. 3.* — 6) derectus, 7) Meceni, 8) COPI, 9) D. Aelbutium *traditur.* — *Ad fines Neditarum et populi alicuius vicini spectat etiam III 2882.*

5953[b] ex conventione finis | inter Ortoplinos[1] et Pare|ntinos[2], aditus ad aquam | vivam Ortoplinis pasus *(sic)* | Ð latus[3] I[4].

In Dalmatia (Croatia quae nunc est), inter Iablanac et Kosinj gornji rupi incisum (Brunšmid Vjesnik nov. ser. 5, 1901 p. 100 cum imagine photographica, cf. Patsch die Lika in roemischer Zeit 1900 p. 22 seq.). — 1) *Ortopla oppidum maritimum Iapydiae, Ptol. 2, 16, 3, Plin. h. n. 3, 140, cf. Patsch l. c.* — 2) *Parentini in Dalmatia ignoti.* — 3) *Sic imago edita l. c.* (delatus *legit editor).* — 4) *Latus passum unum, intellegit Patsch; fortasse fuit* p. *(pedes) sequente numero.*

5954 [*ex auctoritate* | *i*]mp. Aug. | [*fi*]nes dere[*cti* | *int*]er Dien[*ses* |

et Olo]ssoni[*os* | *ex c*]onvention[*e*] | ipsorum | [*im*]p. Nerva [*T*]ra[*ia*|*n*]o Ca[*es*]ar[*e*] | Aug. German[*ico*] | IIII cos.[1]

In monte Olympo rep., medio fere loco inter Dium et Olossonem (Elassona) oppida (III 591 cf. p. 989 vidit Heuzey). — 1) *A. 101.*

5955 [*ex au*]ct. imp. Vesp[*a*]|siani Cae[*s.*] Aug. p. p., fi|nes provinciae no|vae et veter. de|recti qua fossa | regia fuit[1] per Ru|tilium Gallicum | cos., pont.[2], et Sen|tium Caecili[*a*]|num praeto|rem[3], legato[*s*] | Aug. pro pr.

In agro Thibursici Bure, provinciae Africae, loco dicto Henschir Schellu (nuper repertam Cagnat misit qui descripsit ex ectypo). — 1) *Cf. Plin. h. n. 5, 4, 25: (Africa) dividitur in duas provincias veterem et novam (cf. Tissot Géogr. de la prov. d'Afr. II p. 3 seq.), discretas fossa inter Africanum sequentem et reges.* — 2) *Cf. supra N. 1007. 5025. In Africa eum fuisse legatum censibus accipiendis ex Statio Silv. 1, 4, 83 coniecerat Mommsen.* — 3) *Ad hunc pertinet t. Amiterninus IX 4194, quem non recte a Mommseno attributum esse temporibus Gordiani iam apparet.*

Gemellus lapis prodiit prope Henchir es Suâr, ubi fuit municipium Abthugnitanum, quem tractavit Cagnat comptes rendus de l'Académie des inscr. 1894 p. 46. Ex tertio simili superest fragmentum VIII S. 14882.

5956 ex auctori|tate imp. Caesaris | divi Traiani Parth[*i*]|ci filio *(sic)* divi Nervae | nepotis Traiani Ha|driani Aug. p. p., pon|tifici maximo *(sic)*, trib. | potestatis XX[1], cos. II[*I*], | Antius Rufinus in|ter Moesos et Thra|ces fines posuit.

Olim Sištov ad Danuvium, iam Bukaresti (III 749 cf. p. 992. 1338 vidit Domaszewski). — 1) *A. 136.*

Huius cippi praeterea alia tria exempla prodierunt in regione a Sištov meridiem versus inter Danuvium et Haemum, unum non longe a Svištov loco dicto Lajdzi (III S. 14422, 1), alterum prope vicum Butovo (III S. 12407 = arch. ep. Mitth. 15 p. 209), tertium loco dicto Hodniča (duabus horis a Tirnowo sept. versus (III p. 992 ad n. 749); cf. Premerstein oesterr. Jahresh. I 1898 Beibl. p. 186 qui hos cippos putat spectare ad terminationem factam inter provinciam Thraciam, quae illo tempore ad Danuvium usque pertinuerit, et Moesiam.

5957 ex auctoritat[*e*] | imp. Caes. Vespasian[*i*] | Aug. pontificis max., | trib. potest V, cos. V | desig. VI[1], p. p., | Cn. Pinarius Cornel. | Clemens[2] leg. eius pro pr. | exercitus Germanici | superioris inter | Viennenses[3] et Ceutronas[4] | terminavit.

In Alpibus Graiis ad iugum Col de la Forclaz inter Chamounix et St. Gervais-les-Bains, rep., delata dicitur in oppidum Sallanches (XII 113 cf. p. 805 Hirschfeld vidit ectypum gypsaceum). — 1) *A. 74.* — 2) *Cf. N. 1992. 5832.* — 3) *Sic in lapide legit Allmer.* — 4) *Cf. N. 5868.*

5958[a] ex auctoritate | imp. Nervae Traiani | Caes. Aug. Germani|ci Dacici | L. Minicius Natalis | leg. Aug. pro pr.[1] inte[*r*] | Madaurenses et | Musulami[*os*][2].

5958[b] [*ex auctoritate*] | imp. Nervae Traiani | Caes. Aug. Ger. Dacici |

cos. . . . . p. [*p.*] | L. Acilius Stra[*bo G*]ell|ius Numm[*u*]s[3] leg. Aug. | pr. pr. inter Musul. | et Madaurenses.

Prope Madauram Africae in rupe quadam montis Bu-Sessu, tituli duo iuxta positi (VIII 4676 solam priorem, utramque descriptam habes a Faure ductore Gallo Bull. arch. de comit. des travaux hist. 1896 p. 276). — 1) *Legatus exercitus Africani fuit a. 104/5, cf. supra N. 1029 (not. 4).* — 2) *Musulamiorum nomen late diffusum in Africa (Tac. ann. 2, 52 seq., Florus 2, 31, Plin. h. n. 5, 4, 30, cet.; accedunt tituli is qui sequitur et VIII 270 = 11431), item in Mauretania (VIII 9288), cf. etiam supra N. 2003. Praefectus gentis Musulamiorum est supra N. 1435; cf. Toutain mém. des antiq. de France 57, 1896 p. 273 seq.; Gsell mél. de l'Ecole de Rome 19, 1899 p. 47.* — 3) *Homo praeterea ut videtur ignotus; ex eadem stirpe is ad quem pertinent tituli III 429. X 1486.*

5959 ex auctoritate | imp. Caes. Traiani | Aug. Ger. Dacici | L.[1] Munatius Gallus[2] | leg. pro pr. | finibus Musulamior.[3] | . . . legiis[4] vestustatis | . . . tam[5] abolevit.

Inter Thevestem et Ammaedaram, circ. 14 chil. a Theveste (VIII 10667 cf. VIII S. 16692 descripserunt Tissot, Farges, et nuper Milhavet, cuius exemplum misit Cagnat). — 1) *Praenomen solus legit Milhavet.* — 2) *Cf. N. 284.* — 3) *Cf. ad eam quae praecedit.* — 4) *Sic Farges et Milhavet,* . . . legii *Tissot.* — 5) . . . otam *Milhavet.*

5960 ex indulgen|tia imp. Caes. Had|riani Aug. fines | adsignati gen|ti Numidarum | per C. Petroni|um Celerem[1] | proc. Aug. pro. | [*M. C*]aes[*ariens.*].

In Mauretania loco dicto Guerria rep. (VIII 8814 vidit Wilmanns). Alterum exemplum eiusdem tituli in eadem regione repertum est VIII 8813. — 1) *Procurator Mauretaniae fuit a. 137, cf. N. 5963 (item N. 5795 not. 9).*

5961 termini positi inter | Igilgilitanos, in | quorum finibus kas|tellum Victoriae | positum est, et Zimiz.[1], | ut sciant Zimizes, | non plus in usum | se haber. ex aucto|ritate M. Vetti La|tronis proc. Aug. | qua[2] in circuitu | a muro kast. p. | Đ.[3] Pr.[4] LXXXIX, Tor|quato et Libone cos.[5]

Igilgili (Djidjelli) in ora Mauretaniae (VIII 8369 vidit Wilmanns). — 1) *Gens memorata etiam in tabula Peutingerana (inter Igilgili et Chullu).* — 2) *Quam.* — 3) *Passus quingentos.* — 4) *(Anno) provinciae.* — 5) *A. 128.*

5962 limes | Maur.

5962a limes | pr. Afri.[1]

In agro Auziensi, loco dicto Guelt-Zerga (VIII S. 20817. 20818b; huius quinque exempla prodiisse dicuntur quorum duo vidit Purgold). — 1) *Sic Purgold in uno,* PRAIRs *in altero;* PRATRI *in quinque legisse sibi visus est regionis illius habitator Robert. Mommsenus significari putat limitem inter comitem Africae et ducem Mauretaniae.*

5963 ex au[*ctor*]itate | imp. Caes. divi Traiani Parthici [*f.*] | divi Nervae nepotis Traian[*i*] | Hadriani Aug. p. p., p. m., tr. pot. XX[*I*], | cos. III, procos., auspiciis L. Aeli C[*a*|*es.*][1] imp., imp. fil.[2], cos.[3], termini

pos. i[*n*]|ter Regienses[4] et saltum Cu . . . | per C. Petronium Celerem[5] proc. Au[*g.*], | an. provin.[6] LXXXXVIII.

In Mauretania prope locum dictum Er-Rahel rep. (VIII S. 21663 vidit Gsell). — 1) *A. 137. Mirum terminos positos dici non solum ex auctoritate imperatoris sed etiam auspiciis filii eius.* — 2) *Imperatoris, imperatoris filii.* — 3) *Expectaveris* cos. II. — 4) '*Ad Regias*' *statio viae per Mauretaniam mediterraneam ducentis memoratur in itinerario Anton.; ea videtur fuisse loco dicto Arbal, cf. C. I. L. VIII p. 2648.* — 5) *Cf. N. 5960.* — 6) *Anno provinciae (cf. N. 5961).*

5964 limes | agrorum a Gar|gilio Goddeo dec.[1] | p. p.[2] secundum ius|sionem v. p. Iucun|di Peregrini p. n.[3] | inter territori|um Aureliese[4] et p|rivata [*r*]ation[*e*][5] | . . oc . . .

In Mauretania, regione oppidi Bordj. Medjana loco dicto Satar (VIII 8811 cf. 20618 Cagnat vidit ectypum). — 1) *Decurione.* — 2) *Publice positus (?).* — 3) *Praesidis nostri.* — 4) *Incertum unde dictum.* — 5) *Ad privatam rationem imperatoris bonam partem huius regionis pertinuisse docent etiam tituli N. 5965 (cf. not. 6) et VIII 8810.*

5965 d. n. | imp. Cae. M. Au|relio Severo Ale|xandro Pio Felice | Aug., terminac.[1] [*a*]|grorum defeni|cionis[2] Matidiae[3] ad|signantur colo|nis Kasturrensi., | iussu v. e.[4] Axi Aeli|ani[5] proc. Aug. r. p.[6] | per Cae. Martiale | agrimesore.

In Mauretania, in eadem regione in qua N. 5964, loco dicto Meris (VIII 8812 cf. p. 1946 Cagnat vidit ectypum). — 1) *Scr.* terminat., 2) definitionis. — 3) *Fundi olim Matidiae Augustae.* — 4) *Viri egregii.* — 5) *Cf. N. 1371. 3636. 3849.* — 6) *Rationis privatae (cf. N. 1371 not. 2).*

5966 . . . [*ter*|*min*]i Augu[*st.*] | positi ex auc|toritate ra|tionalium | per Fabium Celerem ev[*oc.*][1] | Aug. n.

In Africa, regione Byzacena, 18 chil. a Mactari (Gauckler bull. des antiquaires de France 1898 p. 114; Cagnat vidit ectypum). — 1) ex. *Gauckler, sed particulam litterae* V *(post* E*) enotavit Cagnat.*

5967 finis | Caesaris | n.

Prope confinia provinciae Asiae et Pamphyliae, inter Apolloniam Pisidiae et Sagallassum, loco dicto Pardis (III S. 6872 cf. 12147 vidit Ramsay Historical Geography of Asia minor p. 172). — *Ad terminationem inter praedia Caesaris et Sagallassenses pertinet etiam titulus Graecus Amer. journal of archaeology 2, 1886 p. 129.*

5968 . . . . [*termini positi inte*]r [*p*]ra|ta leg.[1] [*e*]t fines | roboreti[2] Fl. | Marc. per Augu|stianum Belli|cum[3] proc. | Aug.

Prope Knin Dalmatiae, ubi fuit Burnum, rep. (III S. 13250 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Cf. N. 2454/5.* — 2) *Vocabulum ante medium aevum adhuc non repertum (Bulić).* — 3) *Eundem cum Bellico sive Bellicio Sollerte (supra N. 1031, cf. item N. 2710 not. 1) putat Hirschfeld.*

5969 [*ter. Aug.?* | *p*]ratorum c|oh. IIII Gall.[1] in|ter coh. IIII G|all. et civitate|m Bidunien|[*sem*][2] . . .

Castro Calvon prope la Bañeza provinciae Legionensis Hispaniae, cippus (Eph. ep. 8 p. 408 n. 131 Huebner vidit ectypum). — 1) *Videtur esse eadem cohors*

quarta Gallorum quae postea fuit in Britannia (VII 703/4 cet., cf. supra N. 4829) (Cichorius); titulus videtur esse primi p. Chr. saeculi (Huebn.). — 2) *Bedunia Callaeciae oppidum (it. Ant. p. 439), hodie la Bañeza (cf. Huebner ad Eph. 8 p. 404 n. 120). Terminos qui dividebant prata legionis Hispaniae et civitates finitimas dedimus supra N. 2454. 2455 (accedunt Eph. ep. 8 p. 507 n. 2916 e f).*

5970 [*i*]mp. Caesar. Aug. pontif. | maxim., tribunic. pot. XXVIII[1], | cos. XIII, pater patr.: | terminus Augustal. inter | Bletisam et Mirobr. et Salm.

Ledesmae prope Salamancam, ubi videtur fuisse Bletisa, provinciae Lusitaniae (II 859 cf. suppl. p. 1031 saepius descripta saec. XVI). Similes termini duo eodem anno positi extabant in oppido vicino Ciudad Rodrigo, ubi videtur fuisse Mirobriga (II 857. 858), alius eiusdem fere temporis prope Monsanto (II 460). — 1) *A. 758/9 (p. Chr. 5/6).*

5971 [*Ti. Claudio Drusi f.* | *Caes. Aug. Germanico*] | po[*nt.*] max. trib. [*po*]|tes[*t. VIIII*], p. p., imp. XVI, | cos. II[*II*, *ce*]nsor[*e*], te|rmin[*i*] agror. decu|manor. [*resti*]|tuti et novat[*i*] Q. Veranio | C. Pompeio Gallo cos.[1], | f. c. O[*s*]tip.[2]

Prope Ostipponem (Estepa) Baeticae (II 1438 semel descripta saec. XVII). — 1) *A. 49.* — 2) *Faciundum curaverunt Ostipponenses? (Huebn.).*

5972 imp. Domiti|ano Caes. Aug. | divi Aug. Vesp. f., | Augustalis te|rminus c. c. C. Iul.[1] | Ucubitanor.[2] inter Aug. Emer.[3]

Valdecaballeros, qui locus est inter Toletum et Emeritam ad Anatem fl. (II 656 descripserunt nuper Hispani quidam, accurate ut videtur). — 1) *Colonorum coloniae Claritatis Iuliae (cf. Plin. h. n. 3, 12).* — 2) *De Ucubi oppido Baeticae vide C. I. L. II p. 210.* — 3) *Augustanos Emeritenses. Ceterum mire dicitur terminus Ucubitanorum inter Emeritenses. Notat Huebner Valdecaballeros tam ab Ucubi quam ab Emerita non paullum distare; sed agros fructuarios non raro procul sitos fuisse a coloniis municipiisve quorum erant. De agris publicis Emeritae locus est in corpore Gromaticorum p. 51 = 83 Lachm.*

5973 trifinium | IIvir.[1] Sacilernusi,[2] Idi|ensis, Soliensis[3] | ex sententia | Iulii Proculi | iudic., | imp. Caesare | [*Domit*]iano[4] | Aug.

In Baetica, inter Cordubam et Emeritam, loco dicto Villanueva de la Iara (II 2349 semel descripta saec. XVI). — 1) *Vocabulum corruptum;* terr. *vel* III terr. *(trium territoriorum) in lapide fuisse coniecit Mommsen.* — 2) *Saciliensis oppidi Baeticae (Plin. h. n. 3, 10; C. I. L. II p. 305) mentionem subesse putant.* — 3) *Nomina locorum ignota.* — 4) Ioviniano *vel* Iuvenciano *dicitur lectum esse in lapide; scilicet vestigia vocabuli erasi errorem pepererunt.*

5974 fines positi inter | Caesarenses ad | Libanum[1] et Gigarte|nos[2] de vico Sidonior. | iussu / / / / / pro[*c. Aug.*] | per Dom[*itium* . .

In vico Syriae Abrin, quo dicitur delata ex castello Museiliha (inter Byblum et Tripolim), est Parisiis (III 183 vidit Mommsen). — 1) *Cf. Eckhel 3, 360, cet.* — 2) *Cf. Plin. h. n. 5, 78, cet.*

5975 fines | Aquens. *(in parte opposita)* fines | Arelat.

Belcodène prope Aquas Sextias rep., lapis quadratus, est Massiliae (XII 531[b]

vidit Hirschfeld). Alias similes inscriptiones circa Aquas Sextias rep. habes XII 531[a] seq.

5976 p. Hipp.[1] *(ab altera parte)* Cirtensium.

Rep. in monte Djebel Edúgh, 30 fere chil. ab Hippone Regio Rusicadem versus (VIII 10838 cf. 17407 Schmidt vidit ectypum). — 1) *Publium Hipponensium.*

5976[a] munic. Aug. | Hipp. reg. *(in parte opposita)* col. V. P. Iul.[1] Thabr|acenorum.

Inter Hipponem Regium et Thagaste (Sûk Aghas), prope vicum Blandan (Comptes rendus de l'Acad. d' Hippone 1897 p. LV). — 1) *Colonia Victrix Pia Iulia? (Papier).*

5977 ex auct. | P. Cassi Se|cundi[1] leg. | Aug. a. p. Sig.[2] *(in parte opposita)* a. a. C.[3]

5977[a] ex auc. P. Cassi | Secundi leg. | Aug. a. p. S.[2] *(in parte opposita)* a. d. S.[4]

Prope Sigus, cippi locis antiquis reperti (VIII S. 19133. 19134 = Eph. ep. 5, 863. 864 vidit Schmidt). In superficie utriusque lapidis rigores quidam incisi sunt. — 1) *Consul suffectus fuit a. 138.* — 2) *Ager publicus Siguitanorum.* — 3) *Agri accepti (?) Cirtensium (cf. N. 5978).* — 4) *Ager divisus Siguitanis. Terminus separabat agrum publicum, scilicet qui pro indiviso civitati adsignatus esset (cf. Rudorff röm. Feldm. II 396), ab agro diviso, scilicet qui a singulis particulatim possideretur (Schmidt).*

5978 ex auct. | imp. Caesaris | Traiani Hadriani | Aug. | agri accept.[1] Cirt. | separati a publ.[2] *(in parte opposita)* a. p. C.[3]

Prope Sigus (VIII S. 19104 Schmidt vidit ectypum). Gemellus est cippus ad vicum Krub agri Cirtensis rep. VIII 7084 cf. 19431. — 1) *Accepti? (In titulo gemello primum legerant* accip., *non recte ut videtur.)* — 2) *A publico. (In titulo gemello primum legerant* separati riv[o]*).* — 3) *Ager publicus Cirtensium.*

5979 *(in superficie lapidis, hinc)* a. p. C.[1] *(illinc)* a. a. C.[2] *(In latere)* a. a. C.[2]

Ain-el-Bordj, ubi fuit Tigisis (VIII 10821 = 18768 semel descripta). — 1) *Ager publicus Cirtensium.* — 2) *Agri accepti (?) Cirtensium.*

5980 a. p. C.[1] *(in parte opposita)* a. a. M.[2]

Milevi in Numidia (VIII 7089 = 8211 descr. Reboud auctor accuratus). — 1) *Vide N. 5979 not. 1.* — 2) *Agri accepti (cf. N. 5978) Milevitanorum.*

5981 ex auctoritate | imp. Nervae Traia|ni Caesaris Aug. | Ger. fines dere|cti inter rem [*pu*]blicam col. Phi|lippiensem[1] et | Claudianum Ar|temidorum | s. p. c.[2]

In agri Serrhensis Macedoniae vico quodam (III S. 14206, 4 descr. Papageorgiu Thessalonicensis Byzant. Zeitschr. 3, 1894 p. 301). — 1) Phi|lippensem, 2) s. r. c. *aliud exemplum (litterae singulares obscurae).*

5982 C. Helvidius Priscus[1], arbiter | ex conpromisso inter Q. | Tillium Eryllum, procurato|rem Tilli Sassi[2], et M. Paquium Aulanium, |

actorem municipi Histoniensium, | utrisq. praesentibus iuratus sententiam | dixit in ea verba, q. inf. s. s.[3] |

Cum libellus vetus ab actoribus Histoniensium | prolatus sit, quem desideraverat Tillius | Sassius exhiberi, et in eo scriptum fuerit, | eorum locorum, de quibus agitur, fa|ctam determinationem per Q. Coelium Gal|lum: M. Iunio Silano L. Norbano Balbo | cos.[4] VIII k. Maias inter P. Vaccium Vitulum[5] | auctorem Histoniensium fundi Heriani|ci et Titiam Flaccillam proauctorem[6] Til|li Sassi fundi Vellani a. e.[7] in re praesenti | de controversia finium, ita ut utrisq. | dominis tum fundorum praesentibus | Gallus terminaret, ut primum palum | figeret a quercu pedes circa undec|im, abesset autem palus a fossa — neque | apparet, quod *(sic)* pedes scripti essent | propter vetustatem libelli interrupti | in ea parte, in qua numerus pedum | scritus *(sic)* videtur fuisse — inter fos|sam autem et palum iter communem *(sic)* | esset, cuius propietas *(sic)* soli Vacci Vituli esset; | ex eo palo e regione ad fraxinum notatam pal|um fixum esse a Gallo et ab eo palo e regione ad | supercilium ultimi lacus Serrani in partem sinisterio|[*rem d*]erectam finem ab eodem Gallo | . . . .

Prope Campomarino non longe a mari Hadriatico rep. (IX 2827 vidit Dressel). Tractavit Mommsen Abhandl. sächs. Gesellsch. d. Wiss. 2, 484. — 1) *Fortasse Helvidius Priscus praetor anno p. Chr. 70 (supra N. 993).* — 2) *Fortasse Q. Tillius Sassius frater Arvalis temporibus Neronis et Flaviorum (cf. N. 5036).* — 3) *Quae infra scripta sunt.* — 4) *A. p. Chr. 19.* — 5) *Idem memoratur in titulo eiusdem regionis IX 6312.* — 6) *Auctor est qui alium possessione fundi antecessit proximus, proauctores sunt possessores vetustiores (Momms.). Idem vocabulum in instrumentis saeculi p. Chr. sexti, apud Marini pap. dipl. n. 89. 121 p. 138. 185.* — 7) *Actum esse* (ae *sine puncto, idque adiunctum ad vocabulum quod praecedit, lapis).*

5982[a] inter Maltamonenses[1] Cens. Se|cundini v. c. et Semiliten|ses[1] Quartes h. f.[2] in tempore | limites[3] ebulsi sunt et quia in|teri[*erant p*]ositi de[*nuo*] . . .

Sanluri in Sardinia (45 chil. a Cagliari) rep. (Eph. ep. 8, 719 = Notizie degli scavi 1889 p. 284 delineavit Crespi, Mommsen vidit ectypum). — 1) *Notabilia ethnica formata a latifundiis (Momms.).* — 2) *Honestae feminae. Cf. N. 6027 not. 1 (ceterum lectio non omnino certa).* — 3) *Initium vocabuli non certum (Momms.).*

5983 terminus | Giddilita|norum, | praef.[1] n. portu. *(In parte opposita)* terminus | Euthiciano|rum. *(In latere angusto)* ollam[2].

Prope Cuglieri rep., loco qui dicitur Sisiddu, 1 chil. a Sardiniae ora occidentali, est in museo Cagliarensi (X 7930 vidit Mommsen). In alio termino in eadem regione rep. lectum est [*G*]iddilita|norum et *in parte opposita* Euthiciano|rum *(Eph. 8, 732).* — 1) *Litterae contignatae sic videntur legendae esse; quid subsit, non liquet.* — 2) *Significari, ollam defossam esse sub termino (cf. Hygin. p. 140 Lachm.) putant Renier et Mommsen.*

5983[a] terminus | quintus | Uddadhaddar | Numisiarum *(ab altera parte)* Eutychiani.

Prope Cuglieri in Sardinia rep. (Pais Rendiconti della Accad. dei Lincei,

cl. di sc. morali, ser. V t. 7, 1893 p. 928 = Notizie degli scavi 1894 p. 153). — Huius persimiles fuerunt X 7931. 7932 (in hoc v. 1. 2 est [*ter*]minus | [*se*]cundus, *in utriusque v. 4 fuit Numisiarum vocabulum).*

5984 ad | promuntur. | Veneris[1] | public. Circeiens. | usq. ad marem *(sic)* | a termino LXXX[2] | long. ped. L, [*la*]t. pe. CCXXV.

Prope montem Circeiorum in rupe laevigata (X 6430 vidit Mommsen). — 1) *Hoc nomine promunturium Circeiense alibi non appellatum.* — 2) *Octogesimo; cf. Mommsen l. c.*

5985 fossa publica | et intra fos|sam | . . .

Ste. Colombe prope Viennam rep., stelae pars superior (XII 1908 vidit Hirschfeld).

5986 caput limitis[1] | Lontriconis | permutatum | ex d. d.

Catajo prope Este in museo, videtur non aliunde advecta ut aliae eius musei, sed in illa regione reperta (V 2546 vidit Mommsen). — 1) *Cf. Gromat. p. 307, 16 Lachm. Vicani capite limitis, scilicet vici alicuius dicti, memorantur in t. Mogontiacensi XIII 6764 = Westd. Zeitschr. 11, 1892 p. 289.*

5987 P. Scipionis | Orestini[1] | privat. *(In altero latere)* col. Herc. Tel.[2] | P. Scipio ded. | loc.

Telesiae rep., est Neapoli (IX 2219 vidit Mommsen; unam litteram supplevit ex lapidis gemelli fragmento quod vidit Telesiae). — 1) *Homo ut videtur nobilis, sed praeterea ignotus.* — 2) *Coloniae Herculiae (C. I. L. IX p. 205) Telesinae.*

M. Tulli M. f. area privata *supra N. 5398a.*

5988 inter duos | parietes | ambitus privat. | Flavi Sabini[1].

Romae rep. in Quirinali (VI 29788 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Cf. supra N. 3531 not.*

5989 ab angulo | qui ripam | contingit | usque at viam | Flaminiam | Calpurniae | M. f.[1] Messallae | privata.

Romae rep. ad ripam Tiberis, cippus (VI 29782 vidit Fabrettius). — 1) *Fortasse Calpurnia uxor fuit M. Messallae Corvini, cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 367.*

5990 locus in quo | maceria est et | maceria privata | M. Messallai | Corvini.

Romae (VI 29789 descr. Fabrettius aliique).

5991 in agro | P. Paacili | terminus | totus est | conlocat.

Prope Marino oppidum agri Albani, cippus lapidis qui Albanus dicitur, in duobus lateribus contiguis eodem titulo inscriptus (I 1126. XIV 2488 vidi).

5992 terminus | privatus | loco pri|vato | Terti Magi | Mansueti.

Prope Aquileiam (V 1050 cf. p. 1025 viderunt Majonica et Gregorutti).

5993 C. Sesti C. f. murus | totus proprius est | et locus ubei is murus stat.

Romae (VI 29790 semel descripta saec. XVII).

5994 C. Larti Garruli | parietes privati privato solo.

Angerae ad lacum Verbanum (V 5483 solus servavit Cyriacus).

5995 fines | fasciae[1] | fundi | Pacatiani.

Foroiulii (Fréjus) rep. (XII 6032 misit Villefosse; Bull. des antiq. de France 1888 p. 150). — 1) *Vocabulum medio aevo pro certa agri portione in Gallia meridionali usurpatum, ut docet Ducangius (Hirschf.). Limites fasciati sunt apud scriptorem grom. p. 408, 21 Lachm. (Vill.).*

5996 limes | fundi | Sallustiani.

Prope Cirtam, rupi bis incisa (VIII 7148 alteram vidit Wilmanns).

5997 finis coll. | Larum | in dom. Iulian.[1]

Lugduni, tabella marmorea (XIII 1747 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Domus quaedam privata.*

5998 cippi hi finiunt | hortos Calyclan. | et Taurianos[1].

Romae, cippi duo reperti in Esquilino (VI 29771 alteram vidit Henzen, alterius ectypum Huelsen). — 1) Tauriainos *alterum exemplum.*

5999 partes | introrsus ad | viam Campana[1] *(sic)* | versus ad proxim. | cippum, proprius[2] in | loco proprio hortoru | Cocceianorum oneri | ferundo vigiliario[3] | quod est hortorum | Titianorum Noniae C. f. | r. r.[4] l. p. LVI.

Prope Romam extra portam Portuensem in ripa Tiberis 2 mil. pass. ab urbe (VI 29772 solus vidit circa a. 1840 Aloysius Biondi). — 1) *Cf. supra N. 5048 (not. 3). Alia via eiusdem nominis supra N. 5480.* — 2) *Intellege: locus. Cf. Huelsen Roem. Mitth. 1891 p. 345 not.* — 3) *Vigiliarium reperitur praeterea in compluribus titulis Ostiensibus (XIV 254. 527. 1868; v. infra inter sepulcrales).* — 4) *Recto rigore (v. supra N. 5922[c] not. 1).*

6000 á via public[*a*] | ad maceriem | hortorum M. Titi | long. p. ÐXXCS, | et á macerie | hortor. Coccei|[*anor*] . . .

Romae rep. trans Tiberim (VI 29773 vidit Huelsen Roem. Mitth. 1891 p. 344).

6001 af specu|lu Diane[1] | usq. f.[2] Cle|mentia|no, P.[3] Pro|clini pass. | p. m. ∞.

In Latio prope vicum La Colonna rep., deinde Romae (XIV 2772 viderunt Helbig et Kaibel). — 1) *Speculum Dianae nomen fuisse lacui Nemorensi tradit Servius ad Verg. Aen.* 7, *516; sed inter eum lacum et locum ubi hic cippus repertus est intersunt non solum 7 vel 8 milia pass. sed etiam mons Albanus.* — 2) *Fundo.* — 3) *Sic Mommsen (de pedatura Proclini cogitaverat de Rossi).*

6002 deverticlum | privatum.

Labicis (Monte Compatri) in Latio (XIV 4231 vidit Tomassetti).

6003 M. Agrippa | privat. | iter.

Romae rep. in alveo Tiberis una cum N. 5921 (VI 29781 = Bull. municipale 1885 p. 99 n. 107).

6004 [*it*]er[1] Q. Critonii. | Iter debetur | [*Q.*] Critonio Q. f. et | .. Pomponio Siloni, | [*ali*] nulli.

Fontana fredda (in montibus Euganeis) prope Ateste rep., terminus (V 2547 vidit Mommsen). — 1) *Supplevit H. Erman.*

6005 via priva|ta C. Q. Lar|gis[1] L. f. et C. | Oli Salvi. | Iter debet|ur fundo | Eniano et | . . . .[2]

Montagnanae prope Ateste rep., terminus (V 2548 vidit Mommsen). — 1) *Largiis duobus. —* 2) *Vestigia supersunt ex litteris* ..EXSAV..E..

6006 per hanc | viam fundo | C. Marci C. l. | Phileronis | iter actus | debetur.

Stimigliani in Sabinis, cippus e lapide Tiburtino (IX 4792 vidit Smetius).

6007 via quae ducit | per agrum | Nonianum | a m.[1] XX devertic. | sinistrosus *(sic)* | per compitum | secus piscinam | in fundo | Decimiano | Thalamiano | iunctis debetur | ita uti hodie | in uso est.

Romae rep. sub Aventino, est Neapoli (VI 29784 vidit Mommsen). — 1) *Miliario.*

6007a iter privat. | fundi | Nepotiani.

Prope Interamniam rep. (IX 5086 semel descripta).

6008 iter privat. | Anni Largi. | Precario utitur | Antonius | Astralis.

In agro Romano ad viam Aureliam (XI 3743 descr. Hieronymus Amati).

6009 privatum, | precario | adeitur.

Capuae, nunc Neapoli (I 1215. X 4480 vidit Mommsen; Ritschl tab. LIX d).

6010 vieam | precaream.

Nabresinae rep., est Tergeste (I 1464. V 700 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXXI B).

6011 iter | precar. | Q. Gavi | Phari.

Veronae (V 3472 vidit Mommsen).

6012 via inferior | privatast | T. Umbreni C. f., | precario itur, | pecus plostru | niquis agat.

Prope Civita Ducale, in Aequorum vel Sabinorum agro (IX 4171 vidit Dressel). Cf. supra N. 5393: extra maceria in agrum precario.

6013 via sive ager est | infra fontem | Q. Maeli Cerdonis | longum p. ∞CC, latum | p. X, usque ad rivom | Consuletum privata | est Q. Maeli Cerdo|nis.

Fianelli in Sabinis, cippus (IX 4791 vidit Smetius).

6014 aditum et | cisternam | communem.

Baiis rep. (X 3157 semel descripta saec. XVIII).

6014a iter et scala | commune.

Baulis (X 3158 vidit Mommsen).

6015 paries lateric. | communis, solum | inter duos parietes | Iuli Celsi.

S. Victorini, ubi fuit Amiternum (IX 4225 vidit Dressel).

6016 iugmentum et | paries insuper pri|vatus aedium Precil.[1] | L. Ponti Astyli et | Aciliae Theocritae.

Romae, nunc Cusercoli (VI 24710 vidit Bormann). — 1) *Praecilianarum.*

6017 ..... | A. l. Philemones immiss[*a* | *dom*]u meae[1] tigilla, L. Cassius | L. l. Primus D. Marcium D. l. | Philem[*o*]nem precario | rogavit, utei eo pariete | immissa essen[*t*].

Beneventi (Gatti Notizie degli scavi 1897 p. 165). — 1) *Supplevit Hirschfeld* (..um ese *editum est).*

6017ª precario aqua recipitur | tegul. ⊥XXXX.

Nolae (X 1285 vidit Mommsen).

6018 prae|dia for. | felic[*i*]|a[1].

Romae (VI 29778ª vidit Henzen). — 1) *Sic videtur legendum esse collatis N. 5912. 6019* (felicla *excepit Henzen).*

6019 in his | prae|[*d*]is M. Cl. | Corne|liani et | Cyrillae | eius, in utraque par|te, *(ab altera parte)* forti|a felici|a in utraque | parte.

Yammône in Libano monte (III 148 cf. p. 971 vidit Renan).

6020 in his praediis | Caeliae Maximae c. f. | turres salutem saltus | eiusdem dominae meae | constituit | Numidius ser. act.

Ain-el-Tîn in Numidia (VIII S. 19328 Schmidt vidit ectypum).

6021 in his praediis M. Aureli | Vasefanis v. p. castram se|ne cuiiusque commodum[1] laboribus | suis filis nepo[*t*]ibusque suis | abituris[2] perfecit. Coepta nonas | Februarias ... VII .. o ...... [*a*]n. p.[3] CCC[4].

Ammi Musa in Mauretania (VIII S. 21531 melius quam VIII 9725 Cagnat vidit ectypum). — 1) *Fortasse dicere voluit: sine cuiusque incommodo.* — 2) *Habituris* (?). — 3) *Anno provinciae.* — 4) *A. p. Chr. 339.*

6022 .... salv[*e?*]! In his praedis privatis | [*P. Iuli Iu*]niani Martialiani[1] c. v. | .... vectigalia locantur | .... vi Tironilliani eius Leontior.

A Mascula (Khenchela) Numidiae 17 chil. inter meridiem et occidentem, loco dicto Tamagra (Gsell et Graillot mél. de l'Ecole fr. de Rome 13, 1893 p. 470 ad ectypum). — 1) *Cf. N. 1177. 1178.*

6023 in praediis | L. Memmi Victorici et filiorum, | a solo exstructorum et dedi|catorum Fusco II et Dextro cos.[1]

Sidi Amor prope Siccam Veneriam (el-Kef) Africae (Cagnat Bull. du Comité des travaux hist. 1898 p. 156 accurate ut videtur a Rieder descriptam). — 1) *A. 225.*

6024 praedia Pullaenorum

..... i Decimi cc. ii.[1], filiorum Celsini Pupiani e. v.[2] et Roiae Titiniae.

Henschir el Kadi, inter Thubursicum Bure et Uci maius, lapis olim collocatus supra portam adhuc extantem qua aditus fuisse putandus esse ad latifundia Pullaenorum (Carton découvertes en Tunisie p. 254). — 1) *Clarissimorum iuvenum.* — 2) *Egregii viri.* — *In his praediis fortasse factae sunt lucernae Pullaeniorum nomine inscriptae, Carthagine et in Sardinia reperiri solitae (VIII S. p. 2259).*

6025 in his praed[*iis*] | Rufi Volusiani c. v. et | Caeciniae Lollianae c. f.[1] et filio|rum cccc. vvvv.[2], Thiasus proc. fecit.

Bir Tersas, inter Thuggam et Thignicam Africae (Carton découvertes en

Tunisie p. 112). — 1) *Cf. supra N. 4154 not. 2.* — 2) *Intellege: quattuor clarissimorum virorum.*

Similes tituli Africani VIII 8378. 8421. 8690. VIII S. 14457. 20873 (= Eph. ep. 5, 1303). 20934 (= Eph. ep. 5, 962); cf. praeterea supra N. 5720 seq.

6027 in praedis o. f.[1] | Aureliae Felicitatis | villa fundi Barbani | a solo inquata[2] Anto|nino Aug. et Advento | cos.[3], red.[4] Q. Parfidio Primo, | agente Pauliniano.

In agro Narniensi (XI 4127 vidit Bormann). — 1) *(H)onestae feminae. Cf. Hirschfeld Sitzungs-Berichte Akad. Berlin. 1901 p. 609.* — 2) *Incohata.* — 3) *A. 218.* — 4) *Redemptore.*

6028 [*Plautiano II et*] | Septimio | Geta II cos.[1] | horti instituti.

Lambaese (VIII 2655 vidit Renier; in eodem lapide titulus sepulcralis VIII 3540). — 1) *A. 203.*

6029 hortulus hic Vari est opus Alcinoi.

In agro suburbano rep. ad vicum La Colonna, herma acephalus (XIV 2773 ex Viscontio). Buecheler epigr. n. 886. Eodem loco prodiit epigramma Graecum item scriptum in herma (Inscr. Gr. Ital. 1011 = Kaibel epigr. n. 829), ex quo colligitur ibi fuisse ἄλσος Μούσαις ἱερόν.

6030 in hoc | pomario | gestationis | per circuitum | itum et reditum | quinquiens | efficit passus | mille.[1]

Romae (VI 29775 vidit Iustus Lipsius). — 1) *Similiter supra N. 5559.*

6031 virdiari | circuit. | habet pe|des ∞ CL, | efficit | V[1] passus | ∞ CL.

Romae (VI 29777 vidit Huelsen). — 1) *Quinquies.*

6032 gestatio | circini exterior | a dieta Apollinis | ad dieta eandem | in circuitu p.[1] ∞CC|LXXVII, eff.[2] VIII[3] m. p.[4] II et p.[1] CCXV[*I*][5], | e.[2] XLVII[6] m. p. XII et p.[1] XVIIII. | Gestatio interior a dieta | eand. in circuit. p.[1] ∞ eff.[2] V[7] | p.[8] ∞, e.[2] LX[9] m. p.[4] XI[*I*][10].

Romae, terminus (VI 29774 viderunt Smetius aliique). — 1) *Pedes.* — 2) *Efficit.* — 3) *Octies.* — 4) *Milia passuum.* — 5) *1277 × 8 = 10216 ped. = 2 mil. pass. 216 ped.* — 6) *Quadragies septies.* — 7) *Quinquies.* — 8) *Passus.* — 9) *Sexagies.* — 10) XIII *plerique,* XIIII *Ligorius. Ceterum vide diagramma propositum C. I. L. VI l. c.*

De porticibus gestationibusque hortorum privatorum, quae ad imitationem publicarum campi Martii extrui solebant, egit de Rossi Notizie degli scavi 1888 p. 709—714, bull. comunale 1889 p. 355 seq., 1890 p. 284 seq.

6033 pausilypon[1] | Mettiae T. l. Hedonéi.

Ad lacum Sabatinum, tabula magna marmorea litteris ut videtur aetatis Augusti (XI 3316 vidit Bormann). — 1) *Videtur intellegenda villa itidem nominata ut celebris Vedii Pollionis prope Neapolim sita (Borm.; sic etiam Promis mem. acad. scient. Taurin. 28, 1876 p. 301).*

6034 in his praedis | insula Sertoriana | bolo esse Aur. Cyriacetis | filie meae cinacula *(sic)* n. VI, tabernas | n. XI et repossone subiscalire[1]. Feliciter.

Romae rep. in foro boario, pictum in tectorio parietis litteris rubris (VI 29791

vidit Huelsen; de Rossi atti dell' accad. pontif. archeol. ser. II t. 2 tab. IV imaginem). — 1) *Repositionem subscalarem. Cf. O. Richter Herm. 20, 1885 p. 99.*

6035 insula Arriana Polliana [*C*]n. Al[*le*]i[1] Nigidi Mai, locantur ex [*k.*] Iulis primis tabernae cum pergulis suis et c[*e*]nacula[2] equestria[3] et domus. Conductor convenito Primum [*C*]n. Al[*le*]i[1] Nigidi Mai ser.

Pompeiis pictum in pariete (IV 138 p. 193 semel ut videtur descripta). — 1) Gn. Alifi *traditur. Cf. supra N. 5143.* — 2) coenacula *traditur.* — 3) *Lectio corrupta* (equil. tria *coniecit Zangemeister,* et vestibula *Momms.).*

Aliam locationem Pompeianam habuimus supra N. 5723.

6036 hospitium hic locatur, | triclinium cum tribus lectis.

Pompeiis pictum in pariete (IV 807 vidit Zangemeister).

6037 Mercurius hic[1] lucrum | promit[*t*]it, Apollo salutem, | Septumanus hospitium | cum prandio. Qui venerit, | melius utetur post; | hospes, ubi maneas prospice.

Lugduni (XIII 2301 descr. saec. XVII Iacobus Spon). — 1) *Vocabulum insertum contra metrum.* — *Supra portam xenodochii titulum collocatum fuisse Sponius recte censet.*

6038 hospes, hospitium t[*i*]bi | ad lucum Decidiorum. | Hic lucus sacer macerie | cinctus cum aditis suis agro non cedit.

Capuae (X 4104 vidit Mommsen). — *Titulum sepulcralem ut videtur (cf. supra N. 1849 v. 6, et infra inter sepulcrales) tamen hic collocare placuit.*

6039 si nitidus vivas, | eccum domus exornata est; |
si sordes, patior, | sed pudet, hospitium.

Tarracone (II 4284 vidit Huebner). Buecheler carm. epigr. n. 882. — *Tabulam in domo privata hospitum cubiculis adfixam fuisse existimat Huebner.*

6040 Genio populi Lambesis felici[*t*]er! et qu[*i*] | in Aeli Rufi [*intr*]av[*e*]ris, annos dulces habet[*o*]!

Lambaese in opere musivo (VIII 2600 aliquoties ut videtur descripta).

6041 invida sidereo rumpantur pectora visu,
cedat et in nostris | lingua proterva locis.
Hoc studio superamus avos gratumque | renidet
aedibus in nostris summus apex operis.
Feliciter.

Prope Sitifim, opus tessellatum, in quo caput Oceani et Nereides (VIII 8509 imago est Recueil de notices et de mémoires de la société archéol. de Constantine 27 p. 245 tab.). Buecheler n. 883.

6042 plura faciatis, me|liora dedicetis.

Sitifi, in opere tessellato pavimenti antiqui (VIII 8510 ad delineationem editam in actis societatis archaeologicae Constantiniensis 1873/48; alias inscriptiones eiusdem pavimenti mutilas omisi). Similis inscriptio in parva basi marmorea usus incerti VI 29848.

Senatus consulta de aedificiis non diruendis.

6043 Cn. Hosidio Geta, L. Vagellio cos.[1], | X k. Octobr., s. c. |

Cum providentia optumi principis tectis quoque | urbis nostrae et totius Italiae aeternitati prospexerit, quibus | ipse non solum praecepto augustissimo set etiam exsemplo | suo prodesset, conveniretq. felicitati saeculi instantis[2] | pro portione publicorum operum etiam privatorum custodi[*a*][3], | deberentque apstinere se omnes cruentissimo genere | negotiationis, ne[*c*] inimicissimam pace faciem inducere | ruinis domum[4] villarumque, placere: si quis negotiandi causa | emisset quod aedificium, ut diruendo plus adquireret quam | quanti emisset, tum duplam pecucuniam, qua mercatus eam rem | esset, in aera[*rium*][5] inferri, utiq. de eo nihilo minus ad senatum | referretur. Cumque aeque non oportere[*t*][6] malo exsemplo vendere quam | emere, ut[7] venditores quoque coercerentur, qui scientes dolo malo | [*co*]ntra[8] hanc senatus voluntatem vendidissent, placere: tales | venditiones inritas fieri. Ceterum testari senatum, domini[*s*[9] *nihil*] | constitui, qui rerum suarum possessores futuri aliquas [*partes*] | earum mutaverint, dum non negotiationis causa id factum [*sit*]. | Censuere. In senatu fuerunt CCCLXXXIII. |

[*Q.*] Volusio, P. Cornelio cos.[10] VI non. Mart., s. c. | .

Quod Q. Volusius, P. Cornelius verba fecerunt de postulatione necessari[*orum*] | Alliatoriae Celsil[*l*]ae, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.: |

Cum s. c., quod factum est Hosidio Geta et L. Vagellio cos., clarissimis viris, ante d[*iem* X.][11] k. | Oct. auctore divo Claudio, cautum esset, ne[12] quis domum villamve dirueret, qu[*o plus*][13] | sibi adquireret, neve quis negotiandi causa eorum quid emeret venderetve, | poenaq. in emptorem, qui adversus id s. c. fecisset, constituta esset, [*ut*] | qui quid emisset duplum eius quanti emisset in aerarium inferre cogere|tur et eius qui vendidisset inrita fieret venditio[14], de iis autem, qui rerum | suarum possessores futuri aliquas partes earum mutassent, dum modo | non negotiationis causa mutassent, nihil esset novatum; et necessari | Alliatoriae Celsil[*l*]ae[15], uxoris Atilii Luperci ornatissimi viri, exposuis|sent huic ordini, patrem eius Alliatorium Celsum emisse fundos cum aedificis in | regione Muliniensi[16], qui vocarentur campi Macri[17], in quibus locis mercatus a[*g*]i supe-| rioribus solitus esset temporibus, iam per aliquod annos desisset haberi, eaque | aedificia longa vetustate dilaberentur neque refecta usui essent futura, quia neque | habitaret in iis quisquam nec vellet in deserta [*a*]c ruentia[18] commigrare: ne quid | fraudi multae poenaeq. esset Celsil[*l*]ae[15], si ea aedificia, de quibus in hoc ordine actum | esset, aut demolita fuissent, aut ea condi[*c*]ione[19] sive per se sive cum agris vendi-| disset, ut emptori sine fraude sua ea destruere tollereque liceret. | In futurum autem ad-

monendos ceteros esse, ut apstinerent se a tam foedo genere negotiation., hoc praecipue saeculo, quo excitari nova | et ornari universa[20], quibus felicitas orbis terra|rum splenderet, magis conveniret, quam ruinis aedificiorum ullam partem deform[*are*][21] | Italiae et adhuc retinere priorum temporum [*incuriam quae universa affecisset*] | (45) ita ut diceretur senectute actum .... | Censuere. In senatu [*fuerunt*] ....

Herculanei rep., extabat Neapoli, tabula aenea (X 1401 semel ut videtur descripta circa a. 1603, quod apographum tribus exemplis ad nos propagatum est hic illic interpolatis). Memorant horum senatus consultorum alterum Paulus (v. infra not. 12) et imp. Alexander Cod. Iust. 8, 10, 2; cf. etiam Dig. 39, 2, 48. Utrumque tractavit Bachofen die Bestimmungen der roem. Kaiser über die Erhaltung der Privatgebäude in Rom und Italien (Ausgewählte Lehren des roem. Civilrechts, 1848, p. 185 seq.), qui noscere non potuit legum municipalium postea demum repertarum N. 6086. 6087. 6089 capita huc spectantia, Tarentinae (v. 32 seq.), Ursonensis (cap. LXXV), Malacitanae (cap. LXII). — 1) *Consules fuerunt ante a. 47 (cf. not. 2), post a. 44 (cf. Dio 60, 20).* — 2) *Instabant nempe ludi saeculares a Claudio celebrati anno 47.* — 3) custodiae *ex. I. II*, custodia *ex. III.* — 4) *Domuum.* — 5) aera. *ex I. II*, aerarium *ex. III.* — 6) oportere, 7) emerint, 8) intra *traditur.* — 9) dominio *traditur.* — 10) *Consules ordinarii a. p. Chr. 56.* — 11) decim. *vel* decem. *traditur.* — 12) *Haec verbo tenus refert Paulus Dig. 18, 1, 52.* — 13) quam *vel* quod *traditur* (quo plus *Paulus*). — 14) *Huc usque Paulus l. c.* — 15) Celsiliae *traditur.* — 16) *Scr.* Mutinensi *(cf. not. 17).* — 17) matri *ex. I. II. Campi Macri circa Mutinam et Parmam saepius memorantur (Colum. 7, 2, 3, Strab. 5 p. 216 cet.).* — 18) deserta cruentia *vel* deseri ac ruentia *traditur.* — 19) conditione, 20) in universa, 21) deformem *traditur.*

CAPVT XIIII.

TITVLI MVNICIPALES.

Urbs Roma. Tribus.

6044 ...... | [*n*]unc quoniam n.... | [*a*]nnorum LX, Seiani sce[*lerati*] | ... itatio et inprobae comitiae *(sic)* | [*q*]uae fuerunt in Aventino, ubi | [*Sei*]anus cos. factus est, et ego | [*de*]bilis inutilis baculi comes[2], | ut supplex fierem omni nunc.[3] | Vos rogo, boni contri|[*bu*]les[4], si semper apparui | [*v*]obis bonus et utilis tri|[*bul*]is, si nunquam offic[*ii mei* | *immemor f*]ui nec rei ... | .... m co ..... | .... rif ....

Romae, iam Neapoli (VI 10213 vidit Mommsen; Huebner ex. scr. epigr. 1038). — 1) *De comitiis quibus Seianus consul factus est (anno extremo vitae suae, id est in annum p. Chr. 31), nihil narrant scriptores; nisi fortasse huc pertinet Iuvenal. 10, 25 seq. (Mommsen Staatsr. III p. 348 not. 2; cf. eiusdem librum die Tribus p. 208).* — 2) *Se ipsum appellat inutilem baculi comitem, deplorans senectutem suam.* — 3) *Fortasse* omni nunc [*vi*] | vos rogo *(Hirschfeld).* — 4) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 197 not.*

6045 imp. T. Caesari | divi f. | Vespasiano Aug., | plebs urbana, | quae frumentum | publicum accipit, | et tribus [*XXXV*].

Romae prope arcum Titi rep., est Neapoli (VI 943 vidit Mommsen). — *Alios titulos positos a quinque et triginta tribubus habes N. 168. 176. 286. Cf. Mommsen Staatsr. III p. 445. 461.*

6046 numerus tr[*ibulium et*]
quibus locis [*frumentum accipiant?*]:
Pal. h.[1] $\overline{\text{IIII}}$CLXXXXI[2] i[*n*] ....
Suc. h. $\overline{\text{IIII}}$LXVIII in ...
Esq. h. ∞ↀCCLXXVII a[*d*] ...
Col. h. CCCCLVII i[*n*] ..
Rom. h. LXVIII ..
Vol. h. LXXXV ....
... h. s ....
....

Romae rep. prope arcum Gallieni, est Neapoli (VI 10211 vidit Mommsen). — 1) *Homines (cf. supra N. 525).* — 2) *De his numeris cf. Mommsen Staatsr. III p. 446 not. 3.*

6047 Q. Trebonius Q. l. Cla. Aristo | ex patribus libertinis[1] | sibi et suis lib. libertabusque | posterisque eorum.

6047a Q. Trebonius Q. l. Cla. Gallus | ex patribus libertinis | sibi et suis posterisq. eorum.

Romae (VI 27609 Smetius videtur vidisse). — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 441.*

6048 Aesculapio et Hygiae | sacrum | C. Oppius C. l. Leonas | VIvir et Aug.[1], | honoratus in tribu | Cl.[2] patrum et liberum | clientium[3] et adcensus | patróni[4], sanctissimis | communicipibus suis d. d. | Quorum dedicatione | singulis decuriónibus | ✱III[5], Augustalibus ✱II et | colonis cenam dedit. | L. d. d. d. *(In latere Apollo, in altero latere Diana. In postica)* dedicati *(sic)* idib. Ianuar. Plautio Quintilio *(sic)* et | Statio Prisco cos.[6] *(mulier stans cum cornu copiae et gubernaculo; mulier stans manu parvulum sustinet, adsident pueri puellaeve duo).*

Auximi, inde ab a. 1487 Mediolani (IX 5823 vidit Mommsen). — 1) *Sevir et Augustalis.* — 2) *Claudia.* — 3) *Cf. infra N. 6057; Mommsen Staatsr. III p. 276 not. 3.* Tribulis *(eiusdem)* tribus Claudiae patruum *(sic)* et liberorum clientium *est in t. Ostiensi infra N. 6165 (= XIV 374).* — 4) *Cf. N. 1946 seq.* — 5) *Denarios ternos.* — 6) *A. 159.*

6049 Paci aeternae | domus | imp. Vespasiani | Caesaris Aug. | liberorumq. eius | sacrum, | trib. Suc. iunior.[1] *(In latere sinistro)* dedic. XV k. Dec.[2] | L. Annio Basso[2a] | C. Caecina Paeto[3] cos.

(In latere dextro)

ɣ[4] Ti. Claudi Niciae: | C. Acilius Abascantus[5], | D. Annius Crescens, | T. Asinius Apollonius | *(sequuntur vel sequebantur nomina plus centum[6]).*

ɣ D. Roeti Secundi: | L. Albius Auctus, | M. Antonius Fortunatu[*s*], | A. Aemilius Eutychu[*s*] | *(sequuntur vel sequebantur nomina plus nonaginta).*

Θ[7] ɣ Cn. Pompei Pelatis: | Sex. Aemilius Ampliatus, | M. Aemilius Fortunatus, | A. Atinius Callinicus | *(sequuntur nomina plus octoginta).*

(In tergo)

ɣ Cn. Corneli Successi: | Θ P. Annius Urbanus, | C. Allienus Epigonus, | Q. Aelius Communis | *(sequuntur nomina plus septuaginta).*

ɣ L. Rubri Secundi: | Sex. Avonius Saturninus, | P. Attius Primigenius, | *(sequuntur nomina plus octoginta).*

ɣ Ti. Iuli Primigeni: | C. Albanius Speratus, | L. Antistius Faustus, | *(sequuntur nomina plus octoginta).*

ɣ M. Caeli Lesbi: | M'. Otacilius Idmon., immun., | T. Artidius Theagen., | P. Annius Stephanus, | *(sequuntur nomina plus octoginta)*

ɣ Sex. . . . ti Iuvenis: | P. A[*n*]nius Ampliatus, | C. [*A*]ebutius Restitutus, | *(sequuntur nomina plus nonaginta).*

Romae rep. ad arcum Severi a. 1547, una cum N. 6050—6052, basis magna, est Neapoli (VI 200 vidit Mommsen). — 1) *Tribus Sucusana iuniorum (cf. N. 6050.*

Corpus seniorum eiusdem tribus est N. 6053). — 2) *Natalis Vespasiani.* — 2[a]) *Cf. Tac. hist. 3, 50.* — 3) *Cf. supra N. 5929. Consules fuisse a. 70 probabiliter statuit Borghesius opp. 4, 351.* — 4) *Centuria.* — 5) *Nomina recensentur ex ordine litterarum.* — 6) *Numerum iustum uniuscuiusque centuriae fuisse homines CXX suspicatur Mommsen Staatsr. III p. 265 not. 3 cf. p. 266 not. 1.* — 7) *Defunctus (cf. N. 5140 not. 1).*

6050 Paci August. | sacrum, | L. Caesilius Tauriscus Tarquinies.[1], | C. Portumius Phoebus II, | L. Silius Carpus, | L. Statius Patroclus II, | D. Novius Priscus, | P. Suillius Celer, | Ti. Claudius Hermetis l. Helius, | P. Agrasius P. f. Marcellus | curatores trib. Suc. iunior., s. p. d. d., | permissu M. Arricini Clementis[2]. *(In latere sinistro)* ponend. cur. | L. Faenius | Euanthes iunior.

Romae rep. una cum ea quae praecedit (VI 199 viderunt Metellus et Smetius). — 1) *Tarquiniensis.* — 2) *Adfinis Vespasiani (Tac. hist. 4, 68), consul suff. a. 73 ut videtur (fasti fer. Latin.); tunc fortasse fuit praetor (cf. N. 3616 not. 3).*

6051 Fortúnae reduci | domús August. | sacrum, | trib. Suc. corp. foeder.[1]: | M. Allius Tyrannus, C. Furinius Faustus, | C. Fulvius Phoebus aurar., L. Vennonius Zosimus, | C. Aurelius Primus | immunes[2] perpetuo d. d. *(In latere)* dedicatum III idus Octobr.

6052 Victoriae | imp. Caesaris Vespasiani | Augusti | sacrum, | trib. Suc. corp. Iuliani[3] | C. Iúlius Hermes mensor, | bis hon.[4] in curat.[5] functus, et nómine | C. Iúli Regillí fílí de suó fécit: | cui populus eius corporis inmunitatem | sex centuriarum[6] decrevit.

Romae rep. una cum N. 6049. 6050, bases duae marmoreae, sunt Neapoli (VI 196. 198 vidit Mommsen; prioris basis plane similis, sed mutila, fuit VI 197). — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 277.* — 2) *Cf. N. 6056.* — 3) *Conferendum corpus Augustale in tribubus Palatina et Esquilina (N. 6058. 6060); cf. Mommsen Staatsr. III p. 277.* — 4) *Honore,* 5) *curatione (cf. Mommsen Staatsr. III p. 190 not. 1).* — 6) *Scilicet sex centurias habuit corpus Iulianum (cf. Mommsen Staatsr. III p. 277 not. 1).*

6053 trib. Suc. cor. sen. 7 I[1] | Q. Pomponeus Agathop. | cur. 7[2] suae d.[3]

Romae, operculum cistae ex ebore (VI 33997 = Bull. arch. comunale 1885 p. 161). — 1) *Tribui Sucusanae corpori seniorum (cf. N. 1911 v. 4, N. 6057) centuriae primae.* — 2) *Curator centuriae.* — 3) *Dat.*

6054 [*C*]n. Ussaeus Cn. f. Po[*l.*] | Proculus cur.[1] [*II?*] | tribus Polliae et [7[2] *per*] | consensum tribulium | cont[*in*]uis annis duobus, | vix. [*ann.*] . . XXXVII, men. VI.

6055 M. Lucc[*onius*] . . | Saturninu[*s curator*] | factus suffra[*gis tribus*] | Polliae sibi e[*t*] . . . . | Lucconi Martial[*is*] . . . .

Romae rep. una cum N. 5167 (VI 33994. 33993 = Notizie 1887 p. 191; Bull. comunale 1887 p. 185. 186). — 1) *Cf. N. 5167.* — 2) *Centurio (supplevit Mommsen Staatsr. III p. IX).*

6056 dis manibus | M. Quintilio M. f. | Pol. Vibiano | immuni honorato, | curatori XVI[1], M. | Quintilius Vibianus et | M. Quintilius Besidianus | patri suo, item Quintilia | Iarine optimo et bene | de se merenti patrono et | coniugi, permissu pientis|simorum tribulium aram | posuerunt, vixit ann. LV. | Hil. ser. cur.[2]

Romae (VI 10214 cf. Notizie degli scavi 1896 p. 290). — 1) *Curatori decimum sextum sc. corporis tribulium.* — 2) *Hilarus servus curavit.*

6057 *(ascia)* dis manibus | P. Aelio P. fil. Bellenio Aristoni electo ob | fidem et industriam suam a tribulibus tribus | Palatinae corporis seniorum clientium[1] perp.[2] | scribae et viatori et in ea administratione ita | versato, ut universi tribules qui advivente eo dono | delphicae[3] aereae cum omni cultu exornatae, sed et | testamento divisione exequiarum eius | honorati sunt, tam integrum et industrium | virum amissum dolerent. | P. Aelius Bellenius Aristo filius patri carissimo et | Claudia Quartilla coniugi carissimo, cum quo | vixit annis XXVI mensib. VIII die I, perseverante | inter se concordia in diem quo cum eo vibere licuit, et | sibi et sorori fratribusque suis, et Claudiae Primae | posteris et libertis libertabusq. posterisq. eor. fecer.

Romae (VI 10215 bis ut videtur descripta saec. XVI). — 1) *Cf. N. 6048.* — 2) *Perpetuo.* — 3) *Sc. tripodis.*

6058 d. m. | *(vir in lecto recumbens)* | M. Blossi Felicis | viatori trib. Pal. | corpore August.[1], | Pacuvia Soteris | coniugi suo et | M. Blossius Speratus | patri patrono | b. m. fecer.

• *Romae (VI 10216 vidit Henzen).* — 1) *Viatori tribus Palatinae corpore Augustali.*

6059 d. m. | M. Antoni Iuli|ani, Augustali | immun. Misen. | item August. Cum.[1], | adlect. trib. Palat.[2], | vixit ann. XXV | m. X. d. V, Val. Redempt. mat.

Miseni rep., est Neapoli (X 3676 vidit Mommsen). — 1) *Cumis.* — 2) *Adlecto tribui Palatinae.*

6060 dibus securis | M. Salluvi | Felicissimi | Heraclitiani tribu | Esq. corpore Aug.[1], | puero piiss. et dulciss., | M. Salluvius | Antiochus pat. fec. et sibi, | vix. ann. XII men. IIII dieb. XI.

Romae (VI 10217 bis vel ter descripta saec. XV. XVI). — 1) *Tribu Esquilina corpore Augustali.*

6061 d. m. | C. Iuli Valeri Luciliani tribuli | tribus Palatine corp. iunioris[1], qui | vixit annis quinque meses VII dies VIIII. | Iulia Calliroe mater filio dulcissimo.

Romae (VI 10218 viderunt Smetius aliique). — 1) minoris *nonnulli.*
Corp. iuniorum Iuvenal. *in tribu Palatina, supra N. 525.*

6062 d. m. | L. Aemilio Daphno Pomp|tina, vixit ann. IIII d. VI. | Livia Daphne fil. dulcissimo.

Ostiae rep., est in Anglia (XIV 532 vidit Huebner).

[*T*]ribulis tribus Pupiniae *est infra N. 6150.*

6063 M. Baebius | Asclepiades Iustinus | qui vixit annis IIII | mens. III dieb. XIIII, trib. | Offentinae conlegio ae|niatorum[1] frumento | publico, supervixit Ius|tinus secundo fra|tri suo dies n̄. CIIII. | Asclepiades, | Iustina parentes.

Romae (VI 10221 vidit Henzen). — 1) *Cf. Mommsen eph. ep. 8 p. 257 not. 1. De frumento publico cf. etiam supra N. 2049. 2163.*

6064 d. m. | L. Aurelio Tycheniano | L. Aurelius Stephanus pater | filio dulcissimo et pientissi|mo bene merenti feci titulu *(sic).* | [*T*]ychenianus dicit: fatis ab|[*r*]eptus hic iaceo, reliqui tri|[*bu*]m ingenuam[1], frumentum | [*publ*]icum et aeneatorum[2]; | [*quicun*]que leget, nolo | [*experiatur luc*]tum sic | [*ut pater expertus est?*].

Romae (VI 10220 vidit Henzen). — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 447, 1.* — 2) *Cf. N. 6063.*

6065 d. m. | Sextiae Saturninae | C. Sexti Daphni et | Sextiaes Saturninae | fil., q. vix. ann. VI m. VII | dieb. XIIII, inc. fr. publ. | div. Faust. iunior.[1]

Romae (VI 10222 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Incisae (cf. supra N. 2163; vita Diadum. 2, 10) frumento publico divae Faustinae iunioris. (Cf. vit. M. Anton. 7: ob hanc coniunctionem — Veri et Lucillae — pueros et puellas novorum nominum frumentariae perceptioni adscribi iusserunt; ib. 26: novas puellas Faustinianas instituit in honorem uxoris mortuae. — O. Hirschfeld Philolog. 1870 p. 10 not. 13.)*

6066 d. m. | Eutycheti filio, | qui vixit annis VI | diebus VI, incisus | ingenus *(sic)* qui accepit | congiarium X C[1], | fecit pater be|ne merenti.

Romae (VI 10228 vidit Henzen). — 1) *Denariorum centum.*

6067 d. m. | Q. Terénti Prisciani | vixít annis IIII men|sibus VII, frumentum | publicúm accépit men|sibus VIIII, | Terentia Sabina | alumno fecit.

Romae (VI 10227 vidit Henzen).

6068

Quintum annum et decimum | Narcissus flore iuventae |
hoc iacet abreptus | conditus in tumulo. |
Quisquis ades lector, | fatum miserabile cernis, |
Parcae nam inpubem quem | rapuere mihi, |
maeret cara soror | quae fratrem luget | ademptum; |
mater[1] habet natum, | Florum[2] lux candida | torquet. |

Hic septimum decimum | frumentum publicum | accepit, | sextum decimum | . . . . . perdidit.

Romae, iam Oxonii (VI 10226 vidit Huebner). Buecheler carm. epigr. n. 1119. — 1) *Sc. defuncta antea.* — 2) *Florus videtur esse pater superstes (ceterum cf. Buecheler l. c.).*

6069 C. Sergius C. fil. Alcimus | vixit ann. III mensib. III | diebus tribus, | frumentum accepit | die X ostio XXXIX[1], | Sergius Alcimus f. suo.

Romae (VI 10224[b] vidit saec. XVII Gudius). — 1) *Cf. Hirschfeld Philolog. 29, 1870 p. 64.*

6070 d. m. | C. Vibius C. f. Celer | vix. ann. IIII mensib. XI, | frum. ac. d. VII ostio XV, | Vibius Celer f. suo.

Romae vel in agro urbano rep. (VI 10225 cf. 33991 vidi Neapoli exemplum fortasse recens incisum).

6071 Ti. Claudius Aug. lib. | Ianuarius, curator | de Minucia[1] die XIIII | ostio XLII, et | Avonia Tyche uxor eius | Pituaniani[2] solaria de sua | impesa . . .[3] fecerunt.

Romae (VI 10223 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Cf. Hirschfeld Verw. p. 134, 4.* — 2) *Agnomen fortasse et Ianuarii et Tyches.* — 3) *Vocabulum erasum fuisse indicant descriptores.*

6072 [*ex aucto*]ritate[1] Tarraci Ba[*ssi*[2] *v. c. p*]raef. urbi | nomina aere i[*ncisa*] . . . nariorum qui sibi pecun[*iam . . . et locum*] spectaculis et panem populi contra | disciplinam Romanam de re[3] . . . . . vindicare consueverant.

Valerius[4]	Traianenses	. . . .	[*per Ca*]ndidum	Epictetinses
Laurentius	de teglatu	. . . .	. . . . orium et	Viator
Urbicus	Caelimontiensibus	. . . .	. . . . atium	Aquilenses[7]
Cyriacus	Camellensibus	. . . .	. . . . ienses	Bonifatius
Serpentius	Tascogensibus	. . . .	[*per*] . . . . um	Adeodatus
Adquisitus	Isacis[5]	. . . .	. . . .	Statuavalerianenses[8]
Mercurius	Decennensibus[6]	. . . .	. . . .	. . . .
. . . . . .	monetaris	. . . .		
. . . . . .	ad lacum longum	. . . .		
. . . . . .	Noenses de ara	. . . .		
. . . . . .	Matidiae	. . . .		
. . . .		. . . .		

Romae rep. prope S. Petri in vinculis, fragmenta magnae tabulae marmoreae, suppleta ex fragmentis similium tabularum (cf. not. 1. 4) aliis locis urbis repertarum (VI 31893[a b] viderunt Gatti et Huelsen, cf. bull. comunale 1891 p. 342 seq.). Omisi fragmenta eiusdem tabulae 31893[c—h]. — 1) *Ex hac praescriptione in tabula VI 31893 haec tantum extant* . . . raef. urbi | . . . . panem populi contra | . . . . sueverant *(supplevi ex VI 1766 = 31894 et 10099 = 31899).* — 2) *Praefectus urbi paullo post a. 368, cf. Ammian. Marc. 28, 1, 27.* — 3) derel[*icta* . . .] *(Hirschfeld act. acad. Berol. 1891 p. 853),* de rel[*iquorum commodis?*] *(Momms.).* — 4) *Nomina suppleta ex VI 31894. 31899. Ceterum ad fragmenta similium tabularum edita VI 31894 seq. iam accedit Notizie degli scavi 1899 p. 335 = Bull. comunale 1899 p. 231.* — 5) *Scr.* Isiacis. — 6) *Qui habitabant in regione Decennii inter Lateranum et portam Metroviam (cf. Huelsen bull. l. c. p. 355).* — 7) *Fortasse qui habitabant in vico longi Aquilae, regione decima quarta (N. 6073, pag. 489).* — 8) *De vico statuae Valerianae, regione eadem (cf. ib.).*

6073 imp. Caesari divi
Traiani Parthici fil.
divi Nervae nepoti
Traiano Hadriano
Aug. pontif. maximo,
tribunic. potestat. XX[1],
imp. II, cos. III, p. p.
magistri vicorum urbis
regionum XIIII[2].

(In latere sinistro):

L. Ceionio Commodo, Sex. Vetuleno Civica Pompeiano cos.[1]

Reg. I
cur.
. . Curtius Ɔ. l. Iucundus, denuntiat.[3]
P. Helvidius P. l. Hermes.
vico Camenarum[4]
C. Publilius Ɔ. l. Chrestus
M. Ulpius M. l. Pyrallus
Ti. Iulius Ti. l. Atimetus
M. Servilius L. f. Celer
vico Drusiano
(nomina quattuor)
vico Sulpici[5] ulterior.
(nomina quattuor)
vico Sulpici[5] citerioris
(nomina quattuor)
vico Fortunae obsequent.
(nomina quattuor)
vico pulverario
(nomina quattuor)
[*vi*]co Honor. et Virtut.[6]
(nomina quattuor)
vico trium ararum[7]
(nomina quattuor)
vico Fabrici
(nomina quattuor)

Reg. X.
cur.
C. Cornelius C. l. Encolpus, denuntiat.
L. Velius L. f. Salutaris.
vico Padi
(nomina quattuor)
vico curiarum[8]
M. Carvilius M. l. Crescens
C. Naevius C. l. Ampliatus
L. Valerius L. f. Euhelpistus
M. Ulpius Aug. L. Gaetulicus
vico Fortunae Respicient.[9]
(nomina quattuor)
vico Salutaris
(nomina quattuor)
vico Apollinis
(nomina quattuor)
vico huiusque diei[10]
(nomina quattuor)

Reg. XIII
cur.
P. Caesius P. l. Crescens, denuntiat.
Sex. Licinius Sex. [*l.*] Eu-[tychus.
vico Fidii
(nomina quattuor)
vico frument.
(nomina quattuor)
vico trium viarum[11]
(nomina quattuor)
vico Caeseti
(nomina quattuor)
vico Valeri
(nomina quattuor)
vico laci miliari
(nomina quattuor)
vico Fortunati
(nomina quattuor)
vico capitis canteri
M. Octavius M. f. Quietus
L. Vallius L. l. Phoebus
P. Fulvius P. l. Martialis
M. Gavius M. l. Amphion
vico Larum alitum
L. Faenius L. l. Laurentinus
L. Cornelius P. f. Viator
P. Postumius Ɔ. l. Crepnos
L. Olius L. l. Primitivus
vico novo
(nomina quattuor)
vico Loret.[12] minoris
(nomina quattuor)
vico Armilustri[13]
(nomina quattuor)
vico columnae ligneae
(nomina quattuor)
vico materiario
(nomina quattuor)
vico mundiciei
(nomina quattuor)
vico Loreti[13] maioris
(nomina quattuor)
vico Fortunae dubiae
(nomina quattuor)

Reg. XII
cur.
L. Helv[*idi*]us L. l. Bum ....
.. Annius L. l. Thre ... cu.
denuntiat.
L. Statilius Ͻ. l. Nu ...
vico Veneris almae
(nomina quattuor)
vico Piscinae publicae [14]
(nomina quattuor)
vico Dianae
(nomina quattuor)
vico ... ceios.
(nomina quattuor)
vico Triari
(nomina quattuor)
vico [*sil*]ani [15] salientis
(nomina quattuor)
vico laci tecti
(nomina quattuor)
vico Fortunae mammosae [16]
(nomina quattuor)
vico compiti pastoris
(nomina quattuor)
vico portae Ruduscuianae [17]
(nomina quattuor)
vico porta Naevia [17]
(nomina quattuor)

(In latere dextro):
vico Victoris
(nomina quattuor)

Reg. XIIII
cur.
L. Lepidius L. l. Montanus,
denuntiat.
P. Granius P. l. Felix.
vico Censori [18]
(nomina quattuor)
vico Gemini
(nomina quattuor)
vico Rostrate
(nomina quattuor)
vico longi Aquilae [19]
(nomina quattuor)
vico Statae [20] Siccianae
(nomina quattuor)
vico Quadrati
(nomina quattuor)
vico Raciliani minor.
(nomina quattuor)
vico Raciliani maioris
(nomina quattuor)
vico Ianuclensis
(nomina quattuor)
vico Brutiano
(nomina quattuor)

vico Larum ruralium [21]
(nomina quattuor)
vico statuae Valerianae [22]
(nomina quattuor)
vico Salutaris
(nomina quattuor)
vico Pauli
(nomina quattuor)
vico ... mi publici
(nomina quattuor)
vico luc .. ii
(nomina quattuor)
vico Pacrai ..
(nomina quattuor)
vico laci restituti
(nomina quattuor)
vico Saufei
(nomina quattuor)
vico Sergi
(nomina quattuor)
vico Ploti
(nomina quattuor)
vico Tiberini
(nomina quattuor)

(In tergo nihil umquam scriptum fuit).

Romae, basis magna marmorea, inde a saec. XV ad aedes Conservatorum in Capitolio (VI 975 contulit Henzen cum Augusto Wilmanns et C. Zangemeister). — 1) *A. 136.* — 2) *Septimio Severo et Antonino filio eius a. 201 titulum posuerunt nescio qui* ... i urbi *(sic)* sacrae reg. XIIII. — 3) *Denuntiatores regionum praeterea ignoti. Ceterum cf. supra N. 340 fin.* — 4) *Vicus ita dictus a luco Camenarum (Camenas in regione prima memorat Notitia urbis, cf. Iuvenal. 3, 16; Becker Top. p. 513 seq.).* — 5) *Cf. N. 6078.* — 6) *Cf. supra N. 3617 not. 3.* — 7) *Cf. supra N. 3616 not. 2.* — 8) *Cf. Tac. ann. 12, 24, Notit. urb. reg. X.* — 9) *Cf. Notit. urb. reg. X.* — 10) *Cf. Preller-Iordan roem. Mythologie II p. 187 not. 1.* — 11) *Sic priores (*a *non agnovit Henzen;* trium virum *praefert Huelsen).* — 12) *Cf. Varro de l. L. 5, 32; Plin. h. n. 15, 40, 138; Becker Top. p. 449.* — 13) *Cf. N. 3306 not. 2.* — 14) *A piscina publica universa regio duodecima nomen acceperat, cf. supra N. 3682ᵃ not. 2.* — 15) *Supplevit Huebner.* — 16) *Cf. Preller-Iordan Roem. Mythol. II p. 187.* — 17) *Varro l. Lat. 5, 163, cet.; Iordan Top. I 1 p. 233. 234.* — 18) *Cf. N. 3619 not. 3.* — 19) *Huc videntur pertinere Aquilenses N. 6072 (not. 7).* — 20) *Cf. N. 3307 seq.* — 21) *Vocabulum non omnino certum (*putealium *lapis admittere visus est Iordano).* — 22) *Statuavalerianenses memorantur N. 6072.*

Titulos a magistris vicorum urbanis positos habes praeterea supra N. 3219. 3305—3309. 3613—3621. 3772 (?). 3615; vici urbani nomine positus est N. 872.

6074 ...... | ...... Faustus, | Cn.... llius Flaccus, | Cn. [*Pac*]tumeius Syntrophus.

Imp. Nerva Traiano Ca|esare Aug. Ger. III, Sex. Iulio | Frontino III cos.[1], magistri | anni CVII[2]: | M. Optic[*i*]us Helpistus | *(alia nomina tria).*

.....|o c[*os.*], | magi[*stri*] | anni .....: | D. Mundicius D. l. Poti ... | *(alia nomina tria).*

.... T. Rustio Caepi|[*one*[3] *cos., magistri anni*] LXXX[4]: | ...... [*Fe*]lix | *(reliquiae aliorum trium nominum).*

Romae, fragmenta incertum quo loco urbis reperta (VI 2222 vidit de Rossi). Supersunt ex fastis magistrorum vici alicuius. Singula capita quomodo se exceperint et quantum inter ea exciderit, non apparet. — 1) *A. u. c. 853, p. Chr. 100.* — 2) *Apparet primos magistros huius vici iniisse a. u. c. 747. Cf. supra N. 3163 not. 3.* — 3) *Vir huius nominis videtur memorari Suet. Dom. 3.* — 4) [*C*]LXXX *supplet Henzen, referens ad annum p. Chr. 173.*

6075 Varro Murena[1], | L. Trebellius aed. cur. | locum dederunt.[2] — | L. Hostilius L. l. | Philargurus, | A. Pomponius | A. l. Gentius, | A. Fabricius | A. l. Buccio, | M. Fuficius | Ɔ. l. Aria | mag. veici | faciund. coer. | ex p. L.[3]

Prope Romam rep., inter septimum Latinae et septimum Labicanae miliarium, columna (VI 1324 vidit Henzen). — 1) *Videtur is qui supra N. 897.* — 2) *Cf. Mommsen Staatsr. II*[3] *p. 507.* — 3) *Ex pondo quinquaginta, sc. argenti; quod fortasse non debuit addi, cum statua ipsa argentea columnae superposita fuerit (Henzen).*

6076 L. Titinius, mag. | vici col. Vimin.[1], Apoll. | sacrum.

Romae in colle Viminale rep. (VI 2228 vidit Henzen, qui incisum esse putat aetate fere Augusti). — 1) *Idem vicus memoratur VI 2227.*

6076[a] L. Cornelius L. l. Philargur.; | Fannia Ɔ. l. Asia; | Fannia Ɔ. l. Sura, mater; | P. Aquillius P. et Fanniae l. | Aprodisius dissignator, | mag. vici a foro Esquilin.; | Fannia Ɔ. l. Helena.

Romae extra portam Maiorem rep. (VI 2223 contulit Brunn).

6077 .. Curtilius Hermeros | fecit sibi et | Curtiliae Thetidi | coniugi suae carissimae | et libertis libertabusque | suis posterisque eorum: | magister vici ab Cyclopis[1] | region. pri., faber argentarius.

Romae (VI 2226 vidit Kiessling). — 1) *Vicus praeterea ignotus. Antrum (vel atrium Cyclopis) situm in regione urbis secunda confert Iordan Top. II p. 589.*

6078 T. Quinctius Q. f., L. Tulli[*us*] .. [*f.*], .. Caltili. Calt. l.[1] | mag. de duobus pageis[2] et vicei Sulpicei[3] *(mulier vel potius dea, Maia ut videtur, et Mercurius libantes ad aram).*

Prope Romam rep. extra portam S. Iohannis, 8 mil. pass. ab urbe, est in Vaticano (VI 2221. 32452 contulit Huelsen). De anaglypho cf. Samter Roem. Mitth. 1893 p. 223 seq. — 1) *Calliliae libertus.* — 2) *Cf. Iordan Roem. Topogr. 1, 1 p. 278 not., qui confert septem pagos (Dionys. ant. 2, 55. 5, 31. Plut. Rom. 25); Mommsen Staatsr. III p. 116 not. 7 fin. Pagum hunc, ita appellatum, ibi fuisse ubi titulus*

repertus est putat Samter l. c. p. 225. — 3) *In regione prima urbis fuerunt vicus Sulpici ulterioris et vicus Sulpici citerioris (N. 6073); cf. etiam vit. Elag. 17, 8*

6079 . . [*P*]upius A. f. mag. | [*pa*]g. Ianicol., porticu | [*ce*]llam culinam | [*ar*]am de pagi sentent. | [*fa*]ciunda coiravit.

Romae trans Tiberim rep. (I 801. VI 2219 vidit Detlefsen). Similis inscriptio fuit in pavimento tessellato eodem loco reperto (I 802 = VI 2220).

6080 Genio | Ti. Caesaris | divi Augusti | fili | Augusti | C. Fulvius Chryses mag. | pagi Amentini[1] minor., | donum dedit | V k. Iun. | L. Calpurnio Pisone | M. Crasso Frugi cos.[2]

Romae, lapis utrimque eodem fere modo inscriptus (VI 251 vidit de Rossi). — 1) *Inter oppida quae in Latio clara fuerunt Plin. h. n. 3, 68 nominat Amitinum. Cf. supra N. 2676 not. 4. —* 2) *A. 27 p. Chr.*

6081 mag. He[*rc.*] | suffragio pag. prim[*i*] . . . | ludos fecer[*unt*].

Romae rep. in monte Caelio (VI 30888 = Notizie degli scavi 1887 p. 443 descr. Gatti). Ad ludos Herculi editos a magistris fortasse et ipsis pagi alicuius, pertinet fragmentum I 1338 = VI 335.

6082 . . . eisque curarent tu[*erenturque* | *ar*]bitratu aedilium pleibeium[1], | [*quei*]comque essent, neive ustrinae in | eis loceis regionibusve[2], nive foci ustri|naeve[3] caussa fierent, nive stercus[4] terra[*m*]|ve intra ea loca fecisse coniecisseve veli[*t*] | quei haec loca ab paago[5] Montano ‖ [*redempta habebit; et uti si is stercus in eis loceis fecerit terramve* | *in ea*] loca iecerit, in [*eum . . . ma*]nus iniectio pignorisq. ca[*pio siet.*]

Romae rep. a. 1875 ad campum Esquilinum, cippus opistographus (VI 3823. 31577 viderunt Henzen et Huelsen). Superesse statuit Mommsen ex senatus consulto pertinente ad tuendum locum aliquem sacrum situm in campo Esquilino sepulturae plebis destinato, itaque obnoxium talibus iniuriis. Ad eundem campum pertinent cippi VI 31614. 31615. — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 507 not. 2. —* 2) RECIONIBVSVE *lapis. —* 3) *Scr.* ustrinae. — 4) *Cf. supra N. 4912. —* 5) PAACO *lapis. — De montanis cf. supra N. 5428.*

6083 Q. Marcius Natalis, | vixit ann. XXX, | verna Velabrens., | dulcissimus mihi.

Romae ad viam Appiam rep. (VI 22084 viderunt Henzen et de Rossi).

6083[a] Terentia Albana | ann. XXV mens. XI, | dies XIV minus quam ann. XXVI. | Ego sum quae in Carinis peperi. O di | superi et inferi. O mater musera *(sic).*

Romae, iam Veronae (VI 27227 vidit Mommsen).

6084 d. m. | Cn. Domiti Pri|mitivi qui vix. | ann. VII dieb. VII, | fecerunt | Domitiae Lavica|na mater et Ia|nuaria avia et | Cassianus pater et s[*o*]|dales viae Lavican[*ae*].

Prope Romam ad viam Labicanam rep. (Borsari Notizie degli scavi 1891 p. 203).

Lex Iulia municipalis.

6085 ... | (1) Quem h. l.[1] ad cos. profiterei oportebit[2], sei is, quom eum profiterei oportebit, Romae non erit, tum quei eius | (2) negotia curabit, is eaedem[3] omnia, quae eum, quoius negotia curabit, sei Romae esset h. l. profiterei | (3) oportebit[4], item isdemque diebus ad cos. profitemino. |

(4) Quem h. l. ad cos. profiterei oportebit, sei is PVP.[5] seive ea VꟼQ.[6] erit, tum quei eius PVP. VꟼQ.ve[7] tutor erit, item eadem|-(5)que omnia in iisdem[7a] diebus ad cos. profitemino, ita utei ei[8] quae quibusque di[*e*]bus eum eamve, sei PVP. VꟼQ.ve non | (6) est[9], h. l. profiterei oporteret. |

(7) Sei cos., atque[10] h. l. professiones fierei oportebit, Romae non erit, tum is, quem profiterei oportebit, quod eum profiterei | (8) oportebit, ad pr. urb.[11] aut, sei is Romae non erit, ad eum pr., quei inter peregrinos ius deicet, profitem[*i*]no, ita utei | (9) eum ad cos., sei tum Romae esset, h. l. profiterei oporteret. |

(10) Sei ex eis cos. et pr.[12], ad quos h. l. professiones fierei oportebit, nemo eorum Romae erit, tum is, quem profiterei oportebit, | (11) et[13] quod eum eum[14] profiterei oportebit, ad tr. pl.[15] profitemino, ita ute[*i*] eum ad cos. pr.[16] urb. eumque quei inter peregri|-(12)nos ius deicet, sei tum Romae esset, h. l. profiterei oporteret. |

(13) Quod quemquem[16a] h. l. profiterei oportebit, is, apud quem ea professio fiet, eius que[16b] profitebitur nomen, et ea quae pro|(14)fessus erit, et quo die professus sit, in tabulas publicas referunda curato, eademque omnia, quae uteique in tabulas | (15) rettulerit, [*i*]ta in tabulam in album referunda[17], idque aput [*f*]orum, et quom frumentum populo dabitur, ibei ubei frumen|(16)tum populo dabitur, cottidie maiorem partem diei propositum habeto, u. d. p. r. l. p.[18] |

---

1) *Hac lege.* — 2) *Professiones has pertinere ad recensum plebis urbanae factum a Caesare frumentationum causa, quem memorat Suet. Caes. 41, statuit Savigny verm. Schr. 3 p. 376. Sed cf. Hirschfeld Philol. 29, 1870 p. 90 seq.; Nissen mus. Rh. 45, 1890 p. 103.* — 3) *Scr.* eadem (EAFDEM *aes.*). — 4) *Scr.* oporteret. — 5) *Pupillus.* — 6) *Pupilla.* — 7) *Pupilli pupillaeve.* — 7a) *Errorem subesse suspicatur Momms.* — 8) *Scr.* et. — 9) *Scr.* esset. — 10) *Scr.* ad quem. — 11) *Praetorem urbanum.* — 12) *Praetoribus.* — 13) *Dele* et, 14) *item alterum* eum. — 15) *Tribunum plebei.* — 16) *Insere* que. — 16a) *Quemque.* — 16b) *Scr.* quei. — 17) *Insere* curato. — 18) *Unde de plano recte legi possit.*

(17) Queiquomque frumentum populo dabunt[19] damdumve curabit, nei que[20] eorum, quorum nomina h. l. ad[21] cos. pr. tr. pl. in ta-(18) bula in albo proposita erunt, frumentum dato neve dare iubeto neve sinito[22]. Quei ad versus ea eorum quei[20] frumentum | (19) dederit, is in tr. m. I[23] HS IↃↃↃ populo dare damnas esto, eiusque pecuniae quei volet petitio esto. |

(20) Quae viae in urbem[24] Rom. propiusve u. R.[25] p. ↀ[26], ubei continente habitabitur, sunt erunt, quoius ante aedificium earum quae | (21) viae erunt[27], is eam viam arbitratu eius aed.[28], quoi ea pars urbis h. l. ob venerit, tueatur[29]; isque aed.[28] curato, uti, quorum | (22) ante aedificium erit, quamque viam h. l. quemque tueri oportebit, ei omnes eam viam arbitratu eius tueantur, neve eo | (23) loco a[*qua*][30] consistat, quo minus conmode populus ea via utatur. |

(24) Aed. cur., aed. pl., quei nunc sunt[31], queiquomque post h. l. r.[32] factei createi erunt eumve mag.[33] inierint, iei in diebus V proxumeis, | (25) quibus eo mag. designatei erunt eumve mag. inierint, inter se paranto aut sortiunto, qua in partei urbis quisque | (26) eorum vias publicas in urbem[34] Roma, propiusve u. R. p.[35] [*M*][36], reficiundas sternendas curet eiusque rei procurationem | (27) habeat. Quae pars quoique aed.[37] ita h. l. ob venerit, eius aed.[28] in eis loceis, quae in ea partei erunt, viarum reficien|-(28) darum tuemdarum procuratio esto, utei h. l. oportebit. |

(29) Quae viam per[38] aedem sacram et aedificium locum ve publicum et inter aedificium privatum est erit, eius | (30) viae partem dimidiam is aed., quoi ea pars urbis ob venerit in qua parte ea aedis sacra erit seive aedificium | (31) publicum seive locus publicus, tuemdam locato. |

(32) Quemquomque ante suum *(sic)* aedificium viam publicam h. l. tueri oportebit, quei eorum eam viam arbitratu eius aed., | (33) quoius oportuerit, non tuebitur, eam viam aed., quoius arbitratu eam tuerei oportuerit, tuemdam locato; | (34) isque aed. diebus ne minus X, antequam locet, aput forum ante tribunale suom propositum habeto, quam | (35) viam tuendam et quo die locaturus sit, e[*t*] quorum ante aedificium ea via sit; eisque, quorum ante aedificium | (36) ea via erit, procuratoribusve eorum domum denuntietur facito, se eam viam locaturum, et quo die locaturus | (37) sit; eamque locationem palam in foro per q. urb.[39], eumve quei aerario praerit[40], facito. Quamta pecunia eam | (38) viam locaverit, tam-

---

19) *Scr.* dabit. — 20) *Scr.* quoi. — 21) *Fortasse scr.* a *(Mommsen)*. — 22) *Cavet lex ne professi ante subsortitionem frumentum publicum accipiant (Momms.)*. — 23) *Tritici modios singulos.* — 24) *Scr.* urbe. — 25) *Urbem Romam.* — 26) *Passus mille.* — 27) *Scr.* via erit. — 28) *Aedilis.* — 29) *Scr.* tueto. — 30) ao *aes. (emendavit Conradi)*. — 31) q. n. s. *Mommseno videntur adiecta post legem demum perscriptam.* — 32) *Rogatam.* — 33) *Magistratum.* — 34) *Scr.* urbe. — 35) *Cf. not. 25. 26.* — 36) *Nota millenaria plerumque in hoc aere deformata.* — 37) *Aedilei.* — 38) *Scr.* via inter. — 39) *Quaestorem urbanum.* — 40) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 557 not. 4 fin. (= II² p. 544 not. 5).*

6085| tae pecuniae eum eosque, quorum ante aedificium ea via erit pro portioni, quamtum | (39) quoiusque ante aedificium viae in longitudine et in latitudine erit, q. urb.[41], queive aerario praerit, in tabula[*s*] | (40) publicas pecuniae factae referundum curato. Ei qu[*e*]i eam viam tuemdam redemerit, tamtae pecuniae eum eos|-(41) ve ad tribuito[42] sine d. m.[43] Sei is, quei ad tributus erit, eam pecuniam diebus XXX proxum[*e*]is, quibus ipse aut pro|-(42) curator eius sciet adtributionem factam esse, ei, [*q*]uoi ad tributus erit, non solverit neque satis fecerit, is | (43) quamtae pecuniae adtributus erit, tamtam pecuniam et eius dimidium ei, quoi ad tributus erit, da[*r*]e debeto, | (44) inque eam r[*e*]m is, quo quomque de ea re aditum erit, iudicem iudiciumve ita dato, utei de pecunia credita | (45) iudiciumque[44] dari oportebit. |

(46) Quam viam h. l. tuemdam locari oportebit, aed., quem eam viam tuendam locare oportebit, is eam viam per | (47) q. urb., queive aerario praerit, tuemdam locato, utei eam viam arbitratu eius, quei eam viam locandam | (48) curaverit, tueatur. Quamtam pecuniam ita quaeque via locata erit, t. p.[45] q. urb.[41], queive aerario praerit | (49) redemptorei, quoi e lege locationis dari oportebit, heredeive eius damdam ad tribuendam curato. |

(50) Quo minus aed.[46] et IIIIvir. vieis in urbem purgandeis[47], IIvir. vieis extra propiusve urbem Rom. passus [*M*][48] | (51) purgandeis, queiquomque erunt, vias publicas purgandas curent eiusque rei potestatem habeant, | (52) ita utei legibus pl.ve sc.[49] s. c.[50] oportet oportebit, eum[51] h. l. n. r.[52] |

(53) Quoius ante aedificium semita in loco erit, is eam semitam eo aedificio perpetuo lapidibus perpetueis | (54) integreis continentem, constratam recte habeto arbitratu eius aed., quoius in ea parte h. l. viarum | (55) procurator[53] erit. |

(56) Quae viae in u. R.[54] sunt erunt intra ea loca, ubi continenti hab[*i*]tabitur, ne quis in ieis vieis post k. Ianuar. | (57) primas plostrum interdiu post solem ortum, neve ante horam X diei ducito agito, nisi quod aedium | (58) sacrarum deorum inmortalium caussa aedificandarum, operisve publice faciumdei causa, adv[*e*]hei porta|-(59) ri oportebit, aut quod ex urbe ex ve ieis loceis earum rerum, quae publice demolienda loca[55] erunt, publi|-(60) ce ex portarei oportebit, et quarum rerum caussa plostra h. l. certeis hominibus certeis de causeis agere | (61) ducere licebit. |

(62) Quibus diebus virgines Vestales, rex[56] sacrorum, flamines plostreis in urbe sacrorum publicorum p. R.[57] caussa | (63) vehi oportebit, quaeque

41) *Quaestor urbanus.* — 42) *Cf. Mommsen Staatsr. II^3 p. 455, 2. 448, 2.* — 43) *Dolo malo.* — 44) *Scr.* iudicem iudiciumve. — 45) *Tantam pecuniam.* — 46) *Aediles.* — 47) *Cf. Mommsen Staatsr. II^3 p. 603.* — 48) *Deest in aere spatio vacuo relicto.* — 49) *Plebeive scitis.* — 50) *Senatus(ve) consultis (cf. v. 72).* — 51) *Scr.* eius *(Momms.).* — 52) *Hac lege nihil rogatur.* — 53) *Scr.* procuratio. — 54) *Urbe Roma.* — 55) *Scr.* demoliendae locatae *(Hugo).* — 56) *Scr.* regem. — 57) *Populi Romani.*

plostra triumphi caussa, quo die quisque triumphavit[58], ducei oportebit, quaeque | (64) plostra ludorum[59], quei Romae aut urbei Romae[60] publice feient, inve pompam ludeis circiensibus ducei agei opus | (65) erit: quove[61] minus earum rerum caussa eisque diebus plostra interdiu in urbe ducantur agantur, e. h. l. n. r.[62] |

(66) Quae plostra noctu in urbem inducta erunt, quo minus ea plostra inania aut stercoris ex portandei caussa | (67) post solem ortum h.[63] X diei bubus iumenteis ve iuncta in u. R.[54] et ab u. R. p. M esse liceat, e. h. l. n. r.[62] |

(68) Quae loca publica porticusve [*p*]ublicae in u. R.[54] p.ve u. R.[64] p. [∞] sunt erunt, quorum locorum quoiusque porticus | (69) aedilium [*e*]orumve mag., quei vieis loceisque publiceis u. R.[65] p.ve u. R.[64] p. ∾[64a] purgandeis praerunt, legibus | (70) procuratio est erit, nei quis in ieis loceis inve ieis porticibus quid in aedificatum inmolitomve *(sic)* habeto, | (71) neve ea loca porticumve quam possideto, neve eorum quod saeptum clausumve habeto, quo minus eis | (72) loceis porticibusque populus utatur pateantve, nisi quibus uteique leg. pl.ve sc. s.ve c.[66] concessum permissumve e.[67] |

(73) Quibus loceis ex lege locationis, quam censor aliusve quis mag.[68] publiceis vectigalibus ultrove tributeis | (74) fruendeis tuendeis ve dixet dixerit, eis, quei ea fruenda tuendave condu[*c*]ta habebunt, ut utei fruei liceat | (75) [*a*]ut utei ea ab eis custodiantur, cautum est: ei quo minus ieis loceis utantur fruantur ita, utei quoque[69] eorum | (76) [*ex l*]e[*ge locat*]tionis ieis [*sine d*(*olo*) *m*(*alo*)][70] utei fruei licebit, ex h. l. n. r. |

(77) Quos lud[*os*] quisque Romae p.ve u. R.[64] p. ∾[64a] faciet, quo minus ei eorum ludorum caussa scaenam pulpitum ceteraque, | (78) quae ad eos ludos opus erunt, in loco publico ponere statuere, eisque diebus, quibus eos faciet, loco publico utei | (79) liceat, e. h. l. n. r.[62] |

(80) Quei scribae librarei magistratibus apparebunt, ei quo minus loceis publiceis, ubei is, [71]quisque eorum apparebunt, | (81) iuserit, apparendi caussa utantur, e. h. l. n. r. |

(82) Quae loca serveis publiceis ab cens.[72] habitandei utendei caussa ad tributa sunt, ei quominus eis loceis utantur, e. h. l. n. r. |

(83) Queiquomque in municipieis coloneis *(sic)* praefectureis foreis conciliabuleis c. R.[73] IIvir. IIIIvir.[74] erunt, aliove | (84) quo nomine mag. potestatemve su[*f*]ragio eorum, quei quoiusque municipia[75] coloniae praefecturae | (85) foro[76] conciliabuli erunt, habebunt: nei quis eorum

58) *Scr.* triumphabit. — 59) *Insere* caussa. — 60) *Insere* p*(ropius)* p*(assus)* M *(Momms.)*. — 61) *Scr.* quo. — 62) *Eius hac lege nihil rogatur.* — 63) *Horis* (ad h. X *praefert Momms.)*. — 64) *Propiusve urbem Romam.* — 64a) *Cf. not. 36.* — 65) *Urbis Romae.* — 66) *Cf. v. 52.* — 67) *Est.* — 68) *Magistratus.* — 69) *Scr.* quoique. — 70) *Paucae litterae perierunt aere diffracto. Supplevit primus editor Mazochius.* — 71) *Insere* quoi. — 72) *Censoribus.* — 73) *Civium Romanorum.* — 74) *Duovirei quattuorvirei.* — 75) *Scr.* municipi, 76) fori.

6085| que[77] in eo municipio coloniae[77a] praefectur[*a f*]oro concilia|-(86)bulo [78]senatum decuriones conscriptosve legito neve sublegito neve coaptato[79] neve recitandos curato, | (87) nisi in demortuei damnateive locum eiusve, quei confessus erit, se senatorem decurionem conscreiptumve | (88) ibei h. l. esse non licere. |

(89) Quei minor annos XXX natus est erit, nei quis eorum post k. Ianuar. secundas in municipio colonia praefe|-(90)ctura IIvir.[80] IIIIvir., neve quem alium mag. petito neve capito neve gerito, nisei quei eorum stipendia | (91) equo in legione III, aut pedestria in legione VI fecerit, quae stipendia in castreis inve provincia maiore[*m*][81] | (92) partem sui quoiusque anni fecerit, aut bina semestria, quae ei pro singuleis anneis[82] procedere oporteat[83], | (93) aut ei vocat[*i*]o[84] rei militaris legibus pl.ve sc.[49] exve foidere erit, quocirca eum inveitum merere non | (94) oporteat. Neve quis, que[*i*] praeconium dissignationem libitinamve faciet, dum eorum quid faciet[85], in muni|-(95)cipio colonia praefectura IIvir. IIIIvir. aliumve quem mag. petito neve capito neve gerito neve habeto, | (96) neve ibei senator neve decurio neve conscriptus esto, neve sententiam dicito. Quei eorum ex eis, quei s. s. s.[86], | (97) adversus ea fecerit, is HS IↃↃↃ p. d. d. e.[87], eiusque pecuniae quei volet petitio esto. |

(98) Queiquomque in municipio coloniae[88] praefectura post k. Quict. *(sic)* prim. comitia IIvir. IIrvir.[89] aleive quoi mag. | (99) rogando sub rogandove habebit, is ne quem, quei minor anneis[90] natus est erit, IIvir. IIIvir.[89], quei[91] ibei | (100) alium mag. habeat, renuntiato neve renuntiarei iubeto, nisi quei stipendia equo in legione III, aut sti|-(101)pendia pedestria in legione VI fecerit, quae stipendia in castreis inve provincia maiorem partem sui | (102) quoiusque anni fecerit, aut bina semestria, qua[91a] ei pro singuleis annueis procedere oporteat, cum eo[92] | (103) quod ei legibus pl. sc. proceder[*e*] oportebit, aut ei vocatio[93] rei militaris legibus pl.ve sc. ex ve foedere | (104) erit, quo circa eum invitum merere non oporteat. Neve eum, quei praeconium dissignationem libitina[*m*]ve | (105) faciet, dum eorum quid faciet, IIvir. III[*I*]vir., queive ibei mag.

---

77) *Scr.* quem, 77a) colonia. — 78) *Insere* in. — 79) *Scr.* coptato. — 80) *Duoviratum.* — 81) maiorei *aes.* — 82) *Scr.* annueis *(cf. v. 102).* — 83) *Excidisse censet Momms. (collatis vv. 101—104):* dum taxat quod ei legibus pl.ve sc. procedere oportebit. — 84) vocato *est in aere (*vocatio *etiam in lege repetundarum; cf. Plaut. Trin. 11, cet.).* — 85) *Huc pertinent quae scripsit Cicero (ad fam. 6, 18, 1) ad Leptam initio anni u. c. 709 (de tempore cf. O. E. Schmidt der Briefwechsel des Cicero p. 270. 275): quaesivi e Balbo . . ., quid esset in lege: rescripsit eos, qui facerent praeconium, vetari esse in decurionibus, qui fecissent, non vetari . . . neque erat ferendum, . . . eos qui aliquando praeconium fecissent, in municipiis decuriones esse non licere.* — 86) *Supra scriptei sunt.* — 87) *Populo dare damnas esto.* — 88) *Scr.* colonia. — 89) *Scr.* IIvir. IIIIvir. — 90) *Excidit* XXX *(cf. v. 89).* — 91) *Scr.* queive. — 91a) *Scr.* quae. — 92) *Fortasse:* dum t*(axat).* — 93) *Cf. not. 84.*

sit, renuntiato, neve in senatum neve in de|-(106) curionum conscriptorum[94] numero legito, sub legito coptato neve sententiam rogato neve dicere neve | (107) ferre iubeto sc. d. m.[95] Quei ad versus ea fecerit, is HS IↃↃↃ p. d. d.[96] esto, eiusque pecuniae quei volet petitio esto. |

(108) Quae municipia colonia *(sic)* praefectura *(sic)* fora conciliabula c. R.[73] sunt erunt, nei quis in eorum quo municipio | (109) colonia praefectura[97] conciliabulo[98] senatu decurionibus conscreipteisque esto, neve quoe[99] ibi in eo ordine | (110) sententemtiam *(sic)* deicere ferre liceto: quei furtei, quod ispe *(sic)* fecit fecerit, condemnatus pactusve est erit; | (111) queive iudicio fiducio[100], pro socio, tutelae, mandatei, iniuriarum, deve d. m.[101] condemnatus est erit; queive lege | (112) Plaetoria[102] ob eamve rem, quod adversus eam legem fec[*i*]t fecerit, condemnatus est erit; queive depugnandei | (113) caussa auctoratus est erit fuit fuerit; queive in iure[103] abiuraverit, bonamve copiam iuravit iuraverit; quei[104] | (114) sponsoribus creditoribusve sueis renuntiavit renuntiaverit, se soldum solvere non posse, aut cum eis | (115) pactus est erit, se soldum solvere non posse; prove quo datum depensum est erit; quoiusve bona ex edicto | (116) eius, qu. i. d.[105] praefuit praefuerit, praeterquam sei quoius quom pupillus esset reive publicae caussa abesset, | (117) neque d. m.[101] fecit fecerit quo magis r. p. c. a.,[106] possessa proscriptave sunt erunt; queive iudicio publico Romae | (118) condemnatus est erit, quo circa eum in Italia esse non liceat, neque in integrum restitus[107] est erit; queive in eo | (119) municipio colonia praefectura foro conciliabulo, quoius erit, iudicio publico condemnatus est erit; quemve | (120) k.[108] praevaricationis caussa accussasse fecisseve quod iudicatum est erit; quoive aput exercitum ingnominiae | (121) caussa ordo ademptus est erit; quemve imperator ingnominiae caussa ab exe[*r*]citu decedere ius[*i*]t iuserit; | (122) queive ob caput c. R.[109] referundum pecuniam praemium aliudve quid cepit ceperit; queive corpor[*e*] quaestum | (123) fecit fecerit; queive lanistaturam artemve ludicam *(sic)* fecit fecerit; queive lenocinium faciet. Quei | (124) adversus ea in municipio colonia praefecturave[111] foro conciliabulo[112] decurionibus conscripteisve [*f*]uerit | (125) sentemtiamve dixerit, is HS IↃↃↃ p. d. d.[96] esto, eiusque pecuniae quei volet petitio esto. |

(126) Quoi h. l. in municipio colonia praefectura foro conciliabulo senatorem decurionem conscriptum esse | (127) inque eo ordine sentemtiam

94) *Scr.* conscriptorumve *(Momms.).* — 95) *Sciens dolo malo.* — 96) *Populo dare damnas.* — 97) *Insere* foro. — 98) *Insere* in. — 99) *Scr.* quoi. — 100) *Scr.* fiduciae. — 101) *Dolo malo.* — 102) *Cf. Cic. de n. d. 3, 30, 74.* — 103) *Insere* bonam copiam abiuravit *(Momms.).* — 104) *Scr.* queive. — 105) *Quei iure dicundo* (QVID *in aere, pro* Q.I.D). — 106) *Rei publicae causa abesset. Deinde apparet excidisse* bona possessa proscriptave sunt erunt. — 107) *Scr.* restitutus. — 108) *Kalumniae.* — 109) *Civis Romanei.* — 110) *Notantur satellites proscriptionis Sullanae.* — 111) *Dele* ve. — 112) in senatu *inserit Momms.*

6085| dicere ferre non licebit, nei quis, quei in eo municipio colonia praefectura | (128) foro conciliabulo senatum decuriones conscriptos habebit, eum in senatum decuriones conscriptos | (129) ire iubeto sc. d. m.[95]; neve eum ibei sentemtiam rogato neive dicere neive ferre iubeto sc. d. m.; neve quis, que[*i*] | (130) in eo municipio colonia praefectura foro conciliabulo sufragio eorum maxumam potestatem habebit, | (131) eorum quem ibei in senatum decuriones conscriptos ire, neve in eo numero esse nive sentemtiam ibei dicere | (132) ferreve sinito sc. d. m.; neve quis eius rationem comitieis conciliove [*habeto, et si creatus erit, eum adversus h. l. ieis comitieis conciliove*][113] creatum est[114] renuntiato; neve quis, quei ibei mag. potestatemve habebit, eum cum senatu decurionibus conscriptos[115] spectare neive in convivio | (134) publico esse sin[*i*]to sc. d. m.[95] |

(135) Quibus h. l.[1] in municipio colonia praefectura foro conciliabulo in sinatum[116] decurionibus conscripteis esse | (136) non licebit, ni quis eorum in municipio colonia praefectura foro conciliabulo IIvir.[117] IIIIvir. aliamve | (137) quam potestatem, ex quo honore in eum ordinem perveniat, petito neve capito; neve quis eorum ludeis, | (138) cumve gladiatores ibei pugnabunt, in loco senatorio decurionum conscriptorum sed[*e*]to neve spectato; | (139) neve convivium publicum is inito; neive quis, quei adversus ea creatum renuntiatum[118] erit, ibei IIvir IIIIvir | (140) esto, neve ibei mag.[119] potestatemve habeto. Qu[*ei*][120] adversus ea fecerit, is HS IↃↃ p. d. d.[96] esto, eiusque pecuniae quei | (141) volet petitio esto. |

(142) Quae municipia coloniae praefecturae[121] c. R.[73] in Italia sunt erunt, quei in eis municipieis coloneis | (143) praefectureis maximum mag. maximumve[122] potestatem ibei habebit tum, cum censor aliusve | (144) quis mag. Romae populi censum aget, is diebus LX proxumeis, quibus sciet Romae c[*e*]nsum populi | (145) agi, omnium municipium *(sic)* colonorum suorum queique eius praefecturae erunt, q. c. R.[123] erunt, censum | (146) agunto[124], eorumque nomina praenomina, patres aut patronos, tribus, cognomina, et quot annos | (147) quisque eorum habet, et rationem pecuniae ex formula census, quae Romae ab eo, qui tum censum | (148) populi acturus erit, pro posita erit, a[*b*] ieis iurateis accipito; eaque omnia in tabulas publicas sui | (149) municipi referunda curato; eosque libros per legatos, quos maior pars decurionum conscriptorum | (150) ad eam rem legarei mittei censuerint tum, cum eas[125] res consuleretur, ad eos, quei Romae c[*e*]nsum agent, | (151) mittito; curatoque, utei, quom amplius dies LX reliquei erunt, ante quam diem ei, queiquomque Romae | (152) cen-

113) *Haec excidisse putat Momms.* — 114) *Scr.* esse. — 115) *Scr.* conscripteis ludos. — 116) *Scr.* senatu. — 117) *Duoviratum.* — 118) *Scr.* creatus renuntiatus. — 119) *Magistratum.* — 120) QVIF *aes.* — 121) *Fora et conciliabula omittuntur; cf. Momms. C. I. L. I p. 125 ad l.* — 122) *Scr.* maximamve. — 123) *Quei cives Romanei.* — 124) *Scr.* agito. — 125) *Scr.* ea.

sum age[*t*][126], finem populi cesendi *(sic)* faciant, eos adeam[127] librosque eius municipi coloniae praefecturae | (153) edant; isque censor, seive quis alius mag. censum populi aget, diebus V proxumeis, quibus legatei eius | (154) municipi coloniae praefecturae adierint, eos libros census, quei ab ieis legateis dabuntur, accipito | (155) s. d. m., exque ieis libreis, quae ibei scripta erunt, in tabulas publicas referunda curato, easque tabulas | (156) eodem loco, ubei ceterae tabulae publicae erunt, in quibus census populi perscriptus erit, condenda[128] curato. |

(157) Qui pluribus in municipieis coloneis praefectureis domicilium habebit, et is[129] Romae census erit, quo magis | (158) in municipio colonia praefectura h. l.[1] censeatur, e. h. l. n. r.[62] |

(159) Quei lege pl.ve sc.[130] permissus est [*f*]uit, utei leges in[131] municipio fundano[132] municipibusve eius municipi daret, | (160) sei quis[133] is post h. l. r.[134] in eo anno proxumo, quo h. l. populus iuserit, ad eas leges [*addiderit commutaverit conrexerit*][135], municipieis[136] fundanos | (161) item teneto, utei oporteret, sei ea[*e*] res ab eo tum, quom primum leges eis municipibus lege pl.ve sc.[130] dedit, | (162) ad eas leges additae commutatae conrectae essent; neve quis interced[*i*]to neve quid facito, quo minus | (163) ea rata sint, quove minus municipis fundanos teneat[137] eisque optemperetur.

Tabula ahenea, cuius pars inferior (inde a v. 76, cf. not. 70) reperta est a. 1732 prope vicum Lucaniae Pisticcio in alveo torrentis Salandrella, circiter 8 mil. a Policoro sive Heraclea antiqua, superior paullo post ut videtur eodem loco reperta translata est in Britanniam, sed anno fere 1760 reportata in Italiam; nunc utraque pars servatur Neapoli (Ritschl tab. XXXIII. XXXIV. Mommsen C. I. L. 1 206). In parte aversa (vel potius antica) extat titulus vetustus Graecus, quem edidit post alios Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. n. 645. Tabulam Heracleae prostitisse docet argumentum inscriptionis Graecae. Legem, cuius partem postremam (nam in fine nihil deest superestque spatium vacuum) in hac tabula tenemus, esse Iuliam municipalem (sic titulus supra N. 5406), memoratam a Cicerone ineunte anno 709, cf. supra not. 85, demonstravit Savignyus Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss. 9, 1836 p. 300 seq., vermischte Schriften 3 p. 279 seq. (non recte dubitat de Petra monumenti dei Lincei VI p. 435 seq.), qui putat eandem esse quam nude municipalem appellant iuris auctores (Ind. Dig. Flor. inter scripta Pauli; Dig. 50, 1 tit., ib. 50, 9, 3; cod. Iust. 7, 9, 1). Lata est a Caesare dictatore antequam in Hispaniam proficisceretur exeunte a. u. c. 708 (de tempore Nissen mus. Rhen. 45, 1890 p. 100).

---

126) agei *aes.* — 127) *Scr.* adeant. — 128) *Scr.* condendas. — 129) *Fortasse scr.* sei is *(Momms.)*. — 130) *Plebeive scito.* — 131) *Fortasse delendum* in *(Momms.)*. — 132) *Cuius populus fundus factus erat. Cf. Marquardt Staatsverw. I² p. 52 not. 3. Quae civitates significentur, quaesiverunt Savigny verm. Schr. 3, 341; Mommsen Stadtrechte des lat. Gem. Salpensa u. Malaca p. 409 not. 45; Nissen mus. Rhen. 45, 1890 p. 105.* — 133) *Scr.* quid. — 134) *Post hanc legem rogatam.* — 135) *Haec excidisse vidit primus editor Mazochius.* — 136) *Scr.* municipis. — 137) *Scr.* teneant.

Lex municipii Tarentini.

6086 VIIII[1] .... ‖ ne esse liceat neive qu[*is*] quod eius municipi pequniae publicae sacrae | (2) religiossae *(sic)* est erit[2] fra[*u*]dato neive av[*o*]rtito neive facito quo eorum | (3) quid fiat, neive per li[*tt*]eras publicas fraudemve[3] publicum peius | (4) facito[4] d. m.[5] Quei faxit, quant[*i*][6] ea res erit quadruplum[7] multae esto, | (5) eamque pequniam mu[*n*]icipio dare damnas esto eiusque pequniae | (6) magistratus quei quomque in municipio erit petitio exactioque esto. |

(7) IIIIvir. aedilesque[8] quei h. l.[9] primei erunt quei eorum Tarentum venerit[10], | (8) is in diebus XX proxumeis quibus post h. l. datam primum Tarentum venerit | (9) facito quei pro se praes stat[11] praedes praediaque ad IIIIvir. det quod satis | (10) sit, quae pequnia public[*a sa*]cra religiosa *(sic)* eius municipi ad se in suo magistratu | (11) pervenerit, eam pequni[*a*]m municipio Tarentino salvam recte esse futur[*a*]m[12], | (12) eiusque rei rationem r[*ed*]diturum ita utei senatus censuerit. Isque IIIIvir, | (13) quoi ita praes dabitur, ac[*c*]ipito idque in tabu[*leis p*]ubliceis scriptum sit | (14) facito. Quique quomqu[*e*] comitia duovireis a[*ed*]ilibusve[13] rogandeis | (15) habebit, is antequam maior pars curiarum quemque eorum quei | (16) magistratum eis comitieis petent[14] renuntiabit, ab eis quei petent praedes | (17) quod satis sit accipito, [*q*]uae pequnia publica sacra religiosa eius municipi | (18) [*ad*] quemque eorum in eo magistratu pervenerit, eam pequniam municipio | (19) Tarentino salvam rec[*te*] ess[*e futu*]ra[*m*[12], *ei*]usque rei ration[*e*]m redditurum | (20) ita utei senatus ce[*nsu*]erit, [*i*]dque in [*tabul*]eis publiceis scriptum sit facito. | (21) Quodque [*quoi*]que neg[*oti pub*]lice in m[*unicipi*]o de s. s. datum erit negotive | (22) publicei gesserit pequniamque publicam [*deder*]it exegerit, is

---

1) *Tabulam nonam fuisse legis significatur (similis indicatio supra N. 38, item in lege Cornelia de viginti quaestoribus, C. l. L. n. 202 = Bruns font. iur. ed. 5 p. 88).* — 2) *Agitur de crimine peculatus. Similiter lex Iulia peculatus, Dig. 48, 13, 1: ne quis ex pecunia sacra religiosa publicave auferat cet.* — 3) *Vix sana haec, certe excidisse quaedam videntur. Per litteras fraudem sese non facturos iurant scribae coloniae Genetivae (N. 6089) cap. LXXXI.* — 4) *Quo id peius fiat, lex Iulia peculatus (Dig. l. c.), de moneta publica.* — 5) *Dolo malo.* — 6) quanta *editio Romana.* — 7) *Cf. Mommsen Strafrecht p. 771; Paulus sent. 5, 27 cet.* — 8) *Magistratuum nomina vix ea quae Tarenti, Graeco in oppido etiam post civitatem Romanam acceptam, in usu fuerunt, sed in lege ab initio sine dubio non solis Tarentinis scripta Romana magistratuum vocabula posita. Inde etiam id explicandum quod modo quattuorviri nominantur, modo duoviri (v. 14), modo utrique (v. 39).* — 9) *Hac lege.* — 10) *Videntur hoc anno magistratus facti ab eo qui Tarentinis iussu populi Romani hanc legem dedit.* — 11) *Vide Mommseni commentarium (eph. ep.).* — 12) *Cf. legis Malacitanae (infra N. 6089) cap. LX.* — 13) *Cf. not. 8.* — 14) *Fortasse nonnulla exciderunt. Ceterum cf. legis Malac. cap. LIX.*

quoi ita negotium | (23) datum erit negotive quid publice gesser[*it*] pequniamve publicam dederit | (24) exegerit, eius rei rationem senatui reddito refertoque in di[*eb*]us X proxume[*is*] | (25) quibus senatus eius municipi censuer[*i*]t sine d. m.[5] |

(26) Quei decurio municipi Tarentinei est erit queive in municipio Tarenti[*no in*] | (27) senatu sententiam deixerit, is in o[*pp*]ido Tarentei aut intra eius muni[*cipi*] | (28) fineis aedificium quod non minu[*s*] MD tegularum tectum sit habeto[15] [*sine*] | (29) d. m.[5] Quei eorum ita aedificium suom non habebit seive quis eorum | (30) aedificium emerit mancupiove acceperit quo hoic legi fraudem f[*axit*], | (31) is in annos singulos HS n. IↃↃ municipio Tarentino dare damnas esto. |

(32) Nei quis in oppido quod eius municipi e[*r*]it aedificium detegito neive dem[*olito*] | (33) neive disturbato[16] nisei quod non deterius restituturus erit nisei d[*e*] s. s. | (34) Sei quis adversus ea faxit, quant[*i*] id aedificium f[*u*]erit, tantam pequni[*a*]m | (35) municipio dare damnas esto eiusque pequniae [*qu*]ei vol[*e*]t petiti[*o*] est. | (36) Magi. quei exegerit, dimidium in [*p*]ublicum referto dimidium in l[*u*]deis quos | (37) publice in eo magistratu facie[*t*] consumito, seive ad monumentum suom | (38) in publico consumere volet l[*icet*]o, idque ei s. f. s.[17] facere liceto. |

(39) Sei quas vias fossas clouacas IIIIvir IIvir aedilisve[18] eius municipi caussa | (40) publice facere immittere commutare aedificare munire volet, intra | (41) eos fineis quei eius municipi erun[*t*][19], quod eius sine iniuria[20] fiat, id ei facere | (42) liceto. |

(43) Quei pequniam municipio Tarentin[*o*] non debebit sei quis eorum quei | (44) municeps erit neque eo sexennio [*p*]roxumo, quo exeire volet[21], duovirum ‖ a . . . . . . *(ex hac altera pagina plerumque primae tantum uniuscuiusque versus litterae supersunt, raro vocabula, sub finem autem haec)* . . . . | re . . . . . | eas i . . . . . | testament[*o*] . . . . | facto mort[*uus*] . . . . | oporteret . . . . | item iei omn[*es*] . . . . | sei ceivitate . . . . . . | frau[*de*] . . . . | a qu[*o*] . . . . . . | eode[*m*] . . . . . . | fine . . . . . | iuris . . . . . | de ite . . . .

Tarenti rep., tabulae aeneae pars, continens paginam unam paene integram, alterius frustula exigua (Monumenti antichi della R. Accad. dei Lincei 6, 1895/6 p. 411 tab. XIV/XV, primus descr. Viola, vidit etiam Gatti, adnotaverunt de Petra et Scialoja. Nuper Mommseni causa relegit H. Schoene). Scriptura tabulae, magis etiam sermo, indicant hanc legem paullo antiquiorem esse quam eam quae praecedit. Est lex data (v. 8) municipio Tarentino (v. 11. 18 seq.), paullo postquam Tarentum municipium factum est, scilicet post bellum sociale, ante annum u. c. 692 (Cic. pro Arch. 4, 7. 5, 10). — Iam tractavit Mommsen Eph. ep. 9, p. 1 seq.

---

15) *Similia, nec tamen eadem in lege coloniae Genetivae (N. 6087) cap. XCI (infra p. 506).* — 16) *Cf. supra N. 6045; leg. col. Genetiv. (N. 6087) cap. LXXV; leg. Malacitan. (N. 6089) cap. LXII.* — 17) *Sine fraude sua.* — 18) *Cf. not. 8.* — 19) *Idem in lege coloniae Genetivae cap. LXXVII.* — 20) *Insere* privatorum *(Scialoja).* — 21) *Apparet agi de iis qui in aliam civitatem domicilium transferre voluerunt.*

Lex coloniae Genetivae Iuliae s. Ursonensis.

6087 [*LXI . . . Cui quis ita ma*]|num inicere[1] iussus erit, iudicati iure ma|nus iniectio esto itque ei s. f. s.[2] facere liceto. Vin|dex arbitratu IIviri quique[3] i. d. p.[4] locuples[5] | esto. Ni vindicem dabit iudicatumque[6] faci|et, secum ducito[7]. Iure civili vinctum habeto[7]. | Si quis in eo vim faciet, ast[8] eius vincitur, du|pli damnas esto colonisq. eius colon. HS ccIↄↄ ccIↄↄ[9] d. d.[10] esto, eiusque pecuniae cui[11] vo|let petitio, IIvir. quique[3] i. d. p.[4] exactio iudicati|oque esto.

LXII[11a]. IIviri quicumque erunt, ii IIviri[12] in eos singulos | lictores binos, accensos sing.[13], scribas bi|nos, viatores binos, librarium, praeconem, | haruspicem, tibicinem habere ius potestas|que esto. Quique in ea colonia aedil. erunt, | iis aedil. in eos aedil. sing. scribas sing., publi|cos cum cincto limo[14] IIII, praeconem, haruspi|cem, tibicinem habere ius potestas|q. esto. Ex eo | numero, qui eius coloniae coloni erunt, habe|to. Iisque IIvir. aedilibusque, dum eum mag.[15] habe|bunt, togas praetextas, funalia, cereos ha|bere ius potestasq. esto. Quos quisque eo|rum ita scribas lictores accensos viatorem | tibicinem haruspicem praeconem habebit, iis | omnibus eo anno, quo anno quisque eorum | apparebit, militiae vacatio esto, neve quis e|um eo anno, quo mag.[16] apparebit, invitum | militem facito neve fieri iubeto neve eum | cogito neve ius iurandum adigito neve a|digi iubeto neve sacramento rogato neve | rogari iubeto, nisi tumultus Italici Gallici|ve causa. Eisque merces in eos singul., qui IIvi|ris apparebunt, tanta esto[17]: in scribas sing. | HS ∞ CC, in accensos sing. HS DCC, in lictores | sing. HS DC, in viatores sing. HS CCCC, in libra|rios sing. HS CCC, in haruspices sing. HS D, prae|coni HS CCC; qui aedilib. appareb.[18]: in scribas | sing. HS DCCC, in haruspices sing. HS C[19], in ti|bicines singul. HS CCC, in praecones sing. HS CCC. | Iis[20] s. f. s.[2] kapere liceto.

LXIII. IIviri, qui primi ad pr. k. Ianuar. mag. habebunt, appari|tores totidem habento, [21]sing. apparitores ex h. l. ha|bere liceto[22]. Iisque apparitorib. merces tanta esto, | quantam esse oporteret, si partem

---

1) *Cf. Gai. 4, 21. De rebus in hoc capite memoratis egerunt Mommsen Eph. ep. 3 p. 109; Exner Zeitschr. f. Rechtsgesch. 13, 1878 p. 392 seq.* — 2) *Sine fraude sua.* — 3) *Scr.* quive. — 4) *Iure dicundo praerit.* — 5) *Cf. Dig. 50, 16, 234, 1. Lex Rubr. c. 22 vers. fin.* — 6) *Scr.* iudicatumve. — 7) *Cf. Legis XII tab. reliq. ed. Schoell p. 122.* — 8) *Cf. supra N. 5050 not. 32 (p. 286).* — 9) *Sestertium viginti milia.* — 10) *Dare damnas.* — 11) *Sic paene constanter scriptum in hac lege (cf. not. 68. 174); debuit esse:* qui. — 11a) *Numeri hi postea additi, infra primum unius cuiusque capitis vocabulum, quod paullo marginem versus excurrit.* — 12) *Scr.* iis *(in aere est* IK) IIviris. — 13) *Singulos.* — 14) *Cf. infra ad N. 6319.* — 15) *Magistratum.* — 16) *Magistratibus.* — 17) *De his mercedibus cf. Mommsen Eph. ep. 5 p. 107.* — 18) *Apparebunt.* — 19) *Errorem in numero esse suspicatur Momms.* — 20) *Fortasse* itque iis, *ut paullo post (cap. LXIII).* — 21) *Insere* quot, 22) *scr.* licet.

IIII[23] anni arrip|uissent[24], ut pro portione, quam diu apparuissint *(sic)*, mer|cedem pro eo kaperent[25], itque iis s. f. s. c. l.[26]

LXIIII. IIviri quicumque post colon. deductam erunt, ii in die|bus X proxumis, quibus eum mag. gerere coeperint, at | decuriones referunto, cum non minus duae partes | aderint, quos et quot dies festos esse et quae sacra | fieri publice placeat et quos ea sacra facere place|at. Quot ex eis rebus decurionum maior pars, qui | tum aderunt, decreverint statuerint, it ius ratum|que esto, eaque sacra eique dies festi in ea colon. | sunto.

LXV. Quae pecunia poenae nomine ob vectiga[*l*]ia, quae | colon. G. Iul.[27] erunt, in publicum redacta erit, eam | pecuniam nequis erogare neve cui dare neve attri|buere potestatem habeto nisi at ea sacra, quae in | colon. aliove quo loco colonorum nomine fiat[28], | neve quis aliter eam pecuniam s. f. s.[2] kapito, nive[29] quis | de ea pecunia ad decuriones referundi neve quis | de ea pecunia sententiam dicendi ius potestat. | que habeto. Eamque pecuniam ad ea sacra, quae | in ea colon. aliove quo loco colonor.[30] nomine | fient, IIviri *(sic)* s. f. s.[2] dato *(sic)* attribuito itque ei facere | ius potestasq. esto. Eique cui ea [*p*]ecunia dabi|tur s. f. s. kapere liceto.

LXVI. Quos pontifices quosque augures G. Caesar, quive | iussu eius colon. deduxerit, fecerit ex colon. Ge|net., ei pon[*t*]ifices eique augures c. G. I.[27] sunto, eiq. | pon[*t*]i[*fi*]ces auguresque in pontificum augu|rum conlegio in ea colon. sunto, ita uti qui | optima *(sic)* lege optumo iure in quaque colon. | pontif. augures sunt erunt. Iisque pontificibus | auguri[*b*]usque, qui in quoque eorum collegio | erunt, liberisque eorum militiae munerisq||ue publici vacatio sacro sanctius[31] esto, uti pon|tifici Romano est erit, eaque[32] militaria ea omni|a merita sunto. De auspiciis quaeque ad eas res per|tinebunt augurum iuris dictio iudicatio esto. Eis|que pontificib. auguribusque ludis, quot publice ma|gistratus facient, et cum ei pontific. augures sa|cra publica c. G. I.[27] facient, togas praetextas haben|di ius potestasq. esto, eisque pontificib. augurib.-|q. ludos gladiatoresq. inter decuriones specta|re ius potestasque esto.

LXVII. Quicumque pontif. quique augures c. G. I.[27] post h. l.[33] da|tam in conlegium pontific. augurumq. in demor|tui damnative loco h. l. lectus cooptatusve erit, | is pontif. augurq. in c. Iul.[34] in conlegium *(sic)* pontifex[35] | augurq. esto, ita uti qui optuma lege in quaque | colon. pontif. auguresq. sunt erunt. Neve quis | quem in conlegium pontificum kapito

---

23) *Quartam.* — 24) *Scr.* apparuissent. — 25) *De re cf. Momms. Eph. ep. 3 p. 108.* — 26) *Sine fraude sua capere liceto.* — 27) *Coloniae Genetivae Iuliae.* — 28) *Scr.* fiant. *De re cf. Momms. Eph. ep. 3 p. 106.* — 29) *Scr.* neve. — 30) colonori *aes.* — 31) *Scr.* sacrosancta. — 32) *Scr.* aeraque. — 33) *Hanc legem.* — 34) *Colonia Iulia.* — 35) *Scr.* pontificum.

6087| suble|gito cooptato nisi tunc cum minus tribus pon|tificib. ex iis, qui c. G.[36] sunt, erunt. Neve quis quem | in conlegium augurum sublegito cooptato ni|si tum cum minus tribus auguribus ex eis, qui | colon. G. I.[27] sunt, erunt.

LXVII[*I*][37]. IIviri praef.ve[38] comitia pontific. augurumq., quos h. l. | habere[39] oportebit, ita[40] habeto prodi[*c*]ito[41], ita uti | IIvir. creare facere sufficere h. l. o.[42]

LXIX. IIviri qui post colon. deduc[*t*]am primi erunt, ei in su|o mag.[43], et quicumq. IIvir. in colon. Iul. erunt, ii in | diebus LX proxumis, quibus eum mag. gerere coe|perint, ad decuriones referunto, cum non minus | XX aderunt, uti redemptori redemptoribusque, | qui ea redempta habebunt quae ad sacra resq. | divinas opus erunt, pecunia ex lege locationis | adtribuatur solvaturq. Neve quisquam rem ali|am at decuriones referunto neve quot decuri|onum decret. faciunto antequam eis redemp|toribus pecunia ex lege locationis attribuatur | solvaturve d. d.[44], dum ne minus XXX[45] atsint, cum | e. r.[46] consulatur. Quot ita decreverint, ei IIvir. || redemptori redemptoribus attribuendum | solvendumque curato, dum ne ex ea pecunia | solvant adtribuant, quam pecuniam ex h. l. | [*ad e*]a sacra, quae in colon. aliove quo loco pu|blice fiant, dari adtribui oportebit.

[*L*]XX. IIviri quicu[*m*]que erunt ei[47] praeter eos, qui primi | post h. l. [*fa*]cti erunt, ei in suo mag.[48] munus lu|dosve scaenicos Iovi Iunoni Minervae deis | deabusq. quadriduom m. p.[49] diei, quot eius fie|ri oportebit[50], arbitratu decurionum faciun|to inque eis ludis eoque munere unusquis|que eorum de sua pecunia ne minus HS ∞∞ | consumito et ex pecunia publica in sing. | IIvir. d. t.[51] HS ∞∞ sumere consumere liceto, it|que eis s. f. s.[2] facere liceto, dum ne quis ex ea | pecun. sumat neve adtributionem faciat, | quam pecuniam h. l. ad ea sacra, quae in co|lon. aliove quo loco publicae *(sic)* fient, dari | adtribui oportebit.

LXXI. Aediles quicumq. erunt in suo mag. munus lu|dos scaenicos Iovi Iunoni Minervae tri|duom maiore parte diei, quot eius fieri pote|rit, et unum diem in circo aut in foro Veneri | faciunto, inque eis ludis eoque munere unus|quisque eorum de sua pecunia ne minus HS ∞∞ | consumito deve publico in sing. aedil. HS ∞ | sumere liceto, eamq. pecuniam IIvir praef.[52] | dandam adtribuendam curanto itque iis | s. f. s. c. liceto[26].

---

36) *Coloniae Genetivae.* — 37) LXVII *aes.* — 38) *Praefectusve.* — 39) *Scr.* facere *(Momms.).* — 40) *Dele* ita *(Momms.).* — 41) prodigito *in aere legit Huebn.* — 42) *Hac lege oportebit.* — 43) *Magistratu.* — 44) *Decurionum decreto.* — 45) *Mediam* X *deletam esse in aere primum crediderant, negat Huebner.* — 46) *Ea res.* — 47) *Dele* ei. — 48) *Magistratu.* — 49) *Maiore parte (cf. cap. LXXI).* — 50) *Scr.* poterit *(cf. cap. LXXI).* — 51) *Dumtaxat.* — 52) *Praefectusve.*

LXXII. Quotcumque pecuniae stipis nomine in aedis | sacras datum inlatum erit, quot eius pecuni ae eis sacriis *(sic)* super fuerit, quae sacra, uti h. l. d.[53] | oportebit, ei deo deaeve, cuius ea aedes erit, fac|ta it[54], ne quis facito neve curato neve interce|dito, quo minus in ea aede consumatur, ad | quam aedem ea pecunia stipis nomine da|ta conlata erit, neve quis eam pecuniam alio | consumito ne[*ve*] quis facito, quo magis in ‖ alia re consumatur[55].

LXXIII. Ne quis intra fines oppidi colon.ve, qua aratro | circumductum erit[56], hominem mortuom | inferto neve ibi humato neve urito neve homi|nis mortui monimentum aedificato. Si quis | adversus ea fecerit, is c. c. G. Iul.[57] HS IↃↃ[58] d. d.[59] esto | eiusque pecuniae cui[60] volet petitio persecu|tio exactioq. esto. Itque quot inaedificatum | erit IIvir aedil.ve dimoliendum curanto. Si | adversus ea mortuus inlatus positusve erit, | expianto uti oportebit.

LXXIV. Ne quis ustrinam novam, ubi homo mortuus | combustus non erit, proprius[61] oppidum pas|sus Ꝋ facito. Qui adversus ea fecerit, HS IↃↃ[58] c. | c. G. Iul.[57] d. d.[59] esto, eiusque pecuniae cui[60] volet peti|tio persecutioq. ex h. l.[62] esto.

LXXV. Ne quis in oppido colon. Iul. aedificium detegito | neve demolito neve disturbato, nisi si praedes | IIvir. arbitratu dederit se reraedificaturum *(sic)*, aut | nisi decuriones decreverint, dum ne minus L ad|sint, cum e. r.[46] consulatur[63]. Si quis adversus ea fece.[64], | q. e. r. e.[65], t. p.[66] c. c. G. Iul.[57] d. d. e.[67], eiusq. pecuniae qui[68] volet pe|titio persecutioq. ex h. l. esto.

LXXVI. Figlinas teglarias maioris *(sic)* tegularum CCC tegu|lariumq. in oppido colon. Iul. ne quis habeto. Qui | habuerit ita[69] aedificium isque locus publicus | colon. Iul.[70] esto, eiusq. aedificii[71] quicumque in c. | G. Iul. i. d. p.[72], s. d. m.[73] eam pecuniam in publicum redi[*g*]ito.

LXXVII. Si quis[74] vias fossas cloacas IIvir aedil.ve publice | facere inmittere commutare aedificare mu|nire intra eos fines, qui colon. Iul. erunt, volet, | quot eius sine iniuria privatorum fiet, it is face|re liceto.

LXXIIX. Quae viae publicae itinerave publica sunt fuerunt | intra eos fines, qui colon. dati erunt, quicumq. | limites quaeque viae quaeque

---

53) *Hac lege data.* — 54) *Scr.* fuerint. — 55) *De re cf. Momms. Eph. ep. 3 p. 106. 107.* — 56) *Cf. infra N. 6308.* — 57) *Colonis coloniae Genetivae Iuliae (cf. supra N. 2233).* — 58) *Sestertium quinque milia.* — 59) *Dare damnas.* — 60) *Cf. not. 11.* — 61) *Scr.* propius. — 62) *Hac lege.* — 63) *De re cf. supra N. 6086 v. 32 seq. (not. 16).* — 64) *Fecerit.* — 65) *Quanti ea res erit.* — 66) *Tantam pecuniam.* — 67) *Dare damnas esto.* — 68) *Sic recte scriptum hoc solo loco; cf. not. 11.* — 69) *Scr.* id. — 70) *Coloniae Iuliae.* — 71) *Hic quaedam videntur excidisse (Momms. Eph. ep. 3 p. 112).* — 72) *Iure dicundo praerit.* — 73) *Sine dolo malo.* — 74) *Fortasse scr.* quas *(Scialoja monum. dei Lincei 6, 425). Eadem in lege Tarentina (N. 6086) v. 39 seq.*

6087| itinera per eos a|gros sunt erunt fueruntve[75], eae viae eique limites | eaque itinera publica sunto.

LXXIX. Qui fluvi rivi fontes lacus aquae stagna paludes | sunt in agro, qui colon.[76] h[*ui*]usc. colon. divisus ‖ erit, ad eos rivos fontes lacus aquasque[77] sta|gna paludes itus actus aquae haustus iis item | esto, qui eum agrum habebunt possidebunt, uti | iis fuit, qui eum agrum habuerunt possederunt. | Itemque iis, qui eum agrum habent possident ha|bebunt possidebunt, itineris aquarum lex ius|que esto.

LXXX. Quot cuique negotii publice in colon. de decur. sen|tentia datum erit, is cui negotium datum erit e|ius rei rationem decurionib. reddito referto|que in dieb. CL proxumis[78] it negotium confecerit | quibusve it negotium gerere desierit, quot eius | fieri poterit s. d. m.[73]

LXXXI. Quicumque IIvir. aed.ve colon. Iul. erunt, ii scribis | suis, qui pecuniam publicam colonorumque | rationes scripturus erit, antequam tabulas | publicas scribet tractetve, in contione palam | luci nundinis in forum ius iurandum adigi|to[79] per Iovem deosque Penates 'sese 'pecuniam pu|blicam eius colon. concustoditurum rationes|que veras ha'biturum esse, u. q. r. f. e. v.[80] s. d. m.[73], ne|que se fraudem per litteras 'facturum esse sc. d. m.'[81] Uti quisque scriba ita iuraverit, in tabulas | publicas referatur facito. Qui ita non iurave|rit, is tabulas publicas ne scribito neve aes | apparitorium mercedemque ob e. r.[82] kapito. | Qui ius iurandum non adegerit, ei HS Iↄↄ mul|tae[83] esto, eiusq. pecuniae cui volet petitio per|secutio ex h. l. esto.

LXXXII. Qui agri quaeque silvae quaeq. aedificia c. c. G. I.[57], | quibus publice utantur, data adtributa e|runt, ne quis eos agros neve eas silvas ven|dito neve locato longius quam in quinquen|nium, neve ad decuriones referto neve decu|rionum consultum facito, quo ei agri eaeve | silvae veneant aliterve locentur. Neve si ve|nierint, itcirco minus c. G. Iul.[27] sunto. Quique iis | rebus fruc[*t*]us[84] erit, quot se emisse dicat, is in | iuga sing. inque annos sing. HS C[85] c. c. G. Iul.[57] d. d.[59] ‖ [*esto, eiusque pecuniae cui volet petitio persecutioque ex hac lege esto.*]

(Deest tabula, vel potius tabulae pars dimidia, quae continebat capita legis ab octogesimo tertio ad nonagesimum.)

[*XCI. Si quis ex hac lege decurio augur pontifex coloniae Genetivae Iuliae factus creatusve*] erit, tum quicumque decurio augur pontifex huiusque | col. domicilium in ea col. oppido propiusve it oppidum p. ∞[86] | non habebit annis V proxumis, unde pignus eius quot satis | sit capi pos-

---

75) *Fortasse scr.* quique limites per eos agros sunt erunt *(Momms.)*. — 76) *Colonis.* — 77) *Scr.* aquas. — 78) *Insere* quibus. — 79) *De re cf. Mommsen Eph. ep. 3 p. 108.* — 80) *Uti quod recte factum esse volet.* — 81) *Scientem dolo malo.* — 82) *Eam rem.* — 83) *Scr.* multa. — 84) fruclus *aes.* — 85) *Centum.* — 86) *Passus mille. De re cf. Mommsen Eph. ep. 2 p. 134.*

sit, is in ea col. augur pontif. decurio ne es|to, quive[87] IIviri in ea col. erunt, eius nomen de decurio|nibus sacerdotibusque de tabulis publicis eximendum | curanto, u. q. r. f. e. v.[88], idq. eos IIvir. s. f. s.[2] f. l.[89]

XCII. IIviri quicumque in ea colon. mag. habebunt, ei de legatio|nibus publice mittendis ad decuriones referunto, cum | m. p.[90] decurion. eius colon. aderit, quotque de his rebus | maior pars eorum qui tum aderunt constituerit, | it ius ratumque esto. Quamque legationem ex h. l. ex ve | d. d.[91], quot ex hac lege factum erit, obire oportuerit | neque obierit qui lectus erit, is pro se vicarium ex eo | ordine, uti hac lege de.ve[92] [*decreto*][93] d. o.[94], dato. Ni ita dederit, in | res sing., quotiens ita non fecerit, HS ccIↃↃ colon. hu|iusque col. d. d. e.[67] eiusque pecuniae cui[11] volet petitio | persecutioque esto.

XCIII. Quicumque IIvir post colon. deductam factus creatusve | erit quive praef.[95] qui[96] ab IIvir. e lege huius coloniae relic|tus erit, is de loco publico neve pro loco publico neve | ab redemptori *(sic)* mancipe praed.ve[97] donum munus mercedem | aliutve quid kapito neve accipito neve facito, quo | quid ex ea re at se suorumve quem perveniat. Qui at|versus ea fecerit, is HS ccIↃↃ ccIↃↃ c. c. G. Iul.[57] d. d. e.[67], eiusque pecuniae cui[11] vo[*l*]et petitio persecutioque esto.

XCIIII. Ne quis in hac colon. ius dicito neve cuius in ea colon. | iuris dictio esto nisi IIvir.[98] aut quem IIviri[99] praef.[100] | reliquerit, aut aedil., uti h. l. o.[101]. Neve quis pro eo | imper. potestat.ve[102] facito, quo quis in ea colonia | ius dicat, nisi quem ex h. l. dicere oporteri *(sic)*.

XCV. Qui reciperatores dati erunt, si eo die quo iussi erunt | non iudicabunt, IIvir prae[*f.*]ve[103] ubi e. r.[104] a.[105] eos rec.[106] | eumque cuius res a.[105] adesse iubeto diemque cer||tum dicito, quo die atsint, usque ateo, dum e. r.[104] | iudicata erit, facitoque, uti e. r. in diebus XX | proxumis, quibus d. e. r.[107] rec.[106] dati iussive e|runt iudicare, iudic.[108], u. q. r. f. e. v.[80] Testibusque | in eam rem publice dum ta[*x*]at h.[109] XX, qui colon. | incolaeve erunt, quibus his[110] qui rem quaere|re[111] volet, denuntietur facito. Quibusq. ita tes|timonium renuntiatum[112] erit quique in tes|timonio dicendo nominati erunt, curato, | uti at it iudicium atsint. Testimoniumq., | si quis quit earum rer., quae res tum age|tur, sciet aut audierit, iuratus dicat faci|to, uti q. r. f. e. v.[80], dum ne omnino amplius | h.[113] XX

87) *Scr.* quique. — 88) *Uti quod recte factum esse volent.* — 89) *Facere liceto.* — 90) *Maior pars.* — 91) *Decurionum decreto.* — 92) *Decurionumve.* — 93) decreto *deest in aere.* — 94) *Dari oportet.* — 95) *Cf. Mommsen Eph. ep. 2 p. 146.* — 96) *Dele* qui. — 97) *Praedeve.* — 98) *Duoviri.* — 99) *Scr.* IIvir. — 100) *Praefectum.* — 101) *Hac lege oportebit.* — 102) *Imperio potestateve.* — 103) PRAEIVE *aes.* — 104) *Ea res.* — 105) *Agitur.* — 106) *Reciperatores.* — 107) *De ea re.* — 108) *Iudicetur.* — 109) *Hominibus.* — 110) *Scr.* is. — 111) *Scr.* quaeret. — 112) *Scr.* denuntiatum. — 113) *Homines.*

6087| in iudicia singula testimonium dice|re cogantur. Neve quem invitum testimo|nium dicere cogito, cui[114] ei, quae[115] r.[116] tum age|tur, gener socer, vitricus privignus, patron. | lib., consobrinus[117] propiusve eum ea cogna|tione atfinitatemve *(sic)* contingat. Si IIvir | praef.ve, qui ea[118] re colon. petet, non ade|rit[119] ob eam rem, quot ei morbus sonticus, | vadimonium, iudicium, sacrificium, funus | familiare feriaeve dedicales[120] erunt, quo | minus adesse possit sive is propter magistra|tus potestatemve p. R. minus atesse poterit: | quo magis eo absente de eo cui iis[121] negotium | facesset recip. sortiantur reiciantur res iu|dicetur, ex h. l. n. r.[122] Si privatus petet et is, cum | de ea re iudicium fieri oportebit, non aderit | neque arbitratu IIvir. praef.ve ubi e. r. a.[123] excu|sabitur et[124] harum quam causam esse, quo minus | atesse possit, morbum sonticum, vadimonium, | iudicium, sacrificium, funus familiare, feriae[125] | dedicales[120] eumve propter mag. potestatemve | p. R. atesse non possit[126]: post ei earum quarum r. r.[127] | h. l. quaestio erit, actio ne esto. Deq. e. r.[128] siremps || lex resque esto, quos[129] si neque iudices relecti[130] neq. recip. | in eam rem dati essent.

XCVI. Si quis decurio eius colon. ab IIvir. praef.ve postulabit, | u[*t*]i ad decuriones referatur de pecunia publica de|que multis poenisque deque locis agris aedificis | publicis quo facto queri[131] iudicarive oporteat: tum | IIviri[132] quique[3] iure dicundo praerit d. e. r.[107] primo | quoque die decuriones consulito decurionum|que consultum facito fiat, cum non minus m. p.[90] | decurionum atsit, cum ea re[133] consuletur. Uti m. p.[90] | decurionum, qui tum aderint, censuer., ita ius | ratumque esto.

XCVII. Ne quis IIvir neve quis pro potestate in ea colon. | facito neve ad decur. referto neve d. d.[134] facito | fiat, quo quis colon. colon.[135] patron. sit atoptetur|ve praeter eum, que[136] c. a. d. a. i.[137] ex lege Iulia[138] est, eum|que, qui eam colon. deduxerit, liberos posterosve[139] | eorum, nisi de m. p.[140] decurion. erunt[141] per tabellam | sententiam[142], cum non minus L aderunt, cum e. r.[104] | consuletur. Qui atversus ea feceri[*t*],

114) *Scr.* qui, 115) cuia. — 116) *Res.* — 117) *Insere* sit. — 118) *Fortasse scr.* ex *(Dernburg; sed cf. Bruns kl. Schr. 2, 295).* — 119) *Plura excidisse* (cum de ea re iudicium fieri oportebit, eo absente de eo cui is negotium facesset reciperatores sortiuntor reiciuntor res iudicator: si non aderit) *censet Momms.* — 120) *Scr.* denicales. — 121) *Scr.* is. — 122) *Ex hac lege nihil rogatur.* — 123) *Ubi ea res agetur.* — 124) *Scr.* ei. — 125) *Scr.* ferias. — 126) *Scr.* posse. — 127) *Scr.* earum rerum quarum. — 128) *Deque ea re.* — 129) *Scr.* quasi. — 130) *Scr.* delecti. — 131) *Scr.* quaeri. — 132) *Scr.* IIvir. — 133) *Scr.* res. — 134) *Decurionum decretum.* — 135) *Colonis, coloniae.* — 136) *Scr.* cui. — 137) *Colonis agrorum dandorum adsignandorum ius.* — 138) *Legem Iuliam agrariam intellegit Momms. Eph. ep. 2 p. 120. Ceterum de adoptatione patronorum agitur etiam alio loco eiusdem legis (cap. 130, infra p. 515 ubi vide not. 251).* — 139) *Scr.* posterosque. — 140) *Maioris partis.* — 141) *Scr.* qui tum aderunt, 142) sententia.

HS ꟾↃↃ colon. | eius colon. d. d.[59] esto, eiusque pecuniae colon. eius | colon. cui volet petitio esto.

XCVIII. Quamcumque munitionem decuriones huius|ce coloniae decreverint, si m. p.[143] decurionum | atfuerit, cum e. r.[46] consuletur, eam munitionem | fieri liceto, dum ne amplius in annos sing. in|que homines singulos puberes operas quinas et | in ⟨iumenta plaustraria⟩[144] iuga sing. operas ter|nas decernant. Eique munitioni aed. qui tum | erunt ex d. d.[44] praesunto. Uti decurion. censu|erint, ita muniendum curanto, dum ne in|vito eius opera exigatur, qui minor annor. XIIII | aut maior annor. LX natus erit. Qui in ea colon. | intrave eius colon. finis domicilium praedi|umve habebit neque eius colon. colon.[145] erit, is ei|dem munitioni uti colon. parento[146].

XCVIIII. Quae aquae publicae in oppido colon. Gen. ‖ adducentur, IIvir, qui tum erunt, ad decuriones, | cum duae partes aderunt, referto, per quos agros | aquam ducere liceat. Qua p[*ar*]s[147] maior decurion., | qui tum aderunt, duci decreverint, dum ne | per it aedificium, quot non eius rei causa factum | sit, aqua ducatur, per eos agros aquam ducere | i. p.que[148] esto, neve quis facito, quo minus ita | aqua ducatur.

C. Si quis colon.[145] aquam in privatum caducam du|cere volet isque at IIvir. adierit postulabit|ve[149], uti ad decurion. referat, tum is IIvir, a quo | ita postulatum erit, ad decuriones, cum non mi|nus XXXX aderunt, referto. Si decuriones m. p.[90], qui | tum atfuerint, aquam caducam in privatum duci | censuerint, ita ea aqua utatur, quot sine priva|tim[150] iniuria fiat, i. potest. e.[151]

CI. Quicumque comitia magistratus[152] creandis subrogan|dis habebit, is ne qua[153] eis comitis pro tribu acci|pito neve renuntiato neve renuntiari iubeto, | qui eorum quae[154] causa erit, quae tum[155] h. l. in colon. | decurionem nominari creari inve decurionibus | esse non oporteat non liceat.

CII. IIvir qui h. l. quaeret iud.[156] exercebit, quod iudicium | uti uno die fiat h. l. praestitu[*tu*]m[157] non est, ne quis | eorum ante h. [*I*][158] neve post horam XI diei quaerito | neve iudicium exerceto. Isque IIvir in singul. | accusatores, qui eorum delator erit, ei h.[159] IIII, qui | subscriptor erit, h. II accusandi potest.[160] facito. Si | quis accusator de suo tempore alteri concesserit, | quot eius cuique concessum erit, eo amplius

---

143) *Maior pars (post* m. p. *duae litterae erasae, fortasse* d. d.*).* — 144) *Quae uncis* ⟨ ⟩ *inclusi, insiticia apparet esse (cf. not. 190).* — 145) *Colonus.* — 146) *Scr.* pareto. — 147) PR . . . . S *videtur esse in aere.* — 148) *Ius potestasque.* — 149) *Scr.* postulabitque. — 150) *Scr.* privati. — 151) *Ius potestasque esto.* — 152) *Scr.* magistratibus. — 153) *Scr.* quem. — 154) *Scr.* in earum qua *(cf. lex Malacit. cap. 54).* — 155) *Scr.* e qua eum. — 156) *Iudicium(ve).* — 157) praestitum *aes.* — 158) *Horam primam.* (h. I. *aes).* — 159) *Horas.* — 160) *Potestatem.*

6087| cui | concessum erit dicendi potest. facito. Qui de suo | tempore alteri concesserit, quot eius cuique conces|serit, eo minus ei dicendi potest. facito. Quot horas | omnino omnib. accusatorib. in sing. actiones di|cendi potest. fieri oporteb., totidem horas et alter|um tantum reo quive pro eo dicet in sing. actiones || dicendi potest. facito.

CIII. Quicumque in col. Genet. IIvir praef.ve[38] i. d. praerit, is[161] colon. | incolasque[162] contributos quocumque tempore colon. fin. | dividendorum[163] causa armatos educere decurion. cen.[164], | quot m. p.[90] qui tum aderunt decreverint, id e.[165] s. f. s.[2] f. l.[166] Is|que[167] IIvir. aut quem IIvir armatis praefecerit idem | ius eademque anima adversio *(sic)* esto, uti tr. mil.[168] p. R.[169] in | exercitu p. R.[169] est, itque e.[165] s. f. s.[2] f. l.[166] i. p.que e.[151], dum it, quot | m. p.[90] decurionum decreverit qui tum aderunt, fiat.

CIIII. Qui limites decumani qui[170] intra fines c. G.[36] deducti facti|que erunt, quaecumq. fossae limitales in eo agro erunt, | qui iussu C. Caesaris dict. imp. et lege Antonia[171] senat.que | c. pl.que sc.[172] ager datus atsignatus erit, ne quis limites | decumanosque opsaeptos neve quit immolitum neve | quit ibi opsaeptum habeto, neve eos arato, neve eis[173] fossas | opturato neve opsaepito, quo minus suo itinere aqua | ire fluere possit. Si quis atversus ea quit fecerit, is in | res sing., quotienscumq. fecerit, HS ∞ c. c. G. I.[57] d. d.[59] esto, | eiusq. pecun. cui[174] volet petitio p.q.[175] esto.

CV. Si quis quem decurion. indignum loci aut ordinis de|curionatus esse dicet, praeterquam quot libertinus | erit[176], et ab IIvir. postulabitur, uti de ea re iudici|um reddatur, IIvir quo de ea re in ius aditum erit, | ius dicito iudiciaque reddito. Isque decurio, | qui iudicio condemnatus erit, postea decurio | ni[177] esto neve in decurionibus sententiam dici|to neve IIvir.[178] neve aedilitatem petito neve | quis IIvir comitis suffragio

---

161) *Scr.* eum. — 162) *Dele* que. — 163) *Scr.* defendendorum. — 164) *Censuerint.* — 165) *Ei.* — 166) *Facere liceto.* — 167) *Scr.* eique. — 168) *Tribuno militum.* — 169) *Populi Romani.* — 170) *Scr.* decumanique. *Caput hoc redit in Corpore Gromaticorum (Schr. der roem. Feldmesser ed. Lachmann I p. 263), sic: qui limites decumanique hac lege deducti erunt, quaecumque fossae limites in eo agro erunt, qui ager hac lege datus adsignatus erit, ne quis eos limites decumanosve obseptos neve quid in eis molitum cet.; ubi dicitur esse legis Mamiliae Rosciae Peducaeae Allienae Fabiae caput quinquagesimum quartum. Eadem fere ex lege Iulia agraria citat Callistratus Dig. 47, 21, 3. Cf. Mommsen Schr. der roem. Feldm. II p. 224; Eph. ep. 2 p. 120.* — 171) *Videtur significari lex quam post mortem dictatoris tulit Antonius de coloniis deducendis (Cic. Phil. 5, 4, 10); cf. Momms. Eph. ep. 2 p. 119.* — 172) *Senatusque consultis plebique scitis.* — 173) *Sic etiam optimus codex corporis Gromatici.* — 174) *Cf. not. 11 (recte* qui *corpus grom.).* — 175) *Persecutioque.* — 176) *De libertinis admissis inter decuriones coloniarum Caesarianarum cf. Mommsen Eph. ep. 2 p. 132.* — 177) *Scr.* ne. — 178) *Duoviratum.*

eius rationem | habeto neve IIvir. neve aedilem renunti|ato neve renuntiari sinito.

CVI. Quicumque c. c. G. erit, quae iussu C. Caesaris dic[*t.*] ded.[179] | est, ne que[180] in ea col. coetum conventum coniu|[*rationem*] . . .

(Deest tabula continens capita legis CVI—CXXII.)

[*CXXIII. IIvir ad quem de ea re in ius aditum erit, ubi iudicibus, apud quos ea res agetur, maiori parti eorum planum factum non erit, eum de quo iudicium datum est decurionis loco indignum esse, eum*] qui accusabitur ab his iudicibus eo iudicio absolvi | iubeto. Qui ita absolutus erit, quod iudicium [*pr*]aevari|cation.[181] causa [*fac*]tum[182] non sit, is eo iudicio h. l.[183] absolutus esto.

CXXIIII. Si quis decurio c. G.[184] decurionem c. G. h. l. de indignitate ac|cusabit, eum[185] quem accusabit eo iudicio h. l. condemna|rit, is qui quem eo iudicio ex h. l. condemnarit, si volet, | in eius locum qui condemnatus erit sententiam dice|re, ex h. l. liceto itque eum s. f. s. iure lege recteq. fa|cere liceto, eiusque is locus in decurionibus sen|tentiae dicendae rogandae h. l. esto.

CXXV. Quicumque locus ludis decurionibus datus designatus[186] | relictusve erit, ex quo loco decuriones ludos spectare | o.[187], ne quis in [*e*]o[188] loco, nisi qui tum decurio c. G.[184] erit, qui|ve tum magist[*r*]atus imperium potestatemve colono[*r.*][189] | suffragio ⟨geret⟩[190] iussuque C. Caesaris dict. cos. prove | cos. habebit, quive pro quo imperio potestateve tum | in col. Gen. erit, quibusque locus[191] in decurionum loco | ex d. d. col. Gen. d. o.[192], quod decuriones d. e. r.[193], cum non minus | dimidia pars decurionum adfuerit cum e. r.[194] consulta erit, | ⟨ne quis praeter eos, qui s. s. s.[195], qui locus decurionibus da|tus atsignatus relictusve erit, in eo loco⟩[196] sedeto neve | quis alium in ea loca sessum ducito neve sessum [*d*]uci | iubeto s. d. m.[197] Si quis adversusve[198] ea sederit sc. d. m.[199] [*siv*]e | quis atversus ea sessum duxerit ducive iusserit sc. d. m., | is in res sing., quotienscumque quit d. e. r.[200] atv[*er*]sus[201] ea | fecerit, HS ↀ c. c. G. l. d. d. esto, eiusque pecunia[*e c*]ui eorum | volet rec.[202] iudicio[203] aput IIvir. praef.ve actio petitio perse|cutio ex h. [*l.*] i. potest.que e.[151]

---

179) *Deducta.* — 180) *Scr.* quem. — 181) . . . \EVARI|CATION, 182) EQITVM *aes (vel certe ectypum).* — 183) *Hac lege.* — 184) *Coloniae Genetivae.* — 185) *Scr.* eumque. — 186) *Scr.* atsignatus. — 187) *Oportebit.* — 188) io *aes.* — 189) colonos *aes.* — 190) *Hic et in sequentibus multa praeter sententiam intrusa; quae uncis* ⟨ ⟩ *seclusi.* — 191) *Scr.* locos *(Buecheler).* — 192) *Dari oportebit.* — 193) *Scr.* decr(*everint*). — 194) *Ea res.* — 195) *Supra scripti sunt.* — 196) *Cf. not. 190.* — 197) *Sciens (expectaveris* sc. *pro* s.) *dolo malo.* — 198) *Dele* ve. — 199) *Cf. not. 197.* — 200) *De ea re.* — 201) atviesus *videtur esse in aere.* — 202) *Reciperatorio.* — 203) *Sic etiam cap. 125 fin., cap. 128 — cap. 132 fin. cum similibus locis prioribus (cap. LXXIV. LXXV. LXXXI. XCII. XCIII. XCVII. CIIII) reciperatorii iudicii nulla fiat men*

6087| CXXVI. IIvir, aed., praef., quicumque c. G. I.[204] ludos scaenicos faciet, si|ve quis alius c. G. I. ludos scaenicos faciet, colonos Geneti|vos incolasque hospites[205] atventoresque[206] ita sessum du|cito, ita locum dato distribuito atsignato, uti d. e. r.[200] ⟨de | eo loco dando atsignando⟩ decuriones, cum non min. | L decuriones, cum e. r.[207] c.[208], in decurionibus adfuerint, | decreverint statuerint s. d. m.[209]. Quot ita ab decurionib. | de loco dando atsignando statuendo[210] decretum erit, | it h. l. i. r. q.[211] esto. Neve is qui ludos faciet aliter aliove | modo sessum ducito neve duci iubeto neve locum dato | ne[212] dari iubeto neve locum attribuito neve attribui | iubeto neve locum atsignato neve atsignari iubeto ne|ve quit facito, quod[213] aliter aliove modo, adque uti | locus datus atsignatus attributusve erit, sedeant, ne|ve facito, quo quis alieno loco sedeat, sc. d. m.[199] Qui atver|sus ea fecerit, is in res singulas, quotien[*sc*]umque quit | atversus ea fecerit, Hs Iↄↄ c.[214] c. G. I.[204] d. d. e.[67], eiu[*squ*]e pecuni|ae cui volet rec.[202] iudicio aput IIvir. pr[*a*]ef.ve actio pe|titio persecutioque h. l. ⟨ius potestasque⟩ esto.

CXXVII. Quicumque ludi scaenici c. G. I.[204] fient, ne quis in or||chestram ludorum spectandor. causa praeter mag.[215] | prove mag. p. R.[169], quive i. d. p.[216] [*e*]t si quis senator p. R.[169] est erit | fuerit, et si quis senatoris f.[217] p. R. est erit fuerit, et si | quis praef. fabrum eius mag. prove magistrato *(sic)*, | qui provinc. Hispaniar. ulteriorem ⟨Baeticae pra|erit⟩[218] optinebit, erunt[219], et quos ex h. l. decurion. loco | ⟨decurionem⟩ sedere oportet oportebit[220], ⟨praeter eos | qui s. s. s. ne quis in orchestram ludorum spectan|dorum causa⟩ sedeto ⟨neve quisque mag. prove mag. | p. R. q. i. d. p. ducito⟩, neve quem quis sessum ducito | neve in eo loco sedere sinito, uti q. r. f. e.[221] s. d. m.

CXXVIII. II[222] aed.[223] pra[*e*]f. c. G. I. quicumque erit, is suo quoque anno[224] mag. | imperioq. facito curato, quod eius fieri poterit, | ⟨u. q. r. f. [*e.*] v.[80]⟩[225] s. d. m.[226], mag. ad fana templa delubra, que[227] | ad modum decuriones censuerint[*t*], suo quem|que[228] anno fiant eaqu[*e*][229] ⟨d.

---

tio. Videtur hic quoque interpolatio (cf. not. 190) grassata esse. Cf. Mommsen Eph. ep. 2 p. 140; Bruns Zeitschr. 13 p. 10 = Kl. Schriften 2, 290.

204) *Coloniae Genetivae Iuliae.* — 205) *Scr.* hospitesque. — 206) *Cf. supra N. 5671—5673.* — 207) *Ea res.* — 208) *Consuletur.* — 209) *Sine dolo malo.* — 210) *Scr.* statutum. — 211) *Ius ratumque* (i. r. q. *recte editum Eph. ep. 2 p. 228).* — 212) *Scr.* neve. — 213) *Scr.* quo. — 214) *Colonis.* — 215) *Magistratum.* — 216) *Iure dicundo praerit.* — 217) *Filius.* — 218) *Manifestum emblema. Baetica provincia sub finem demum Augusti constituta (cf. supra N. 103).* — 219) *Scr.* erit. — 220) *De re cf. Mommsen Eph. ep. 2 p. 231.* — 221) *Insere* v. — 222) *Scr.* IIvir. — 223) *Aedilis mentio hic supervacua.* — 224) *Exspectaveris* sui cuiusque anni *(Momms.).* — 225) *Totum hoc caput scatet repetitionibus molestis (cf. Fabricius Herm. 35 p. 208).* — 226) *Sine dolo malo (*VORF . IVS . DM *aes).* — 227) *Scr.* quem. — 228) *Scr.* quoque. — 229) *Scr.* eiqu[*e*].

d.⟩ suo quoque anno | ludos circenses, sacr[*i*]ficia pulvinariaque | facienda curent, que [*a*]d modum ⟨quitquit⟩ de iis | rebus, mag. creandis, [*lu*]dis circensibus facien|dis, sacrificiis procu[*r*]andis, pulvinaribus fa|ciendis decuriones statuerint decreverint, | ⟨ea omnia ita fiant⟩. Deque iis omnibus rebus | quae s. s. s. quotcumque decuriones statuerint | decreverint, it ius ratumque esto, eiq. omnes, | at quos ea res pertinebit, quot quemque eorum | ex h. l. facere oportebit, faciunto s. d. m.[209] Si quis | atversus ea fecerit quotiensque[230] quit atver|sus ea fecerit, HS ccIↄↄ c. c. G. I.[57] d. d. e.[67], eiusque pecun. | cui eorum volet rec.[202] iudic. aput IIvir. | praef.[231] actio petitio persecutioq. e. h. l. | ius pot. esto.

CXXIX. IIvir. aediles praef. c. G. I.[232] quicumqu. erunt decurionesq. c. G. I. qui|cumq[*u*]e[233] erunt, ii[234] omnes d. d.[235] diligenter parento optemperanto s. d. m.[209] fa|ciuntoque uti quot [*que*]mq.[236] eor. decurionum d.[237] agere facere o.[238] ea om|nia agant faciant, u. q. r. f. e. v.[239] s. d. m.[209] Si quis ita non fecerit sive quit atver|sus ea fecerit sc. d. m.[240], is in res sing. HS ccIↄↄ c.[241] G. I. d. d. e.[242], eiusque pecuniae cui[243] | eor. volet rec.[244] iudic. aput IIvir. praef.ve actio petitio persecutioque ex h. l. | ius potestasque e.

CXXX. Ne quis IIvir aed.[223] praef. c. G. I.[232] quicunque erit ad decurion. c. G.[245] referto neve decurion. | consulito neve d. d.[246] facito neve d. e. r.[247] in tabulas p.[248] referto neve referri iubeto | neve quis decur. d. e. r.[247], q. d. r. a.[249], in decurionib. sententiam dicito neve d. d.[246] scri|bito, neve in tabulas pu[*b*]licas referto, neve referundum curato, quo quis | senator senatorisve f. p. R.[250] c. G. patronus atoptetur sumatur fiat[251] nisi de tri|um partium d. ⟨d.⟩[252] senten[*t.*] per tabellam ⟨facito⟩[252] et nisi de eo homine, de quo | tum referetur consuletu[*r, d.*] d. fiat, qui, cum e. r. a.[253], in Italiam sine impe[*r*]io privatus | erit. Si quis adversus ea ad [*dec*]urion. rettulerit d.ve d.[254] fecerit faciendumve | curaverit inve tabulas p[*ublicas*] rettulerit referrive iusserit sive quis in decurionib. | sententiam di[*x*]erit d.ve [*d.*[254] *scrips*]erit in[255] tabulas publi-

230) *Scr.* quotienscumque. — 231) *Praefectumve.* — 232) *Coloniae Genetivae Iuliae.* — 233) qui|cumqe *aes.* — 234) I·I *aes.* — 235) *Decurionum decretis.* — 236) CNMQ *aes.* — 237) *Decreto.* — 238) *Oportebit.* — 239) *Uti quod recte factum esse volent.* — 240) *Sciens dolo malo.* — 241) *Scr.* c. c. — 242) *Dare damnas esto.* — 243) *Cf. not. 11.* — 244) *Reciperatorio.* — 245) *Coloniae Genetivae.* — 246) *Decretum decurionum.* — 247) *De ea re.* — 248) *Publicas.* — 249) *Qua de re agitur.* — 250) *Populi Romani.* — 251) *De re cf. Mommsen Eph. ep. 2 p. 147. De adoptando patrono cum iam actum sit supra cap. XCVII, hoc caput, item id quod sequitur, Fabricius Herm. 35 p. 215 insertum putat a M. Antonio paucis mensibus post mortem Caesaris, cum municipia Italiae certatim Brutum et Cassium patronos adoptarent.* — 252) *Haec insiticia putat Mommsen; cf. not. 144* (facta, *sc. sententia — pro* facito — *requirit Fabricius Herm. 35 p. 208).* — 253) *Cum ea res agetur.* — 254) *Decurionumve decretum.* — 255) *Scr.* inve.

6087| cas rettulerit referendumve | curaverit, in res sing. quo[*tienscu*]mque quit atversus ea fecerit, ex[256] HS cccIↄↄↄ[257] c. c. G. I.[258] | d. d. e.[242], eiusque pecuniae cui[243] [*eor. vole*]t rec. iudic. aput IIvir. interregem praef. actio | petitio persecutioqu[*e ex h. l. i. pot*]est.que e.

CXXXI. Neve[259] quis IIvir aed. praef. [*c. G. I. quicu*]mque erit ad decuriones c. G. referto neve d. con||sulito neve d. d. facito neve d. e. r. in tabulas publicas referto neve referri iubeto | neve quis decurio d. e. r. in decurionib. sententiam dicito neve d. d. scribito ne|ve in tabulas publicas referto neve referundum curato, quo quis s[*e*]nator | senatori[*s*]ve f. p. R.[169] c. G. I.[232] hospes atoptetur[260], hospitium tesserasve[261] hospi[*t*]ales[262] cum | quo fi[*at, n*]isi de maio[*r*]is[263] p.[264] decurionum sententia per tabellam facito[265] et nisi | de eo [*h*]omine, de quo tum referetur consuletur, d. d. fiat qui, cum e. r. a.[253], in Italiam | sine imperio privatus erit. Si quis adversus ea ad decuriones rettulerit d.ve | d.[254] fe[*c*]erit faciendumve curaverit inve tabulas publicas rettulerit re|f[*e*]rrive iusserit sive quis in decurionibus sententiam dixerit d.ve d. | scripserit in tabul. public. rettulerit referendumve curaverit, | is in res sing., quotienscumque quit adversus ea fecerit, HS ccIↄↄ c. c. | G. Iuliae[258] d. d. e.[242], eiusque pecuniae cui eorum volet recu. iudic. | aput IIvir. pref.ve *(sic)* actio petitio persecutioque h. l. ius potest.que esto.

CXXXII. Ne quis in c. G. post h. l.[266] datam petitor kandidatus, | ⟨quicumque in c. G. I.[267] mag.[15] petet,⟩ magistratusve peten|di causa in eo anno, quo quisque anno petitor | kandidatus mag. petet petiturusve erit, ⟨mag. pe|tendi⟩[268] convivia facito neve at cenam quemve[269] | vocato neve convivium habeto neve facito sc. [*d.*] m., | quo qui[*s*][270] suae petitionis causa convium *(sic)* habeat | ad cenamve quemve[269] vocet, praeter ⟨dum⟩ quod ip|se kandidatus petitor in eo anno[271], mag. petat, | vocar[*it*] dum taxat[272] dies sing. h.[113] VIIII ⟨convium *(sic)* | habeto⟩ si volet, s. d. m.[209] Neve quis petitor kandidatus | donum munus aliudve quit det largiatur peti|tionis causa sc. d. m.[240] Neve quis alterius petitionis | causa convivia facito neve quem ad cenam voca|to neve convivium habeto, neve quis alterius pe|titionis causa cui quit d[*on*]um munus aliutve qu[*it*] | dato donato largito sc. d. m. Si quis atversus ea | fecerit, HS Iↄↄ c. c. G. I. d. d. e., eiusque pecuniae cui eor. | volet rec. iudic. aput IIvir. praef. actio petitio per|sec.que ex h. l. i. potest.que esto.

---

256) *Scr.* is. — 257) *Sestertium centum milia (sic videntur accipiendae esse notae contra consuetudinem contignatae).* — 258) *Colonis coloniae Genetivae Iuliae.* — 259) *Scr.* ne. — 260) *Cf. Mommsen Eph. ep. 3 p. 147.* — 261) *Scr.* tessera, 262) hospitalis (HOSPIIAIES *aes).* — 263) maiosis *aes.* — 264) *Partis.* — 265) *Scr.* facta *(Fabric., cf. not. 252).* — 266) *Hanc legem.* — 267) *Colonia Genetiva Iulia.* — 268) *Cf. not. 190.* — 269) *Scr.* quem. — 270) quit *aes.* — 271) *Insere* quo. — 272) *Insere* in.

CXXXIII. Qui col. Gen. Iul.[273] h. l. sunt erunt, eorum omnium uxo|res, ⟨quae in c. G. I. h. l. sunt, eae mulieres⟩[268] legibus c. G. I.[232] vi|rique parento iuraque ⟨ex h. l.⟩, quaecumque in | hac lege scripta sunt, omnium rerum ex h. l. hab[*en*]|to s. d. m.

CXXXIV. Ne quis IIvir aedil.[223] praefectus c. G.[274], quicumque erit, post | h. l. ad decuriones c. G. referto nive decuriones consu|lito neve d. d.[246] facito nive d. e. r[247]. in tabulas publicas re|ferto neve referri iubeto neve quis decurio, cum e. | r. a.[253], in decurionibus sententiam dicito neve d. d. | scribito neve in tabulas publicas referto nev[*e re*]|ferundum curato quo cui pecunia publica a[*liutve*] | quid honoris habendi causa munerisve d[*andi pol*]|licendi[275] statua danda ponenda detur do[*netur, nisi* ....

Tabulae aeneae quattuor), rep. anno 1870 vel paulo post prope Ursonem (Osuna) Baeticae, priores duae inde ab a. 1876 adservantur Matriti in museo publico, in quod etiam reliquae duae (quae ante illas prodierant et quas diu servaverat Malacae in museo privato marchio Loring) nuper inlatae sunt (Il S. 5439 ad ectypa, quae et ipse vidi, ediderunt Huebner et Mommsen Eph. ep. 2 p. 222 seq., 3 p. 91—96). Pertinent tabulae**) ad legem datam coloniae Iuliae Genetivae (cf. cap. 65. 103. 126 cet.) Urbanorum (cf. Plin. h. n. 3, 12), deductae Ursonem iussu C. Caesaris dictatoris (cap. 66. 104. 106) et ex lege Antonia (cap. 104). Scripta lex videtur anno u. c. 710, fortasse post mortem demum dictatoris, vel certe tunc demum supplementa quaedam recepit (Momms. Eph. ep. 2 p. 120, 3 p. 97; Fabricius Herm. 35, 1900 p. 210 seq.). Exemplum autem quod habemus incisum esse non aetate Caesariana sed multo postea scripturae genere comprobatur (specimina nonnulla dedit Huebner ex. scr. ep. n. 805); fortasse incisum est temporibus Flaviorum***) cum aliarum quoque civitatium Baeticae leges in aes inciderentur (N. 6088. 6089). Capita quaedam (c. 129—131) postea incisa sunt litteris minoribus in spatio antea vacuo relicto, item postea additi sunt numeri singulis capitibus adscripti. — Antequam incideretur, lex subiit manum interpolatoris qui relegens eam sub finem potissimum turbavit vel oneravit insertis additamentis (cap. 98, not. 144) et repetitionibus inanibus, quas quantum fieri potuit uncis ⟨ ⟩ inclusimus (cf. not. 190. 203. 218. 223. 252). (Minus recte ut puto festinationi M. Antonii repetitiones has attribuit Fabricius Herm. l. c.) Cf. Mommsen Eph. ep. 2 p. 121, 3 p. 97.*

*) *Numerabantur quinque, cum tertia, quae sola integra est, in duas partes diffisa inventa esset.*

**) *Videntur fuisse universi instrumenti quinta (vel potius quintae pars posterior), sexta (sextae pars prior), septima (integra), nona (eius pars prior). Cf. conspectum quem dedit Huebner C. I. L. II p. 853.*

***) *Inaequalitate quadam nequaquam tempora diversa indicari ectypis optimis collatis mihi constitit.*

---

273) *Coloni Genetivi Iulienses.* — 274) *Coloniae Genetivae.* — 275) *Insere* prove

Lex municipii Salpensani.

6088 [*R. Ut magistratus civitatem Romanam consequantur.*

XXI. . . *Qui IIvir aedilis quaestor ex hac lege factus erit, cives Romani sunto, cum post annum magistratu*] ‖ abierint, cum parentibus coniugibusque hac liberi[1], qui legitumis nuptis quaesiti in potestatem parentium fuerunt[2], item nepotibus ac neptibus filio | natalis[3], qui quaeque in potestate parentium fuerint: dum ne plures[3a] c. R.[4] | sint, qua[5] quod ex h. l.[6] magistratus creare oportet.

R.[7] Ut qui civitat. Roman. consequantur, maneant in eorundem m. m.[8] | potestate. |

XXII. Qui quaeque[9] ex h. l.[6] exve ex[10] edicto imp. Caesaris Aug. Vespasiani, imp.ve Titi | Caesaris Aug., aut imp. Caesaris Aug. Domitiani, p. p.[11], civitatem Roman. | consecutus consecuta erit: is ea in eius, qui c. R.[12] h. l.[6] factus erit, potestate | manu mancipio, cuius esse deberet si civitate Romana[13] mutatus | mutata non esset, esto, idque ius tutoris optandi habeto, quod | haberet, si a cive Romano ortus orta neq. civitate mutatus mu|tata esset.

R. Ut qui c. R.[14] consequentur, iura libertorum retineant. |

XXIII. Qui quaeve [15]h. l. exve edicto imp. Caes. Vesp. Aug. imp.ve Titi Caes. Vespasian. Au. | aut imp. Caes. Domitiani Aug. c. R. consecutus consecuta erit: is in | libertos libertasve suos suas paternos paternas, qui quae in c. R.[14] [*n*]on | venerit, deque bonis eorum earum et is, quae libertatis causa inposita | sunt, idem ius eademque condicio esto, quae esset, si civitate mutatis[16] | mutatae[17] non esset.

R. De praefecto imp. Caesaris Domitiani Aug. |

XXIIII. Si eius municipi decuriones conscriptive municipesve imp. Caesaris[18] Domitian. | Aug. p. p. IIviratum communi nomine municipum eius municipi de|tulerant[19], imp.ve[20] Domitiani[21] Caesaris[22] Aug. p. p. eum IIviratum receperit | et loco suo praefectum quem esse iusserit: is praefectus eo ve[23] esto, quo | esset si eum IIvir. i. d.[24] ex h. l. solum creari oportuisset, isque ex h. l. solus | IIvir i. d. creatus esset.

---

1) *Scr.* ac liberis, 2) fuerint, 3) natis. — 3a) *Prohibetur ne subrogationibus maior numerum municipum ad civitatem perveniat. Cf. Mommsen Stadtr. p. 405 not. 38; Hirschfeld zur Gesch. des lat. Rechts p. 5.* — 4) *Cives Romani.* — 5) *Scr.* quam. — 6) *Hac lege.* — 7) *Rubrica.* — 8) *Mancipio manu* (mom *est in aere).* — 9) *Scr.* quaeve. — 10) *Dele* ex. — 11) *Patris patriae.* — 12) *Civis Romanus.* — 13) *Dele* Romana. — 14) *Civitatem Romanam.* — 15) *Insere* ex. — 16) *Scr.* mutatus, 17) mutata. — 18) *Scr.* Caesari. — 19) *Scr.* detulerint. — 20) *Scr.* imp.que. — 21) *Scr.* Domitianus, 22) Caesar. — 23) *Scr.* iure. — 24) *Iure dicundo.*

R. De iure praef., qui a IIvir. relictus sit. |

XXV. Ex IIviris qui in eo municipio i. d.[24] p.[25], uter postea ex eo municipio proficiscetur | neque eo die in id municipum *(sic)* esse se rediturum arbitrabitur, quem | praefectum municipi non minorem quam annorum XXXV ex | decurionibus conscriptisque relinquere volet, facito ut is iuret per | Iovem et divom Aug. et dium *(sic)* Claudium et divom Vesp. et divom | Titum Aug. et Genium imp. Caesaris Domitiani Aug. deosque P[*e*]nates: | quae IIviri[26] qui i. d.[24] p.[27], h. l. facere oporteat, se, dum praefectus erit, d. [*t.*][28] quae eo | tempore fieri possint facturum, neque adversus ea [*f*]acturum[29] scientem | d. m.[30]; et cum ita iuraverit, praefectum eum eius municipi relinquito. Ii[31] | qui ita praefectus relictus erit, donec in id municipium alteruter ex IIviris | adierit[32], in omnibus rebus id ius e[*a*]que potestas esto, praeterquam de praefec|to relinquendo et de c. R.[33] consequenda, quod ius quaeque potestas h. l. IIviri in[34] iure dicundo praeerunt datur. Isque dum praefectus erit quo|tiensque municipium egressus erit, ne plus quam singulis diebus abesto. |

R. De iure iurando IIvir. et aedil. et q.[35] |

XXVI. Duovir., qui in eo municipio [*i.*] d. p.[36], item aediles[37] in eo municipio sunt, item | quaestores qui in eo municipio sunt, eorum quisque in diebus quinq. | proxumis post h. l.[38] datam, quique IIvir. aediles quaestoresve postea ex h. l. | creati erunt, eorum quisque in diebus quinque proxumis, ex quo IIvir | aediles[39] quaestor esse coeperit, priusquam decuriones conscriptive ‖ habeantur, iuranto pro contione per Iovem et dium *(sic)* Aug. et divom Claudi|um et divom Vespasianum Aug. et divom Titum Aug. et Genium Domitiani | Aug. deosque Penates: se, quodquemque[40] ex h. l. exquod[41] re communi m. m.[42] Flavi | Salpensani censeat, recte esse facturum, necve[43] adversus h. l.[38] remve commu|ne[*m*] municipum eius municipi facturum scientem d. m.[30], quosque prohi|bere possit prohibiturum, neque se aliter consilium habiturum neq. aliter | daturum neque sententiam dicturum, quam u[*t*][44] h. l. exqua[45] re communi | municipum eius municipi censeat fore. Qui ita non iuraverit, is HS $\overline{X}$ | municipibus eius municipi d. d.[46] esto, eiusque pecuniae deque ea pecunia mu|nicipum eius municipi cui[47] volet, cuique per hanc legem licebit, actio peti|tio persecutio esto.

---

25) *Praeerunt.* — 26) *Scr.* IIvir. *(duovirum).* — 27) *Praeest.* — 28) *Dumtaxat* (d. p. *aes).* — 29) acturum *aes.* — 30) *Dolo malo.* — 31) *Scr.* ei. — 32) *Scr.* redierit. — 33) *Civitate Romana.* — 34) *Scr.* IIviris qui. — 35) *Quaestorum.* — 36) *Praesunt.* — 37) *Insere* qui. — 38) *Hanc legem.* — 39) *Scr.* aedilis. — 40) *Scr.* quodcumque, 41) exque. — 42) *Municipum municipii.* — 43) *Scr.* neque. — 44) *Insere* ex. — 45) *Scr.* exque. — 46) *Dare damnas.* — 47) *Scr.* qui *(cf. supra N. 6087 not. 41; recte lex Malac. cap. 58).*

6088| R. De intercessione IIvir. et aedil.[48] q.[35] |

XXVII. Qui IIvir. aut aediles aut quaestores eius municipi erunt, his IIvir. inter | se et cum aliquis alterutrum eorum aut utrumque ab aedile aedilibus | aut quaestores[49] quaestoribus appellabit, item aedilibus inter se, [50]inter|cedendi in triduo proxumo quam appellatio facta erit poteritque | intercedi, quod eius adversus h. l. non fiat, et dum ne amplius quam semel | quisque eorum in eadem re appelletur, ius potestasque esto, neve quis | adversus ea quicquam[51] intercessum erit, facito. |

R. De servis apud IIvir. manumittendis. |

XXVIII. Si quis municeps municipi Flavi Salpensani, qui Latinus erit, apud IIvir., | qui iure dicundo praeerunt eius municipi, servom suom servamve suam | ex servitute in libertate[52] manumiserit liberum liberamve esse iusserit, | dum ne quis pupillus neve quae virgo mulierve sine tutore auctore | quem quamve manumittat liberum liberamve esse iubeat: qui ita | manumissus liberve esse iussus erit, liber esto, quaeque ita manumissa | liberave[53] iussa erit, libera esto, uti qui optum[54] iure Latini libertini li|beri sunt erunt; tum[55] is qui minor XX annorum erit ita manumittat, | si causam manumittendi iusta[56] esse is numerus decurionum, per quem | decreta h. l. facta rata sunt, censuerit.

R. De tutorum datione. |

XXIX. Cui tutor non erit incertusve erit, si is e[*a*]ve[56a] municeps municipi Flavi Salpensani | erit, et pupilli pupillaeve non erunt, et ab IIviris, qui i. d.[24] p.[25] eius municipi, postu|laverit, uti sibi tutorem det, [57]eum, quem dare volet, nominaverit: dum[58] is, | a quo postulatum erit, sive unum sive plures collegas habebit[58a], de omnium colle|garum sententia, qui tum in eo municipio intrave fines municipi eius erit[59], | causa cognita, si ei videbitur, eum qui nominatus erit tutorem dato. Sive | is eave, cuius nomine ita postulatum erit, pupil. pupillave erit, sive is, a quo | postulatum erit, non habebit collegamque[60] eius in eo municipio intrave | fines eius municipi nemo erit: cum[58] is, a quo ita postulatum erit, causa co|gnita in diebus X proxumis ex decreto decurionum, quod cum duae partes | decurionum non minus adfuerint factum erit, eum, qui nominatus | erit, quo ne ab iusto tutore tutela habeat[61], ei tutorem dato. Qui tutor h. l. | datus erit, is ei, cui datus erit, quo ne ab iusto tutore tutela habeat[61], tam iustus | tutor esto, quam si is c. R.[12] et[62] adgnatus proxumus c. R. tutor esset.

48) *Insere* et (*nisi potius delendum* q.). — 49) *Scr.* quaestore. — 50) *Fortasse inserendum* item quaestoribus inter se. — 51) *Scr.* quid, quom (*vel insere* postquam). — 52) *Scr.* libertatem. — 53) *Insere* esse. — 54) *Scr.* optumo. — 55) *Scr.* dum. — 56) *Scr.* iustam. — 56a) ereve *aes.* — 57) *Insere* et. — 58) *Scr.* tum. — 58a) *Cf. Hirschfeld lat. Recht p. 4 not. 6.* — 59) *Scr.* erunt. — 60) *Scr.* collegam, collegave. — 61) *Scr.* abeat. *Cf. Horat. sat. 2, 3, 218.* — 62) *Fortasse insere* ei.

Prope Malacam rep. a. 1851 una cum N. 6089 et una cum eo adservata, tabula aenea (II 1963 edid. primus Berlanga, illustravit Mommsen die Stadtrechte der latinischen Gemeinden Salpensa und Malaca [Abh. der phil.-hist. Cl. der sächs. Gesellsch. d. Wiss. 2, 1857 p. 371 seq.]). Pars est legis municipio Flavio Salpensano (vide cap. 28. 29) datae (cap. 26) temporibus Domitiani, ante annum 84, quo is Germanicus dici coeptus est, paullo postquam Salpensa oppidum, quod in Baetica fuisse prope Utreram, 20 fere m. p. ab Hispali, tituli II 1281. 1286 declarant, una cum reliquis Hispaniae oppidis (Plin. h. n. 3, 30) ius Latii a Vespasiano acceperat. Quomodo factum sit, ut pars legis Salpensanae reperta sit Malacae, loco a Salpensa complurium dierum itinere (plus minus centum mil. passuum) distante, incertum est (fortasse lex Malacae in aere incisa, nam non in omnibus oppidis fabros aerarios fuisse tali operi aptos consentaneum est, numquam Salpensam pervenit; exemplum cuius partem habemus numquam publice propositum fuisse videtur indicare Domitiani nomen illaesum).

Lex municipii Malacitani.

6089 [R. *De nominatione candidatorum.*

LI. Si ad quem diem professio] | fieri oportebit, nullius nomine aut | pauciorum, quam tot quod creari opor|tebit, pr[*o*]fessio facta eri[*t*], sive ex his, | quorum nomine professio facta erit, | pauciores erunt quorum h. l.[1] comitiis ra|tionem habere oporteat, quam tot[2] cre|ari oportebit: tum is qui comitia ha|bere debebit proscribito, ita u. d. p. r. l. p.[3], | tot nomina eorum, quibus per h. l.[4] | eum honorem petere licebit, quod de|runt ad eum numerum, ad quem crea|ri ex h. l. oportebit. Qui ita proscripti | erunt, ii, si volent, aput eum, qui ea co|mitia habiturus erit, singuli singu|los eiiusdem[4a] condiciones[5] nominato, | ique item, qui tum ab is nominati erunt, si | volent, singuli singulos aput eun|dem eandemque *(sic)* condicione nomina|to; isque, aput quem ea nominatio fac|ta erit, eorum omnium nomina pro|ponito ita ut[6] u. d. p. r. l. p.[3], deque is om|nibus item comitia habeto, perinde |[*] ac si eorum quoque nomine ex h. l. de | petendo honore professio facta esset | intra praestitutum diem, petereque | eum honorem sua sponte cepissent[7] ne|que eo proposito destitissent. |

R. De comitiis habendis. |

LII. Ex IIviris qui nunc sunt, item ex is, qui | deinceps in eo municipio IIviri erunt, | uter maior natu erit, aut, si ei causa qu|ae inciderit q. m.[8] comitia habere pos|sit, tum alter ex his comitia IIvir., item | aedilibus, item quaestoribus rogandis | subrogandis h. l. habeto; utique ea

---

1) *Hac lege.* — 2) *Insere* quot. — 3) *Ut de plano recte legi possint.* — 4) *Hanc legem.* — 4a) *Cf. not. 9.* — 5) *Condicionis.* — 6) *Dele* ut. — 7) *Scr.* coepissent. — 8) *Quominus.*

6089| dis|tributione curiarum, de qua supra con|prehensum est, suffragia ferri debe|bunt, ita per tabellam ferantur facito. | Quique ita creati erunt, ii annum unum | aut, si in alterius locum creati erunt, | reliqua parte eiius[9] anni in eo honore | sunto, quem suffragis erunt consecuti. |

R. In qua curia incolae suffragia | ferant. |

LIII. Quicumque in eo municipio comitia IIviris, | item aedilibus, item quaestoribus rogan|dis habebit, ex curiis sorte ducito unam, | in qua incolae, qui cives R.[10] Latinive cives | erunt, suffragio[11] ferant, eisque in ea cu|ria suffragi latio esto. |

R. Quorum comitis rationem habe|ri oporteat. |

LIIII. Qui comitia habere debebit, is primum IIvir. | qui iure dicundo praesit[12] ex eo genere in|genuorum hominum, de quo h. l. cau|tum conprehensumque est, deinde proxi|mo quoque tempore aediles item quaesto|res ex eo genere ingenuorum hominum, | de quo h. l. cautum conprehensumque est, | creando[13] curato; dum ne cuiius comi|tis rationem habeat, qui IIviratum pe|tet et[14] qui minor annorum XXV erit, qui|ve intra quinquennium in eo honore | fuerint; item qui aedilitatem quaestu-ram|ve petet, qui minor quam annor. XXV erit, | quive in earum qua causa erit, propter || quam, si c. R.[15] esset, in numero decurio|num conscriptorumve eum esse non lice|ret.

R. De suffragio ferendo. |

LV. Qui comitia ex h. l. habebit, is municipes cu|riatim ad suffragium ferendum voca|to ita, ut uno vocatu omnes curias in | suffragium vocet, eaeque singulae in | singulis consaeptis suffragium per ta|bellam ferant. Itemque curato, ut ad cis|tam cuiiusque curiae ex municipibus | eiius municipi terni sint, qui eiius cu|riae non sint, qui suffragia custodiant | diribeant, et uti antequam id faciant qu|isque eorum iurent, se rationem suffra|giorum fide bona habiturum relaturum|que. Neve prohib[*e*]to, q. m.[8] et qui hono|rem petent singulos custodes ad singu|las cistas ponant. Iique custodes ab eo | qui comitia habebit, item ab his positi | qui honorem petent, in ea curia quis|que eorum suffragio[11] ferto, ad cuiius cu|riae cistam custos positus erit, e[*o*]rum|que suffragia perinde iusta rataque sun|to ac si in sua quisque curia suffragium | tulisset.

---

9) *Sic* (EIIVS) *paene constanter scriptum in hac tabula, semperque* CVIIVS, *item semel (cap. 59)* maiiorem *(cf. C. I. L. II ind. gramm. p. 1188). De geminata* I *cf. Quintil. inst. 1, 4, 11, cet. Noli autem propter hanc scribendi rationem credere tabulam hanc antiquioribus temporibus incisam esse quam N. 6088, in qua solito more* i *simplex scribitur. Nec quidquam ei rei tribuendum quod altera* I *plerumque eminet in altum, nam etiam aliae litterae complures saepe ultra reliquarum altitudinem in hac tabula producuntur (Huebner C. I. L. II p. 259b).* — 10) *Romani.* — 11) *Scr.* suffragium. — 12) *Scr.* praesint. — 13) *Scr.* creandos. — 14) *Dele* et. — 15) *Civis Romanus.*

R. Quid de his fieri oporteat, qui | suffragiorum numero pares erunt. |

LVI. Is qui ea comitia habebit, uti quisque curiae | cuiius plura quam alii suffragia habue|rit, ita priorem ceteris eum pro ea curia | factum creatumque esse renuntiat[*o*][16], | donec is numerus, ad quem creari opor|tebit, expletus sit. Quam[17] in curia totidem | suffragia duo pluresve habuerint, ma|ritum, quive maritorum numero erit, | caelibi liberos non habenti qui mari|torum numero non erit; habentem libe|ros non habenti; plures liberos haben|tem pau[*c*]iores habenti praeferto priorem|que nuntiato ita, ut bini liberi post no|men inpositum aut singuli puberes amis|si v[*i*]rive[18] potentes amissae pro singulis | sospitibus numerentur. Si duo pluresve to|tidem suffragia habebunt et eiiusdem | condicionis erunt, nomina eorum in | sortem coicito, et uti quiiusque *(sic)* nomen sor|ti ductum erit, ita eum priorem alis renunti|at[18a].

R. De sortitione curiarum et is, qui cu|riarum numero partes[19] erunt. |

LVII. Qui comitia h. l. habebit, is relatis omnium | curiarum tabulis nomina curiarum in sor|tem coicito, singularumque curiarum no|mina sorte ducito, et ut cuiiusque curiae | nomen sorte exierit, quos[20] ea curia fecerit, | pronuntiari iubeto; et uti quisque prior | maiorem partem numeri curiarum con|fecerit, eum, cum h. l. iuraverit caverit|que de pecunia communi, factum crea|tumque renuntiato, donec tot magistra|tus sint quod h. l. creari oportebit. Si toti|dem curias duo pluresve habebunt, | uti supra conprehensum est de is qui | suffragiorum numero pares essent, ita | de is qui totidem curias habebunt fa|cito, eademque ratione priorem quem|que creatum esse renuntiato. |

R. Ne quid fiat, quo minus comitia ha|beantur. |

LVIII. Ne quis intercedito neve quit aliut fa|cito, quo minus in eo muncipio *(sic)* h. l. | comitia habeantur perficiantur. | Qui aliter adversus ea fecerit sciens ‖ d. m.[21], is in res singulas HS $\overline{\text{X}}$ mu|nicipibus municepii *(sic)* Flavi Malacitani | d. d. e.[22], eiiusque pecuniae deque ea pecun. | municipi eius municipii, qui volet cuique | per h. l. licebit, actio petitio persecutio esto. |

R. De iure iurando eorum, qui maiorem | partem numeri curiarum expleverit. |

LIX. Qui ea comitia habebit, uti quisque eorum, | qui IIviratum aedilitatem quaesturam|ve petet, maiiorem partem numeri curia|rum expleverit, priusquam eum factum | creatumque renuntiet, iusiurandum

---

16) renuntiatq. *aes.* — 17) *Qua.* — 18) utrive *aes.* — 18a) *Renuntiato.* — 19) *Scr.* pares. — 20) quod *aes, sed correctum in* quos. — 21) *Dolo malo.* — 22) *Dare damnas esto.*

6089| adi|gito in contionem *(sic)* palam per Iovem et di|vom Augustum et divom Claudium et divom | Vespasianum Aug. et divom Titum Aug. | et Genium imp. Caesaris Domitiani[23] Aug. | deosque Penates: se eumque[24] ex h. l. facere | oportebit facturum, neque adversus | h. l. fecisse aut facturum esse scientem | d. m.[21]

R. Ut de pecunia communi municipum caveatur ab is, qui IIviratum | quaesturamve petet. |

LX. Qui in eo municipio IIviratum quaesturam|ve petent quique propter ea, quod pauciorum | nomine quam oportet professio facta | esset, nominatim in eam condicionem | rediguntur, ut de his quoque suffragi|um ex h. l. ferri oporteat: quisque eorum, | quo die comitia habebuntur, ante quam | suffragium feratur arbitratu eius qui ea | comitia habebit praedes in commune mu|nicipum dato pecuniam communem eo|rum, quam in honore suo tractaverit, | salvam is fore. Si d. e. r.[25] is praedibus minus | cautum esse videbitur, praedia subsignato | arbitratu eiiusdem. Isque ab iis praedes prae|diaque sine d. m.[21] accipito, quoad recte cau|tum sit, uti quod recte factum esse volet. | Per quem eorum, de quibus IIvirorum quaes|torumve comitiis suffragium ferri opor|tebit, steterit, q. m.[9] recte caveatur, eius qu[*i*][26] co|mitia habebit rationem ne habeto. |

R. De patrono cooptando. |

LXI. Ne quis patronum publice municipibus muni|cipii Flavi Malacitani cooptato patrocini|umve cui deferto, nisi ex maioris partis de|curionum decreto, quod decretum factum | erit, cum duae partes non minus adfue|rint et iurati per tabellam[26a] sententiam tu|lerint. Qui aliter adversus ea patronum | publice municipibus municipii Flavi Ma|lacitani cooptaverit patrociniumve cui | detulerit, is HS $\overline{\text{X}}$ n̄. in [*p*]ublicum munici|pibus municipii Flavi Malacitani d. d. e.; eis|que[27] adversus h. l. patronus cooptatus cui|ius[28] patrocinium delatum erit, ne magis | ob eam rem patronus municipium *(sic)* municipii Flavi Malacitanitanii *(sic)* esto. |

R. Ne quis aedificia, quae restitutu|rus non erit destruat[28a]. |

LXII. Ne quis in oppido municipii Flavi Malacita|ni quaeque ei oppido continentia aedificia | erunt, aedificium detegito destruito demo|liundumve curato, nisi[29] decurionum con|scriptorumve sententia cum maior pars | eorum adfuerit, quod restiturus *(sic)* intra proxi|mum annum non erit. Qui adversus ea fece|rit, is quanti e. r. e.[30], t. p.[31] municipibus municipi | Flavi Malacitani d. d. e.[22], eiusque pecuniae | deque ea pecunia

---

23) *Nomen erasum, sed legitur.* — 24) *Scr.* se ea quae. — 25) *De ea re.* — 26) que *aes.* — 26a) *Cf. infra N. 6299.* — 27) *Scr.* et is qui. — 28) *Scr.* cui|ve. — 28a) *Cf. similia praecepta legis Tarentinae (N. 6086) v. 32 seq. et Ursonensis (N. 6087) cap. 75; item N. 6043.* — 29) *Insere* de. — 30) *Ea res erit.* — 31) *Tantam pecuniam.*

municipi eius municipii | qui volet, cuique per h. l. lice[*b*]it, actio petitio | persecutio esto. |

R. De locationibus legibusque locatio|num proponendis et in tabulas mu|nicipi referendis. |

LXIII. Qui IIvir i. d. p.[32], vectigalia ultroque tributa, | sive quid aliut communi nomine munici|pum eiius municipi locari oportebit, lo|cato. Quasque locationes fecerit quasque | leges dixerit, quanti quit locatum sit et[33] prae|des accepti sint quaeque praedia subdita | subsignata obligatave sint quique prae|diorum cognitores accepti sint, in tabu|las communes municipum eius *(sic)* municipi | referantur facito et proposita habeto per | omne reliquom tempus honoris sui, ita ut | d. p. r. l. p.[3], quo loco decuriones conscripti|ve proponenda esse censuerint. |

R. De obligatione praedum praediorum | cognitorumque. |

LXIV. Quicumque in municipio Flavio Malacitano | in commune municipum eiius municipi | praedes facti sunt erunt, quaeque praedia | accepta sunt erunt, quique eorum prae|diorum cognitores facti sunt erunt: ii om|nes et quae cuiiusque eorum tum[34] erunt, cum | praees *(sic)* cognitorve factus est erit, quaeque pos|tea esse, cum ii obligati esse coeperiint ce|perint[35], qui eorum soluti liberatique non sunt | non erunt aut non sine d. m. sunt erunt, ea|que omnia, quaeque[36] eorum soluta liberata|que non sunt non erunt aut non sine | d. m. sunt erunt, in commune municipum | eiius municipii item obligati obli gataeque *(sic)* sunto, uti ii eaeve *(sic)* p. R.[37] obligati obli|gatave essent, si aput eos, qui Romae aera|rio praessent, ii praedes i[*i*]que[38] cognito|res facti eaque praedia subdita subsigna|ta obligatave essent. Eosque praedes eaque | praedia eosque cognitores, si quit eorum, in | quae cognitores facti erunt, ita non erit, | qui quaeve soluti liberati soluta libera|taque non sunt non erunt aut non sine | d. m. sunt erunt, IIviris, qui ibi i. d. prae|runt, ambobus alteriusve[39] eorum ex de|curionum conscriptorumque decreto, qu|od decretum cum eorum partes tertiae | non minus quam duae adessent factum | erit, vendere legemque his vendundis dicere | ius potestasque esto; dum ea *(sic)*[40] legem is re|bus vendundis dicant, quam legem eos, | qui Romae aerario praeerunt, e lege prae|diatoria praedibus praedisque vendun|dis dicere oporteret, aut, si lege praedia|toria emptorem non inveniet, quam le|gem in vacuom vendendis dicere opor|teret; et dum ita legem dicant, uti pecu|niam infore[41] municipi Flavi Malacitani | referatur luatur solvatur. Quaeque lex | ita dicta [*e*]rit[42], iusta rataque esto. |

---

32) *Iure dicundo praeerit.* — 33) *Insere* qui. — 34) *Insere* fuerunt *(Momms.).* — 35) *Scr.* coeperunt coeperint. — 36) *Dele* que. — 37) *Populo Romano.* — 38) inque *aes.* — 39) *Scr.* alterive. — 40) *Eam.* — 41) *Sic aes. Requiritur* pecunia in publicum municipum *vel* pecunia inde redacta in commune. — 42) dictarit *aes.*

6089| R. Ut ius dicatur e lege dicta praedibus | et praedis vendundis. |

LXV. Quos praedes quaeque praedia quosque cog|nitores IIviri municipii Flavi Malaci|tani h. l. vendiderint, de iis quicumque | i. d. p.[43], ad quem de ea re in ius aditum erit, | ita ius dicito iudiciaque dato, ut ei, qui | eos praedes cognitores ea praedia mer|cati erunt, praedes socii[44] heredesque eorum | isque[45], ad quos ea res pertinebit, de is rebus | agere easque res petere persequi re|cte possit.

R. De multa, quae dicta erit. |

LXVI. Multas in eo municipio ab IIviris prae||fectove dictas, item ab aedilibus quas ae|diles dixisse se aput IIviros ambo alter|ve ex is professi erunt, IIvir, qui i. d. p.[43], in | tabulas communes municipum eiius mu|nicipi referri iubeto. Si cui ea multa dicta | erit aut nomine eiius alius postulabit, ut | de ea ad decuriones conscriptosve refe|ratur, de ea decurionum conscriptorum|ve iudicium esto. Quaeque multae non | erunt iniustae a decurionibus con|scriptisve iudicatae, eas multas IIviri | in publicum municipum eiius municipii redigunto. |

R. De pecunia communi municipum | deque rationibus eorundem. |

LXVII. Ad quem pecunia communis municipum | eiius municipi pervenerit, heresve ei|ius, isve ad quem ea res pertinebit, in die|bus XXX proximis, quibus ea pecunia | ad eum pervenerit, in publicum muni|cipum eiius municipi eam referto. Qui|que rationes communes negotiumve qu|od commun[*e*] municipum eius munici|pi gesserit tractaverit, is, heresve eiius[46] | ad quem ea res pertinebit, in diebus XXX | proximis, quibus ea negotia easve ratio|nes gerere tractare desierit quibusque | decuriones conscriptique habebuntur, | r[*at*]iones[47] edito redditoque decurioni|-[*b*]us conscriptisve cuive de his accipi|endis cognoscendis ex decreto decurio|num conscriptorumve, quod decretum | factum erit cum eorum partes non mi|nus quam duae tertiae adessent, nego|tium datum erit. Per quem steterit, q. | m. ita pecunia redigeretur referre|tur quove minus ita rationes redde|rentur, is, per quem steterit q. m. rationes | redderentur quove minus pecunia redige|retur referret[*ur*], heresque eius isque ad qu|em ea res qua de agitur pertinebit, q. e. r.[48] | erit, tantum et alterum tantum munici|pibus eiius municipi d. d. e., eiusque pecuni|ae deque ea pecunia municipum muni|cipii Flavi Malacitani ⟨eius ea pecunia | municipum Flavi Malacitani⟩[49] qui volet cuique per h. l. licebit actio pe|titio persecutio esto. |

---

43) *Iure dicundo praeerit.* — 44) *Cf. Cic. pro domo 18, 48: praedem socium.* — 45) *Scr.* iique. — 46) *Insere* isve. — 47) rniones *aes.* — 48) *Quanti ea res.* — 49) *Quae uncis inclusimus, orta sunt ex dittographia.*

R. De constituendis patronis causae, cum | rationes reddentur. |

LXVIII. Cum ita rationes reddentur, IIvir, qui decurio|nes conscriptosve habebit, ad decuriones | conscriptosve referto, quos placeat publi|cam causam agere, iique decuriones con|scriptive per tabellam iurati d. e. r. decer|nunto, tum cum eorum partes non minus | quam duae tertiae aderunt, ita ut tres, qu|os plurimi per tabellam legerint, causam | publicam agant, iique qui ita lecti erunt tem|pus a decurionibus conscriptive *(sic)*, quo cau|sam cognoscant actionemque suam or|dinent, postulanto, eoque tempore quod is | datum erit transacto, eam causam uti quod | recte factum esse volet agunto. |

R. De iudicio pecuniae communis. |

LXIX. Quod m. m.[50] Flavi Malacitani nomine pe|tetur ab eo, qui eius municipi munici|pes[51] incolave erit, quodve cum eo agetur | quod pluris HS cIↃ sit neque tanti sit, ut || [*de ea re proconsulem ius dicere iudiciaque dare ex hac lege oporteat: de ea re IIvir praefectusve, qui iure dicundo praeerit eius municipii, ad quem de ea re in ius aditum erit, ius dicito iudiciaque dato* . . . .

Tabula aenea, rep. una cum ea quae praecedit prope Malacam Hispaniae a. 1851, diu servabatur Malacae apud marchionem Loring, nuper translata est (una cum N. 6088 et cum legis N. 6087 parte posteriore) Matritum (II 1964 cf. p. 878 edidit primus Berlanga a. 1853, illustravit Mommsen una cum N. 6088). Imagines utriusque tabulae optime factas edidit Berlanga 'monumentos históricos Malacitanos' (Malac. 1864). Specimina tantum scripturae edid. Huebner Ex. scr. epigr. n. 807. 808. — Pars est legis Malacae sive municipio Flavio Malacitano (cap. LXI. LXII. LXIV seq.) datae eodem sine dubio tempore, quo Salpensae data est lex N. 6088. Exarata esse videtur haec tabula alia manu ac N. 6088, litterarum certe forma non eadem est sed hic illic diversa (cf. Huebner C. I. L. II p. 259b); nec tamen ulla causa est ut vel hanc vel illam incisam esse putemus post tempora Domitiani, cuius aetati utraque scriptura optime convenit.

Aliarum duarum legum municipalium Hispaniae frustula nuper prodierunt, sed minutissima, quorum alterum videtur accurate respondere legis Malacitanae cap. LXVII (Eph. ep. 9, 262).

---

50) *Municipum municipii.* — 51) *Scr.* municeps.

Epistulae imperatorum de constitutione civitatium.

6090 ....ovi penitus ..... | ...... Tymandenis item | .... ad scientiam nostram | ..... tua pertulit, contemplati sumus | [*Tyman*]-denos voto praecipuo, summo etiam | studio optare, ut ius et dignitatem civita|tis praecepto nostro consequantur, Lepide | carissime. Cum itaque ingenitum nobis | sit, ut per universum orbem nostrum civi|-tatum honor ac numerus augeatur eos|que eximie [*c*]upere[1] videamus, ut civitatis | nomen honestatemque percipiant, isdem | maxime pollicentibus quod apud se decu|rionum sufficiens futura sit copia, cre|-didimus adnuendum. Quare volumus, | ut eosdem Tymandenos hortari cu|res, ut voti sui conpotes redditis[2] | cum ceteris civitatibus nostris ea que | ipsos consecutos ius civitatis conpe|-tit recognoscere, obsequio suo nitan|tur inplere. Ut autem sic uti ceteris | civitatibus ius est coeund[*i i*]n curiam, | faciendi etiam decreti et gerend. ce|tera que iure permissa sunt, ipsa quo|-que permissu nostro agere possit, et | magistratus ei itemque aediles, quaes|tores quoque et si qua alia necessaria | facienda sunt, creare debebunt. Quem | ordinem agendarum rerum perpetuo | pro civitatis merito custodiri conve|niet. Numerum autem decurionum | interim quinquaginta hominum in|stituere debebis. Deorum autem in|mortalium favor tribuet, ut aucti[*s* | *e*]orum viribus adque numero mai[*or e*]|orum haberi copia possit.

Yassi Veran in Pisidia, ubi fuit Tymandus (III S. 6866 Mommsen vidit ectypum). — 1) supere *lapis.* — 2) *Scr.* redditi.

6091 Have Ablabi[1] carissime nobis.[2] | Incole Orcisti, iam nuc *(sic)* oppidi et | civitatis, iucundam munificien|tiae *(sic)* nostrae materiem praebue|runt, Ablabi carissime et iucundissi|me. Quibus enim studium est urbes vel no|vas condere vel longaevas erudire vel in|termortuas reparare, id quod petebatur acc[*e*]|ptissimum fuit. Adseruerunt enim vicum suum | spatiis prioris aetatis oppidi splendore floru|isse, ut et annuis magistratum *(sic)* fascibus orna|retur essetque curialibus celebre et populo | civium plenum. Ita enim ei situ adque ingenio | locus opportunus esse perhibetur, ut ex qu|attuor partibus [*e*]o totidem in sese congruant | viae, quibus omnibus [*p*]ublicis mansio [*e*]a me[*di*]|alis adque accommoda esse dicat[*u*]r. Aquaru[*m*] | ibi abundantem aflu[*e*]ntiam, labacra quoqu[*e*] | publica privata[*que*] eorum, istatuis veterum | principum ornata, [*et p*]opulum comm[*a*]nentium adeo celebre[*m*] ....ali ibidem sunt, | [*fa*]cile compleantur pr[*ovi*]sa ex decursibus | praeterfluentium [*aq*]uarum, ...|rum numerum copiosum. Quibus cum omni|bus memoratus locus abundare dicatur, c[*on*|*t*]igisse adseruerunt, ut eos Nacolenses[3] si[*bi* | *a*]dnecti ante id temporis postularent. Quo[*d* | *es*]t indignum temporibus nostris, ut tam

o[*p*|*p*]ortunus locus civitatis nomen amittat, | et inutile commanentibus, ut depraeda|[*t*]ione potiorum omnia sua commoda utilit[*a*]|tesque deperdant. Quibus omnibus quas[*i*] | quidam cumulus accedit, quod omnes | [*i*]bidem sectatores sanctissimae religi|onis habitare dicantur. Qui cum praeca|rentur, ut sibi ius antiquum nomenque | civitatis concederet nostra clementia, | sicuti adno[*t*]ationi[*s*] no[*str*]ae s[*ubiecta*] | cum precibus exem[*p*]la [*t*]estantur, huiusmo|di sententiam dedimus. Nam haec quae in pre|[*ce*]m contulerunt, et nominis et dignitatis || reparationem iure quae|runt obtinere. Proind[*e gra*]|vitatis tuae interces[*sione*] | quae fuerant mu[*tilata*] | ad integrum pris[*c*]i [*honoris* | *re*]duci sancimus, ut et ipsi | [*o*]ppidumque diligen[*tia sua* | *t*]uitum expetito legum [*ad*|*q*]ue appellationis splen|dore perfruantur. Par es[*t* | *ig*]itur sinceritatem tuam | [*q*]uod promptissime pro tempo|[*ri*]s nostri dignitate conces[*si*|*m*]us, erga supplicantes fe[*s*|*ti*]nanter implere. Vale, Abla[*bi*, | *ca*]rissime et iucundissime nobis.

(In eiusdem lapidis latere sinistro.)

[*A*]ct. prid. | kal. Iulias | [*C*]onstantinopoli.

[*I*]mp. Caes. Constantinus | maximus Guth. victor ac trium|[*f*]ator Aug. et Fl. Cla. Constantinus | Alaman.[4] et F[*l. I*]ul. Constantius nnbb. | [*C*]aess. salutem dicunt | ordini civit. Orcistanorum. | Actum est indulgentiae nos|trae munere, ius vobis civita|tis tributum non honore modo | verum libertatis etiam privi|legium custodire. Itaque Na|colensium iniuriam ultra in|dulgentiae nostrae beneficia | perdurantem praesenti re|scribtione removemus, idque | oratis vestris petitionique | deferimus, ut pecuniam, quam | pro cultis ante solebatis in|ferre, minime deinceps dependa|tis. Hoc igitur ad virum praest[*a*]|ntissimum rationalem Asianae dioeceseos lenitas nostra | perscribsit, qui secutus for|mam indulgentiae concessae | vobis pecuniam deinceps pro | supra dicta specie expeti a vo|bis postularique prohibebit. | Bene valere vos cupimus. | [*B*]asso et Abla[*bio*] cons.[5]

Alikel, ubi fuit Orcistus Phrygiae (III S. 7000 lapidem vidit Ramsay, qui quomodo eum investigaverit narrat Herm. 22, 1887 p. 340 seq., ectypum Mommsen). Praeter has imperatorum epistulas in eodem lapide extat initium petitionis ab Orcistanis ad imperatores missae, item pars extrema alterius epistulae, praefecti praetorio ut videtur ad ipsos Orcistanos. — 1) *Ablabius praefectus praetorio Orientis certe ab a. 326 ad a. 337 (cf. Seeck ap. Pauly-Wissowa Realencycl. I p. 103), occisus post mortem Constantini.* — 2) *Epistulam habemus Constantini, datam ut videtur inter a. 323 et 326, certe datam ad preces Orcistanorum (quarum initium in hoc ipso lapide epistulae Constantini subiunctum est) scriptas inter eos annos, scilicet cum Caesares essent Crispus occisus a. 326, Constantinus, Constantius Caesar creatus a. 323.* — 3) *Nacolea, civitas Phrygiae, ibi ubi hodie Sidi Ghasi, cf. C. I. L. III p. 62. 1265.* — 4) *De Alamannici cognomine cf. supra N. 724 not. 1.* — 5) *A. 331. — Confer rescriptum Constantini et filiorum supra N. 705.*

6092 imp. Cae[*s.*] Vespasianus Aug. pon|tifex maximus, tribuniciae | potestatis VIIII, imp. XIIX, consul | VIII[1], p. p., salutem dicit IIIIviris et | decurionibus Saborensium[2]. | Cum multis difficultatibus infirmita|tem vestram premi indicetis, per|mitto vobis, oppidum sub nomine meo, ut | voltis, in planum extruere[3]. Vecti|galia, quae ab divo Aug. accepisse dici|tis, custodio; si qua nova adicere vol|tis, de his procos. adire debebitis, ego | enim nullo respondente constitu|ere nil possum. Decretum vestrum | accepi VIII ka[*l.*] August. Legatos dimi|si IIII. ka[*l.*] easdem. Valete. | IIviri C. Cornelius Severus et M. Septimi|us Severus publica pecunia in aere | inciderunt.

Cañete la Real (intra Malagam et Sevillam) saec. XVI reperta, lamina aenea (II 1423 cf. p. 867 fortasse semel tantum descripta). — 1) *A. 78 (post kal. Iul.).* — 2) *Sabora memoratur apud Plinium h. n. 3, 12.* — 3) *Permittitur Saborensibus, ut oppidum, quod paullo ante cum reliqua Hispania ius Latii acceperat, Flavium appellaretur et ex monte in situm planum commodioremque transferretur (Momms.).*

Tesserae et tabulae patronatus.

6093 [*consc*]riptes cose.[1] T.[2] Fa . . . . . . [*praifecti* | *et p*]raifectura tot[*a Fundi hospitium*] | fecere quom Ti. C . . . . . ., | [*i*]n eius fidem om[*nes nos tradimus et*] | covenumis[3], co[*ptamus eum patronum*], | M. Claudio M. f.[4] . . . . [*cos.*]

Piscis aenei fragmentum, Fundis dicebatur rep., postea fuit Agnone in Samnio: inscriptio legitur in parte aversa plana (I 532. X 6231 vidit Mommsen; Ritschl tab. II K). De tesseris his antiquissimis cf. Mommsen C. I. L. I l. c. — 1) *Consensu.* — 2) *Littera non omnino certa.* — 3) *Convenimus.* — 4) *Consules ita appellati cum multi fuerint saeculo a. u. c. sexto (a. 532. 539. 540. 544. 546. 558. 571. 588. 599, item a. 602), horum annorum uni haec tessera erit adtribuenda (post annum 602 nemo fuit huius nominis consul usque ad a. 703).*

Similis tessera hospitalis, eiusdemque fere aetatis, videtur fuisse piscis aeneus, in cuius parte aversa plana legitur A. Hostilius A. f. | Mancin. *(X 8072, 12 Neapoli vidit Dressel).* — *Monumenta huius generis argumenti mere privati, alterum repraesentans caput arietis dimidiatum rep. in Marsis Notizie degli scavi 1895 p. 87, alterum dextras duas iunctas exhibens rep. in Hispania II S. 5762, hoc loco indicasse sufficit.*

6094 C. Pomponiu[*s*] . . . . . | hospitium tesseram . . . . . [*hospitalem quom*] | s[*e*]natu populoque Cur[*ubitano?*] . . . . [*fecit eidemque*] | eius studio benificieis . . . . [*devincti publice*] | preivatimque C. Pompon[*ium*] . . . . . . [*posterosque*] | eius patronum sibei po[*sterisq. sueis coptaverunt*] . . | quom hospitale tessera . . . . . . | Himilconis f., Zentuc . . . . . . | sufetes. Muthulinim Hi . . . . . | Milcatonis f. *(alia nomina complura mutila).* | Act. a. d. VI k. Mai. C. Caesar[*e*][1] . . .

Tunete Parisios missa, tabula aenea (VIII 10525 ad imaginem editam in actis academiae Parisiacae a. 1809, cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 862). — 1) *Significatur unus ex consulatibus C. Caesaris dictatoris (a. u. c. 695. 706. 708. 709).*

695

6095 P. Sulpicio Quirinio C. Valgio cos.[1] | senatus populusque civitatium stipendiariorum | pago Gurzenses hospitium fecerunt quom L. Domitio | Cn. f. L. n. Ahenobarbo procos.[2], eumque et postereis *(sic)* | eius sibi posterisque sueis patronum coptaverunt *(sic)*, | isque eos posterosque eorum in fidem clientelam|que suam recepit. | Faciundum coeraverunt Ammicar Milchatonis f. | Cynasyn., Boncar Azzrubalis f. Aethogursensis, | Muthunbal Saphonis f., Cui. Nas. Uzitensis.

Ex Africa Cortonam advecta, tabula aenea (VIII 68 viderunt Mommsen et Bormann, cf. Huebner ex. scr. epigr. 863). — 1) *A. u. c. 742.* — 2) *Cf. N. 5601. Una cum hac prodiit similis tabula VIII 69. anni p. Chr. 65.*

6096 IIII non. Mart. | imp. Caesare XIII cos.[1], Acces Licir|ni Intercatiensis[2] tesseram | hospitalem fecit cum ci|vitate Palantina sibi | et filiis suis posterisque. | Aneni Ammedi per mag. | Flaisicum[3] hospitio Ammi | Caenecaeni . . .[4]

In Hispania prope Paredes de Nava agri Pallantini, quae civitas est conventus Cluniensis, rep., lamella aenea (II S. 5763 = Huebner ex. scr. epigr. 865). — 1) *A. u. c. 752.* — 2) *Intercatia oppidum Vaccaeorum.* — 3) *Sine dubio gentis nomen (Huebn.).* — 4) *Nihil deesse putat Huebn. Ceterum cf. Mommsen Herm. 5, 1871 p. 378.*

6097 anno[1] Cn. Cinnai Magn[*i, L. Messallae Volesi cos.*][2] | XV k. Novembris . . . . | Q. Marius Balbus hosp[*itium fecit cum*] | senatu populoque . . . . | liberisque eor[*um eosque liberos*] | posterosque eor[*um in fidem*] clientelamqu[*e suam liberorum*] | posterorumq[*ue suorum recepit*]. | Eg[*erunt*] | M. Fabius . . . . . *(et alia nomina tria).*

In Baetica prope Grazalemam rep., est Matriti, tabula aenea (II 1343 vidit Huebner cf. ex. scr. epigr. n. 866). — 1) *Sic (anno consulum) dictum, non: illis consulibus, quoniam mense Octobri iam alii consules suffecti erant.* — 2) *A. p. Chr. 5.*

6098 M. Aemilio Lepido L. Arrunt. | cos.[1] | k. Mais | ex insula Baliarum maiore senatus | populusque Bocchoritanus[2] M. Atilium | M. f. Gal. Vernum patronum coopta|verunt; | M. Atilius M. f. Gal. Vernus senatum | populumque Bocchoritanum in fidem | clientelamque suam suorumque recepit. | Egerunt | Q. Caecilius Quinctus, | C. Valerius Icesta | praetores.

Pollentiae (Pollenza) in Balearium insula maiore, tabula aenea (II 3695 cf. II S. p. 962 Huebner vidit ectypum). — 1) *A. p. Chr. 6.* — 2) *Cf. Plin. h. n. 3, 77.*

6099 L. Silano flamin[*e*] | Martiali, C. Vellaeo | Tutore cos.[1] | non. Decembr. | senatus populusque Siagitanus[2] hospi|tium fecerunt cum C. Silio C. f. Fab. Aviola | trib. mil. leg. III Aug., praefecto fabrum, | eumque posterosque eius sibi posteris|que suis patronum coptaverunt. | C. Silius C. f. Fab. Aviola eos posterosque | eorum in fidem clientelamque suam | recepit. Agente Celere Imilchonis | Gulalsae filio sufete.

6099[a] L. Silano flam. Mart., | C. Vellaeo Tutore cos.[1] | pridie non. Decemb. | civitas Apisa maius[3] hospitium | fecit cum C. Silio C. f. Fab.

Aviola | trib. milit. leg. III Aug., praef. fabr., | eum liberosque posterosque eius | sibi liberis posterisque suis pa|tronum coptaverunt. | C. Silius C. f. Fab. Aviola trib. milit. | leg. III Aug., pr. fabr., civitatem Api|sam maius liberos posterosque | eorum sibi liberis posterisque | suis in fidem clientelamque | recepit. Egerunt | Hasdrubal *(sequuntur nomina pleraque corrupta, in fine)* Aris Ioiapoi, | Saepo Chanaebo legati.

6100 M. Crasso Frugi L. Calpurnio | Pisone cos.[4] | III non. Febr. | civitas Themetra ex Africa hospitium | fecit cum C. Silio C. f. Fab. Aviola [*eu*]m | liberos posterosque eius sibi liberis | posterisque suis patronum cooptave|runt. | C. Silius C. f. Fab. Aviola civitatem Theme|trensem liberos posterosque eorum | sibi liberis posterisque suis in fidem | clientelamque suam recepit. | Egerunt Banno Himilis f., sufes; Azdrubal Baisillecis f., | Iddibal Bos[*t*]haris f., leg.[5]

Zenani in valle Trumplinorum supra Brixiam rep., tabulae aeneae tres (V 4922. 4921. 4919 huius ectypum ex ipso aere sumptum edidit Maffeius, illae circa a. 1600 bis vel ter descriptae postea non comparuerunt). Quarta similis tabula est V 4920. — 1) *Consules suffecti, sine dubio circa a. p. Chr. 27 (anno 26 ut puto, cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 246 n. 548). —* 2) *Cf. C. I. L. VIII p. 124. —* 3) *Cf. ib. p. 97. —* 4) *A. p. Chr. 27. —* 5) *Legati.*

Tabulas has apparet una olim adservatas fuisse in villa Silii Aviolae. Similiter ex ruderibus domorum vel villarum prodierunt tabulae una cum pluribus aliis ad eundem virum pertinentibus repertae N. 6111. 6117. Contra ex tabulariis municipalibus et aliae pleraeque prodierunt et potissimum Paestanae N. 6112. 6114.

6101 M. Licinio Crasso | L. Calpurnio Pisone cós.[1] | IIII k. Maias | gentilitas[2] Desoncorum ex gente Zoelarum[3] | et gentilitas Tridiavórum ex gente idem | Zoelárum hospitium vetustum antiquom | renovaverunt, eique omnes alis alium in fi|dem clientelamque suam suorumque libero|rum posterorumque receperunt. Egerunt | Arausa Blecaeni et Turaius Clouti, Docius Elaesi, | Magilo Clouti, Bodecius Burrali, Elaesus Clutami, | per Abienum Pentili magistratum Zoelarum. | Actum Curunda. | Glabrione et Homullo cos.[4] V idus Iulias | idem gentilitas Desoncorum et gentilitas | Tridiavorum in eandem clientelam eadem | foedera receperunt ex gente Avolgigorum | Sempronium Perpetuum Orniacum[5], et ex gente | Visaligorum Antonium Arquium, et ex gente | Cabruagenigorum Flavium Frontonem Zoelas. | Egerunt | L. Domitius Silo et | L. Flavius Severus | Asturicae.

Asturicae ut videtur rep., deinde Romae, iam Berolini, tabula aenea fastigiata (II 2633 cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 874). — 1) *A. p. Chr. 27. —* 2) *Cf. supra N. 3639. —* 3) *Cf. Plin. h. n. 3, 28; Huebner C. I. L. II p. 363. —* 4) *A. 152. —* 5) *Cf. Ptol. geogr. 2, 6, 33.*

De hac tabula dixit Mommsen roem. Forsch. 1, 529 not. 5.

6102 C. Laecanio Basso, | Q. Terentio Culleo|ne cos.[1] | Clunienses ex Hispania | citeriore hospitium fe|cerunt cum C. Terentio | Basso C. f.

Fab. Mefanate | Etrusco[2], praefecto alae | Augustae, liberis posteris|que eius, sibi liberis posteri|sque suis. Egerunt leg. | C. Magius L. f. Gal. Silo, | T. Aemilius Fuscus.

Cluniae in Hispania rep., tabula aenea (II S. 5792 Huebner vidit ectypum). — 1) *Consules suffecti fuerunt aestate anni p. Chr. 40 (fast. fer. Lat., C. I. L. I ed. 2 p. 58).* — 2) *Cf. supra N. 2249 not. 1.*

6103 Nerone Claudio Caesare | Aug. Germanico L. Antistio Vetere cos.[1] | k. Augustis | Q. Iulius Q. f. Qui. Secundus legatus pro | praetore[2] hospitium fecit cum | decurionibus et colonis colonia | Iulia Aug. legionis VII Tupusuctu sibi | liberis posterisque suis eosque pa|trocinio suo tuendos recepit. Agentibus legatis | Q. Caecilio Q. f. Palatina Firmano, | M. Pomponio M. f. Quir. Vindice.

Hippone Regio Africae empta ab Hispano quodam, reperta sine dubio Tupusuctu (cf. supra N. 645), iam Parisiis, tabula aenea (VIII 8837 vidit Wilmanns, cf. Huebner ex. scr. epigr. 870). — 1) *A. 55.* — 2) *Fortasse legatus fuit provinciae Baeticae.*

6104 Nerone Claudio Caesare | Aug. Ger. II, | [*L.*] Caesio Martiale cos.[1], VIII | idus Decembris civitas Pom|pe[*l*]onensis hospitium renova|vit cum L. Pompeio [*L.*] f. Ani. | Primiano | liberis posterisq. eius. | Egerunt leg. Sex. | Pompeius Nepos, . . Sergius Cres|cens.

Prope Pompaelonem (Pamplona) rep., tabula aenea (II 2958 semel descripta saec. XVII). — 1) *A. 57.*

6105 imp. Domitiano [*Aug. VIII*] | T. Flavio Sabi[*no cos.*][1] | idibus Iu[*n.*][2] | in colonia Flavia Pacis Deultensium i[*n curia?*] . . . . | Ialca et C. Occeius Niger IIviri verba fec[*erunt . . . . . Avi*]|dió Quietó[4] leg. Aug. ornatissimo viro [*deferendum patrocinium*] | coloniae nostrae esse, q. d. e. r. fie[*ri p., d. e. r. i. c.*[5]] | Cum militaverimus in leg. VIII Aug. et emer[*itis XXV stipendiis*] | a sacratissimo imp. in coloniam Deultum [*deducti simus, peten*]|dum ab eo ut secundum summam human[*itatem suam digne|tur pat*]rocinium succipere coloniae n[*ostrae, tabulamque* | *de ea re con*]scriptam in domu sua poni pe[*rmittat, ut ita* | *ipse gaudeat*] humanitate sua incrementi[*que nostri* | *status ita officia*]que eius nota sint.[6] | [*Scri*]bendo adfuerunt *(sequuntur vel sequebantur nomina).*

Romae rep. in Esquilino, tabula aenea (VI 3828. 31692 contulit Huelsen, cf. Huebner ex. scr. epigr. 872; imago est Bull. commiss. arch. comunale di Roma 1877 tab. IV. V). — 1) *A. 82.* — 2) *Sic vel* Iu[*l.*]. — 3) *Deultum oppidum Thraciae.* — 4) *Fortasse T. Avidius Quietus, qui videtur fuisse legatus Britanniae a. 98 (dipl. mil.). Sed eum cum patronus cooptaretur a Deultensibus, legatum Augusti pro pr. fuisse provinciae Thraciae nequaquam certum est.* — 5) *Cf. N. 6106 not. 6.* — 6) *Supplementa sunt Mommseni.*

6106 L. Arruntio Stella | L. Iulio Marino cos.[1] | XIIII k. Nov. M'. Acilius Placidus, L. Petronius Frontó | IIIIvir. i. d. s. c.[2] Ferentini in curia aedis Mer|curi, scribundo adfuerunt Q. Segiarnus Mae|cianus,

T. Munnius Nomantinus. | Quod universi v. f.[3]: T. Pomponium Bassum[4], claris|simum virum, demandatam sibi curam[5] ab | indulgentissimo imp. Caesare Nerva Traiano | Augusto Germanicó, qua aeternitati Italiae | suae prospexit, secundum liberalitatem eius | ita ordinare, ut omnis aetas curae eius merito | gratias agere debeat[5], futurumque, ut tantae | virtutis vir auxilió sit futurus municipio | nostro, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.[6]: | Placere conscriptis legatos ex hoc ordine | mitti ad T. Pomponium Bassum, clarissi|mum virum, qui ab eó impetrent, in clien|telam amplissimae domus suae muni|cipium nostrum recipere dignetur, | patronumque se cooptari, tabula | hospitali incisa hoc decretó in domó | sua posita, permittat. Censuere. | Egerunt legati: | A. Caecilius A. f. Quirinalis et | Quirinalis.

Romae rep. in Quirinali, iam Florentiae, tabula aenea (VI 1492; cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 873). — 1) *Consules videntur fuisse a. 101 cf. Martial. 12, 3, 10; Mommsen Hermae vol. 3 p. 123 sq.* — 2) *Senatum consuluerunt.* — 3) *Verba fecerunt.* — 4) *Idem supra N. 5840 (not. 1).* — 5) *Curam Pomponio Basso demandatam pertinuisse ad pecunias alimentarias perspicitur ex tabula Veleiate N. 6675 (= XI 1147) pag. 3, 13. 53.* — 6) *Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.*

6107 Sex. Sulpicio Tertullo | Q. Tineio Sacerdote cos.[1] | k. Sept. | [*c*]olónia Iuli[*a*] Augusta [*U*]s[*el*]is hospiti|um fecit cum M. Aristio Ba[*l*]binó Ati|niano eum[*que*] sibi liberis posterisq. | suis patro[*num*] cooptaverunt. | M. Aristius Balbinus Atinianus hos|pitium fecit cum populo colon. Iuliae | Aug. Uselis, liberos posterosque eo|rum in fidem clientelamque suam | suorumque recepit. | Egerunt legati | L. Fabriciu[*s*] Faustus IIvir qq., Sex. Iunius Cassi|anus, C. Asprius Felix, C. Antistius Vetus scrib.

In agro Caralitano, fortasse prope vicum Usellus, ubi Uselis videtur fuisse, rep., est Cagliari, tabula aenea (X 7845 vidit Mommsen; cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 875). — 1) *A. 158.*

6108 Materno et Br[*a*]d[*ua*] | cos.[1] [*k*]al.[2] Novem. respublica Pompelonensis | cum P. Sempronio Taurino | Dam[*a*]nitano[3] liberis posterisq. | eius hospitium iunxit eum|que sibi civem et patronum | cooptavit. | Egerunt T. Antonius Pa|ternus et [*L.*] Caecilius | Aestivus.

Pompaelone (Pamplona) rep. una cum N. 6104, tabula aenea (II 2960 semel descripta saec. XVII). — 1) *A. 185.* — 2) cal. *traditur.* — 3) *Cf. Plin. h. n. 3, 3, 24, Ptol. 2, 6, 63.*

6109 imp. Caes. M. Aur. Severo Alexandro | cos.[1] eidib. Aprilibus | concilium conventus Clunien[s.] | G. Marium Pudentem Cornelia|num leg. leg.[2], c. v., patronum | sibi liberis posterisque suis | cooptavit ob multa et egregia | eius in singulos universos|que merita, per legatum | Val. Marcellum | Cluniensem.

Romae rep. in Aventino, est in bibliotheca Vaticana, tabula aenea (VI 1454 vidit de Rossi). — 1) *A. 222.* — 2) *Legatum legionis (septimae Geminae ut videtur).*

6110 C. Vettio Attico et | C. Asinio Praetextato cos.[1] | pr. idus April. | Peltuini Vestinis in curia Aug., ordinem habentibus T. Avidi|acco Restituto et T. Blaesio Natale aedd. qq.[2], scribundo ad|fuerunt[2a]. Quod universi verba fecerunt: | Nummiam Variam, c. f.[3], sacerdotem Veneris Felicis, ea adfecti|one adque prono animo circa nos agere coepisse pro instituto | benivolentiae suae, sicut et parentes eius semper egerunt, ut | merito debeat ex consensu universorum patrona praefecturae | nostrae fieri, quo magis magisque hoc honore, qui est aput nos potissi|mus, tantae claritati eius oblato dignatione benignitatis eius glori|osi et in omnibus tuti ac defensi esse possimus, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.[4]: | Placere universis conscriptis Nummiae Variae, c. f., sacerdoti Veneris | Felicis, pro splendore dignitatis suae patrocinium praefecturae nos|trae deferri petique ab eius claritate et eximia benignitate, ut hunc | honorem sibi a nobis oblatum libenti et prono animo suscipere | et singulos universosque nos remque publicam nostram in cli|entelam domus suae recipere dignetur et in quibuscumque | ratio exegerit, intercedente auctoritate dignitatis suae, tutos de|fensosque praestet; tabulamque aeneam huius decreti n.[5] verba conti|nentem offerri ei per Avidiaccum Restitutum et Blaesium Natalem qq., | item Numisenum Crescentem et Fl. Priscum primores ord. n.[5] viros. Censuer.

Romae olim, tabula aenea (IX 3429 ad ectypum servatum in codice Pighii Berolinensi cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 878). — 1) *A. 242.* — 2) *Aediles quinquennales. Apparet Peltuini aediles summum magistratum fuisse; cf. Mommsen C. I. L. IX p. 324.* — 2a) *Aut desunt nomina eorum qui scribendo adfuerunt, aut corrigendum:* scribundo adfuerunt universi *(cf. N. 272).* Quod verba *cet.* — 3) *Clarissimam feminam. Eadem Varia memoratur IX 395. 3436; fortasse eadem est V 4353.* — 4) *Cf. N. 6106 not. 6.* — 5) *Nostri.*

6111 Populonii[1]. | Dd. nn. Crispo et Constantino iun. nobb. | Caess. iterum III idus Mart. conss.[2], | coloni coloniae Concordiae Ulpiae Traianae | Augustae Frugiferae Hadrumetinae | Q. Aradium Valerium Proculum v. c., praesidem provinc. Val. Byzacenae, liberos posterosque eius | sibi liberis posterisque suis patronum coopta|verunt. Q. Aradius Valerius Proculus v. c., praeses | provinc. Val. Byzacenae, colonos coloniae Com|cordiae Ulpiae Traianae Augustae Frugiferae | Hadrumetinae, liberos posterosque eorum in [*fi*]|dem clientelamque suam liberorum | posterorumque suorum recepit.

6111a dd. nn. Crispo et Constantino nobill. Caess. II coss. | V idus April. | decuriones et coloni coloniae Aeliae Au|gustae Mercurialis Thaenit.[3] cum Quin|to Aradio Valerio Proculo v. c., praesid. s.[3a] | provinc. Val. Byzac., hospitium cliente|lamque fecissent[4] et sibi liberisque suis | posterisque eorum cooptassent, Quintus | Aradius Val. Proculus v. c., praes. provin. Val. | Byzac. a decurionibus[5] et colonis col. Ael. Aug. | Merc. Thaenit.

hospitio clientelaque | suscepisset liberisque suis posteris|que eorum. In quam rem legatos ire | dixerunt universos ordinis viros | censentibus cunctis. Agentibus | curiam Q. Valerio Marcello et C. Hor|tensio Concilio duoviris.

6111^b Feliciter. | Dd. nn. Crispo et Constan|tino nobb. Caess. it. coss. | X kal. Mai. | Quod Q. Aradium Val. Proculum | c. v., praesidem prov. Val. Byzac., | Faustianenses[6] patronum coop|taverunt cum liberis posterisque | eius, tesseram hospitalem | cum eo fecerunt, uti se in fidem | atque clientelam vel suam | vel posterorum suorum | reciperet, atque ita in hac | re splendidissimus ordo | eiusdem civitatis Fausti|anensis legationem pro|secutus est.

6111^c b. b.[7] | Petronio Probiano et Anicio Iuliano coss.[8] | prid. kalendas Apriles | coloni coloniae Aeliae Hadrianae Aug. | Zamae Regiae[9] | Q. Aradium Valerium Proculum ipsum | liberos posterosque eius sibi liberis poste|risque suis patronum cooptaverunt. | Q. Aradius Valerius Proculus colonos | col. Ael. Hadrianae Aug. Zamae Reg. ipsos li|beros posterosq. eorum sibi liberis posteris|que suis in clientelam recepit. Egerunt | C. Mucius B[*r*]utianus Faustinus Antonianus v. e., flam. Aug. p. p., aug., cur. r. p. *(sequuntur alia nomina).*

Romae rep. ibi ubi N. 1240—1242 (VI 1687. 1685. 1688. 1686 vidit Mommsen Neapoli, cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 882. 881. 883, praeter tertiam). Una repertae sunt similes tabulae VI 1684. 1689. — 1) *Signum Valerii Proculi, cf. ad N. 1240. 1242.* — 2) *A. 321.* — 3) *Thaenae in ora Africa, cf. C. I. L. VIII p. 10.* — 3[a]) *Scr.* praeside. — 4) *Requiritur* fecerunt *et sic deinceps.* — 5) *Structura perturbata.* — 6) *Civitas praeterea ignota.* — 7) *Bonis bene (cf. N. 4475 not. 2).* — 8) *A. 322.* — 9) *De Zama cf. supra ad N. 4454 not. 2.*

6112 Fl. Feliciano[1] et Fabio Titiano conss.[2] | pridiae *(sic)* kal. Maias | An[*t*]on[*iu*]s Re . . . o[1] et Oppius Silbester IIviri | coloniae Paestanorum cum in curia Caesarea | frequentes decuriones adfuissent, berba | fecerunt: Iandudum *(sic)* per decretum nostrum | patronatus ho[*n*]orem[3] Aurelio Gentiano[4] v. p.[5] | optulimus tabulamque aeream subsecutu|ram polliciti sumus. Itaq. optimum est, | sanctissimi condecuriones, ut sponsioni | nostrae pareamus. Quapropter offeren|da est tabula patronatus eidem Aurelio | Gentiano v. p., quam cum suscipere fuerit | dignatus, speramus forte[6], quod et nos et | patriam nostram in omnibus fobeat. | Ab ordine dictum est: placet; placet com|pleri sponsionem nostram, ut tabula | patronatus aere inciso Aurelio Genti|ano v. p. offeramus, quam credimus | eum et libenter suscipere et in om|nibus nos patriamque nostram | fobere.

Paesti rep., tabula aenea, est Neapoli (X 476 vidit Mommsen; cf. Huebner ex. scr. epigr. 885). — 1) *Cf. not. 4.* — 2) *A. 337.* — 3) haorem *incisum est.* —

4) *Erasum nomen eius cui tabula oblata est, item erasa nomina alterius consulis alteriusque duoviri.* — 5) *Viro perfectissimo.* — 6) *Scr.* fore. — *In parte aversa eiusdem tabulae extat decretum plane eisdem verbis conceptum, anni p. Chr. 347. Apparet cum Aurelius Gentianus nescimus quam ob causam meruisset ut honor eius tolleretur, tabulam patronatus quae Paesti remanserat post annos decem adhibitam esse ad similem usum. Tertium simile decretum Paestanorum est N. 6114.*

6113 Antonio Marcellino | et Petronio Probino cons.[1] | II nonas Maias, | succlamante populo empurii Naunae[2] | de[*v.*][3] offerendam tabulam aeris incisam | patronatus M. Sal. Balerio viro splendido, | cui iam dudum secundum bocis[4] eiusdem populi | et boluntatem onorem patronatus ei oblatum est, | q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.[5] Cum devotus populus | iam pridem M. Sal. Balerio publice onorem patronatus | ei optulerit, cuius immensa beneficia semper non tantum | in municipes[6], sed berum etiam in nos ipsos contulerit, | empurium quoque nostrum ita semper dilexerit, | ut, ubicumque res exegit, tutos defensosq. praestiterit, | propter quod necesse est eum remunerari oportere: | placet itaque universo populo empurii Naunitani, tabulam | aere incisam ei offerre devere, quo digne onore | sibi collatum a devotissimo populo empurii nostri libenti | animo suscipiat. | Censuentibus C. Iul. Secund. *(sequuntur plura nomina corrupta).*

Nereti (Nardò) in Calabria rep. a. 1595, tabula aenea fastigiata (IX 10 descr. Hieronymus quidam Marciano, satis accurate ut videtur). — 1) *A. 341.* — 2) *Emporium hoc praeterea ignotum.* — 3) deo *(vel* ded.*) apographum; correxit Hirschfeld.* — 4) *Voces.* — 5) *Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 6) *Intellege Neretinos.*

6114 *(caput iuvenis capillatum et pileatum)* Helpidi homo felix, | deus te servet![1] | Flaviis Leontio et Bonoso conss.[2], | VI idus Apriles. | Cum cibes frequentes coloniae Paestano|rum coegissent, berba fecerunt: | Non aliunde aestimamus statum cibitatis | altiorem cultioremque reddi, nisi indus|trium *(sic)* virorum patrocinio fulciantur | optimi cibes. Igitur Helpidio honestis|simo viro pro dignitate sua patronatum | offeramus. Credimus, quod in omnibus nos | patriamque nostram fobere dignetur. | Helpidio. | Placet. Placet Helpidio honestissimo | viro, cuius tanta aequitas tranquilli|tas dignitas iustitia innocentia huma|nitas ex origine propa[*g*]ata monstra|tur, cuiusque[3] proles sanctissimi et eius | veneravilis flos decusque est, tabulam | patronatus sic, uti parentibus eius op|tulimus, offeramus. Quem si accipe|re fuerit dignatus, speramus quod | pro honestate nominis sui in omnibus | nos aequo sinceraeque animo[4] aspi|cere ac fobere dignetur.

Paesti rep., tabula aenea, est Neapoli (X 478 vidit Mommsen cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 884). — 1) *Hucusque scriptum in fastigio tabellae.* — 2) *A. 344.* — 3) *Scr.* civisque. — 4) *Scr.* animo sinceraeque.

6115 . . . . [*homo*] felix![1] | Post conss. dd. nn. Arcadi III et Onori II | Augg.[2] ϛ[3] ka. April. Genusiae[4], | referentibus Val. Fortunato et Aur. |

Silvano qq.[5], verva fa[c]ta[6] sunt de cooptan|do patrono Fl. Sucesso hornat[o] et ex|plendido *(sic)* viro, quod t[*ant*]a fa|miliaritate et [*indu*]stri|a sua singulos u[*ni*]bersos|que tueatur et fobeat: pla|cet igitur huic tabula[*m*] | aere incisum *(sic)* per viros [*p*]ri[*n*]cipales | offerri et aput [*p*]enates domus | huius dedicari. Censuerunt.

Neapoli, incertum ubi reperta (fortasse Genusiae, cf. not. 4), tabula aenea (IX 259 vidit Mommsen, cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 887). — 1) *Cf. N. 6114. —* 2) *A. 395. —* 3) *Sextum. —* 4) *Genusia oppidum Apuliae, C. I. L. IX p. 27. —* 5) *Quinquennalibus. —* 6) FAOTA *est in aere neglegenter scripto, et similiter deinceps.*

6116 A *(signum Christi)* ω | Fl. Hygino v. c., comiti | et praesidi p. M. C.[1], | ob merita iustitiae | eius tabulam patro|natus post decursam | administrationem | ordo Tipasensium | optulit.

Cordubae, tabula aenea rep. a. 1672 (II 2210 bis ut videtur descripta). — 1) *Provinciae Mauretaniae Caesariensis.*

6117 *(monogramma Christi)* | Cl. Lupicino[1] v. c., | consulari | Maxime Senonie[2], | ob inlustria merita | civitas Senonum[3] | patrono suo dedicavit.

6117[a] *(monogramma Christi)* | Cl.[4] v. c., consulari Maxime | Senonie, Autissiodu|rensium civitas.[5] |

Tantis pro meritis felix | provincia per t[*e*][6] |
que tribuit tabulas | statuas decernere vellet.

6117[b] *(monogramma Christi)* |

pectora si resecet scrutans | Aurelianorum[7] |
hoc opus *(vacat)*[8].

Inter Burdigalam et Aginnam (Agen) rep. in ruderibus villae antiquae, prope vicum Monséjour, tabulae aeneae tres in fastigium triangulare superne finientes (XIII 921 vidit Hirschfeld; cf. Huebner ex. scr. epigr. 886). Buecheler carm. epigr. n. 329. — 1) *Lupicinus hic diversus a Lupicino magistro militum inde ab a. 359 (Amm. Marcell. 18, 1, 7 cet.), consule ord. a. 367, illustris dignitatis viro. —* 2) *Provincia Senonia, memorata in Polemii Silvii laterculo (Momms. chron. min. I p. 538) et in Notitia Galliarum (ib. p. 587) et in Notitia dignitatum, videtur instituta esse a Magno Maximo (cf. supra N. 787). —* 3) *Agedincum, hodie Sens (cf. C. I. L. XIII, 1 p. 443). —* 4) *Lupicini nomen omissum videtur. —* 5) *Autessiodorum, hodie Auxerre; cf. supra N. 5837. —* 6) ti *aes. —* 7) *Civitas Aurelianorum, antea Cenabum, hodie Orléans; cf. C. I. L. XIII, 1 p. 472[b]. —* 8) *Cf. Buecheler l. c.*

Omisi aera nonnulla minora vel fracta: V 5127. 5912; VI 29682. 31693; IX 2464; XI 844 (= Huebner ex. scr. epigr. 864); VIII 69 (= Huebner n. 871); Eph. ep. 8, 227 (X 1719 non huc pertinet). — Similia monumenta patronatus collegiorum dabimus infra cap. XV.

6118 tessera pagi | Minervi. | M. Grattius | M. f. Pap. | mag. pagi | d. s. p. d.

Hippone Diarrhyto (Bizerte) rep. intra vas aeneum, tabula aenea ansata, apta ad appendendum (Villefosse comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1893 p. 320 cum imagine).

6119 tesseram paga|nicam L. Vera|tius Felicissi|mus patronus | paganis pagi | Tolentines. hos|tias lustr. et tesser. | aer. ex voto l. d. d., | V id. Mas. *(sic)* felicit.

Tolentini, tabella aenea cum foramine supra ad appendendum, iam Berolini (IX 5565 cf. Huebner ex. scr. epigr. 910).

6120 tessera[1] | pagana, fecit | L. Farusanus | Favor magis|terio suo pub. | donavit pa[*g*]o | Paetiniano[2], | fundo C. Terenti | Iunioris | L. P. servitor[3].

Petignani, qui vicus est prope Perusiam ad Tiberim, rep., tabella aenea ansata, in ansa foramen ad appendendum (XI 1947 vidit Bormann). — 1) *Signum quoddam hoc loco extans videtur esse interpunctionis vice.* — 2) *Apparet ab hoc pago nomen vici Petignano ortum.* — 3) *Non intellego.*

Tesseras has, licet diversas ab iis quae praecedunt, tamen hoc loco collocare placuit. Villefossius contulit tesseram supra editam N. 5162. Ceterum cf. N. 6507.

Alba decurionum.

6121 L. Mario Maximo II, L. Roscio Aeliano cos.[1],
M. Antonius Priscus, L. Annius Secundus[2] IIvir. quinquenn.
nomina decurionum in aere incidenda curaverunt.

patroni cc. vv.[3]:	quinquennalicii:	aedilicii:
App. Claudiu s Iulianu s[4]	T. Ligeriu s Postuminu s[14]	T. Flaviu s Crocalianu s
T. Loreniu s Celsu s	T. Annaeu s Rufu s	*(et alia nomina duo-*
M. Aediniu s Iulianu s[5]	L. Abucciu s Proculu s	*deviginti, in his)*
L. Didiu s Marinu s[6]	T. Aeliu s Rufu s	L. Faeniu s Merop s iun.
(et alia nomina viginti	T. Aeliu s Flavianu s	quaestoricii:
septem, in his)	M. Antoniu s Priscu s	L. Ceiu s Asclepiodotianu s
M. Statiu s Longinu s[7]	L. Anniu s Secundu s	*(et alia nomina octo)*
C. Petroniu s Magnu s[8]	allecti inter quinq.:	pedani:
M. Statiu s Longinus iun.	C. Galbiu s Soterianu s	Q. Fabiu s Fabianu s
patroni eeqq. RR.[9]:	L. Abucciu s Iulianu s	*(et alia nomina tri-*
P. Gerellanu s Modestu s	C. Siliu s Ant[*h*]u s	*ginta et unum)*[16]
T. Ligeriu s Postuminu s[10]	P. Aeliu s Victorinu s[15]	praetextati:
T. Munatiu s Feli x	IIviralicii:	T. Flaviu s Frontinu s
T. Flaviu s Crocalianu s[11]	A. Caeselliu s Proculu s II	C. Iuliu s Hospitali s iun.
C. Galbiu s Soterianu s[12]	L. Faeniu s Merop s II	L. Abucciu s Proculu s iun.
T. Aeliu s Rufu s[13]	L. Abucciu s Maximianu s	*(et alia nomina vi-*
T. Aeliu s Flavianu s[13]	Q. Iuniu s Alexande r II	*ginti duo).*
Q. Coeliu s Sabinianu s	*(et alia nomina viginti*	
	quinque)	

Canusii rep., est Florentiae, tabula aenea (IX 338 Mommsen vidit ectypum). — 1) *A. 223.* — 2) *Redeunt hi inter quinquennalicios extremi.* — 3) *Clarissimi viri.* — 4) *Videtur esse is qui iterum consul fuit ordinarius a. 224.* — 5) *Praefectus Aegypti videtur fuisse eo ipso quo hoc album incisum est tempore, teste papyro Oxyrynchitano (ed. Grenfell et Hunt) n. 35.* — 6) *Filius ut videtur eius qui supra N. 1396.* — 7) *Fortasse idem qui, testibus nummis, legatus Moesiae inferioris fuit sub*

Macrino. — 8) *Nomen erasum (sed legitur). Fortasse hic Magnus vir consularis occisus a Maximino (Herod. 7, 1, 5; vit. Maximin. 10, 1).* — 9) *Equites Romani.* — 10) *Idem redit inter quinquennalicios loco primo.* — 11) *Redit inter aedilicios loco primo.* — 12) *Redit inter allectos inter quinquennales loco primo.* — 13) *Redeunt inter quinquennalicios.* — 14) *Cf. not. 10.* — 15) *Quinquennalicios septem cum adlectis his quattuor decemprimos vel undecimprimos ordinis fuisse coniecit Seeck in eph. Beiträge zur alten Gesch. 1, 156, parum probabiliter.* — 16) *Nomina hucusque enumerata, praeter patronorum nomina, centum esse, id est iustum numerum decurionum, dudum observatum est. Cf. Marquardt Staatsverw. I ed. 2 p. 189.*

6122

albus ordinis col. Thamg.[1],
vv. cc.[2]:
Vulcacius Rufinus[3] ptr.[4]
Marius Decianus ptr.
Insteius Lampadius ptr.
Pompeus Deuterius ptr.
Cornelius Valentinus ptr.
Valerius Erenianus[5]
Sessius Pulverius[6]
Valerius Porphyrius
Cessius Trigetius
Cessius Andanius

Plotius Florentinus vir p.[7], fl. p.[8]
Elius Ampelius vir p.[7]

sacerdotales[9]:
Iul. Paulus Trigetius ptr.
Antonius Victor fl. p.
curator:
Octavius Sosinianus fl. p.
duoviri:
Sessius Cresconius aug.[10]
Papirius Vitalis[11] fl. p.
Corfidius Valentinianus fl. p.
(et alia nomina flaminum perpetuorum sedecim[12], in his)
Claudius Saturus fl. p., exct.[13]
Aurelius Maximus fl. p., exct.
Plotius Pretextatus fl. p.
Agrius Pretextatus[14] fl. p.
Cincius Innocentius fl. p.
Iulius Gubernius fl. p.
Vallius Candidus fl. p.
Fl. Aquilinus[15] fl. p.
Fl. Faustinianus fl. p.
Virius Manilianus fl. p.
Fl. Donatianus fl. p.
Octavius Falacer fl. p.
Antonius Petronianus[15] fl. p.
Annius Verissimus fl. p.
Acilius Concessanus fl. p.
Gargilius Calventianus fl. p.
Sessius Ianuarianus fl. p.
pontifices:
Plotius Romulus
(et alia nomina tria)
augures:
Iulius Victorinianus[6]
(et alia nomina duo)
ediles:
Aurelius Rufinus
Iul. Valerinus
quaestores:
Vetilius Saturninus
duoviralici:
Flavidius Sudianus
(et alia nomina undecim)[16].

Thamugade rep., iam Lambaese in praetorio, basis ita in duas partes fracta ut quae olim latera eius fuerunt, iam duae tabulae sint gemellae (VIII 2403 cf. VIII S. 17824 viderunt Wilmanns et Schmidt). In antica basis est titulus T. Flavii Mocimi (VIII l. c.), sed ibi incisus multo antequam latera aptarentur albo ordinis

recipiendo (cf. Hirschfeld Verw. p. 273 not. 4), id quod factum est temporibus circiter Valentiniani (cf. not. 15, item not. 3). — 1) *Coloniae Thamugadensis.* — 2) *Viri clarissimi.* — 3) *Idem est supra N. 1237 (cf. ib. not. 3). Consularis Numidiae fuit sine dubio ante a. 347, quo consul ordinarius fuit, sed in vivis potest fuisse etiam temporibus Valentiniani.* — 4) *Patronus.* — 5) *Hunc quoque et eos qui sequuntur apparet recenseri tamquam patronos, quamquam in iis omissum* ptr. *(Momms. eph. 3, 81; aliter Seeck in eph. Beiträge zur alten Gesch. 1, 161).* — 6) *Hic redit inter decuriones in fragmento similis albi VIII 17903*[f] *(cf. ad N. 6122*[a]*).* — 7) *Vir perfectissimus (post patronos viros clarissimos apparet recenseri patronos secundi ordinis).* — 8) *Flamen perpetuus. Haec nota non minus triginta sex viris in hoc albo adscriptum est; quem numerum explicare temptavit Mommsen eph. 3, 82 (aliter et fortasse rectius Hirschfeld Sitzungsber. Berlin. Akad. 1888 p. 861 not. 134, cf. Herm. 26, 152, Schmidt mus. Rhen. 47, 1892 p. 126).* — 9) *Sacerdotales provinciae.* — 10) *Augur (infra, post pontifices, recensentur alii tres augures).* — 11) *Hunc quoque duovirum fuisse putat Mommsen. Sequuntur deinde ii qui solo flaminis nomine inter decuriones eminebant.* — 12) *Cf. not. 8.* — 13) *Excusatus (cf. N. 6122*[a]*).* — 14) *Nomen erasum.* — 15) *Flavius Aquilinus et Antonius Petronianus flamines perpetui redeunt in titulo supra N. 5554 posito inter annos 364 et 367.* — 16) *Plura alia nomina secuta esse in una pluribusve tabulis olim iuxta positis probabile est.*

6122[a] Elius Victor dumvir e[*xc.*]
Sextilius Praetextatus dumvir c. . .
edilici non excusati:
Claudius Firminus iun.
Vetilius Cresces
Claudius Ticeriu[*s*]
Sextus Simpliciu[*s*]
Annius Urc . . .
Claudiu[*s*] . . . .

Thamugade (VIII S. 17903[a] *vidit Cagnat). Similia fragmenta ibidem reperta sunt VIII S. 17903*[b—f]*, ea pertinent omnia ad unum vel plura alba ordinis Thamugadensis. Possis adeo suspicari hoc fragmento continuari secundam paginam inscriptionis quae praecedit. Cf. Schmidt mus. Rhen. 47, 1892 p. 123.*

6122[b] [*in honorem?*] . . . . [*A*]ug. Anxiano[1] adstante ordine | . . . . ribus, Autonius Iustinianus[2] rector | [*provinciae nomin*]a tam decurionum quam etiam collegia|[*torum collegiorum o*]mnium publice incidi praecepi, ut | [*i. s. s.*].

. . . . . .	[*I*]ucundus	Faustinus	Salutari *(sic)*
. . . . . .	. . iscolius cum ff.[3]	Primus cum ff.[3]	Leo
. . . . . .	 ix	Proculo et	
. . . . . .	. . iscolius	Herclanio	Yppasius

(sequuntur sequebanturve alia nomina complura).

Anxani (Lanciano) in Frentanis (IX 2998 vidit Dressel). — 1) *Fortasse scr.:* Anxani. — 2) *Idem supra N. 5588.* — 3) *Filiis.*

Fasti magistratuum municipalium.

6123 . . . [*et be*]lla[1] facta a bello Marsico.

P. Petinius, P. Publilius aed.
L. Sempronius, L. Scribonius[2]
k. Iul. Paul. Aemilius *a. 720 u. c.*
C. Memmius
k. Novem. M. Herennius.
Bellum Hilluricum
ex k. Iul. ad k. Iul.[3]:
Q. Larcius, C. Rumeius IIvir.
M. Metilius, L. Annaeus aed.
hoc anno quaestores creati[4]
ex k. Iul. ad k. Iul.:
C. Sulpicius, C. Salvius Bubulcus q.
imp. Caesar II, L. Volcacius *ab u. c.*
k. Ianuar. P. Autronius *721*
k. Mais L. Flavius
C. Fonteius
k. Iul. M. Acilius
k. Septembr. L. Vinucius
k. Oct. [*Q.*] Laronius[5].
ex k. Iul. ad k. Iul.:
C. Aemilius, Q. Pontienus IIvir.,
C. Valerius, C. Turpilius aed.,
L. Livius Ligus, L. Cornelius q.
Cn. Domitius, C. Sosius *a. u. c. 722*
k. Iul. L. Cornelius
k. Nov. M. Valerius.
ex k. Iul. ad k. Sept. praefecti[6]:
T. Licinius, L. Cornelius
ex k. Sept. ad k. Febr.[7]:
C. Plotius, C. Annaeus IIvir.
ex k. Iul. ad k. Febr.[7]:
C. Annius, Sex. Vettius aed.
ex k. Iul. ad k. Iul.:
L. Scutarius, M. Calpurnius q.
imp. Caesar III, M. Valerius *a.*
k. Mais M. Titius *723*
k. Oct. Cn. Pompeius
Bellum Acti.
ex k. Febr. ad k. Iul.[8]:
Sex. Titius, L. Geminius IIvir.
P. Sextilius, Q. Luccius aed.
ex k. Iul. ad k. Ian.:[9]
L. Scutarius, T. Sepunius IIvir.,
T. Antonius, M. Valerius Mess. aed.,
L. Annius, C. Valerius q.
imp. Caesar IIII, M. Licinius *a. 724*
k. Iul. C. Antistius.
Bellum Alexandreae
eid. Sept. M. Tullius
k. Nov. L. Saenius
ex k. Ian. ad k. Ian.:
L. Cornelius, Q. Vettius IIvir.
C. Cassius, C. Geminius Nig. [*aed.*]
. . . .[10] q.
imp. Caesar V, Sex. Appuleius *a. 725*
L. Oppius, L. Livius IIvir. q.[11]
M. Narius, C. Mestrius aed.
Q. Plestinus, Sex. Fadius q.
imp. Caesar VI, M. Agrippa II *a. 726*
idem censoria potest. lustrum fecer.[12]
ex k. Ian. ad k. Iul.[13]:
L. Gavius, C. Geminius Nig. IIvir.
C. Caetronius, C. Clodius aed.

Venusia ut videtur saec. XV Neapolim adlata, certe traditur una cum fragmento hemerologii IX 421 quod Neapoli extabat in lapide Venusia adlato (IX 422 semel descripta saec. XV, quod apographum Mommsenus restituit usus potissimum codice Ambrosiano A 55 inf.). — 1) *Paullo post bellum Marsicum Venusini videntur ad civitatem Romanam pervenisse. Similis praescriptio videtur fuisse etiam in fastis Caere-*

tanis (C. I. L. I ed. 2 p. 212). Ceterum quamquam consules Romani et bella in his fastis perscripti erant inde a bello Marsico, magistratus municipales videntur ibi perscripti fuisse a colonia demum a triumviris a. 711 Venusiam deducta (cf. quae exposuit Momms. l. c.). — 2) *Consules anni u. c. 720. Omissum nomen M. Antonii consulis uno die (Dio 49, 39).* — 3) *Apparet iam tunc kalendas Iulias sollemnes fuisse magistratibus municipalibus ineundis. De qua re dixit Mommsen C. I. L. X p. 90. Cf. infra N. 6124 not. 6.* — 4) *Videntur quaestores Venusiae hoc primum anno creati esse.* — 5) L. *traditur (cf. I 740. IX 1554. X 8041, 18).* — 6) *Praefecti creati in menses duos, cum fortasse propter contentiones candidatorum duumviri creari non potuissent.* — 7) *Mirum duoviros itemque aediles hoc anno creatos esse ad kalendas Febr. tantum, iisque eo die alios substitutos; solis quaestoribus per integrum annum munere suo fungentibus.* — 8) *Cf. not. 7.* — 9) *Novi magistratus in sex menses tantum creati, fortasse ut successores eorum kalendis Ianuariis inirent.* — 10) *Videtur excidisse nominum par.* — 11) *Quinquennales (nota Venusiae eo ipso anno quinquennales creatos quo Romae census actus est; Mommsen Staatsr. II³ p. 370). Ceterum hos quoque magistratus kalendis Ianuariis iniisse apparet.* — 12) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 337 not. 1.* — 13) *Videtur his magistratibus semestre tantum spatium datum esse, ut successores eorum rursus kalendis Iuliis inirent.*

6124 . . . .

suf.[1] A. Plautius, L. Nonius.
T. Salvius Parianus, A. Terentius IIvir.;
Sex. Aponius Proculus, Q. Nolcennius aed.

L. Cassius Longinus, M. Vinicius cos.[2], *a. p. Chr. 30*
suf. C. Cassius Longinus, L. Naevius Surdinus[3].
M. Sentius Rufus, Q. Vibi[*e*]dius Sedatus IIvir.;
P. Subidius Pollio[4], Sex. Parianus Serenus aed.

Ti. Caesar Aug. V cos.[5] *a. p. Chr. 31*
suf. VII id. Mai. Faustus Cornelius Sulla, Sex. Teidius Catull. cos.
suf. k. Iul. L. Fulcinius Trio cos.
T. Oppius Proculus, M. Staius Flaccus IIvir. iter. q.[6];
M. Atinius Florens, A. Cluvius Celer aed.
suf. k. Oct. P. Memmius Regulus cos.[7]

Cn. Domitius Ahenobarbus cos.[7] *a. p. Chr. 32*
suf. k. Iul. A. Vitellius cos.
M. Valerius Postumus, Q. Luceius Clemens IIvir.;
C. Sentius Severus, L. Ippellius Atticus aed.

Ser.[8] Sulpicius Galba, L. Sulla Felix cos. *a. p. Chr. 33*
. . . .

Nolae (X 1233 bis descripta saec. XVI exeunte). — 1) *Consules suffectos fuisse anno p. Chr. 29 ex hac tabula et ex fastis fratrum Arvalium (C. I. L. I ed. 2 p. 71) perspicitur.* — 2) *Consules ordinarii a. p. Chr. 30,* 3) *suffecti eodem anno.* — 4) *Idem nomen ut videtur C. I. L. X 774.* — 5) *Omissum nomen Seiani, consulis ordinarii cum Tiberio a. 31.* — 6) *Duoviri iterum quinquennales. Interamnae, item Pompeiis alii anni videntur habuisse duovirorum vel quattuorviro-*

rum loco duoviros vel quattuorviros quinquennales (infra N. 6125. 6395. 6398). Quod nomina magistratuum perscripta sunt post consulem suffectum kalendis Iuliis, ante consulem suffectum kalendis Octobribus, documento est eos iniisse kalendis Iuliis. — 7) *Omissum nomen alterius consulis, Camilli Scriboniani, quod is bellum civile movit a. p. Chr. 42 (vide supra N. 157 not. 1; N. 5950).* — 8) *Galba cum consulatus tempore Lucii praenomine usus sit, Servii postea demum resumpserit (Sueton. Galb. 4), fasti hi non per annos quos referunt, sed tempore posteriore perscripti sint necesse est (Momms.).*

6125

..[*Fonteio Capito*]ne L. Iulio Rufo	cos.[1]	C. Avidius Octav . . . .
. . . . . . ius Priscus	IIIIvir. i. d.[2]	M. Clodius M . .
. . . . . . Rufus		imp. Vespasiano IIII . . . .[11]
[*Ti. Silio Ital. P.*] Galerio Trachalo	cos.[3]	k. Apr.[12] Cavarius . .
. . . . . . tius Tiro	quinq.[4]	Avidius Ius . . .
. . . . . . Paulus		Domitiano II Caes . . .[13]
[*Ser. Sulpicio G*]alba II T. Iunio[5]	cos.[6]	k. Apr.[14] Titus et Dom . .[15]
. . . . . . nius Verus	IIIIvir. i. d.	Cn. Mummeius . . .
. . . . . . s Rullus	IIIIvir. p. l. P.[7]	[*praef.*][16]
. . . . . . aius Niger	IIIIvir. p. l. P.[7]	M. Barronius . . .
imp. Vespasian]o II Tito filio	cos.[8]	imp. Vespasiano V . . .[17]
. . . . . . ius Macro	IIIIvir. p. l. P.[9]	k. Apr.[14] C. Titedius
. . . . . . fius Longus		P. Cornelius . . .
. . . . . . s Marcellus	IIIIvir. p. l. P.[9]	imp. Vespasiano VI . .[18]
. . . . . . Maritimus		C. Vibius Tro . .
[*imp. Vespasia*]no III M. Cocceio Nerva	cos.[10]	C. Safinius Ce . . .

Extabat cum primum descripta est inter Casinum et Interamnam Lirenatem, pertinuisse videtur ad Interamnam; iam Romae in museo Capitolino (X 5405 viderunt Henzen et Dressel). — 1) *A. 67.* — 2) *Quattuorviri iure dicundo.* — 3) *A. 68.* — 4) *Quinquennales. Ut anno 68, ita etiam anno 73 (cf. not. 15), itemque sine dubio anno 78 quinquennales creati esse putandi sunt. Sorae quinquennales fuerunt anno 79 (Eph. ep. 8, 892); aliis autem annis Pompeiis et Nolae (cf. N. 6124 not. 6). De his diversitatibus cf. Mommsen C. I. L. l. c.* — 5) *Scr.* Vinio. — 6) *A. 69.* — 7) *Quattuorvir praefectus lege Petronia (sic legit Mommsen collatis titulis Pompeiano N. 6359 et Aesernino N. 6518). Apparet hoc anno unum tantum quattuorvirum iure dicundo Interamnae creatum esse et in locum vacantem factos quattuorviros praefectos lege Petronia duos.* — 8) *A. 70.* — 9) *Cf. not. 7. Apparet hoc anno quattuorviris substituta esse duo paria praefectorum, qui non plus sex menses officio fungebantur.* — 10) *A. 71.* — 11) *A. 72.* — 12) *Cur kalendis Aprilibus hoc anno et insequentibus inierint magistratus, nescimus.* — 13) *A. 73.* — 14) *Cf. not. 12.* — 15) *Ut a. 68, ita etiam anno 73 quinquennales creati sunt; nam Caesaribus solum summum officium convenit.* — 16) *De praefectis Caesarum cf. N. 6285. 6286; item N. 6088 cap. 24.* — 17) *A. 74.* — 18) *A. 75.*

6126

. . . .
. . . . n.
. . . . on.
. . . . us.

[*Domitia-*
nus X, C. Oppius S]abin.[1]
. . . . noc.
. . . . n.
. . . . [*Mo*]dest.

. . . .
. . [*fulgur in fundo?*]
Volusiánó arb[*ore ful*]-
mine icta cond[*itum per*][2]
aédilicios
IIvir. c. p. q.[3]: C. Cuperiu[*s*] . . .
C. Arriu[*s*] . . .

Domitianus XVI, Q. Volus[*ius Saturninus*][4]
idib. Ian. L. Venuleius A[*pronian.*]
k. Mai. L. Stertinius Avitus Ti. I[*ulius Celsus*
Polemaean.][5]
k. Sept. C. Iúlius Sílanus, Q. Aru[*lenus?*]. . .
IIvir.: L. Terentius Tertiu[*s*], ...
. . . .

Ostiae, iam Romae (XIV 245 cf. Eph. ep. 7 p. 355 vidi). Est frustulum fastorum magistratuum coloniae Ostiensis pertinens ad annos 83. 84. 91. 92 p. Chr. Aliud frustulum pertinens ad annos 19—21 est XIV 244. — 1) *Consules ordinarii a. 84 p. Chr.* — 2) *Supplevit Mommsen.* — 3) *Duoviri censoria potestate quinquennales.* — 4) *Consules ordinarii a. p. Chr. 92.* — 5) *Iidem consules suffecti in dipl. mil. XXII (XV) C. I. L. III p. 858. Alterius nomen suppletum ex titulo Inscr. Graec. Ital. 1966.*

Antiquissima nonnulla.

6127 Q. Lainio Q. f. praifectos[1] pro trebibos[2] fecit.

In margine superiore lebetis aenei, incertum quo loco reperti (Amiterni prodiisse una cum N. 4032 sine causa coniecit Garruccius; Campanum rectius fortasse putat Iordan), qui fuit Romae apud Castellanium negotiantem rerum antiquarum, iam est in museo Britannico (IX 4204 = Eph. epigr. 2 p. 208 Mommsen vidit ectypum; Iordan quaestiones archaeicae [ind. lection. universitat. Albertin. a. 1884] cum imagine). — 1) *Praefectus ex genere eorum, qui inde a saeculo urbis conditae quinto Capuam Cumas atque in alia Campaniae oppida mittebantur (Momms. eph. l. c.; Iordan l. c.).* — 2) *Intellege tribus non populi Romani, sed oppidi eius cuius praefectus erat Laenius.*

6128 C. Manlio Aci.[1] | cosol[2] pro | poplo[3] | Arimenesi.

In Nemore Dianae (cf. supra N. 3233 seq.) rep., tabella aenea (XIV 4269 cum imagine; vidit O. Hirschfeld). — 1) Aci. *potius quam* Ao.. — 2) *Consul Ariminensis; Romae a. u. c. 575 consul fuit L. (non C.) Manlius Acidinus.* — 3) *Similiter tabella aenea supra N. 2989.* — *De Arimino cf. infra N. 6659 seq.*

6129 A.[1] Cervio A. f. cosol[2] | dedicavit.

Beneventi (IX 1633 descr. saec. XVII Iohannes de Vita). — 1) *In alia schedula de Vita posuit* V. — 2) *Alium consulem Beneventanum habes supra N. 3096. Plures inscriptiones Beneventanas habes infra N. 6490 seq.*

6130 L. Paconios Ti. f. pr.[1] | dedicavit.

*Setiae (I 1159; X 6466; Ritschl tab. L e). Litterae pervetustae sunt (*ᒪ *pro* L, ᑎ *pro* P*). —* 1) *Praitor. Postea Setiae quattuorviri fuerunt (cf. supra N. 5397).*

6131 Q. Pomponius Q. f., | L. Tulius Ser. f. | praitores aere | Martio emerut *(sic).*

Corae, litteris antiquissimis (I 1148; X 6527 vidit Mommsen; imaginem Ritschl tab. L B*). —* 1) *Aetate posteriore Corae praefuerunt quattuorviri (supra N. 5772). Duoviros tituli antiquissimi Corani supra N. 5396 aedi dedicandae fuisse putat Mommsen C. I. L. X p. 645.*

6132 L. Terentio L. f., | C. Aprufenio C. f., | L. Turpilio C. f., | M. Albani. L. f., | T. Munatio T. f. | quaistores[1] | aire moltaticod[2] | dederont.

Firmi in Piceno rep. una cum N. 3188, tabella aenea, iam Parisiis (I 181; IX 5351 Mommsen vidit ectypum; Ritschl tab. XCVII a praef. p. 91). — 1) *Septem quaestores in t. vetusto Beneventano IX 1636. —* 2) *Cf. N. 6207. 6231.*

6132[a] V.[1] Avilio V. f., V. Alfieno Po. f. pagi veheia[2].

Prope Massaccio, ubi fuit Cupra Montana, rep., in margine paterae aeneae, litterae punctim exaratae (IX 5699 ad imaginem et apographum, confecta saec. XVIII). — 1) *Vibios (imago etiam* L *admittit). —* 2) *De pago aliquo Veheiano cogitat Mommsen, qui per magistros Avilium et Alfienum dedicaverit hanc pateram; 'veheia' idem esse ac 'scitu', vel 'decreto' apud veteres Picentes coniecit Iordan quaestiones archaeicae [ind. lection. universitat. Albertin. 1884] p. 7.*

6132[b] M. Petrucidi.[1] C. f., L. Pacidi.[1] P. [*f.*] . . . .[2] | aras crepidine[3] colu[*mnas*] . . . ., | magistris[4] de alec[*torum*[5] *sententia*] . . .

Prope Cellino, inter Hadriam Piceni et Interamniam Praetuttianorum (Barnabei Notizie degli scavi 1895 p. 414 cum imagine). — 1) *In utroque nomine* CI *litterae more insolito contignatae. Significari mediam quandam vocem inder* CI *et* SI *coniecit Pascal (Notizie l. c. p. 415). Petrucidii nomen II 4967, 1. —* 2) *Quantum in finibus singulorum versuum perierit, non apparet. —* 3) *Crepidinem. —* 4) *Magistri (sc. ii quorum nomina initio tituli positi sunt). Coniungendum hoc cum nominibus v. 1. —* 5) *Allecti videntur hic dicti esse qui ordinem efficiebant, ut alibi conscripti.*

6133 C. Tuccius L. f. Vot.[1], duomvir. | Attia uxor.

Inter Ostiam et Romam rep., epistylium litteris vetustis (XIV 426 vidit Zangemeister). Hic unus ex antiquissimis titulis Ostiensibus. Eiusdem aetatis is quem dedi supra N. 5395. — 1) *Veturia vera tribus Ostiensium (cf. C. I. L. XIV p. 4), Palatina (quae et ipsa saepe in Ostiensibus reperitur, cf. supra N. 2214) postea demum introducta videtur (cf. Mommsen Staatsr. III p. 165 not. 2, p. 443 not. 1).*

6134 . . . . . . P. Cornelius Statius XXvir[1] h. a. h. s. [*p.*] . . . [XX] . . [*Lu*]cilius Gamala[2] vir h. a. h. s. p.[1] IIvir locum eid . . .[2]

Ostiae rep., est Romae ad S. Pauli (XIV 340 vidi). — 1) *Vigintiviri hi (notae* h. a. h. s. p. *quomodo explicandae sint, adhuc latet) aliunde non innotuerunt (de notis similibus obviis in titulis Pompeianis vide infra N. 6357 not. 2).* — 2) *Quae litteris minoribus expressi, postea adiuncta videntur. De Lucilio Gemala cf. N. 6147.*

6135 C. Granio | C. fil. Quir. | Maturo[1] | d. d. decurioni adlec., | cui ordo gratuitum | decurionatum et statuam | ob mu[*n*]ificentiam eius | decrevit. | C. Granius Rufus, | L. Granius Celsus, | . . .

Romae in museo Vaticano, sed origine sine dubio Ostiensis (XIV 362 vidi). — 1) *Ad eundem Granium Maturum pertinent tituli Ostienses XIV 363. 464.*

6136 P. Celerio P. f. Pal. | Amando | dec. decreto dec. | allectus *(sic).* Hunc | dec. funere publ. | efferendum censuer. | eique honores omne *(sic)* | et turis p. XX[1] | decreverunt. Pater | honore usus inpensam | remisit. Vix. ann. XIIX | mensibus XI diebus VIII. | Scantia Sp. f. Lanthanusa | mater fecit.

Ostiae rep., est Romae (XIV 321 vidi). — 1) *Haec verba postea litteris minoribus adiecta.*

6137 d. m. | M. Annio M. f. Pal. Proculo | decurioni col. Ost., fla. divi | Vespasiani, patrono fabrum | navalium Ost., vixit ann. XXV | mens. VI die. XXVIIII h. IIII *(hinc apex flaminicus, illinc fasces ut videtur. Iuxta)* d. m. | Anniae Iucun|dae M. Anni | Proculi matris.

Pisis, sarcophagus, prodiit in ecclesia cathedrali, extat in Campo Sancto, origine videtur Ostiensis (XIV 292 vidit Bormann).

6138 Q. Plotio Q. fil. | Quir. Romano | equo publico exorn. | a divo Hadriano, | aed., flam. Rom. et Aug., | flamini divi Titi. | Huic decuriones | statuam publice ponend. | decreverunt. | Plotius Niger pater honore usus | de suo posuit. L. d. d. d. *(In latere)* dedic. XVI k. Apr. | T. Hoenio Severo | M. Peducaeo Priscino | cos.[1]

Ostiae, iam Romae (XIV 400 vidi). — 1) *17 Mart. 141.*

6139 P. Nonio P. f. | Pal. Livio | Anterotiano | equo publ. exornato ab | imp. M. Aurelio Antonino Aug., | dec. dec. decur.[1] adlecto, | flamini divi Hadriani, | salio Laurent. Lavinatiu.[2], | aedili, pr. sacr. Volk. faci.[3], | Livia | Marcellina | nepoti dulcissimo. | L. d. d. d. p.

Ostiae in theatro rep. (XIV 390 vidi). Gemellus est titulus eidem Nonio Anterotiano ab amico quodam (T. Tinucio Sosiphane) positus (XIV 391). — 1) *Decreto decurionum decurioni.* — 2) *Alius salius Laurentium Lavinatium est in t. Ostiensi, quem edidit Mowat bull. des antiquaires de France 1896 p. 212.* — 3) *Aedili, praetori sacris Volkani faciundis.* — *Cf. N. 6142 not. 2.*

6140 M. Iunio M. f. Pal. | Fausto | decurioni adlecto, | flamini divi Titi, duumviro, | mercatori frumentario, | q. aerari, flamini Romae | et Aug., patrono cor[*p.*] | curatorum navium marinar[*um*][1], | domini navium Afrarum | universarum[2], ⟨item | Sardorum *(sic)*⟩[3]. | L. d. d. d. p. *(In latere)* [*dedic.*] XII kal. Octobres | [*Severo II e*]t Pompeiano II co[*s.*[4], | *cura a*]gentibus P. Aufidio | . . . . o, M. Clodio Fortuna|[*tiano P*]udente, L. Tadio Fel. | [*mag. qq. lustri?*] XV[5].

Ostiae (XIV 4142 vidit Gatti). — 1) *Idem corpus N. 6146.* — 2) *Supra N. 339 dedimus titulum quem Ostiae posuerunt* domini navium Carthaginiensum ex Africa. — 3) *Haec postea adiecta (requiritur* Sardarum*).* — 4) *A. 173.* — 5) *Postrema erasa.*

6141 L. Licinio L. fil. Pal. | Herodi | equit. Rom., decuriali | decuriae viatoriae | equestris cos.[1], decurioni, | quinquennali, duumviro, | sacerdoti Geni col.[2], flam. | Rom. et Aug., curat. oper. publ., | quaestori aer., aedili, flam. | divi Severi, sodali Arulensi[3], | praet. prim. sac. Volk. faciu.[4], | ordo Augustal. | optimo civi ob merita.

Ostiae, iam Romae (XIV 373 vidit de Rossi). — 1) *Cf. supra N. 1921 (not. 2).* — 2) *Cf. N. 6154.* — 3) *Sodales Arulenses in solis titulis Ostiensibus memorati (N. 6144. XIV 432 Eph. ep. 7, 1227) qui fuerint et unde nomen traxerint, nescimus.* — 4) *Cf. N. 6142 (not. 2). 6143 (not. 1). 6144 (not. 1).*

6142 Cn. Sergius Cn. l. | Anthus pater, | Augustalis, fecit[1] || Cn. Sergio Cn. f. Vot. | Prisco filio suo | praetori | sacris Volcani[2], ex d. d. | aedili adlecto.

Romae in ecclesia quadam, urna marmorea, oriunda sine dubio Ostiis (XIV 412 descr. Smetius aliique). Titulus duobus paginis scriptus erat. — 1) *Hic incipiebat pagina altera.* — 2) *De praetoribus et aedilibus sacris Volcani faciundis Ostiensibus cf. C. I. L. XIV p. 4; Mommsen Staatsr. III p. 777 (ad titulos qui sequuntur adde supra N. 5299). Pontifices quoque Ostiae a Volcano appellabantur, cf. N. 6149 not. 10.*

6143 d. m. | L. Aureli L. f. Pal. | Fortunatiani fili | dulcissimi, pr. pr. sacr. | Volka.[1], vix. an. IIII, me. VII, | d. XVII.

Ostiae (XIV 306 vidi). — 1) *Nota praetorem primum (cf. ad N. 6144 not. 1) sacris Volkani faciundis annorum quattuor.*

6144 memoriae | M. Corneli M. f. Pal. Valeriani Epagathiani eq. [*R.*], | decurioni splendidissimae coloniae Os[*tiensis*], | flamini, praetori II[1] sacra Volkani [*fac.* | *ei*]demque sodale Arulen[*si*][2], | decurioni Laurentium vici Aug., eius[*dem loci IIIIviro*][3], | patrono corporis lenunculariorum [*tabulariorum*] | auxiliariorum Ostiensium[4]; qui vix. annos XII me[*nses*] . ., | M. Cornelius M. f. Palat. Valerianus decurio f.

Romae, sed origine videtur Ostiensis (XIV 341 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Praetori secundo. Praetor primus N. 6141.* Aed. sacr. Volcani, eiusdem pr. tert. *XIV 376.* — 2) *Cf. N. 6141 not. 3.* — 3) *Cf. N. 6180.* — 4) *Cf. N. 6175.*

6145 d. m. | A. Fabio A. fil. Pal. | Feliciano | aedilii *(sic)* sacr. Volk. f.[1], | qui vixit annis XVIIII | mens. I dieb. XXIIII. | A. [*F*]abius Felixs | filio dulcissimo.

Ostiae (XIV 351 vidi). — 1) *Cf. N. 6142 not. 2.*

6146 Cn. Sentio Cn. fil. | Cn. n. Tér. Félici | dec. decr. aedilició adl., d. d. d. adl.[1], | q. a.[2] Ostiens., IIvir., q.[3] iuvenum | — hic primus omnium, quo annó dec. adl. est, et | q. a. fact. est et in proxim. annum IIvir designat. est | — quinq. curatórum navium marinar.[4], grátis adléct. | inter navicular. maris Hadriatici[5] et ad quadrígam | fori vinari[6], patrónó decuriae scríbár. cérariór. | et librariór. et lictór. et viatór.[7] item praeconum et | et *(sic)* argentariór.[8] et negotiatór. vinárior. ab urbe[9], | item mensor. frumentariór. Cereris Aug.[10], item corpor. | scaphariór. et lenunculariór. traiect. Luculli[11] et | dendróphorúm et tógátór. á foro et dé sacomár.[12], | et libertór. et servór. publicór.[13], et oleáriór. et iuven. | cisianor.[14], et veteranor. Aug.[15], item beneficiariór. próc. | Aug.[16], et piscator. própolar.[17]; cúratóri lusús iuvenalis. | Cn. Sentius Lucilius | Gamala Clodianus f.[18], | patri indulgentissimó.

Ostiae rep., est Florentiae (XIV 409 vidimus Henzen et ego). — 1) *Decurionum decreto aedilicio adlecto, decurionum decreto decurioni adlecto.* — 2) *Quaestori aerarii.* — 3) *Quaestori.* — 4) *Idem corpus N. 6140. XIV 363. 364.* — 5) *Idem corpus VI 9682.* — 6) *Intellege: item gratis adlecto in collegium aliquod consistens ad quadrigam fori vinarii. Collegia fori vinarii infra N. 6168.* — 7) *Sunt decuriae apparitorum duovirum et aedilium Ostiensium. Eaedem decuriae (exceptis viatoribus) N. 6148. Scribas librarios Ostienses habes praeterea N. 4369. 6165; cerarios infra N. 6150. 6151.* — 8) *Apte iunguntur argentarii sive coactores argentarii praeconibus; cf. Mommsen Herm. 12 p. 94. 100.* — 9) *Cf. N. 6162 not. 5.* — 10) *Cf. N. 6155 not. 1 et de Cerere N. 3339. Mensores Portuenses N. 1272.* — 11) *Cf. supra N. 4213 not. 2; infra N. 6174 not. 3. A quo Lucullo hic traiectus nomen habuerit, incertum.* — 12) *Cf. N. 6163 (not. 4).* — 13) *Intellegitur corpus familiae publicae, cf. N. 6152. 6153.* — 14) *Iuvenes cisiani ignoti (cisiani fortasse iidem qui alibi dicuntur cisiarii).* — 15) *Etiam Puteolis veterani corpus effecerunt, infra N. 6328 (not. 1).* — 16) *Intellege procuratorem annonae Ostiae consistentem, cf. supra N. 1427—1431. 1442. 1534.* — 17) *Cf. supra N. 3624.* — 18) *Idem Clodianus P. Lucilio Gamalae alteri patri, naturali ut videtur, posuit titulum qui sequitur.*

6146[a] memoriae | P. Lucili Gamalae[1] | Cn Sentius | Lucilius Gamala | Clodianus | patri.

Ostiae sine dubio rep. cum ea quae praecedit (quamquam id non traditur), est Florentiae (XIV 377 viderunt Henzen et Bormann). — 1) *Fortasse is qui sequitur; honores fortasse enumerati in alio titulo eiusdem monumenti deperdito.*

6147 P. Lucilio | P. f. P. n. P. pro|nep. Gamalae[1] | aed. sacr. Volk., | [*a*]edili, d. d. allecto | [*g*]ratis decurioni, | [*p*]ontifici, IIvir. censo|riae pot. quinquennal. | in comitis facto[2], cura|[*tor*]i pecuniae publicae exigen|[*d*]ae et adtribuendae, | [*i*]n ludos cum accepisset public. | lucar, remisit et de suo erogati|onem fecit. | [*Id*]em sua pecunia viam silice stravit | [*q*]uae est iuncta foro ab arcu ad arcum. | [*Id*]em epulum trichilinis[3] CCXVII | colonis dedit. | [*Id*]em prandium sua pecunia coloni[*s*] | Ostiesibus bis dedit. | [*I*]dem aedem Volcani sua pecu|nia restituit. | [*I*]dem aedem Veneris sua pecu|nia constituit. | [*Id*]em aed. Fortunae sua pecu|nia constituit. | [*Id*]em aed. Cereris sua pecunia | constituit. | [*Id*]em pondera ad macellum | cum M. Turranio sua pecu|nia fecit. | [*Idem*] aedem Spei sua pecunia | [*cons*]tituit. | [*Id*]em tribunal in foro mar|moreum fecit. | [*H*]uic statua inaurata d. d. | p. p. posita est, | [*i*]tem ahenea d. d. p. p. posita | [*p*]roxume tribunal quaes., | [*propt*]erea quod cum res publica | [*p*]raedia sua venderet ob pol|[*l*]icitationem belli navalis[4], | HS XV CC rei publicae donav[*it.* | *Hu*]nc decuriones funere pu|-[*b*]lico effer[*endum*] cen[*s*]uerunt.

Ex Portu Romano Romam adlata (XIV 375 cf. p. 482 quinquies ut videtur descripta saec. XVI, pars insuper bis descripta saec. XVII). — 1) *Eiusdem hominis est titulus XIV 376 = eph. ep. 3 p. 322, quem edidit primus C. L. Viscontius ann. inst. arch. 1857 p. 325 sed spurium iudicavit, vindicavit Mommsen eph. ep. l. c. Vixisse Lucilium Gamalam saeculo p. Chr. secundo ex hoc altero titulo efficitur. Diversus P. Lucilius G . . . memoratus in fastis Ostiensibus XIV 244 (cf. supra N. 6126 not.), quippe multo antiquior; item diversus videtur is qui supra N. 6134. Minus certa res est de Lucilio Gamalo N. 6146*[a]. — 2) *Hoc pertinere ad munus quod sequitur collata XIV 376 putat Mommsen.* — 3) *Cf. infra N. 6560.* — 4) *Naumachiam Ostiensibus promissam significari coniecit Cavedonius; Mommsenus (eph. l. c. p. 331) putat agi de bello Marcomannico proeliisque in Rheno et Danuvio commissis, eo tempore Ostienses imperatori ad sumptus belli sustinendos pecuniam promisisse.*

6148 . . . . | Fabio Hermog[*eni*] | equo. publ., scribae[1], aedil[*i*], | dec. adlect., flam. divi Hadri[*ani*], | in cuius sacerdotio solus ac p[*rimus ludos*] | scaenicos sua pecunia fecit. | Hunc splendidissimus ordo dec[*urionum funere publico*] | honoravit eique statuam equestre[*m cum in*]|-scriptione 'ob amorem et industria[*m*]' | in foro ponendam pecun. publ. decr[*evit*] | inque locum eius aedil. substituendum . .[2] | putavit in solacium Fabi pat[*ris*], | qui ob honores ei habitos HS L m. n.[3] | dedit, ex quorum usuris quincunci[*bus* | *quot*]annis XIII kal. Aug. die natali eius dec[*urionibus* | *si*]ngulis X V[4] dentur et decuri[*alibus* | *ce*]raris[5] X XXXVIIS, libraris X [*XXXVIIS*], li[*ctor*]ibus X XXV. *(In latere)*: . . . . . | in aede Romae et Augusti, placu[*it*] | ordini decurionum praesente | Fabio patre, uti[6] sportulas | die natal. Hermogenis fili | eius praesentibus in foro ante | statuas ipsius dividi, | stipulatione interposita.[7]

Ostiae, nunc Romae (XIV 353 vidi inscriptionem primariam, inscriptionem lateris vidit Detlefsen). — 1) *Cf. infra not. 5.* — 2) *Aut nomen excidit fratris eius, cuius aedilitas solacium esse potuit patri, aut vocabulum* non. — 3) *Sestertium quinquaginta milia nummum.* — 4) *Denarii quini.* — 5) *Cf. N. 6146 not. 7. Non singulis scribis cerariis, sed decuriae scribarum cerariorum denarios 37½ dari iussit Fabius; totidem decuriae scribarum librariorum; 25 denarios decuriae lictorum. Quod autem una cum decurionibus apparitores hos perpetua liberalitate honoravit Fabius, causa videtur fuisse quod filius Hermogenes fuerat scriba.* — 6) uti *delendum (aut paullo post pro* dividi *scribendum* dividerentur*).* — 7) *Apparet orationem non integram esse (fortasse quae desunt scripta erant in alia parte lapidis).*

6149 D. Fabio D. filio Pal. | Floro Vera[*n*]o[1] | sacerdot. sanct. reg[*in.*][2], | iudicio maiestatis eius | elect. Anubiaco, prima[3] | ⟨dec. Laur. vic. Aug., quattervi.⟩[4], | naviculario V corpor. | lenunculariorum Ost.[5] | honorib. ac munerib. | omnib. funct., sodali | corp. V region. col. Ost. | Huic statuam Flavius | Moschylus v. c., Isiacus | huius loci, memor eius | sanctimoniae castitat., | testament. suo costitui *(sic)* | ab heredib. suis iussit, | patrono munditiario[6] | b. m.[7] | L. d. d. d. p. *(In latere)* ob honore quo die sacerd. fa[*ctus est*], | dedicat. XVII kal. A . . .[8] | ter et semel | cos.[9] | Locus datus a Iulio | Faustino pont. Vulk. | aed. sacrar.[10], permisit | act.[11] Fl. Moscyli | sub qq. c. p.[12] | Q. Veturi Firmi Felicis | Socratis et | L. Flori Euprepetis. | Ob cuius dedicatione | dedit decurionibus Ӿ III | cum officio[13] basilices.

Romae, ubi reperta sit non traditur, stetit sine dubio Ostiae (XIV 352 vidi). — 1) *Aut* Verano *in lapide fuit aut* Veratio. — 2) *Sc. Isidis.* — 3) *Non intellegitur, iam erasis vocabulis quae sequebantur.* — 4) *Decurioni Laurentium vico Augustano, quatterviro. Cf. infra N. 6180. Substituta haec in locum aliorum vocabulorum erasorum.* — 5) *Cf. N. 6173. 6174 not. 3.* — 6) *Vocabulum incertae lectionis.* — 7) *Bene merenti.* — 8) *Significatur 16 Mart. aut 16 Iul.* — 9) *Videtur indicari annus 251, quo Decius Augustus tertium cum filio primum consule fasces gerebat.* — 10) *Pontifices Volkani et aedium sacrarum Ostienses habuimus etiam supra N. 4176. 4402. 5451. Cf. ad N. 6142 not. 2.* — 11) *Actor.* — 12) *Sub quinquennalitate censoriae potestatis.* — 13) *I. e.: officialibus (Hirschfeld).*

6150 [*d.*] m.[1] A. Egrilio A. f. Secundo Trheptiano *(sic)* | [*de*]cur. Laur.[2] vico Augustan.[3], scrib. colleg. fabr. tign. Ost., decuriali scriptus cerar., | [*t*]ribuli tribus Pupiniae[4], A. Egrilius Ision et Iulia Proba coniux fecerunt.

Ostiae (XIV 347 vidi). — 1) d. *a sinistra tabulae posita erat,* m. *a dextra.* — 2) *Laurentium.* — 3) *Cf. N. 6180.* — 4) *Cf. N. 6061 seq.*

6151 A. Egrilius A. f. | Plarianus, | decurial. scr. cer.[1], et | Cl. Ti. f. Hermione | fecerunt | Cl. Ti. f. Irenae, | lib. libertabus posrisq. *(sic)* eorum.

In monasterio quodam Sardiniae, sed videtur lapis Ostia adlatus (XIV 346 descr. Nissardi Calaritanus). — 1) *Decurialis scriptus cerari.*

6152 pro salutem *(sic)* | Aug. ///[1] | A. Ostiensis | Asclepiades | aeditus *(sic)* Capitoli[2] | signum Martis | corpori familiae | publice *(sic)* | libertorum | et servorum | d. d.

Romae, sed vix ibi, Ostiae potius, rep. (VI 479. XIV 32 vidi). — 1) *Litterae nonnullae erasae.* — 2) *Capitolium Ostiense, praeterea ignotum.*

6153 familia publica[1]:

Ost.[2]	Herme	s	tab.[3]		Onesimu	s
	Dion[*y*]siu	s	ark.[4]	Ost.	Callistu	s
	Euaristu	s	ark.		Geminius Trophimianus[5]	
Ost.	Eutychu	s		Ost.	Appianu	s
Ost.	Asclepiade	s			Vetulenius Primion	
Ost.	Liberali	s			Mamidia Hygia	
Ost.	Primio	n		Ost.	Sabinu	s
Ost.	Polygonu	s			Mumius Luciu	s
	Faustu	s			Onesimu	s
Ost.	Epafroditu	s		Ost.	Sanctu	s

(sequuntur alia nomina sexaginta et unum).

Ostiae (XIV 255 cf. Revue arch. 3, 29, 1896 p. 12 semel descripta exeunte saec. XVIII). — 1) *Cf. N. 6152.* Collegio | familiae | publicae *t. Venafranus X 4856; cf. III S. 7906.* — 2) *Ostiensis, vel Ostiensius. Ita dicti liberti coloniae Ostiensis (cf. N. 6318. 6520. 6547. 6677 cet.). Ante servorum nomen videtur esse spatium vacuum relictum, destinatum eidem nomini, si libertatem nacti essent.* — 3) *Tabularius. Cf. N. 6317 cet.* — 4) *Arkarius.* — 5) *Apparet in corpus libertorum et servorum publicorum admissos esse etiam homines liberos a familia publica alienos.*

6154 Genio coloniae | Ostiensium | M. Cornelius | Epagathus[1], curat.[2] | Augustal., argent. p. X̄ d. d., | ob dedicatione eius | viritim dedit X I n.[3] | id. Dec. Stloga et Severo cos.[4]

Ostiae rep., est Romae (XIV 8 vidit Henzen). — 1) *Idem infra N. 6174.* — 2) *Cf. N. 6159. 6160. 6161. 6164.* — 3) *Denarios singulos nummos.* — 4) *A. 141.*

6155 Q. Aeronio | Antiocho | sevir. August. | et qq. eiusdem | ordinis, idem | qq. corp. mensor. | frum. adiutorum | Ostiensium[1], | Aninia Anthis | coniunx. | L. d. d. d. d. p.

Ostiae (XIV 4140 vidit Gatti). — 1) *Mensores frumentarii adiutores Ostienses etiam supra N. 1431. 3339, mensores frumentarii N. 1429. 6140. 6165. 6169, mensores adiutores N. 3339, mensor N. 5005.*

6156 *(protome viri)* L. Voluseio | Ͻ. l. Dio sev. Aug. | idem quinquennal. | Have Diae *(sic)*[1]! | bene valeas, | quisquis es![2] ‖ *(protome mulieris)* Iuliae Sp. f. | Thaidi. | Have Thais[1]! | Dii tibi | bene faciant[2].

Ostiae, cippus in quo duo tituli iuxta positi (XIV 439 descripserunt saec. XVI Smetius aliique). — 1) *Verba viatoris.* — 2) *Respondent defuncti.*

6157 . . [*A*]ntonio | . . . q. v. annis XXXVI, | [*sev*]iro Augustali idem qq.[1], | [*d*]endroforo[2], Laur. Labinat.[3], | homini bono et iucundis-

si[*mo*, | *M*]arcia Hilara coniugi dulci[*ssimo*], | cum quo vixit annis X . . .

Ostiae, iam Romae (XIV 293 vidi). — 1) OO *(pro QQ) lapis.* — 2) *Dendrophoros Ostienses habuimus iam supra N. 4173. 4176.* — 3) *Cf. N. 5007 not. 1.*

6158 L. Lepidio Eutycho | seviro Aug. idem | quinq. in colonia | Ostiensi | et in municipio | Tusculanorum, | et quinq. perpetuo corpor. | fabrum navalium | Ostiensium, | Fortunatus lib. et Alexa act.

Ostiae, iam Romae (XIV 372 vidit Michaelis).

6159 Cn. Statilius | Crescens | Crescentianus | VIvir Aug. q. q. et curat. ordin. | Augustal., et VIvir. Aug. Tusculis *(sic)*, | fecit sibi et Statiliae Atalante coniug. | et lib. libert. post eor. In f. p. XXI, in a. p. XXXII.

Ostiae, deinde Romae (XIV 421 vidit Bormann).

6160 dis manibus | A. Grani Attici | seviri Augustali *(sic)*, | adlectus inter primos | quinquennalis, | curator[1] perpetus *(sic)*.

Ostiae (XIV 360 vidi). — 1) *Cf. N. 6154 not. 2.*

6161 d. m. | L. Carullius | Epaphroditus | VIvir Aug. idem qq. |
Hic sum positus, qui | semper sine cri|mine vixi, |
et quem mi dederat | cursum Fortuna | peregit[1]. |
Cuius ossua et cine|res hic lapis in|tus habet. |
Huic VIviri | Aug. post curam | quinquennali|tatem optuler. | qui egit annis | continuis IIII.

Ostiae, lapis 'ad modum hermae capite truncato' (XIV 316 servavit Fabrettius). — 1) *Scr.* peregi. *Ceterum hic versus sumptus ex Verg. Aen. 4, 653.*

6162 d. m. | L. Carulli Fe|- *(homo stratus)* licissimi bis.[1], | VI[2] Aug. idem | qq., L. L.[3], qq. cor[*p*]or.[4] | vin. urb. e[*t*] Os[*t.*][5], | vix. a. LXXV, L. | Carullius | Felicissimus | pat. b. m. fec.

Ostiae, iam Veronae, urna (XIV 318 vidit Mommsen). — 1) *Biselliarii (cf. supra N. 5654, infra N. 6296. 6372. 6373 cet.).* — 2) *Scr.* VIviri. — 3) *Laurentis Lavinatis.* — 4) CORFOR *lapis.* — 5) *Quinquennali corporis vinariorum urbanorum et Ostiensium. Iidem fortasse negotiatores vinarii ab urbe supra N. 6146.*

6163 *(vir in lectulo stratus, adsidet mulier)* dis manibus | L. Calpurnius Chius sevir Aug. | et quinquennalis, | idem quinq. corporis mensor. | frumentarior. Ostiens.[1] et curat. | bis, | idem codicar.[2] curat. Ostis et III honor.[3], | idem quinquennal. collegi Silvani | Aug. maioris quod est Hilarionis | functus sacomari[4], idem magistro[5] ad Marte | Ficanum[6] Aug., idem in collegio dendrofor., | fecit sibi et | Corneliae Ampliatae coniugi suae | carissimae, cum qua vixit annis XXXI, | Calpurniae L. lib. Pthengidi libertae | carissimae, L. Calpurnio Forti vern., lib., | L. Calpurnio Felici lib., L. Calpurnio Adaucto vern., lib., | Calpurniae L. f. Chiae vern., Calpurniae L. f. | Ampliatae vern.[7], L. Calpurnio L. f. Felici

vern.[7], | L. Calpurnio L. f. Pal. Chio Felicissimo, | libertis libertab. posterisq. eorum b. m.

Ostiae rep., iam Romae (XIV 309 vidi). — 1) *Cf. N. 6155.* — 2) *Codicariorum. Cf. N. 6173.* — 3) *Ter honoratus.* — 4) *Functionis sacomariae, intellegit Mommsen, referens ad collegium Silvani. In arae Ostiensis XIV 51 latere legitur* votum Silvano *et in frontis margine superiore* . . ram sac . . . . onam Aug. Genio . . . sacomar.; *quae quamquam non intelleguntur, tamen demonstrant coniunctionem quandam Silvani cum sacomario Ostiae.* — 5) *Scr.* magister. — 6) *Cognomen Martis (vel signi Martis) a Borghesio (bull. Inst. arch. 1846 p. 104) relatum ad Ficanam oppidum quod dicitur fuisse ad viae Ostiensis lapidem undecimum (Liv. 1, 33 cet.; Festus p. 260 s. v. Puilia saxa).* — 7) *Filios libertorum natos in aedibus patroni putat Mommsen.*

6164 P. Horatio | Chryseroti | seviro Augustal. idem | quinq. et immuni Larum Aug. | ex s. c.: seviri Augustales statuam | ei ponendam decreverunt, quod | is arcae eorum HS $\overline{L}$ n̄. n̄. dederit, | ex qua summa HS $\overline{X}$ m̄. n̄. ob honorem curae | Sex. Horati Chryserotiani, et reliquorum[1] | HS $\overline{XL}$ m̄. n̄. excepta stipulatione[2], ex usuris | semissibus et ḿ. II[3] s. s. s.[4] quod annis idib. Martis | natali suo inter praesentes hora $\overline{II}$ usque | ad asse *(sic)* dividiatur *(sic)* deducta ornatione statue *(sic)* | et familiae Augustal.[5] HS C n̄.; quotsi ita | factum non erit, tum ea HS $\overline{XL}$ n̄. n̄. | dari rei p. Ost. sub eadem condicione | qua s. s.[6] est. Ob cuius dedicatione dedit | decurionibus X̶ V et Augustalibus X̶ V; | isque honore sibi habito sumptum sta|tuae ordini Augustalium remisit. *(In latere)* dedic. | XV kal. [*Ia*]nu[*ar.*] | Mamertino et Rufo | cos.[7]

Ostiae, iam Romae (XIV 367 vidi). — 1) *Scr.* reliqua. — 2) *Insere* ut. — 3) *Non intellegitur (sed similiter etiam XIV 431).* — 4) *Summae supra scriptae.* — 5) *Familiae Augustalium destinantur sestertii centum, reliqua, deducta summa necessaria ad ornationem statuae, ipsis Augustalibus.* — 6) *Supra scriptum.* — 7) *A. 182.*

6165 Marco Licinio | Privato[1] | ⟨decurionatus ornamentis honorato et⟩[2] | biselliario in primis constituto | inlatis rei publicae sestertis | quinquaginta milibus n., | ⟨quaestori et qq. corporis pistorum Ostiens. et Port.[3]⟩, | magistro quinquennal. collegi | fabrum tignuariorum lustri | XXVIIII[4] et decurioni eiusdem | numeri decur. XVI[5], decuriali scrib. | librario[6], tribuli tribus Claudiae | ⟨patri et avo decurionum⟩[2] | patruum *(sic)* et liberorum clientium[7], | ⟨patri equitum Romanorum⟩ | universus numerus | caligatorum[8] | collegi fabrum tignuarior. Ostiens. | magistro optimo, ob amorem et merita eius. | L. d. d. d. p.

Ostiae in theatro rep. (XIV 374 vidi). — 1) *Idem memoratur in latere basis supra N. 615.* — 2) *Quae uncis inclusi, postea litteris minoribus addita sunt.* — 3) *Portensium.* — 4) *Collegium fabrum tignuariorum Ostiensium lustra numeravisse etiam ex aliis titulis scimus. Sed principium huius numerationis incertum.* — 5) *De sedecim decuriis numeri (ita dicebatur plebs collegii) fabrum tignuariorum Ostiensium cf. N. 1428 not. 4.* — 6) *Cf. N. 4369 not. 1, 6146 not. 7.* — 7) *Cf. N. 6048 not. 3.* — 8) *Similiter plebs huius collegii dicta etiam in aliis titulis ab eo positis, supra N. 615. 1428.*

6166 C. Iulio | Tyranno[1] | mag. q̄q̄.[2] colleg. | [*f*]abr. tignuar. Ostis | lustri XXII[3]. Huic | primum omnium uni|versi honorati sta|tuam ponendam | decreverunt | ob merita eius. | L. d. d. d.

Ostiae in theatro rep. (XIV 370 vidi). — 1) *Ad eundem hominem pertinet Eph. ep. 7, 1226.* — 2) *Magistro quinquennali.* — 3) *Cf. N. 6165 not. 4.*

6167 d. m. | C. Similius Philocyrius | sevir Aug. idem q̄q̄., magister | quoquae *(sic)*[1] collegi fabrum tig|nuarior. Ost. lustri XXXVI, | item scrib. eiusd. numeri, fec. sibi | et Similiae Philete | coiugi unibyriae *(sic)*, et | Similiae Romane | filiae, et libertis liber|tabusquae posterisque | eorum. In f. p. LXXX, in agr. p. XXIIII. | Gaudenti et Lampadi[2].

Prope Ostiam rep., est Neapoli (XIV 418 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse sic errore quadratarii solutae litterae* qq. — 2) *Signa defunctorum ut videtur.*

6168 L. Valerius Threp[*t*]us | fecit, mag. qq. | colleg. fabr. tignuari|orum Ost[*e*]nsium, curat. | negotiantium fori vinari[1], | qq. colleg. Geni fori | vinari, e . . . pe . . . patris | e[*t*] Valer[*iae*] . . . stae.

Amalfiae, sed videtur ex ruinis Ostiensibus eo adlata (X 543. XIV 430 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. supra N. 6146 not. 5.*

6169 P. Aufi[*dio Faustiano*][1] | . . . . | . . . [*patrono*] | corporum mensorum | frumentariorum | et urinatorum, decurioni adlecto | Africae Hippone Regio, | corpus mercatorum | frumentariorum | q̄q̄. perpetuo.

Ostiae rep. pone theatrum in area quae fuit fortasse forum coloniae (XIV 303 vidi). — 1) *Nomen supplevi ex N. 1427, quem titulum idem homo nomine corporis mercatorum frumentariorum Ostiensium ponendum curavit.*

6170 T. Testio Helpidiano | seviro Aug. idem q. q., | item patrono et q. q. | corporis treiec[*t*]us | marmorariorum, | IIII Testii Helpidianus, | Priscus, Priscianus | et Felix, fili et heredes, | patri dulcissimo.

Salerni, sed videtur ex ruinis Ostiensibus eo adlata (X 542. XIV 425 aliquoties descripta saec. XVI).

6171 . . Pacceio L. f. | q. pro pr., | Ostienses | naviculariei.

Tibure (XIV 3603 bis descripta saec. XIX ineunte).

6172 P. Martio Quir. | Philippo | curatori viae Praenestinae, | aedilicio curuli[1], v. q.[2] ab aerario, | tribuno fabrum navalium Portens.[3], | corpus fabrum navalium | Ostiens., quibus ex s. c. coire licet[4], | patrono optimo, | s. p. p. *(In latere)* dedicata III idus Apriles[5] | Scapula Tertullo et Tineio Clemente cos.[6], | cura agentibus Calocaero lib. | et C. Vettio Optato, M. Clodio Minervale, qq. per.

Ostiae rep., iam Neapoli (XIV 169 vidi). — 1) *Exspectaveris* v. aedilicio, *vel* scr. aedilicio. — 2) *Viatori quaestorio.* — 3) *Fortasse fabri navales hi Portenses pars fuit corporis navalium Ostiensium.* — 4) *Idem corpus eodem die posuit titulum XIV 168.* — 5) *Natalis imperatoris Severi.* — 6) *A. 195.*

6173 C. Veturio C. f. Testio | Amando, | eq. R., patrono et | defensori V corporum | lenunculario r. Ostiens.[1], | universi navigiarii corpor. | quinque ob insignem eius | in d[*efend*]endis se et in tuendis | eximiam diligentiam dignissimo | [*a*]tque abstinentissimo viro, | ob merita eius; | [*quin*]q. corporis splendedissimi codicar. | L. d. d. d. p. *(In latere)* ded. . . . [*Annio Largo*], | Pra[*stina Messalino*] co[*s.*][2].

Ostiae (XIV 4144 vidit Hirschfeld). — 1) *Eadem quinque corpora lenunculariorum N. 6149, fortasse eadem quae una cum codicariis posuerunt titulum supra N. 1433. Arelate quoque videntur fuisse quinque corpora naviculariorum (supra N. 1432; Revue epigr. 1900 p. 114).* — 2) *A. 147.*

6174 M'. Acilio Glabrione M. Valerio Homulo *(sic)* cos.[1] | ordo corporatorum lenunculario r. | tabulariorum auxiliares.[2] Ostiens.[3]

patroni:
M. Sedatiu s C. fil. Severianu s[4]
T. Prifernius Sex. f. Paetus Rosianus Geminus[4]
M. Sedatiu s M. f. Severus Iulius Reginus[4]
C. Aleiu[5] C. fil. Fuscianu s[4]

L. Volusiu s Maecianu s[6]
L. Iuliu s Memo r
M. Cipiu s Proclianu s
T. Aureliu s Aug. lib. Strenion
L. Mariu s Germanu s

q. q.
M. Cornelius M. f.
Secundus

quinq. perp.:
M. Corneliu s Epagathu s

quinq.:
M. Antistiu s Heliu s

plebs:
M'. Lolliu s Marinu s
(et alii multi)

L. Iuliu s Memor f.
M. Corneliu s Secundu s
T. Corneliu s Feli x
A. Herennuleiu s Fructu s
L. Cominiu s Caecilianu s
L. Valeriu s Proculu s
(et alii multi)

T. Flaviu s Eleuthe r
(et alii multi, in his)
P. Corneliu s Phoebu s[7]
A. Muciu s Maiu s[8]
(deinde in alia pagina)
P. Freganiu s Lucri o
D. Statiliu s Augustali s
A. Herennuleius Philetianus[9]
M. Liciniu s Hedianu s
M. Cipiu s Felici o
C. Firmaniu s Epaphro-[ditian.
L. Publiciu s Victo r
A. Herennuleiu s Vettianu s
M'. Lolliu s Marinus f.
T. Manliu s Manlianu s
L. Aureliu s Aprili s
M. Publiciu s Ianuariu s[10]
M. Publiciu s Ostiensi s[10]
(et alii multi, quorum postremi)
M. Corneliu s Fortunatu s[11]
Θ M. Antistiu s Helianu s
M. A . . . . Maritimu s

Ostiae olim, iam Romae (XIV 250 vidi). — 1) *A. 152.* — 2) *Auxiliaresium (vel errore primus casus positus).* — 3) *Aliud album eiusdem ordinis N. 6175. Idem corpus memoratur supra N. 6144; aliud eiusdem generis N. 6146 (not. 11); quinque corpora lenunculariorum Ostiensium N. 6149. 6173. Ex albo alterius cuiusdam ex his quinque corporibus superest N. 6176.* — 4) *Iidem quattuor viri etiam aliorum collegiorum Ostiensium patroni fuerunt (XIV 246 seq., cum notis); de primo cf. supra N. 5423 not. 1; de secundo N. 1067 not. 1.* — 5) *Scr.* Allius. — 6) *Auctor iuris, amicus M. Aurelii; cf. Prosopogr. imp. Rom. s. v. Ceterum apparet spatio vacuo separari patronos ordinis senatorii a patronis ordinis inferioris.* — 7) *A. 192 hic factus erat primus erat inter plebeios (N. 6175).* — 8) *Hic secundus,* 9) *hic tertius inter plebeios a. 192.* — 10) *Hi duo in albo anni 192 reperiuntur ornati quinquennalitate perpetua.* — 11) *Cf. N. 6175 not. 17.*

6175 ⟨imperatore Caesare Augusto⟩[1] P. Helvio Pertinace II cos.[2], | ordo corporatorum lenuncularior. tabularior. auxiliar. Ostiensium[3].

patr. senat.[4]:
/ / / / / / / / / / / / / / / /[5]
L. Fabius Cilo Septiminus[6]
M. Umbilius Maximinus[7]

equit. Rom.:
L. Furius Public. Marcell. pa.[8]
L. Furius Public. Marcellin.
M. Cornelius Valerianus[9]
Sex. Sextilius Iulianus f.
L. Valerius Daphnu s[10]
Sex. Sextilius Iulianus[10] p.[11]

qq. pp.[12]:
M. Publicius Ianuarius[13]

quinquennal. p. p.:
M. Publicius Ostiensis[13] sen.

qq. II:
M. Cornelius Valerianus[14]

qq. perpet.:
L. Valerius Daphnus[15]

qq. pp.:
M. Cipius Victor

qq. perpet.:
Sex. Sextilius Iulianus pa.

qq.:
M. Curtius Victorinus

qq.:
A. Herenuleius Vettianus[15a]

plebs:
P. Corneliu s Phoebu s[16]
A. Muciu s Maiu s[16]
A. Herenuleius Philetian.[16]
A. Herenuleius Vettianus[16]
T. Manliu s Manlianu s[16]
L. Furiu s Primitivo s[16]
Q. Marciu s Rufinu s[16]
M. Cipiu s Natalia n.[16]
C. Clodiu s Agathopu s
L. Valeriu s Daphnu s
M. Corneliu s Feli x
T. Corneliu s Feli x
M. Publiciu s Mercuriu s
M. Publiciu s Valen s
M. Liciniu s Secundu s
L. Furiu s Crescen s
M. Cornel. Aphrodisiu s
M. Cornel. Fortunatu s[17]
(et alia nomina CCL, per septem paginas distributa).

Romae effossa, sed oriunda sine dubio Ostia, est in museo Capitolino (XIV 251 vidi). — 1) *Haec restituta in locum nominis Commodi (consulis septimum) erasi.* — 2) *A. 192.* — 3) *Cf. ad N. 6174 not. 3.* — 4) *Patroni senatores.* — 5) *Nomen erasum.* — 6) *Cf. supra N. 1141. 1142.* — 7) *Spatium vacuum relictum inter patronos primi et secundi ordinis, si forte alii senatores patroni cooptarentur.* — 8) *Pater (scilicet eius qui sequitur).* — 9) *Idem infra inter quinquennales. Idem videtur memorari N. 6144 fin.* — 10) *Hi quoque infra inter quinquennales.* — 11) *Pater (scilicet eius qui paulo ante).* — 12) *Quinquennalis perpetuus.* — 13) *Duo hi, quinquennales anno 192, in plebe eiusdem collegii fuerunt a. 152, cf. N. 6174 (not. 10).* — 14) *Idem supra inter patronos.* — 15) *Idem nomen infra inter plebeios.* — 15a) *Hic quoque redit inter primos plebis.* — 16) *Octo hi primi (vel vetustissimi) plebeiorum in eodem collegio iam fuerunt a. 152, cf. N. 6174.* — 17) *Hic quoque in eodem collegio iam fuit a. 152, sed loco paene extremo (N. 6174).*

6176 Ti. Claudio Severo et C. Aufidio Vict[*orino cos.*][1] | ordo corporator. lenuncula[*riorum*] | pleromariorum auxiliarior. Osten[*sium*][2].

patr.: M. Cipius Vitalis et T. Antistius Favor

qq.: L. Veius Adiutor M. Cloelius Carus

(et alii quattuor)

plebs:

M. Cipius Ostiensis P. Cloelius Primus iun.

Q. Atilius Lucrio P. Clylius Laeonas

(et alii decem et septem).

Ostiae rep., est Romae (XIV 252 vidi). — 1) A. 200. — 2) Pleromariorum cognomine hoc collegium distinguitur ab eo cuius sunt N. 6174. 6175. Πλήρωμα navigii genus.

6176a [*M. Aelio Aurelio* | *Caesari*, | *imp. T. Aeli*] | Hadriani An[*tonini*] | Aug. Pii p. p. [*filio*], | corpus pisto[*rum*] | coloniae O[*stiens. et*] | portus utrius[*que*][1].

Civitavecchia rep., oriunda sine dubio ex Ostia vel ex Portu (XIV 101 bis vel semel descripta saec. XVIII). — 1) De duplici portu Ostiensi cf. N. 6179.

6177 imp. [*Caesari*] | M. Aur[*elio Antonino*] | Aug. p[*ontifici maximo, trib.*] | pot. X . . ., [*imp. ., cos. ., p. p., divi*] | Ant[*onini Pii filio*], | divi [*Hadriani nepoti*], | divi Tr[*aiani P*]arthic. | pronepot., divi | Nervae abnepot., | corpus saburrariorum[1] | s. p. p.[2], | cura agentibus | patrono Claudio Blastiano, | q̅q̅.[3] Claudio Eutych[*e*]n., | Munnenio Gaiano.

In Portu Romano rep., est Pisauri (XIV 102 vidit Bormann). — 1) Saburrarii sunt qui saburram ad naves advehunt. — 2) Sua pecunia posuit. — 3) Quinquennalibus.

Susceptorum Ostiensium sive Portuensium corpus *posuit titulum supra N. 1245.*

6178 pro salute impp. Severi et Antonini | Augg. et Getae[1] nobilissimi Caes. et Iuliae Aug., | m. Augg. et castr., Genio saccariorum salarior. | totius urbis camp. sal. Rom.[3] Restitutianus Corne|lianus de XVI ab aer.[4] et ark.[5] sal. Romanarum[6] cum | Ingenua filia donum dedit *(A latere)* dedicantibus | Sallustio Saturnino | et Orfito procc. | Augg. nn. *(Ab altero latere navicula, a cuius prora oriuntur funes duo).*

Rep. in stagno Portuensi loco dicto Campo Saline (cf. not. 3), basis semicirculata, translata Romam (Gatti Notizie degli scavi 1888 p. 228; Lanciani Bull. comunale 1888 p. 86). — 1) Pars vocabuli erasa, sed legitur. — 2) Corpus saccariorum portus urbis Romae (qui prius dicebatur portus Ostiensis, cf. C. I. L. XIV p. 6) memorat constitutio Valentiniani cod. Theod. 14, 22, 1. Saccarii salarii videntur operam dedisse salibus comportandis. — 3) Campi salinarum Romanarum. Nomen loco mansit per saecula, cf. Nibby analisi della carta dei dintorni di Roma I p. 369. Ceterum distinguunt has salinas a dextra Tiberis positas dictas Romanas a salinis proprie Ostiensibus Nibby et Lanciani l. c. (De salinis Ostiensi-

bus cf. C. I. L. XIV p. 4.) — 4) *Sedecim ab aerario (sive sedecim fuerunt qui collegium effecerunt, sive collegium illud constabat ex sedecim decuriis) praeterea ignoti.* — 5) *Arkarius (sic potius legendum, quam coniungendum: ab aerario et arca).* — 6) *Litteras* anarum *substitutas esse in locum aliarum erasarum significatur.*

6179

	Salonia Carpime Saloniae Euterpe sacerdoti M. d. m. Port. Aug.[2] et Traiani felicis[3], patronae	M. Cutius Rusticus tibico *(sic)* M. d. m. Portus Aug.[2] et Traiani felicis[3] fecit sibi et Cutiae The-	
d.[1]	suae optimae bene meren- ti fecit, et sibi, et Salonio Hermeti, Salonio Dorae, Sa- loniae Tertiae et eor. filis: pars dimidia intrantib. laeva.	odote et libertis liber- tabusq. posterisq. eorum: pars dimidia ad dextra.	m.[1]

Romae inde a saec. XVI, sed fortasse eo allata ex Ostia vel ex Portu Romano (XIV 408 vidit Henzen). — 1) d. *a sinistra*, m. *a dextra tabulae.* — 2) *Matris deum magnae Portus Augusti. Eadem est Mater deum Transtiberina, cuius sacerdotem Ostiensem habuimus supra N. 4406, sic dicta ab Ostiensibus, quod Tiberis inter moenia coloniae et Portum interfluebat.* — 3) . . . [*port*]us Traiani felicis *est in t. Portuensi XIV 90.*

De portu Ostiensi, inchoato a Claudio et amplificato a Traiano, cf. C. I. L. XIV p. 6 (supra N. 207. 5797[a]; procuratores portus utriusque Ostiensis habes supra N. 1433. 1533; cf. N. 372).

6180 d. m. | L. Arrio Vitaliano dec. | Laur. vico August.[1], IIII|vir. eiudem loci, | quaest. aer., flam[*ini*] . . ., | qui vix. anni[s] . . . men|sib. X dieb . . . . | . . . ianus | . . .

Ostiae (XIV 301 vidi). — 1) *Decurioni Laurentium vico Augustano. Eiusdem vici decuriones et magistratus in multis aliis inscriptionibus Ostiensibus, cf. supra N. 6144. 6149. 6150; C. I. L. XIV p. 183. Situs fuit inter Ostiam et Lavinium, teste titulo supra N. 1334.*

Inscriptiones Ostienses habes etiam supra N. 334. 372. 608. 615. 687. 1292. 1427. 1428. 1429. 1431. 1433. 1442. 1484. 1582. 1590. 1640. 1916. 1984. 2061. 2154. 2155. 2164. 2170. 2217. 2741. 3005. 3026. 3299. 3385. 3776. 4111—4115. 4135. 4141. 4155. 4162. 4173. 4176. 4200. 4201. 4212. 4215. 4227. 4265. 4369. 4373. 4406. 5233. 5393. 5451. 5694, alias dabimus infra inter sepulcrales vulgares; Portuenses habes supra N. 207. 339. 805. 2223. 2835. 3129. 4294. 4402. 4403. 5465.

6181

. . . . Numice[1] Lavinas
. . . . . [*v*]irecta[2] Pilumni
. . . . [*pon*]tifex sacris votum
. . . . [*c*]lara sanguis Aeneae
. . . . [*m*]aximus petitorum
. . . . [*p*]rosperetis eventus
. . . . a iura Laurentum[3].

6182

. . . [*sacer*]dote
. . . . inae
. . . . . .
. . . . . . [*p*]risci
. . . . . . [*I*]ulo

Praticae, inter Ostiam et Ardeam, ubi Lavinium fuisse praeter hos etiam tituli supra editi N. 62. 62ª declarant, rep. (XIV 2065. 2066 vidit Bormann). Sunt reliquiae choliamborum, cf. Buecheler carm. epigr. n. 212. — 1) *De Numico sive Numicio cf. Liv. 1, 2, 6; Dionys. ant. 1, 64; Tibull. 2, 5, 43 cet.* — 2) *Supplevit Buecheler (virectum legitima scriptura, Verg. Aen. 6, 638 cet.), conferens lucum Pilumni Verg. Aen. 9, 3. De Pilumno cf. praeterea Verg. Aen. 10, 76 cet.* — 3) *Deos Lavinii cultos precatur pontifex Laurentium Lavinatium, ut et eventus prosperent (fortasse imperatori) et iura, eadem quae privilegia dicuntur N. 6183, Laurentium Lavinatium tueantur.*

De sacris Lavinii peragi solitis cf. praeterea supra N. 5004.

6183 divo Antonino Aug. | senatus populusque Laurens, | quod privilegia[1] eorum non | modo custodierit, sed etiam | ampliaverit, curatore | M. Annio Sabino Libone[2] c. v., | curantibus Ti. Iulio Nepotiano | et P. Aemilio Egnatiano praet. | II q̄. q̄.[3] Laurentium | Lavinatium.

Praticae (XIV 2070 vidi). — 1) *Cf. N. 6181 v. 7; de privilegiis sacerdotum praeterea N. 5054 not. 2.* — 2) *Propinquus imperatoris M. Aurelii, cf. Mommsen ad III S. 7060 = Eph. ep. 3 p. 159.* — 3) *Praetoribus iterum quinquennalibus. Alios praetores Laurentium Lavinatium habuimus supra N. 1429. 1886. 2741, alium praetorem quinquennalem N. 6187.*

6184 d. n. Galerio Val. | Maximiano | fortissimo ac | baeatissimo Caes.[1], | principi iuventutis, | Iun. Priscilianus Maximus | v. c., cur. Laur. Lav., | dic. n. m. q.[2] eius.

Praticae (XIV 2076 vidi). Iuxta extabant tituli collegarum, XIV 2074. 2075. — 1) *A. 293/305, cf. N. 650 seq.* — 2) *Dicatus numini maiestatique.*

6185 . . [*Prisci*|*lia*]no[1] Maximo c. v., | vati primario, quaes|tori candidato, prae|tori urbano, pontifici | maiori, pontifici dei | Solis, electo ad legation. | provinciae Asiae, patrono | et curatori L. L., sacerdota|les et populus.

Praticae (Tomassetti Notizie degli scavi 1895 p. 309). — 1) *Recte supplevit editor.*

6186 Valerio Frume|ntio v. p., patro|no et defesori, | abitatori cibitatis, | qui pos *(sic)* multum | temporis aeditio|nem debotionis[1] | renobabit et ite|rabit, pro meri|tu m[*unifice*]ntie | sue ordo cibes|que Laurentum | L. L.[2]

Romae, num Praticae reperta sit, plane incertum est (XIV 2080 vidi). — 1) *Est editio in honorem imperatoris ideoque cum devotione coniuncta (Momms.).* — 2) *Lavinatium.*

6187 pro salute | Q. Petili Felicis pr. et qq. L. L.[1], | Pergamis et Calliope | et Nice[2] lib. et Pergamus[2] act.

Romae (VI 29712 viderunt de Rossi et Gatti). — 1) *Cf. N. 6183 not. 3.* — 2) *Iidem homines VI 23984.*

6188[a] P. Sufenati P. f. Pal. Myroni | equiti Romano, decu|riali scribarum aedili|um curulium[1], luperco[2], Laurenti | Lavinati, fretriaco Neapoli Anti|noiton et Eunostidon[3], decu|rioni, IIIIviro[4], Alba|ni Longani[5] Bovillen|ses decuriones ob me|rita eius. L. d. d. d.

6188[b] P. Sufenati P. f. Pal. | Myroni | equiti Romano *(deinde eadem quae supra, sed in fine)* Albani Lon|gani[5] Bovillenses | municipes ob meri|ta eius. L. d. d. d.

6188[c] P. Sufenati P. f. | Pal. Severo Sempro|niano decuriali | scribarum aedilium curu|lium[1], fretriaco Neapoli Eu|nostidon, decurioni et | sacerdoti Apolli|nis[4], Albani Longa|ni[5] Bovillenses de|curiones ob meri|ta Sufenatis Her|metis patris eius. | L. d. d. d.

Prope moenia urbis ad portam Appiam rep., tituli tres in una basi, si vera traduntur, inscripti, postea ex ea desecti (VI 1851[abc] primum titulum vidit Henzen). Fortasse basis ex ruderibus Bovillarum via Appia (cf. ad N. 6189) ad urbem Romam allata erat. — 1) *Cf. N. 1879. 1883. 1886 cet.* — 2) *Cf. N. 4945 seq.* — 3) *Cf. infra ad N. 6455.* — 4) *Bovillis.* — 5) *Cf. N. 6189 not. 1.*

6189

C. Dissenio	C. Dissenio Quir.	C. Dissenio
C. f. Quir. Fusco	Fusco praef. fabr.,	C. f. Quir. Fusc[*o*]
Hadriano.	curatori et patrono,	Sabiniano.
C. Dissenius Fuscus		C. Dissenius Fuscus
pater, honore	Albani Longani	pater, honore
publice oblatae	Bovillenses[1] ob merita	publice oblatae
statuae content., sua	[eius	statuae content., sua
pec. fec.	h. c.[2]	pec. fec.

Ad viam Appiam rep. loco dicto le Fratocchie, ubi fuerunt Bovillae, deinde Romae (XIV 2409 vidit Huebner). — 1) *Bovillenses posteros et successores veteris Albae Longae habitos esse ex hoc et ex aliis titulis constat. Gentes quoque Romanae, quae Alba oriundae esse putabantur, sacra gentilicia Bovillis peragebant. Cf. supra N. 2988 (not. 3. 5).* — 2) *Honoris causa.*

6190 locus adsignatus[1] ab C. Diss[*e*]nio C. f. Qui[*r. Fusco*] | curatore rei publicae Bovillensium. Dedi[*cata*] | VIIII k. Ianuar. Sex. Sulpicio Tertullo Q. Tinei[*o Sacer*]|dote cos.[2] Cuius ob dedicationem dedit ordin[*i decuri*]|onum sing. HS VIIII, item ordini Augustalium si[*ng. HS*] .., | quod permiserunt in clupeo[3] quod ei posuerun[*t ante*] | templum noum *(sic)* pingere effigiem Ma[*nliae*] | Severinae virginis Albanae maxi[*mae*[4], *soro*]|ris suae[5], post excessum vitae eiu[*s. Hic*] | primus comitia magistratuum [*creandorum*] | causa instituit M. Civica Barbar[*o M. Meti*|*lio*] Regulo cos.[6], anno urbis conditae [*DCCCCX?*[7] | *con*]sentiente C. Diss[*en*]io Fusco cur.

Rep. ad viam Appiam, XI circiter ab urbe lapide, eodem sine dubio loco quo N. 6189, est Romae in museo Vaticano (XIV 2410 descripsit Henzen). — 1) *Apparet deesse inscriptionem primariam, scilicet inscriptionem statuae cui locus adsignabatur a C. Dissenio.* — 2) *A. 158.* — 3) *Cf. supra N. 5450—5452.* — 4) *De virginibus Vestalibus Albanis cf. supra N. 5011.* — 5) *Manlia Severina cum soror eius fuisse videatur, cui titulus positus est, ipse fortasse fuit L. Manlius Severus quattuorvir Bovillensium, cuius titulum dedimus supra N. 4942.* — 6) *A. 157.* — 7) *Incertum utrum annus a Roma vel a Bovillis conditis.*

Alios titulos Bovillenses dedi N. 2988. 4942. 5196.

6191 Clange | Hilarionis v. a. XX, | perit in monte Albano | XIIII kal. Iul. | L. Arruntio M. Lepido cos.[1]

Romae rep. in Exquiliis prope sepulcrum familiae Arruntiae (VI 5931 seq.), iam Cusercoli (VI 14844 vidit Bormann). — 1) *18 Iun. anni p. Chr. 6. Periit puto feriis Latinis, quibus fortasse una cum Hilarione L. Arruntium consulem comitata erat.*

Titulos Iovi in summo monte Albano dicatos dedimus supra N. 2990. 3072. — *De sacerdotibus Cabensibus montis Albani vide ad N. 5009.* — *Fastos feriarum Latinarum editos C. I. L. I (ed. 2) p. 55 seq. = XIV 2236—2244 hic non repeto.*

6192 Rubria Prima | Albaniesis[1]. | P. Rubrius P. l. Utilis. | Amice, have! et vale! ego hic | situs sum.

Romae, ut videtur, vel prope Romam rep., tabella columbarii, est in oppido Genazzano (VI 25548 vidi). — 1) *Significatur puto origo ex fundo Albano imperatorum. Cf. C. I. L. XIV p. 217.*

6193 Cn. Dupilius Cn. f. | Hor., tr. mil. in leg., | flam. Mart.[1], q., aed., | dictat. Ariciae[2]. | Cn. Dupilius M. f. | Hor. pater. | M. Dupilius Cn. f. | Hor. frater. | Mulvia L. f. mater. | Martia M. f. uxor. | Dupilia Cn. l. Hilara l. | Cn. Dupilius Cn. l. Secund. l. | Cn. Dupilius Cn. l. Epaphrod. l. | In f. p. XVI, in a. p. XIIX.

Romae (XIV 2169 solus descr. Sirmond). — 1) *Flamen Martialis (Ariciae).* — 2) *Dictatores Aricini memorantur (una cum aliis magistratibus Aricinis) in titulis repertis in Nemore Aricino ad fanum Dianae (supra N. 3243; XIV 4193).*

Ordinem Aricinorum, servum arcarium rei publicae Aricinorum habes supra N. 1283. 3255.

6194 senatus p. q. Lanvinus ex p. p. | Ti. Claudio Caesari Aug. Germanico pont. max., tr. pot. II[1], | C. Caecio Pulchro dictatore, P. Autronio Celso L. Laberio Maximo aedil.

Romae, sed reperta sine dubio Lanuvii (XIV 2097 vidit Henzen). — 1) *A. 42/43.*

6195 [*imp. Caesari* | *divi Hadr*]iani f. | [*divi Tr*]aiani | [*Parth*]ici nep. | [*divi*] Nervae pronep. | [*T. Aeli*]o Hadriano | [*Ant*]onino Aug. Pio | [*pont.*] maximo, tribun. | [*potest*]at. II, cos. II[1], p. p., | [*senat*]us populusque | [*Lani*]vinus veteres[2].

Lanuvii (XIV 2100 descr. saec. XVI Fulvius Ursinus aliique). — 1) *A. 139.* — 2) *Cur veteres dici voluerint Lanivini, non constat.*

Alios titulos positos a senatu populoque Lanivino habes supra N. 1475. 5193. 5686.

6196 C. Agilleius C. [*f.*] | Mundus | rex sacr.[1], aed[*il.*], | flamen Dial[*is*][2], | I. S. m. r.[3]

Genzani prope Lanuvium (XIV 2089 vidit Bormann). — 1) *Alium regem sacrorum Lanuvinum habuimus supra N. 4016.* — 2) *Flaminem Dialem non solum Roma, sed etiam Tibur (supra N. 1158) Laviniumque (N. 5004) habuerunt et, ut ex hoc titulo discimus, Lanuvium; item ut videtur Mutina (XI 856).* — 3) *De Iunone Sospite matre regina Lanuvii potissimum culta vide ad N. 3097 (item N. 5683).*

6197 Silváno sacr. | D. Granius Pal. Celer[1] | flam. maximus.

Lanuvii rep., est Genzani, basis marmorea (XIV 2092 vidi). — 1) *Nomen patris deficiens et tribus Palatina Granium libertinum fuisse ostendunt.*

6198 . . Dastidius C. f. Celer pro honore ae[*d.*][1], | [*C.*] Dastidius Sp. f. Apollinaris pater pro honor[*e*] | flamoni HS $\overline{\text{XV}}$ | in refectionem balinei intulerunt.

Lanuvii (XIV 2115 vidi). — 1) *Aedilitatis.* — 2) *Pater nominatus secundo loco, quippe ipse patre ingenuo carens. Lanuvii flamines etiam eos fieri potuisse qui honoribus arcerentur demonstrat N. 6197.*

6199 C. Sulpicio Victori | patri ee. qq. RR.[1], homini | innocentissimo, patrono | municipi, s. p. L.[2] ob in|parem[3] obsequium et | erga se inmensam mu|nificentiam eius eques|trem[4] ponendam cen|suerunt dedicarumq. *(sic)* | Ob cuius dedicationem | viritim divisit decuri|onibus et Augustalib. | et curis[5] n.[6] XXIIII et curie | mulierum epulum | duplum dedit.

Prope Lanuvium (XIV 2120 servavit Fabretti). — 1) *Equitum Romanorum duorum.* — 2) *Scr.* s. p. q. L. — 3) *Scr.* incomparabile[*m*]. — 4) *Sc. statuam.* — 5) *Curiis.* — 6) *Nummos.*

6200 C. Mari C. f. Qui[*e*]|ti, haruspicis, a[*e*]di|lis bis, flam. Marti|alis, allecti in|[*t*]er dictatorios, | [*l*]ocum dedit.[1]

Prope Lanuvium (XIV 4178[c] descr. Tomassetti). — 1) *Quis locum dederit, non apparet; fortasse imperfecte descriptus titulus.*

6201 D. . . . . cirio D. f. Pal. | Auspicato | aedili municipi, | curatori muner., | municipes, curiales | [*e*]t curia . . . amonal.[1] | ob merita eius.

Lanuvii ut videtur rep., est Romae (XIV 2114 recognovimus ego et Dressel). — 1) Flamonal. *legit Henzenus,* Flamonae *Marinius.* — *De curiis municipalibus cf. N. 6089 cap. LIII seq.; N. 6824 seq.*

6202 curia Clodia Firma.

Lanuvii in exhedra quadam vel scamno (XIV 2126 ter descripta saec. XIX).

6203 Q. Avili C. f. Lanvine, salve! | *Κόιντε Ἀουίλλιε Γαίου υἱέ, Ρωμαῖε,* | *χρηστέ, χαῖρε.*

Oxonii, ara, unde venerit non traditur, venit sine dubio ex Graecia vel Asia (III S. 7242 vidit Michaelis).

Alios titulos Lanuvinos (praeter citatos ad N. 6195) habes supra N. 316. 897. 2676. 3097. 3933. 4016. 5683. 5707; alium dabimus infra in capite de collegiis.

6204 P. Sulpicius, C. Antonius cen[*s.*][1]
p. h. n. t.[2] vico Galb., P. Peticius P. l. Apollodoru[*s*].

Tusculi (I p. 568. XIV 2611 vidi). — 1) *Censores populi Romani a. u. c. 712 (fasti Colot., C. I. L. I ed. 2 p. 64). Quomodo factum sit, ut hi titulum posuerint Tusculi, non apparet.* — 2) *Litterae singulares non intelleguntur.*

6205 Q. Coelius Q. f. Latin.[1], M. Decumiu[*s*] | aed. de s. s.[2]

Tusculi, sub moenibus oppidi in margine fontis antiqui (I 1125. XIV 2626 Ritschl tab. L c). — 1) *Hic fortasse Q. Caelius sive potius Coelius Latiniensis, memoratus a Cicerone de imp. Cn. Pompei 19, 58.* — 2) *Aediles de senatus sententia.*

6206 C. Volcacius C. f. Labeo, | M. Plaetorius L. f. M. n.[1] | aid.

Tusculi (XIV 2638 vidit de Rossi). — 1) *Cf. N. 6214 not. 3.*

6207 M. Acilius Can . . .[1], | */////*[2] Gem[*inus*] | aed. qin[*q.*] *(sic)* | argento multatic[*io*].

Tusculi (XIV 2621 vidi). — 1) *Aut* Can... *aut* Cam..... — 2) *Nomen alterius aedilis erasum. Aediles videntur fuisse magistratus eponymi (XIV p. 254).*

6208 . . . d[*e*] | [*s*]enatus | sententia | ex muneribus | C. Fabi C. f. Passieni | Saturnini[1] | auguris, aed. lustr.[2]

Tusculi (XIV 2628 vidi). — 1) *Idem videtur memorari XIV 2620.* — 2) auguris Augusti *priores editores nonnulli, non recte. Alios aediles lustrales Tusculanos (eosdemque monitores sacrorum) habes supra N. 902 (ubi cf. not. 3). 3152.*

6209 M. Pontio M. f. | Quir. Felici | senatori, aedil. | munic., sodal.[1] | itemq. aedil.[1] | et curat. sodal., | municipes et | incol. ex a. c.[2] | ob innoc.[3] et ad|siduit. ceterasq. | administr. eius. | Posit. VIIII k. Iunias | M. Antonio Rufino | S. Octavio Lenat[*e*] | cons.[4] *(In latere)* sta. dedicat.[5] | po[*pulo epu*]lu[6] | et mul[*sum*] | de[*dit*].

Tusculi (XIV 2636 vidit Mommsen). — 1) *Sc. iuvenum. Cf. N. 6212. 6237 cet.* — 2) *Ex aere collato.* — 3) *Innocentiam.* — 4) *A. 131.* — 5) *Statuae dedicatione.* — 6) *Sic videtur supplendum esse* (pol . . . . lu *excepit Momms.).*

6210 Sex. Octavius Sex. f. Pal. Felicianus | senator municipi et aedil., rexs sacr., | ob honorem oblatum sibi praefectur. | a collegio dendroforum scholae eo|rum loco inpetrato ab ordine partem au|xit ⟨omne opere⟩[1] totamque pecunia sua consummavit.

Tusculi rep., est Romae (XIV 2634 vidit de Rossi). — 1) *Quae uncis* ⟨ ⟩ *inclusi, litteris minoribus postea intrusa sunt.*

6211 Flaviae C. f. | Tarentinae | municipi et | sodali.[1] | Cornelia D. f. | Secunda | mater posuit.

Tusculi (XIV 2631 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 6212.*

6212 Plutiae | A. f. | Olympiadi | sodali | iuvenum[1]. | L. d. d. d.

Romae, Tusculanam puto (XIV 2635 vidit Henzen). — 1) *Notabile, Tusculi feminas fuisse inter sodales iuvenum. Extant tesserae plumbeae inscriptae* sodales Tusculane *(sic videtur, cf. Rostovzew Revue numism. 1898 p. 275).*

6213 sodáles | lúsús | iuvenalis[1].

Romae, Tusculi ut videtur rep. (XIV 2640 vidit Henzen). — 1) Curator lusus [*iuvenalis*] *in t. Tusculano posito anno p. Chr. 32 vel 33 (XIV 2592).*

6214 aed[*it. a*]edis Ca[*st.* | *et*] Pol.[1] ex d. d.: | M'. Avilius Ↄ. l.[2] | Stabilio, | . . Anicius P. l. . . . ., | . . Furius P. l. . . ., | . . Plaetorius D. [*l.*][3] . . ., | . . Volcacius C. l.[3] . . . | mag. fac. coer.

Tusculi (Tomassetti Notizie degli scavi 1901 p. 280). — 1) *De hoc collegio Tusculano cf. ad titulum Tusculanum supra N. 3396 (nam hunc quoque Tusculi repertum esse nuper rescivi ex schedis quibusdam Kellermanni).* — 2) *Fortasse hic periit aliquid.* — 3) *Diversi hi a Plaetorio Volcacioque N. 6206.*

6215 M. Tusculánio | Amiantho | mag. aeditu. | Castoris Polluc.[1], | Augustálium h. f.[2], | M. Tusculánius | M. f. | Receptus | frátri.

Tusculi (XIV 2637 viderunt de Rossi aliique). — 1) *Magistro aedituorum Castoris Pollucis. Cf. ad N. 6214 not. 1.* — 2) *Augustalium honore functo.*

6216 M'. Fictorio M'. l. | Synhistori, cur. | aedituom Castoris | et Pollucis | XVI, | aeditui | Castoris et Pollucis | post mortem | h. c.[1]

Romae (VI 2202. XIV 2629 ter quatterve descripta saec. XVII—XIX). — 1) *Honoris causa.*

Alios titulos Tusculanos agrique Tusculani dedi supra N. 17. 453. 863. 902. 952. 957. 965. 1045. 1060. 1075. 1156. 1491. 1579. 3066. 3142. 3152. 3388. 3396 (de hoc N. 6214 not. 1). Cf. etiam N. 4980. 5016—5018.

6217 d. m. | Parthenio arcario | rei publicae | Lavicanorum | Quintanensium[1].

In Latio inter oppida La Colonna et Monte Compatri, ab illo circiter 2 chil., ad veterem ut videtur viam Labicanam (XIV 2770 vidi). — 1) *Ad Quintanas mansio viae Labicanae memoratur in tabula Peutingerana et itinerario Antoniniano. Quod nomen, ductum ut videtur a praedio privato aliquo, aetate labente ad ipsos Labicos apparet transiisse. Situm ipsum oppidi Labici monstravit titulus quem Maximiano dicavit* ordo Labican. Q. Q., *nuper repertus in vinea Moretti, quem edidit Tomassetti Bull. comunale 1899 p. 289, Notizie degli scavi 1900 p. 51.*

6218 Agusiae T. f. Priscillae | sacerdoti Spei et Salutis Aug. | ex d. d. Gabini statuam publice po|nendam curaverunt, quod, post | inpensas exemplo inlustrium feminar. | factas ob sacerdotium, etiam opus portic. | Spei vetustate vexatum pecunia sua refectu|ram se promiserit populo, cum, pro | salute principis Antonini Aug. Pii | patris patriae liberorumque eius, | eximio ludorum spectaculo edito, | religioni, veste donata | universis, satis fecerit. | Cuius statuae honore contenta | inpensam populo remiserit[1]. | L. d. d. d. |

Rep. a. 1792 ad viam Praenestinam XII fere m. p. ab urbe Roma, una cum multis aliis inscriptionibus Gabinis, extat Romae in villa Borghesia (XIV 2804 vidit Henzen). — 1) *Scr.* remisit.

6219 M. Iulio Zotico | decurioni, | patri decurionum | et seviró Augustalium, | q̄q̄. eiusdem ordinis, | dendrophori q̄q. suó | perpetuó et patrono | dignissimo ob me|rita eius. L. d. d. d. *(In latere)* dedik. VIII kal. Iul. | imp. M. Aurellio A[*n*]to[*ni*|*no*][1] Pio Felic. Aug. [*III*][1] | P.[2] Valerio Comazonte | II cos.[3], | cur. Abudio Prisco Cassidario | Demetrio et Celerino Statieno | Clementiano.

Rep. una cum N. 6218 et una cum ea adservata (XIV 2809 vidi). — 1) *Nomen Antonini Elagabali et numerus consulatus erasa sunt.* — 2) *De praenomine Comazontis cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 355 n. 42; Boissevain in editione Dionis Cassii III p. 452.* — 3) *A. 220.*

6220 Fl. T. fil. Variane | ob merita | Crescentis | Augustor. lib. patris eius, | qui omnes honores | municipi n. delatos sibi | sincera fide gessit, | dec. populusq.

Rep. una cum N. 6218. 6219 ibidemque adservata (XIV 2807 vidit Henzen).

6221 P. Clodius Helix, | L. Atilius Thamyrus | praefecti Augustal.[1] | basim posuerunt et | statuam refecerunt | d. s. p. ex d. d.

Rep. eodem loco quo N. 6218 seq., videtur periisse (XIV 2805 bis vel semel descripta). — 1) *Praefectos Augustales hos fuisse libertinos indicant cognomina Graeca; similiter N. 6222, itemque supra N. 948, ex quo titulo videtur colligi posse praefectos hos quattuorvirorum loco (supra N. 272) interdum Gabiis fuisse.*

6222 L. Pi[*nnius*] . . . . . ., | L. Pin[*nius*] Nedymus | praefecti Augustales | L. Pinnius Porphyrio q.

Rep. una cum N. 6218, videtur periisse (XIV 2811 semel descripta).

Alias inscriptiones Gabinas dedi supra N. 272. 321. 948. 1295. 1609. 4118. 5449.

6223 M. Aurel[*io*] | Caesari, | imp. Caes. T. Aeli | Hadriani Antonini | Aug. Pii pontif. max., | trib. pot. III, cos. III[1], p. p., filio | senatus Fidenatium.

Prope Romam rep. via Salaria (ad duodecimum chiliometrum viae ferratae Hortam ducentis), ubi fuerunt Fidenae (Eph. ep. 7, 1269 descr. Lanciani). — 1) *A. 140 (mirum est M. Aurelium patris in tertio consulatu collegam non dici consulem).*

6224 magno et | invicto imp. | Gallieno Pio | Felici Augus|to senatus Fid., | devoti numini | maiestati q. eius, | dict.[1] C. Petr. Podalirio | et T. Aelio Octobre, cu|r. ag. T. Ter. Octobre.

Prope Romam rep. via Salaria ad villam marchionis Spadae, ibi fere ubi N. 6223 (XIV 4058 aliquoties descripta cum reperta est anno 1767). — 1) *Dictatoribus (collegium dictatorum praeterea non reperitur. Singulos dictatores habes Nomenti supra N. 2740. 4378, Lanuvii supra N. 6194 cf. N. 6200, Ariciae N. 6193). Duoviri Fidenates posuerunt titulum multo antiquiorem supra N. 5943.*

6225 imp. Caesari | divi Antonini Pii | filio divi Hadriani | nepoti divi Traiani | Parthici pronepoti | divi Nervae abnepoti | M. Aurelio Antonino Aug. p. m., | tr. pot. XVI[1], cos. III, optimo et | indulgentissimo principi, | pueri et puellae alimentari[2] | Ficolensium[3].

Romae, incertum quo loco reperta, sed stetit sine dubio Ficuleae (XIV 4003 vidit de Rossi). — 1) *A. 162.* — 2) *Cf. N. 6620.* — 3) *De Ficulea sita ad viam Nomentanam non procul ab urbe Roma vide C. I. L. XIV p. 447. Titulos Ficulenses dedi iam supra N. 3815. 5387. 5720.*

6226 . . [*V*]erulano | Phaedro sacerdoti | [*N*]omentanorum Matris d. m. | [*Ideae*] annis XXV et sanitate | [*qu*]omodo volui hilaris annis LXX. | Curiose, quit at te. *(In latere)* et Melizusae vernae sua[*e*], | vixit annis XVIII, posita hic a.[1] XXX.

Nomenti (la Mentana), iam Romae (XIV 3956 vidit Henzen). — 1) *Annorum? (sed duplex annorum numerus quid significet, nescio).*

Alios titulos Nomentanos dedi supra N. 908. 2740. 4378.

6227 Attini Aug. | sac. | C. Iulius Sp. f. Iulianus | Proculus sacerdos | M. d. m. I. | ad aquas Albulas[1] | d. d.

Tibure (XIV 3534 saepius descripta saec. XVI). — 1) *De aquis Albulis sitis sub Tibure cf. supra N. 3892 (iam accedit Notizie degli scavi 1902 p. 113).*

6228 C. Bicleio C. f. Cam. Prisco | omnibus honoribus | functo, optime de re | publica Tiburtium | merito, | s. p. q. T.[1] *(In latere)* Hic rem publicam | Tib. ex asse | heredem | fecit.

Tibure (XIV 3654 vidi). — 1) *Senatus populusque Tiburs.*

6229 Tul. Tullius Tul. f., P. Sertorius P. f. censores.

Tibure (I 1120. XIV 3685 semel ut videtur descripta saec. XV. Titulus ter in eodem lapide repetitus).

6230 L. Nonius L. f. Pansa, | Tul. Tullius Tul. f., | C. Manius C. f., | L. Magilius L. f. iterum | IIIIvir. d. s. s. f. c.[1]

Tibure (I 1121. XIV 3666 saepius descripta saec. XVI). — 1) *Quattuorviri de senatus sententia faciundum curarunt (hoc collocatum e regione quattuor nominum).*

Alios titulos a quattuorviris Tiburtinis positos dedi supra N. 5388. 5546.

6231 M. Scaudius C. f., | C. Munatius T. f. | aediles aere multatico.

Tibure, pavimentum operis musivi (XIV 3678 vidi). Alium titulum ab aedilibus Tiburtinis positum habes supra N. 3700.

6232 C. Terentius | Valens | IIIIvir aedilicia | pot., praef. qq. sal.[1], | praef. rivi supern.[2], | patron. munic.

Tibure (XIV 3682 vidi). — 1) *Praefecto quinquennali salientium?* — 2) *Praefecto rivi supernatis. De cura aquarum apud Tiburtes cf. C. I. L. XIV p. 367. Tribunum aquarum Tiburtinum habuimus supra N. 1889.*

6233 M. Tullio M. f. | Cam. Blaeso[1] | pontifici, cur. | fan. H. v.[2], salio[3], | Tullia Berenice | uxor et Tullia | Blaesilla filia, | l. d. s. c., | patrono municipii.

Tibure (XIV 4258 vidit Gatti). — 1) *Idem supra N. 1061. 5630.* — 2) *Curatori fani Herculis victoris. Cf. N. 1044. 1061. 1101. 1104. 1889. 3416.* — 3) *Salios Tiburtinos habes etiam supra N. 1025. 1101. 1104. 1889; salios Anagninos N. 6259. 6260. De saliis oppidorum Transpadanae N. 6701. 6743.*

6234 M. Lurio M. f. Palat. Lucretiano | patrono municipi, | Tiburtes municipes | aere collato, quod | honore sibi quinquen|nalitatis oblato XX paria | gladiatorum et venation. | sua pecunia ediderit. | L. d. s. c.[1] *(In latere)* dedicata | VIIII kal. August. | L. Eggio Marullo | Cn. Papirio Aeliano cos.[2]

Tibure (XIV 3663 vidi). — 1) *Locus datus senatus consulto.* — 2) *A. 184.*

6235 Q. Hortensio | Q. f. Col. | Faustino | advocato fis|ci, praef. fabr., patrono municipi, | collegium fabrum | Tiburtium ob | merita. | L. d. s. c. | *(In latere)* curantibus | M. Helvio Exspectato *(sic)* et | C. Alliano Tiburtino, *(in altero latere)* curantibus | C. Alliano Tiburtino et | M. Helvio Expectato. | Dedicata | III id. Mai. Maximo et Orfito cos.[1]

Tibure, iam Romae (XIV 3643 vidi). — 1) *13 Mai. 172.*

6236 C. Maenio C. f. Cam. | Basso | aedili, IIIIviro, mag. | Herculaneo et Augustali[1], | praefecto fabrum | M. Silani M. f. sexto[2] | Carthaginis, | tr. mil. leg. III Augustae, | quinquenna[*li*].

In agro Tiburtino, Vicovaro versus (XIV 3665 vidi). — 1) *Cf. N. 6242 not. 1, 6245 not. 2.* — 2) *Cf. supra N. 2305 not. 1.*

6237 T. Trebulano | T. f. Cam. Nepoti | Herc. Aug., | T. Trebulanus T. lib. Nepos Herc. | Aug., aedil. iuvenum[1] Tiburi. | Publicia Saturnina coniux.

Tibure (XIV 3684 vidi). — 1) *Cf. N. 6209; item N. 6264 cet.*

6238 Ti. Claudio | Salviano | Herculano | Aug. gratis | creato | duplicario[1].

Tibure (XIV 3656 saepe descripta saec. XVI—XVIII). — 1) *Augustales duplicarii Puteolis infra N. 6331. 6332. 6339 (honor dupli supra N. 5548).*

6239 Calvinae[1] | M. Silani fil. | delicio | Iuniae Sp. f. Tyrannidi, | uxóri optumae, | C. Albius Livilláe l. | Thymelus Herc. | Augustalis.

Tibure (XIV 3661 saepius descripta saec. XV. XVI). — 1) *Intellegitur Iunia Calvina, Silani eius qui memoratur N. 6236 filia, abneptis divi Augusti. Eius delicium aliquando fuerat Tyrannis, uxor Thymeli.*

6240/1 M. Varenus Ɔ. et M. Lartidi l. Diphilus[1] | mag. Hercul. d. s. p.[2] f. c.

Tibure, mensae duae marmoreae, rep. a. 1883 (XIV 3688. 3687 titulos duos paene gemellos descr. Gatti). — 1) *Vixit temporibus Tiberii, collato titulo Nolano X 1233.* — 2) de sua pec. *XIV 3687 (hic t. praeterea uno versu perscriptus).*

6242 P. Flavius Sp. f. Cam. Decimus, | P. Flavius Palestricus H. A.[1], | M. Trebienus Tiburtinus H. A., | cur., | cultoribus domus divinae | et Fortunae Aug. Lares | Augustos d. d.

Tibure (XIV 3561 descripta saec. XVII et XVIII). — 1) *Herculaneus Augustalis. Alius* Herculanus *(sic)* Augustalis *est supra N. 5191. Titulum ab Herculaniis Augustalibus positum dedi supra N. 1101. Cf. N. 6245 not. 2.*

Herculanei Augustales fuerunt etiam Grumenti (X 230. 231).

6243 Fortun. praetoriae | sacrum | L. Mucius Nicephor | mag. Hercul. Aug., | Cn. Coponius Epagatus *(sic)* | curator. primi d. s. p. | cultoribus d. d.

Tibure, nunc Romae (XIV 3540 vidit Henzen).

6244 Saufeiae Alexandriae | v. V.[1] Tiburtium | caplatores Tiburtes | mirae eius innocentiae | quam vibae decreverunt post | obitum posuerunt. | L. d. s. c.[2]

Tibure, postea Romae (XIV 3677 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Virginis Vestalis.* — 2) *Cf. N. 6234 not. 1.*

6245 C. Sextilius | v. V.[1] Tiburtium | lib. Ephebus | Herculanius | Augustalis[2] | curator | . . .[3] *(In latere)* Quod L. Alfenatius [*Priscu*]s[4] et M. Mucius Tiburtinus IIIIviri | IIII k. Septembres . . . . aditu dato Sextilio Eph[*ebo*], | cognita petitione [*eius qua c*]ontinebatur, uti permi[*tteretur*] | ei basim marmo[*ream sua i*]mpensa omni sub thens[*auro*] | Herculis et Augus[*ti porta*] Esquilina pon[*e*]re, si[*cut d. e. r.*] | auctoritas per[*scripta est, q. d. e. r.*] f. p., d. e. r. i. censuer.[5]: | [*C*]um C. Sextilius, Sa . . . . [*a*]e virginis Vestalis [*lib.*] | Ephebus non hod[*ie primum*] munificus erga rem public[*am*], | exornaturus s[*i*]t [*eam posi*]ta base marmorea sub | thensauro Herc[*ulis*[6] *por*]ta Esquilina, | agere grate[*s S*]ext[*ilio Ephebo*] permittique it titu[*lo*] | quoque nomine s[*uo inscript*]o significari, adi[*ecto in*] | inscriptione l[*ateris sen*]atus n. consulto q[*uo* | *f*]acilius ceteri q[*uo*]|que exemplum e[*ius* | *s*]equi velint. | [*C*]ensuerunt. | [*Sq*]uilla et Titiano c[*os.*[7] | *Sc*]ribendo adfuer[*unt*] | . . Attius . . . . .

Tibure (XIV 3679 vidi partem dimidiam inscriptionis lateris; reliqua restituta ex apographis factis saeculo XVI). — 1) *Cf. N. 6244 not. 1.* — 2) *Apparet collegium Herculis cultui Tibure destinatum aetate imperatoria Augustum quoque colendum sibi sumpsisse, ut alibi Augustales. Thesaurus quoque Herculis dictus Herculis et Augusti (vid. not. 6). Ad Herculis cultum Tiburtinum pertinent tituli supra editi N. 2642. 2706. 3401. 3414 seq. 3442. 3452.* — 3) *Hic deesse aliquid non traditur.* — 4) *Nomen suppletum ex XIV 4256.* — 5) *Cf. N. 3503 not. 3.* — 6) *Idem qui paullo antea Herculis et Augusti dictus.* — 7) *A. p. Chr. 127.*

Alios titulos Tiburtinos (praeter citatos ad N. 6233 not. 2. 3, N. 6245 not. 2) habes supra N. 19. 118. 196. 318. 729. 918. 921. 947. 950. 964. 986. 1013. 1025. 1042. 1043. 1071. 1072. 1158. 1182. 1185. 1186. 1207. 1391. 1584. 1585. 1942. 2637. 2642. 2706. 2742. 3098. 3143. 3238. 3248. 3292. 3700. 3821. 4017. 4237. 4979. 5191. 5388. 5546. 5577. 6171.

6246 C. Magulnius C. f. | Scato Maxs., | C. Saufeius C. f. | Flaccus[1] | pr. | sacraverunt.

Praeneste (I 1136. XIV 2906[a] vidi). Iuxta extat basis gemella XIV 2906[b], in qua nomina praetorum alio ordine collocata sunt. — 1) *Cf. supra N. 5916.*

Alium titulum a praetoribus Praenestinis positum dedi supra N. 4020.

6247 C. Saufeius C. f., | M. Saufeius L. f. | Pontanes[1] | aid. ex s. c.

Praeneste (I 1142. XIV 3000 quater ut videtur descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Sic tria apographa; utrique Saufeio videtur cognomen fuisse Pontanus.*

Titulum a quaestoribus duobus Praenestinis positum dedi supra N. 5916.

6248 C. Caesius M. f., | C. Flavius L. f. | duovir. quinq. | aedem et portic. | d. d. s. fac. coer. | eidemq. prob.

Praeneste, iam Romae (I 1140. XIV 2980 Ritschl tab. XCIII B). Titulum a duoviris Praenestinis positum dedi supra N. 5667.

6249 C. Voluntilius Q. f. Varus | IIvir. iter., cur. aed. sacr.[1]

Praeneste, tegulae complures, omnes fractae, sed ita ut se invicem suppleant (XIV 4091, 9. XV 2297 vidit Dressel). — 1) *Alium curatorem aedium sacrarum Praenestinum habuimus supra N. 1420 (not. 7).*

6250 M. Albinius M. f. Men. | aed., IIvir, IIvir. quinq., | Aug.[1], mag. August.[2] design.; | Valeria Callisto uxor. *(In parte aversa)* n. XX[3].

Praeneste (XIV 2974 vidi). — 1) *Nota Augustalem ingenuum et summis honoribus in colonia fungentem. Cf. N. 6252. 6253. —* 2) *Magistri Augustales libertini supra N. 89. 5373, cf. N. 6475 cet. —* 3) *Nota quadratarii.*

6251 L. Herennio L. f. | Men. Cossutiano | decurio adlectus | curia Praeneste | annorum XVII, [*vixi*]t annis XVIII.

Valmontone prope Praeneste (XIV 2987 vidit Mommsen). A decurionibus populoque coloniae Praenestinae positi sunt tituli supra N. 3787. 3788.

6252 Cn. Voesio | Cn. fil. Apro | quaestori, aedili, IIviro, | flamini divi Aug., VIviro | Augustali, curatori annon. | triennio continuo, curat. muneris publici[1] gladiatori III[2], | quot is tempore honorum cu|rarumque suarum, plenissimo | munificentiae studio, voluptatib. | et utilitatibus populi plurima | contulerit, ludum etiam gladi|atorium et spoliar.[3] solo empto | sua pecunia exstructum publice op|tulerit; cuius meritis postulante populo | statuam publice poni placuit. D. d.

Praeneste (XIV 3014 vidi). — 1) *Cf. N. 6253. 6281 cet. —* 2) *Ter. —* 3) *Ad hoc spoliarium videtur pertinere fragmentum supra N. 5662.*

6253 P. Acilio P. f. Men. | Paullo IIIIIIvir. Aug., q. col., | aed., IIvir., | flamini divi Aug., | cur. annonae, | cur. muneris publici, | cur. kal., cultores Iovis | arkani | regio macelli[1] | patrono dignissimo. | L. d. d. d. *(In latere)* dedicata V idus | Maias | Arriano et Papo | cos.[2], | curante Ti. Cl . . . . . . | Vitale IIIIII|vir. Aug.

Praeneste (XIV 2972 vidi titulum frontis). — 1) *Iidem dicuntur* amatores regionis macelli cultores Iovis arkani *in t. Praenestino XIV 2937 (= Orell. 3045). Iuppiter arkanus memoratur etiam supra N. 3696 v. 17 (not. 2).* — 2) *A. 243.*

6254 Sex. Maesio Sex. f. Rom. Celso praef. | fabr., Ͻ leg. IIII Maced., q., aed., IIvir., flamin. | divi Aug., sortilego[1] Fortunae Primigeniae[2], | Sex. Maesius Echio lib. fecit sibi et | Sex. Maesio Celeri filio suo et Maesiae Pinoe coniugi et | Sex. Maesio Potho conliberto, posterisque suis.

Praeneste (XIV 2989 vidit Mommsen). — 1) Sortilegus ab Venere Erucina *est VI 2274.* — 2) *De Fortuna Primigenia Praeneste culta vide supra N. 3683—3696.*

6255 M. Scurreius Fontinalis | sacerdos Fortunae Primig. lectus ex s. c., | IIIIIIvir. Aug., cur. sevir., quinq. perp. datus ab | imp. Hadriano Aug. collegio fabr. tign. | cum Scurreio Vestale filio sua pecunia fecit. | Loc. dat. d. d.

Praeneste, nunc Romae (XIV 3003 vidi).

6256 L. Urvineio L. l. Philomuso, | mag. conl. libert.[1], | publice sepulturae et statuae in foro locus | datus est, quod is testamento suo lavationem[2] populo gratis | per triennium gladiatorumque paria X et Fortunae Primig. | coronam auream p. I[3] dari, idemque ludos ex HS ↀ ↀ per dies V fieri iussit. | Philippus l. monumentum de suo fecit.

Praeneste (XIV 3015 vidi). — 1) *Magistro conlegii libertorum. (Apparet Praeneste libertinos proprium collegium habuisse, cum ad Augustalitatem, certe per aliquod tempus, non admitterentur. Cf. N. 6250 not. 1; C. I. L. XIV p. 290.)* — 2) *Cf. supra N. 5672.* — 3) *Pondo unius.*

Alios titulo Praenestinos habes supra N. 14. 376. 1024? 1219. 1263. 1420. 1569. 1571. 2681. 2684. 2749. 3172. 3419. 3420. 3599. 3683. 3683[a] seq. 3684 seq. 3787. 3788. 4020. 4092. 5194. 5209[a]. 5514. 5629. 5667. 5672. 5916.

6257 M. Arrius M. f. L. n., | L. Vitorius C. f. | aid. sen. cop.[1]

Anagniae (X 5916 vidit Mommsen). — 1) *Aediles senatores coptati. Cf. N. 6258.*

6258 C. Abuttio L. f. Lacon[*i*] | aid. sen. cop.[1], aid. ite[*r.*], | pontif., augur., [*q.*][2], ex s. c. . .|entutis amorisque tit . . .

Anagniae (X 5914 semel descripta saec. XVIII a Marangonio homine non nimis accurato). — 1) *Aidili senatori coptato (ita significari per aedilitatis gradum in curiam adlectionem putat Mommsen).* — 2) O *traditur pro* Q.

6259 M. Rubrio L. f. | Porculo[1] | pr., aid., q., | pont., salio, | munic. et incol.

Anagniae (X 5926 vidit Mommsen). — 1) *Sic potius quam* Proculo.

6260 L. Pantilio L. f. pr., q., | pont., | L. Pantilius L. f. pater | pr. bis, q. bis, sal.[1], pont., | Cemelliae P. f.

Anagniae (X 5925 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6259; N. 6233 not. 3.*

6261 L. Cominio L. f. L. n. Pa[*l.*] | Firmo pr., q. aer. et ali[*m.*][1]; | Oppiae Sex. et Ↄ· l. Eunoea[*e*].

Exemplum periit, castae, lugete, puellae.
Oppia iam non est, erepta est Oppia Firmo.
Accipite hanc animam numeroque augete sacr[*ato*][2]
Arria Romano et tu Graio Laodamia.
Hunc titulum meritis servat tibi fama superstis,

sibi suis posterisq. eorum.

Anagniae (X 5920 bis descripta saec. XVI). Buecheler carm. epigr. n. 423. — 1) *Quaestori aerarii et alimentorum. —* 2) *Sic Momms.,* sacr[*atam*] *Buech. (*sacrorum *alterum apographum,* sacri . . . *alterum).*

6262ª T. Flavio Karo | s. p. q. A.[1] | ex leg. populi | ob insignem | munificentiam | erga se et r. p. | statuam ei | ponend. censuer. | Ob quarum[2] dedicatione | dedit decurionib. 𐆖 III, item | sexvir. 𐆖 II, et populo 𐆖 I.

6262ᵇ Flaviae Karae | Gentiae flamin., | s. p. q. A. | ex legatis populi | in honorem | Fl. Kari patris | eius statuam | ei ponendam | censuerunt.

Anagniae, cippi duo eadem manu incisi (X 5923. 5924 vidit Mommsen). — 1) *Senatus populusque Anagninus. —* 2) *Sc. statuarum duarum ipsius et Flaviae Karae filiae.*

6263 Ti. Cl. Ti. fil. Pub. Crescentia|no p. m.[1], q̅q̅., praet., q̄. bis, sacer|doti iuvent. Aninae *(sic)*[2], s. p. q. A. | amantissimo sui ac praes|tantissimo ob nimiam eius | erga municipes patriamque ad|fectionem, quod is in hono|ribus enixe adque inpenssime *(sic)* | in omnibus patriae suae lar|giter functus sit, dignissimo pa|trono, poni censuerunt. | D. *(sic)* d. d. d.

Anagniae (X 5919 vidit Mommsen). — 1) *Patrono municipii. —* 2) *A 'iuventute Anagnina' non diversum collegium iuvenum N. 6264. Sacerdos (collegii) iuvenum etiam Brixiae fuit, cf. N. 6715, item ut videtur Veronae (N. 6699), item Mediolani (N. 6732).*

6264 P. Vegellio P. f. Pub. Primo | eq. R., I̅I̅vir., q. al[*i*]m., cur. pec. | annon.[1], q. aerar. arcae pu|b.[2], cur. r. p. Trebanorum, ex|semplis munif[*ic*]entiae sua|e optime meren[*ti*], collegius i|uvenum patrono dignissimo | ob renovatam ab eo lusus *(sic)* iuve|num, quod vetustate temporum | fuerat obliteratum, ob quam hon|oris huius oblationem die nata|lis sui eidem collegio V kal. Oct. *(nihil deest, adestque spatium vacuum).*

Anagniae (X 5928 vidit Mommsen). — 1) *Curatori pecuniae annonariae. —* 2) *Quaestori aerarii arcae publicae.*

Alios titulos Anagninos dedimus supra N. 406. 912. 1909. 3728.

6265 Aelie Laenil|lae Aug. lib., matri | Ragi Bi[*t*]hynici, | X̅X̅vir.[1] et honorati | ob merita eius.

Prope Anagniam (X 5915 solus descr. saec. XVIII Marangonius auctor non nimis accuratus). — 1) *Cuius generis vigintiviri fuerint, ignoratur.*

6266 C. Iúlió C. f. Pub. Rúfó | veteráno coh. VI pr. | Ɔ Aquilii Maxími, | praetori, aéd., IIIIviro i. d. | múnicipió Aletri. | C. Iúlius C. f. Rúfinus fratri | bene merenti et sibi posterisque suis.

Ferentini olim, iam Alatri (X 5832 vidit Mommsen).

6267 C. Iulio Augusti l. | Heleno | ex decreto decur. | municipii Aletrinat. | et pollicitatione sevir. | et municipum et incolar., | ob merita eius.

Aletrii (hodie Alatri) (X 5808 vidit Smetius).

Multo antiquiorem titulum Aletrinatem dedi supra N. 5348.

6268 L. Alfio L. f. Cor. | Valentino II|vir. II q. q., p. m. V.[1], | curat. rei p. col. | Casinatium[2] et | patrono, ordo | seviralium et | Augustalium ob | merita eius. | L. d. d. d. *(In latere)* dedicata kal. Iun. | Laterano et | Rufino cos.[3], | ob cuius dedicati|one dedit decur. et | VIvir. et Augus. X IIII, | dendrophor. X III, adiec|to pane et vino, popu|lo X I. Curante Urgu|lanio Secundo.

Verulis (X 5796 vidit Mommsen). — 1) *Patrono municipii Verulani.* — 2) *Meliore aetate Casinum dicitur municipium, N. 6294. 6624; cf. Mommsen Herm. 18, 1883 p. 163 not. 3.* — 3) *A. 197.*

6269 .... [*div*]idi iussit XII k. Octobr. die natalis sui | [*decurioni*]bus et Xviris[1] et q. u. v. i.[2] uxoribusque | [*filis fra*]tribus et filiabus sororibusq. simul | [*discumben*]tib., item VIviris Aug. et uxorib. eorum | [*praesentib*]us sportulas, item populo fieri | [*epulum*] et pueris nuces spargi die s. s.[3] et | [*facta? in*]luminatione.

Ferentini (X 5849 vidit Mommsen). — 1) *Decemviri Ferentinates aliunde non noti.* — 2) *Quibus una vesci ius? (Momms., cf. ad N. 6271 not. 9).* — 3) *Supra scripto.*

6270 L. [*P*]acuvio L. f. Pol. | Severo | [*IIII*]viro aed. pot., IIIIviro | [*i. d., I*]IIIvir. quinq. censor. | [*potest., pontif*]ici, praef. fabr., | ....tium prim. | .....ori pr. | .... [*pe*]regrini[1] | ..... p. [*d*]ecur | .....t | .....

(In latere)

Mulsum crustula, municeps, | petenti |
in sextam tibi di[*v*]identur hora[*m*]: |
[*de*] te tardior au[*t*] piger quereri[*s*][2].

Ferentini (X 5844 vidit Mommsen). — 1) *Nimis lacera quam ut restitui queant (sermo videtur hic fuisse de donis a Pacuvio relictis).* — 2) *Versus hendecasyllabi: Buecheler carm. epigr. 1506.*

6271 A. Quinctilio A. f. | Pal. Prisco | IIIIvir. aed. potest., IIIIvir. iure | dic., IIIIvir. quinq. adlecto ex s. c., | pontif., praef. fabr. | [*Hu*]ius ob eximiam munificent., quam in munic. | suos contulit, senat. statuam[1] publice ponend. in foro, ubi ipse | vellet, censuere. H. a. i. r.[2] Hic ex s. c. fundos Ceponian. | et Roianum et Mamian. et pratum Exosco ab r. p. redem.[3] | HS LXX m. n. et in avit. r. p. reddid.[4], ex quor. reditu de HS IV m. CC[5] | quod annis VI id. Mai. die natal. suo perpet. daretur praesent. | municipib. et incol. et mulierib. nuptis crustul. p.[6] I, mulsi hemin.[7], | et circa triclin. decurionib. mulsum et crust. et sportul. HS X n., | item puer. curiae increment.[8], et VIvir. Aug. quibusq. u. v. e.[9] crust. | mulsum et HS VIII n.; et in triclin. meo ampl. in sing. h.[10] HS I n.; et in orn.[11] | statuae et imag. mear. res p. perpet. HS XXX n. impend. arbitr. IIIIvir., | aedilium cura. Favorabil. est[12], si puer. plebeis sine distinctione liber|tatis[13] nucum sparsion.[14] mod. XXX et ex vini urnis VI potionum | eministration. digne incrementis[15] praestiterint.

Ferentini, sub moenibus oppidi, rupi incisum (X 5853 vidit Mommsen). — 1) *Ad hanc statuam videtur pertinuisse titulus eiusdem Quinctilii Prisci X 5852.* — 2) *Honore accepto impensam remisit.* — 3) *Redemit.* — 4) *Fundos illos a Quinctilio Prisco rei publicae Ferentinatium gratis redditos esse, ea condicione, ut fundi illi in perpetuum locarentur pensione annua sestertium milium quattuor et ducentorum, coniecit Mommsen. Aviti vocabulo diuturna propriaque possessio significatur; cf. Zangemeister C. I. L. IV p. 426 (ad tabellas ceratas Pompeianas, in quibus perscriptae sunt summae rei publicae Pompeianorum numeratae ob avitum fundi alicuius). Etiam in titulo Stabiano Notizie degli scavi 1897 p. 64 est* avitu patr. f. *(Sogliano l. c.).* — 5) *Sestertium quattuor milibus et ducentis. (Sunt usurae semisses pretii fundorum illorum. Cf. Billeter Gesch. des Zinsfusses p. 221.)* — 6) *Pondo.* — 7) *Hemina.* — 8) *Curiae incrementa appellantur filii decurionum.* — 9) *Quibusque una vescendum est? (Momms.). Cf. N. 6269 not. 2; N. 6284.* — 10) *Singulos homines.* — 11) *Ornatum.* — 12) *Desiderium testamento expressum significari videtur.* — 13) *Ne servilis quidem loci pueros ab hac sparsione arceri voluit (Momms.).* — 14) *Cf. N. 6269.* — 15) *Cf. not. 8.*

Titulos multo antiquiores arcis Ferentinatis, positos a censoribus, dedi supra N. 5342—5345. Decretum senatus Ferentinatium supra N. 6106. Titulum positum a senatu populoque Ferentinate habes supra N. 473, alium positum a Ferentinatibus Novanis supra N. 421 (alter positus ab iisdem est X 5828).

6272 T. Iulio Eut[*y*]cheti patron. | et rectori colleg. | dend. Sign., qq., ob | plura sepius bene|ficia et munificent. | largitionesque, que | circa collegium su|um exibuerit, dignis|simo, ex aere col|lato statuam colle|gium dendrofor. | posuerunt. Cuius de|dic. dedit sing. ss. XXXII | et epulum ded.

Signiae (X 5968 bis ut videtur descripta saec. XVI. XVII).
Alios titulos Signinos dedi supra N. 3495. 5436. 5440. 5916[a].

6273 Paul. Toutia M. f. et | consuplicatrices[1].

Corae in eodem ut videtur saxo quo N. 3488 (I 1155. X 6518 referunt Iucundus et post multum temporis Fea). — 1) *Sic Fabrettius ex schedis quibusdam*

(Iucundianis), Tontia *et* consulpicatrices *codex Iucundi Veronensis,* Touscia *et* consupplicatrices *Fea.*

Alios titulos Coranos dedi N. 3386. 3487. 3488. 3708. 3819. 5396. 5772. 6131.

6274 aedem Ro[*mae et*] | Augu[*sti*] | ordo Ulu[*b*]ra[*nus*[1] *decr.*] | suo ex pecun[*ia publ.*] | vetustate d[*ilapsam*] | a fundamenti[*s restituit*], | C. Serio Augurin[*o*] | C. Trebio Sergian[*o cos.*][2]

Prope Cisternam in paludibus Pomptinis rep., est Velitris (X 6485 vidi). — 1) *Ulubrae oppidum memoratum potissimum propter solitudinem et statum exilem (C. I. L. X p. 642).* — 2) *A. p. Chr. 132.*

6275 d. m. | M. Petroni M. f. | Col. Montani | veteran. | ex praetor.[1] | Aug., | decur., IIvir. | Ulubr., | quaestori | r. p.

Inter Coram et Sermonetam, est Cisternae (X 6489 vidit Mommsen). — 1) *Veterani ex praetorio.*

6276 C. Oppius | Sp. f. Col. | Rufus pagi | magister, idem | praefectus Ulubris | iure dicundo. | [*Si qui*] malus est, male pereat | . . . . . . vi vera pra . . . t . .

Sermonetae (X 6490 vidit Mommsen). — *Adde titulum supra N. 3367.*

6277 . . . . | avunculo . . . . | patrono, curatori colo|niae Privernatium, | Nepesinorum, Ametino|rum et Truentinatium, | ordo decurionum | et populus coloniae Pri|vernatium ob eximiam | diligentiam et abstinen|tiam eius. | *Εὐσεβῖ.*

Priverni rep. a. 1795 (X 6440 bis vel ter descripta). — 1) *Signum eius cui titulus positus est (inter* EYC *et* ЄBI *est* O *cum* M *intus posita).*

Alios titulos Privernates dedi supra N. 1250. 2129.

6278 Caelia C. f. Ma[*c*]rin[*a*] ex [*test*]ament[*o HS*] C[*CC*][1] fieri iussit. In cuius ornatum | et tu[*te*]lam HS . . reliq[*u*]id. Eadem in memoria[*m*] Macri fili sui Tarricinénsibus | HS |X|[2] r[*eli*]quid, ut ex reditu eius pecuniae[3] darentur cen[*t*]um pueris[4] alimentor[*u*]m nomine sing. | mensib[*us si*]ng. pueris colonis X V, puellis colonis s[*i*]ng. in mens. sing. X IIII[5], pueris usq. ad annos XVI, puellis | [*usq. ad*] annos XIIII, ita ut semper C pueri C puellae per successiones accipiant.

Terracinae (X 6328 vidit Mommsen). — 1) *Sic videtur supplendum esse (sestertium trecentis milibus). Cuius generis opus significetur, non apparet.* — 2) *Sestertium decies (centum millium nummum).* — 3) *Cf. not. 5.* — 4) *Una cum centum pueris etiam centum puellas memorari debuisse ex sequentibus apparet.* — 5) *Usurae annuae pecuniae a Caelia Macrina relictae, si quincunces fuerunt, efficere debebant sestert. 50000 sive denarios 12500, aliquanto plus quam alimenta ab eadem Macrina centum pueris centumque puellis destinata. Mommsenus coniecit usuras fuisse non quincunces sed trientes cum parte tertia (4 1/3). Cf. Billeter Gesch. des Zinsfusses p. 224. Similis donatio infra N. 6818. Cf. etiam N. 977. 2927.*

Alios titulos Tarracinenses habes supra N. 282. 827. 879. 1035. 1734. 2815. 4037. 4367. 5051, alium infra inter sepulcrales.

6279 .... aed., interrex[1], | ... f. Cn. | [*n. Aem.?*] Fusc. | [*frat*]ri, | Clodiae | C. Fusci | uxori.

Ad Fundos rep. (X 6232 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6285 not. 3.*

6280 Q. Gavius Q. f. Nauta, | M. Caius C. f., | G.[1] Braccius C. f. | aed.[2] ex s. c. fac. coer. | eidemq. probar.

Fundis loco antiquo in moenibus oppidi (I 1189. X 6233 vidit Mommsen). Gemelli sunt tituli eodem fere loco extantes X 6234. 6235. — 1) C. *tituli duo gemelli.* — 2) *De tribus aedilibus Fundanis cf. supra N. 5323—5325.*

6281 L. Runtio L. f. Aem. | Gemello | aedili II quinq.[1], | quod curam muner. | publici splendide | administraverit, | Fundani aere conlato. | L. d. d. d.

Fundis (X 6240 vidit Mommsen). — 1) *Aedili iterum quinquennali. Fundis cum magistratus non essent nisi aediles, potestas censoria quinto quoque anno his tributa sit necesse est.* Aed. bis quinq. bis Fundis *est in t. Narbonensi XII 4357.*

Alios titulos Fundanos dedi supra N. 325. 985. 4975. 5187. 5323—5325. 6093.

6282 T. Acilio P. f. An. | Florentino | equo publ., praef. coh. | V Breucorum, | Formiani omnium | ordinum viri, | quod is testamento suo | HS C̄ m. n̄. legaverit, ex qua | summa tensae[1] Minervae | ex argenti libris centum | [*c*]um parergis suis to[*tis* | *fierent*].

Formiis (Mola di Gaeta) (X 6102 vidit Mommsen). — 1) *De tensis deorum cf. Marquardt Staatsverw. III ed. 2 p. 509, 3 (item supra N. 1987 fin.).*

6283 L. Varronio L. f. | Pal. Capitoni | scribae aedilic., | accenso velato, | IIviro quinquen., | curatori aquarum, | patrono coloniae, | ordo regalium[1]; | quorum honore | contentus sua pecun. | posuit. L. d. d. d.

Prope Formias rep. (X 6094 vidit Mommsen). — 1) *Mommsen cogitavit de collegio clientium, quod patronum suum regem appellaverit.*

6284 .... | magisteri I. o. m. p. d. m.[1] | s. p. p.[2], cuius dedicat. | decur. in luc. publice | vescentib. sing. HS XX n̄. | dedit. L. d. d. d.

Formiis (Molae) (X 6073 vidit Mommsen). — 1) *Litterae* p. d. m. *obscurae.* 2) *Sua pecunia posuit.*

6285 L. Arrio Salano | praef. quinq. Ti. Caesaris, | praef. quinq. Neronis et Drus[*i*] | Caesarum designato[1], tub. sac. p. R.[2], | aed. III, auguri, interreg[*i*][3], | trib. milit. legion. III August., | leg. X Geminae, práef. equit., | praef. castrór., praef. fabr. | Oppia uxor.

Formiis (Mola di Gaeta) (X 6101 vidit Mommsen). — 1) *Praefecto quinquennali.* — 2) *Tubicini sacrorum populi Romani; cf. N. 6286 not. 3.* — 3) *Interreges inveniuntur etiam Fundis (N. 6279), Beneventi (N. 6492), Narbone, Nemausi, Ursone (N. 6087 cap. 130 fin. p. 514).*

Alios titulos Formiis vel prope Formias repertos habes N. 420. 886. 1212. 1483. 1500. 1583. 1945. 4108. 4109. 5329. 5347. 5576. 6295 (?)

6286 Q. Decio Q. f. M. n. | Saturnino[1] | pontif. minori Romae[2], tubicini | sacror. publ. p. R. Quirit.[3], praef. fabr. cos. | ter, curatori viarum Labic. | et Latinae, | trib. mil., praef. fabr. i. d. et sortiend. | iudicibus in Asia[4], | IIIIvir. i. d. Veronae, | q. bis, IIvir. i. d., IIvir. iter. quinq., praef. | quinq. Ti. Caesaris Augusti, iter. | Drusi Caesaris Ti. f., tertio Neronis | Caesaris Germanici f., pontif., flamini | Romae et divi August. perpetuo, ex auctor. | Ti. Caesaris Augusti et permissu [*e*]ius | cooptato coloniae patrono, | publice d. d.

Aquini (X 5393 vidit Mommsen). — 1) *Ad eundem pertinent tituli Aquinates X 5392. 5394.* — 2) *Cf. supra N. 1420 (not. 4). 2932 cet.; Marquardt Staatsverw. III² p. 244.* — 3) *Alii tubicines sacrorum supra N. 2707ᵃ. 6285; cf. Marquardt Staatsverw. III² p. 436.* — 4) *Cf. Mommsen Staatsrecht I ed. 2 p. 224 not. 3.*

6287 . . Septimio L. f. Tro. Herm[*eti* | *I*]IIIvir. q. q., pat. mun. Fabra[*t.*] | vet.[1], curat. k. arce decur.[2], om|nibus honor[*i*]bus et muneribu[*s* | *p*]erfuncto, iuvenes Herculan[*i* | *d*]ignissimo p[*at.*] ob merita eius | [*e*] collato pos[*ue*]runt. Ob cuiu[*s* | *d*]edicatione si[*n*]g. discunben[*t.* | *dedit s*]s. II et d[*o*]navit eis ss. $\overline{II}$ [*m.* | *n.*], ut e[*x*] usuris eo[*ru*]m die natali | [*e*]ius V non. Mai. [*o*]mnibus annis | [*s*]portulae divid[*ant*]ur iuvenibus. | L. d. d. [*d.*]

Ceccani, ubi fuit Fabrateria vetus (X 5657 vidit Mommsen). — 1) *De Fabrateria vetere et nova cf. Momms. C. I. L. X p. 552. 546; supra N. 1950.* — 2) *Curatori kalendarii arcae decurionum? (Momms.).*

6288 d. m. | T. Elvio Fregella|no coniugi incompara|bil. atq. kar., neg. iu|venc.[1], dec. Fabrat. no|van.[2], omnib. honorib. | per[*f*]unct., qui vix. ann. | XXXVIII mens. VIIII | dieb. XII, Caecilia Vic|torina, cum qua | vix. ann. XVI mensib. | VI dieb. XIIII, bene | de se m. f.

In agro Fregellano vel potius Fabraterno inter Ceprano, ubi Fregellae fuerunt, et Aquinum (X 5585 solus descripsit saec. XVIII Cayro Anagninus). — 1) *Negotiatori iuvencorum, vel iuvencario?* — 2) *Cf. N. 6287 not. 1.*

6289 Felici Victorio | v. e., | patrono, | pro meritis | ordo Cereati|norum | Marianorum[1].

Casamare, ubi fuerunt Cereatae Marianae, olim vicus Arpinatium (X 5781 vidit Mommsen). — 1) *Cf. Plin. h. n. 3, 5, 63 cet.; C. I. L. X p. 564. Titulos Arpinates dedi N. 5593. 5738.*

6290 M. Baebio M. f. | Rom. Secundo | aed., praef. i. d., IIvir., | q[*q.*], viocuro ex s. c. II d. d.[1], | M. Baebius M. f. Rom. Sabinus, | M. Valerius M. f. Rom. Septiminus, | M. Valerius M. f. Rom. Secundinus | hered. eius ex testament. [*eiu*]s. | L. d. d. d. Cuius dedic. crustum | et mulsum populo divisum | est.

Sorae (X 5714 vidit Mommsen). — 1) *Viocuro ex senatus consulto iterum decreto decurionum; nisi forte in lapide hodie detrito fuit* ex s. c. et d. d. *(Momms.).*
De colonia Sorana vide supra N. 2226. — *Alius t. Soranus N. 3411. Cf. N. 1469.*

6291 M. Bar[*r*]onio M. f. Ouf. | Surae[1] II quinq., | aug., tr. mil., praef. | fabr., d. d. publice | post mortem.

6291a Dentriae L. f. Pollae | sacerdoti divae | Augustae | post mortem | d. d.

Aquini (X 5401. 5413 hanc descr. saec. XVI Smetius, illam saec. XVIII Cayro Anagninus). — 1) *Ad eundem pertinet X 5400.*

Alios titulos Aquinates dedi supra N. 1159. 2108. 3353. 6286, prope Aquinum repertos N. 2926. 3436. 5780.

6292 Pompeiae | Cn. f. Phoebe | sacerdot. | divarum | d. d.

San Germano, ubi fuit Casinum (X 5201 aliquoties descripta saec. XVIII). — *Titulos Casinates habes etiam supra N. 87. 972. 3350. 3428. 3784. 3863. 4093. 5365. 5565. 5628. Cf. praeterea N. 6268. 6294. 6624 (= XI 5278).*

6293 Pompeiae | Q. f. Catullae | sacerd. August., | decr. dec., | remissa pec. publ. | C. Truttedius | Pius fil. | L. d. d. d.

Minturnis rep., iam Neapoli (X 6018 vidit Mommsen).

Titulos Minturnenses habes etiam N. 389. 476. 652. 871(?). *1066. 1568. 2490. 3518. 3519. 5062. 5603. Cf. N. 6294.*

6294 Corelliae C. f. Gallae Papianae | uxori C. Corelli N. f. Fab., | quae testamento dedit coloniae | Menturnensi HS C̄ et municipio Casini HS C̄, | ita uti VII idus Mart. natali suo | quodannis crustulum et mulsum detur, | ex testamento fieri iussit HS C.

In Latio, inter Labicos et Praeneste loco dicto San Cesareo (XIV 2827 vidi).

6295 L. Villio C. f.[1] Tromen. | Atiliano praef. fabr., | praef. coh., trib. milit., | proc. Aug., patron. colon., | qui rogatus ab ordine pari|ter et populo, gladiatori | muneris publici curam | susciperet, fecit et explicito | quod promiserat inpendium | bigae, quam populus ex collatione | legativi epuli offerebat, remisit | eo anno quo et optimus imperator | Hadrianus Augustus etiam | duumviratus honorem[2] suscepit. | L. Stertinius L. lib. Parthenopaeus | amico incomparabili. | L. d. d. d.

Caietae ut videtur descripta, nec tamen res certa, cum in antiquissimis Cyriaci codicibus nulla sit loci indicatio: Minturnis titulum stetisse coniecit Mommsen (X 6090 servavit Cyriacus). — 1) L. Iulio *cod. Hamilton. 254 f. 68.* — 2) *Cf. vit. Hadr. 19, 1.*

6296 C. Titio | Chresimo Aug. II̅.[1] | Huic ordo decurionum, | quod pro salute et indulgen|tia imp. Antonini Pii Felicis Aug.[2] | et ex voluntate populi munus | familiae gladiatoriae ex pecunia | sua diem privatum secundum digni|tatem coloniae ediderit, honorem | biselli quo quis optimo exemplo in | colonia Suessa habuit et ut aquae | digitus in domo eius flueret com|modisque publicis ac si decurio fru|eretur, et Titio Chresimo filio eius | ob merita patris honorem decuriona|tus gratuitum decrevit. | Ordo decurionum et Augustalium | et pleps universa. *(In latere)* [*Q. S*]ossio Falcone C. Iulio | Erucio Claro cos.[3] | nonis Septembr. | Suessae in b[*y*]bl[*i*]otheca M[*ati*]|diana[4] scribundo adfu[*erunt*] | T. Iulius Bassus M. Maesius

Q..., | M. Arrius Adiutor[5] *(et duo alii)* | Quod universi *(reliqua lacera. In fine)* L. d. d. d.

Suessae (X 4760 tradunt Smetius et Iucundus) — 1) *Augustali iterum. Cf. N. 6507. 6516. 6566. 6722. 6723 cet.* — 2) *Significatur Commodus.* — 3) *A. 193.* — 4) *Matidiae multi tituli positi Suessae (X 4744—4747; cf. supra ad N. 327).* — 5) *Quae sequuntur, uno tantum exemplo tradita.*

Alium titulum Suessanum dedi supra N. 1223.

6297 L. Pápius L. f. Ter.[1] Pollio duovir L. Papio L. f. Fal.[1] patri | mulsum et crustum coloniś Senuísanís[2] et Caedicianeis[3] | omnibus, munus gladiatorium, cenam coloniś Senuísanís | et Pápieis[4]. Monumentum HS ↁ ↀ ↀ[5] ex testamento, | arbitrátu L. Novercini L. f. Pup. Pólliónis.

Carinolae in agro Falerno (I 1199. X 4727 vidit Mommsen; imaginem Ritschl tab. XCIV A). — 1) *Nota tribus diversas patris et filii.* — 2) *De colonia Sinuessa cf. C. I. L. X p. 463.* — 3) *Vicus Caedicii in agro Falerno memoratur a Plinio n. h. 14, 6, 62 (qui tradit distare eum a Sinuessa mil. pass. V vel VI); cf. Festus ep. p. 45 s. v. Caediciae tabernae.* — 4) *Hominibus gentis Papiae.* — 5) *Sest. 12000.*

6298 Cn. Vesiculanus M. f. | M. Vesiculano V. f. patri, | trib. pl.[1], IIviro i. d., | praef. rebus divinis[2].

Teani Sidicini (X 4797 vidit Mommsen). — 1) *Rari tribuni plebis extra Romam (N. 5880. 6445e).* — 2) *Ad sacra Teanensium spectant etiam tituli supra N. 3105. 3112. 3113. 3346. 3347 (praeterea invenies titulos Teanenses N. 2239. 5677).*

6299 pater posuit, | C. Flavio Póllioni | Augurali C. n., C. pron., | IIIIvir. i. d., loco dato | s. c. pe[*r t*]abellam[1].

6299a pater posuit, | C. Flavio Pollioni | Fimbriae, C. n. C. pron., | in senatum cooptato, | loco dato s. c. per tabellam[1].

Prope Cales, lapides duo, alter in vico Petruli, alter Visciani, ille hodie est Neapoli (X 4648. 4649 illum vidit Mommsen, hunc Brunn). — 1) *Augetur honor eo, quod senatores non per discessionem, sed per tabellas suffragium ferunt. Nota res ex lege Malacitana (supra N. 6089) cap. 61 (Momms.).*

6300 L. Rubrio L. f. Galeoni | IIIIvir. i. d., q., leg. s. c.[1]

Calibus rep., est Neapoli (X 4658 vidit Mommsen). — 1) *Legato senatus consulto.*

6301 L. Aufellio Rufo | p. p. leg. VII C. p. f., | IIIIvir. quinq., | flamini divi Aug., | patrono municipi, | vicus Palatius[1].

Prope Cales rep., est Neapoli (X 4641 vidit Mommsen). — 1) *Cf. ad N. 6661.*

Alios titulos Calenos dedi N. 1115. 3214. 5384. 5385. 5779. Caleni artifices infra in titulis instrumenti domestici.

6302 pagus Herculaneus[1] scivit a. [*d.*][2] X Termina[*lia*][3]: | conlegium seive magistrei Iovei compagei s[*unt*] | utei in porticum paganam reficiendam | pequniam consumerent ex lege pagana, | arbitratu Cn. Laetori Cn. f. magistrei | pageiei *(sic)*, uteique ei conlegio seive magistri | sunt Iovei compagei locus in teatro | esset tam qua sei sei *(sic)* lu[*d*]os[4] fecissent[5]. | L. Aufustius L. l. Strato, C. Antonius M. l. | Nico, Cn. Avius

Cn. l. Agathocles, C. Blossi. | M. l. Protemus, M. Ramnius P. l. Diopant., | T. Sulpicius P. Q. pu.[6] l., Q. Novius Q. l. Protem., | M. Paccius M. l. Philem., M. Licculeius M. l. | Philin., Cn. Hordeonius Cn. l. Euphemio, | A. Pollius P. l. Alexand., N. Munnius N. l. | Antiocus[7], C. Coelio C. f. Caldo, | [*L.*] Domitio Cn. f. Ahenobarb. cos.[8]

Recale prope Capuam, deinde Capuae, iam Neapoli (I 571. X 3772 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXV imaginem). — 1) *De pagis Campanis, qui ante coloniam Capuam deductam rei publicae instar fuerunt, cf. Mommsen C. I. L. I p. 159. X p. 367.* — 2) AO *lapis.* — 3) *14 Febr. Cf. Cicero ad Att. 6, 1, 1: a. d. V Terminalia; Mommsen Chronologie p. 43 ed. 2.* — 4) LVOOS *lapis.* — 5) *Cf. N. 5734*[a], *et alibi. Ludos fecisse narrantur magistri fanorum Campani in titulis N. 3185. 3340. 3397.* — 6) *Pupi.* — 7) *Sunt magistri duodecim fani Iovis compagi (sive quo alio nomine fuit). Titulos a magistris fanorum Capuae positos habemus multos, cf. supra N. 3185. 3340. 3341. 3397. 3770. 5561. 5734. Adde Notizie degli scavi 1893 p. 164.* — 8) *A. u. c. 660.*

6303

.. Alfidius C. f. Strab., Cn. ////us Cn. f., M. Pontius M. l. Sal.,
M. Pandius M. f., M. C[*l*]oelius C. f., A. Ocratius M. l. Alex.
P. Octavius P. f., M. Heidius M. f., C. Hostius M. l. Herm.
C. Cornelius C. f. Sap. L. Decumius N. f. Stab. A. Rubrius A. f. praec.

Heisc. magistr. ex pagei scitu in servom Iunonis Gaurae[1] [*co*]ntule., | P. Cornelio Lentulo, Cn. Aufidio Oreste cos.[2], m . . . . . .

Ad S. Prisci prope Capuam rep., est Neapoli (I 573. X 3783 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXIVg). In eodem saxo (antea ut videtur) incisus fuit titulus supra N. 5641. — 1) *Gaurus mons supra Cumas et Puteolos; sed cum is non comprehenderetur finibus agri Campani, Mommsenus non ab eo nomen hoc Iunonis derivatum putat.* — 2) *A. u. c. 683.*

6304 Q. Peticio M. f. Fal. | mag. fani Dianae[1], | ex testamento Q. Petici | M. f. Fal. ‖ L. Peticio M. f. Fal. fratri.

Capuae (X 3918 vidit Mommsen). — 1) *Scil. Tifatinae. Cf. ad N. 6305.*

6305 C. Velleio C. f. Pal. Urbano | mag. fan. Dian. Tif.[1], | honorato equo publ. | ab imp. Antonino Aug. | cum ageret aetatis an. V. | C. Velleius Urbanus et Tullia | Nice parentes. L. d. d. d.

Olim ad S. Angeli in Formis prope Capuam, nunc Neapoli (X 3924 vidit Mommsen praeter paucas litteras). — 1) *Magistro fani Dianae Tifatinae. Cf. supra N. 3240. 3241. 3261. 3523 (not. 1). 5380 (not. 2). 5561.*

6306 d. m. s. | C. Terentio | C. fil. Pal. | Charino | pr. i. d.[1] montis | Dianae Tif., | C. Terentius | Hypercompus | filio bono | contra votum.

In pago Pontelatone agri Caiatini, circ. 12 m. p. a Capua, iam Capuae (X 4564 vidit Mommsen). — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 799 not. 2.*

6307 .. aberi[*ae*] | C. f. Tett[*iae*] | Prisc[*ae* | *s*]acerd. pub[*lic.* | *n*]uminis Cap[*uae*], | ////// | elect. a splend[*id.*] | ordine, | d. d.

Capuae (X 3920 vidit Mommsen praeter v. 1 et primam litteram versus secundi). — Aliud sacerdotium muliebre Campanum habuimus in titulo longe antiquiore supra N. 3348.

6308 iussu imp. Caesaris | qua aratrum ductum[1] | est.

Capuae vel prope Capuam cippi complures ingentes (X 3825 cf. p. 976 unum nuper repertum vidit Dressel, alium in pago Marcianisi vidit Duhn, tertium ablatum in museum Neapolitanum Mommsen). Videntur cippi hi stetisse circa pomerium coloniae Capuae (cf. Mommsen C. I. L. X p. 368 c. 6). — 1) *Cf. N. 6087 cap. 73.*

6309 [*colonia Iu*]lia Felix[1] Aug[*usta Capua*] | fecit. | [*Divus Hadr*]ianus Aug. [*restituit* | *e*]t columnas ad[*iecit.* | *Imp. Caes. T. Ael*]ius Hadrianu[*s Antoninus* | *Aug.*] Pius dedicavi[*t*].

Capuae in amphitheatro rep. (X 3832 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6310.*

6310 consecravit | ac dedicavit | Concordia Iulia | Valeria Felix | Capua[1] per | Virium Gallum v. c., | corr. Campaniae[2].

Capuae (X 3867 vidit Mommsen). — 1) *De nominibus coloniae Capuae cf. Mommsen C. I. L. X p. 368 c. 7.* — 2) *Cum inde ab a. 321 vel certe ab a. 331 Campaniae praefuerint non correctores, sed consulares, Mommsenus titulum positum putat sub Diocletiano aut sub Constantino.*

6311 P. Aelio P. fil. | Philologo | Aug.[1], decurioni Capuae | ornato sententia IIviral., | Aelia Aphrodisia | mater et sibi fecit.

S. Angeli in Formis prope Capuam, iam Neapoli (X 3904 vidit Mommsen). — 1) *Nota Augustalem factum decurionem; nisi forte* aug. *significat augurem.* — August[*alis*] Capuae maximus *est supra N. 5189.*

6312 M. Allio M. l. Blasto | Augustali Capuae | et libertis libertabus eius | posterisque eorum. | Huic monimentó cédunt | ex agró quóquó versu | pedes quinquageni.

Neapoli in museo (X 3943 vidit Mommsen).

6313 d. m. s. | Q. Annio Ianuario | exactori operum publ. | et theatri a fundamentis. | Huic ordo decurionum | ob merita eius honorem | Augustalitatis | gratuitum[1] decrevit. | Vixit ann. ⊥XXI; vivos | sibi fecit posterisque | suorum.

Capuae (X 3907 vidit Brunn). — 1) *Cf. N. 6566 cet.*

6314 Caecilia Salutaris mat. | *(protomae viri et mulieris manibus iunctis)* | P. Octavio P. lib. Successo | lic.[1] IIvirali Capuae, | Caeciliae Q. f. Salutari, | sibi suisque solo privato | vivi fecerunt.

Casertae (Capuana sine dubio), iam Neapoli (X 3939 vidit Mommsen). — 1) *Lictori.*

6315 d. m. s. | P. Cornelio P. f. Procu|lo scribae dumvirali Capuae | testamento fieri iussit, arbitratu | Corneliae P. f. Proculae.

Capuae (Eph. ep. 8, 879; Sogliano Notizie degli scavi 1896 p. 201).

6316 Q. Alfius Q. f. | Fal. Iustus scrib. | IIvir. et q.[1] Capuae | vivus sibi fecit | [*a*]nn. agens aet. LV, | et | . . .

Casapullae prope Capuam (X 3906 vidit Mommsen). — 1) *Scriba duoviralis et quaestorius.*

6317 Alexander | colon. tab.[1], | Privati arc. | Cretae[2] f.[3]

Capuae, lapis utrimque eisdem verbis, sed forma litterarum diversa inscriptus (X 3938 vidit Mommsen). — 1) *Coloniae tabularius.* — 2) *Arcarium Cretae fuisse in colonia Capua inde explicatur, quod coloni agros vectigales habuerunt in insula Creta (cf. C. I. L. X p. 368).* — 3) *Filius* (fil. *in altero exemplo).*

6318 C. Campanio | col. lib.[1] | Ursulo, Lupulus | col. Capuae arcar. | amico optimo.

Capuae (X 3940 vidit Mommsen). — 1) *Coloniae, sc. Capuae, liberto.*

6319 Macedoni | Euphrosyni[1] arc. | magister *(sic)* familiae | limatae[2], | Salvilla mamma.

Capuae (X 3942 vidit Mommsen). — 1) *Intellegendum vel: filio, vel: vicario.* — 2) *Intelleguntur servi publici limo cincto. Cf. supra N. 6087 (lex col. Genet.) cap. 62; infra N. 6696; Mommsen Staatsrecht I (ed. 2) p. 310 not. 1.*

Titulos Capuae vel prope Capuam repertos dedi iam (praeter citatos ad N. 6302 not. 7) N. 22. 24. 79. 251. 888. 992. 1173. 1181. 1863. 1947. 2171. 2225. 2686. 2997. 3004. 3064. 3079. 3099. 3240. 3241. 3261. 3280. 3348. 3413. 3443. 3523. 3609. 3737. 4085. 4362. 4918. 5380. 5509. 5708. 5890.

6320 sanctissimo deo | Genio coloniae | Puteolanorum[1] | Nemonia Calliste Nemoni | Eutychetis cum duobus | M. M. Nemonis M. filiis | Eutychiano[2] et Gemelliano | fratribus suis et | Nemonia Ianuaria filia sua | dono dant. *(Supra)* dikata | L. Venuleio Aproniano II, L. Sergio Pa[*ullo II cos.*][3] *(In latere virgo citharam et plectrum tenens. In altero latere Victoria coronam porrigens iuveni, citharam et plectrum tenenti).*

Puteolis rep., postea Neapoli (X 1563 aliquoties descripta saec. XVIII). — 1) *Genio coloniae Puteolanorum dedicatus est etiam titulus supra N. 344 (praeterea X 1564 seq.); ad eundem pertinet N. 226.* — 2) *Idem supra N. 4326.* — 3) *A. 168.*

6321 Aúg. sacr. | centuria | Petronia[1].

Puteolis rep. (X 8178 vidit Mau). — 1) *Cf. infra N. 6331.*

6322 [*i*]mp. Caesar[*i*] | divi Vespasiani [*f.*] | Domitiano Au[*g.*] | Germ., pont. ma[*x.*], | trib. potest. XIII[1] | imp. XXII cos. XVI | censori perpet., p. [*p.*], reg. vici | Vestoriani et Calpurniani[2].

Neapoli, sed videtur esse Puteolana (X 1631 vidit Mommsen). — 1) *A. 93/4.* — 2) *Alias regiones Puteolanas habes supra N. 1224[a]. 1224[b]. 1231. De regionibus Nolanis infra N. 6348. 6349; de Neapolitanis N. 6459 not. 2; cet.*

6323 [*imp. Caesari | divi Traiani | Parthici fil. | divi Nervae*] nepot. Traiano | Hadriano Aug. | pontif. maximo, | trib. pot. V[1] cos. III | inquilini vici | Lartidiani.

Puteolis (Eph. ep. 8, 360 descr. Sogliano Notizie degli scavi 1890 p. 17). — 1) *A. 121.*

6324 Licini. | Alfio Licinio | v. p., patrono co|loniae, ex comi|tibus, | regio Thermensi|um vere patrono.

Neapoli, origine fortasse Puteolana (X 1680 descr. Iucundus aliique).

6325 dedicata | XVI k[*a*]l. Iunias domino n. imp. Gordiano | Pio Felice Aug. II et Pompeiano cos.[1] | Geminio Tuti|cio Aemiliano | c. v., | patrono dignis|simo et inconpa|rabili mirabili[*s*] | munificentiae, | regio Hortensiana[2].

Salerni, sed fortasse Puteolis adlata (X 521 semel descripta saec. XV). — 1) *A. 241.* — 2) *Cf. ad N. 6322.*

6326 coloniae Clau. | Neronesi Putiolane[1] | feliciter! | Scripsit C. Iulius Speratus. | Sperate, va.[2]

Pompeiis, scariphatum in pariete eiusdem domus in quo N. 4181[b] *(IV 2152 tab. V 1 vidit Zangemeister).* — 1) *Cf. N. 6327.* — 2) *Vale. Alias inscriptiones parietarias Pompeianas, in quibus Puteolorum mentio fit, habes N. 6443*[c]*. 6444.*

6327 . . . . .[1] | Augustali colonia | Neronensi[2] Claudia | Augusta Puteolis.

Coreno inter Minturnas et Casinum (X 5369 ad exemplum editum a. 1813 a Notarjanni). — 1) *Initio periisse aliquid non traditur.* — 2) *Cf. Tac. ann. 14, 27: vetus oppidum Puteoli ius coloniae et cognomentum a Nerone apiscuntur. Cf. infra N. 6444 not. 3. Damnato Nerone oppidum appellabatur colonia Flavia Augusta Puteoli (X 1650—1654, supra N. 480).*

6328 L. Licinio | Primitivo | ornamentis decurion. honoráto, | curatori Augustal. perp., | Augustales corpor. | ob perpetuam et plurifariam | munificentiam eius et quod | rés negotiaque eorum | integre administret. | Cuius dedic. decurionibus | sing. HS XII, Augustalib. HS VIII, ingenuis | et veterán. corp.[1] HS VI, municipib.[2] HS IIII n̄. | et epulum decurionib. et Augustalib. ded., | item pr. idus Febr. die pervigilii dei patrii[3] | alterum tantum dedit. | L. d. d. d. *(In latere)* dedicát. $\overline{\text{III}}$ k. Aug. | Pudente et Orfito | cos.[4] *(In altero latere)* curante L. Laecanio Primitivo.

Miseni rep., sed videtur Puteolana cf. N. 6328[a]*, est Neapoli (X 1881 vidit Mommsen).* — 1) *Veteranis corporatis. Cf. N. 6146 not. 15; C. I. L. V 784. 2475 cet.* — 2) *Municipes videntur dici coloni Puteolani cf. supra N. 1401 not. 4.* — 3) *Deus patrius etiam N. 3299. 5054. Fortasse significatur Genius coloniae.* — 4) *A. 169.*

6328[a] in praediis | Au[*g*]ustalium corporat. | quae eis L. L[*a*]ecanius | [*P*]rimitivos[1] curator ipsór. | [*p*]erpetuus [*de*]dit, ita ut ex redi[*t*]ú | [*e*]orum quodannis die natális sui | $\overline{\text{XI}}$ k. Ian. divisio fiat et epulentur.

Puteolis, iam Neapoli (X 1880 vidit Mommsen). — 1) *Idem N. 6328 inscr. lat.*

6329 d. m. | Q. Insteio | Diadumeno | Augustali, | coluit annis | XXXXV, | vixit annis | LXXXIIII mens. | VI dieb. XV, | heredes. *(In latere)* decessit VIII idus Iunias | Pollione II et Apro II cos.[1]

Puteolis, iam Neapoli (X 1877 vidit Mommsen). — 1) *A. 176.*

6330 C. Caésonio | Eudiacono | patri, | cultor. 7 Cornél.[1] | ob merita eius.

Puteolis rep. (X 1874 vidit Mommsen). — 1) *Eadem centuria Cornelia posuit Puteolis titulum supra N. 5186. Corpus Augustalium Puteolanum videtur fuisse distributum in centurias, cf. N. 6331.*

6331 A. Arrius Chrysanthus | marmorarius | Augustál. Puteolis | dupliciar. *(sic)* 7 Petrón.[1] | vivus sibi.

Marani prope Neapolim, iam Neapoli (X 1873 vidit Mommsen). — 1) *Centuria haec Petronia etiam N. 6321 et X 1888.*

6332 d. m. | Q. Aemilio Helpide|phoro decur. et dend|roforo et Au[*gust.*] duplic.[1], | qui vixit an . . . me. II d. XXV. | [*Ae*]milia . . . . . ina co|[*iugi*] ben[*e mere*]n. fec.

Neapoli in museo (X 1790 vidit Mommsen). — 1) *Dupliciario.*

6333 Gaviae M. f. | Fabiae Rufinae | honestissim. matron. et ra|rissim. femin., M. Aur. / / / /[1] proc. | summar. rat.[2] uxori, M. Gavi Pute|olani IIvir., aed., cur. muner. gla|diatori quadriduo et omnibus | honorib. et munerib. perfunc. | filiae, M. Gavi Fabi Iusti s[*p*]lendi|diss. eq. R., augur., IIvir. II, q. II, | cur. muner. glad. et om[*nibus hono*]|rib. et munerib. perfun[*cti sorori*], | res publica peq. sua oblat . . . . .

Neapoli (X 1785 vidit Mommsen praeter partem postremam quam servavit Muratorius). — 1) *Tres quattuorve litterae scalpro deletae.* — 2) *Cf. N. 1740 fin.*

6334 Gaviae M. fil. | Marcianae[1] | honestae et incompara|bilis sectae[2] matron., Gavi | Puteolani decurion., omnib. | honorib. functi, fil., Curti Cris|pini splendidi equitis Romani, | omnib. honorib. functi, uxori, Ga|vi Iusti splendidi equit. Romani | sorori. Huic cum ob eximi[*u*]m pu|dorem et admirabilem cas[*tit*]a|tem inmatura[3] et acerba morte | interceptae res p. funus public., | item foleum[4] et tres statuas decr., | M. Gavius Puteolanus pater, hon.[5] | decreti contentus, sua pequn. | posuit. L. d. d. d. *(In latere litteris minutis)* L. Bruttio Crispino L. Roscio Aeliano cos.[6] | V kal. Novembr. | in templo divi Pii, scribundo adfuerunt Caep.[7] Proculus, Cossutius Rufinus, | Cl. Priscus, Calp. Pistus. Quod postulante Annio Proculo o. v.[8] de decernendo | funere publico Gaviae M. f. Marcianae b. m. f.[9], item decem libris folei locisq. | tribus concedendis quae ipsi elegerint in quibus statuae eidem Marcia|nae secundum eiusdem Proculi postulationem ponerentur, P. Manlius Egnati|us Laurinus duovirum v. f.[10], q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.[11] Optasse quidem singulos uni|versosque nostrum in honorem Curti Crispini magistratus n., pri-

marii | viri, item Gavi [*P*]uteolani soceri eius adaeque o. v.[12], Gaviae Marcianae r. m. f.[13] | vivae potius honoris[14] conferre quam ad huius modi decretum prosilire, ut de | solacio viventium quaereremus ei[15] ideo quod pertineat etiam ad memoriam | puellae ipsius cohonestandam: placere huic ordini funus publicum ei de|cerni et decem libras folei mitti concedique secundum postulationem Anni[16] | o. v.[12], ut loca quae elegerint statuendis tribus statuis de consensione nostra | consequantur.

Puteolis rep., est Neapoli (X 1784 vidit Mommsen). — 1) *Soror Gaviae Rufinae N. 6333.* — 2) *Sic curis secundis in lapide deprehendit Mommsen.* — 3) IN · MATVRA *lapis.* — 4) *Videtur intellegi foliatum, genus unguenti, cf. Martial. 11, 18, 9; 11, 27, 9 cet.; edict. Dioclet. (fr. Delph. v. 5).* — 5) *Honore.* — 6) *A. 187.* — 7) *Caepio.* — 8) *Ornato viro.* — 9) *Bonae memoriae feminae.* — 10) *Verba fecit.* — 11) *Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 12) *Ornati viri.* — 13) *Videtur scr.* b. m. f. *(not. 9).* — 14) *Scr.* honores. — 15) *Dele* ei. — 16) *Excidit* Proculi.

Alios titulos Puteolanos habes N. 156. 226. 300. 335. 336. 344. 480. 933. 1488. 2748. 3364—3366. 4271. 4272. 4290. 4291. 4326. 4350 a. 4350 b. 4972. 5186. 5317. 5383. 5389. 5895. 5919. 6345 cet.; cf. N. 1934.

6335 L. Aemil. Pertinaci Ac|ceiano L. fil., eq. R.[1], nato | eq. R.[2], et dec. col. Mis.[3], | q. vixit ann. XL m. III. | Aemil. Agape et | Sofia fratri karissim.

Puteolis olim, nunc Neapoli (X 3674 vidit Mommsen). — 1) *Equiti Romano.* — 2) *Equite Romano.* — 3) *Decurioni coloniae Misenensis. De colonia Miseno cf. Mommsen C. I. L. X p. 317. Ab ordine et populo Misenate positus est titulus supra N. 5689. Augustalis Misen. N. 6059. De classe Misenensi supra N. 2840 seq.*

6336 Iulio Longino | principali col. Mis. | ex XP.[1], qui vix. an. LIIII | dies IV. Iul. Maria uxor | b. m. f.

Castellamare Stabiarum rep., Miseno, ut videtur, advecta, arca in qua cernuntur Apollo et Musae novem (X 8132 = de Rossi bull. arch. crist. 1879 p. 119). — 1) *Ex decem primis? (de Rossi).*

6337 Herodes Aphrodisi f. | Ascalonit., vixit an|nis XXXXII, | locum emit ab ordine | Baulanorum[1]. | Demetrius vilicus.

Puteolis rep., nunc S. Agathae Gothorum (X 1746 vidit Mommsen). — 1) *Mommseno videtur significari non ordo municipii Baulani, quod nullo tempore fuit, sed ordo collegii servorum domus Augusti, consistentium in villa Baulis (inter promunturium Misenum et Baianum lacum; cf. Tac. ann. 14, 4, cet.).*

Collegium Baula*(norum) est in t. Baulis rep. X 1747.*

6338 Sextiae L. f. Káni[1] | monumentum publice | factum d. d. c. I.[2] | quod ea munifica erga | coloniam fuit.

Prope Cumas rep. ad lacum Fusari, est Neapoli (X 3703 vidit Mommsen). — 1) *Sc. uxori. Fortasse hic Iulius Canus quem memorant Seneca dial. 9, 14 aliique.* — 2) *Decreto decurionum coloniae Iuliae? (Momms.). Cf. supra N. 5054 not. 6. De Cumis colonia cf. Mommsen C. I. L. X p. 351.* Pr*(aetor)* Cumis *etiam in titulo No-*

tizie degli scavi 1898 p. 192. — Titulos Cumanos maxime memorabiles dedi supra N. 108. 3170. 4038. 4040. 4174. 4175 (ex hoc intellegitur Baias fuisse comprehensas finibus Cumanorum).

6339 d. m. | L. Caeciliò Dioscoro | curatóri Augustalium | Cumanor. perpetuo | itemque Augustali | dupl.[1] Puteólanór. | et cúratorí perpet. | embaénítáriórum[2] | III[3] Píscinénsium, | vixit annis LXXIII m. VIII. | Caecilius Hermias patrono b. m. f. *(In parte aversa eiusdem cippi)* d. m. | L. Caécilió Dioscoro | patrono et | Caeciliae Marcía|nae patronaé | et Caeciliae Piste | coiugi, | L. Caecilius Hermias | b. m. f.

Baiis rep. (Notizie degli scavi 1897 p. 12 Sogliano vidit ectypum). — 1) *Cf. supra N. 6332.* — 2) *Sogliano confert Caelium ap. Cic. ep. 8, 1, 21: ego qui scirem Q. Pompeium Baulis embaeneticam facere.* — 3) *Trierum? (Sogliano).*

6340 Heuresi. | Gn. Stennio Egnatio, Gn. Stenni | Egnati Rufi fil., Fal. Primo IIIIvir. | II qq.[1], omnibus oneribus et | honoribus functo, sac. p.[2] | deae Isidis et Serapidis, curat. | operum publ., ingenui honorati | et Augustales patrono dignissi|mo ob infinita merita eius; cu|ius dedicatione singulis universisq. eorum HS centenos n. | dedit, diem autem ludorum plenissi|me exhibuit. L. d. d. d.

Acerris (hodie quoque Acerra) reperta dicitur, est Neapoli (X 3759 vidit Mommsen). — 1) *Quattuorviro iterum quinquennali.* — 2) *Sacerdoti publico.*

Acerris repertum est etiam epigramma quod supra dedi N. 137.

6341 L. Pompeio Felicissimo | immuni dendr. Suessul.[1] | et sacerd. M. d. XVvir.[2] in | vico Novanensi, patri L. | Pompei Felicissimi decur. et | IIvir. et q. alim. et omnibus | rebus ac munerib. perfu|ncto, cultor. I. o. m. s.[3] | Hortensens *(sic)* patron. | b. m., ob sing. erga se libe|ralitatem et praes|tantiam. L. d. d. *(sic).*

Prope Maddaloni (inter Capuam et Nolam) rep., est Neapoli (X 3764 vidit Mommsen). — 1) *Dendrophoro Suessulae.* — 2) *Sacerdoti Matris deum quindecimvirali. Cf. supra N. 3337. 4131 not. 4.* — 3) *Cultores Iovis optimi maximi sanctissimi?*

Alii tituli Suessulani prodierunt Arienzi, cf. C. I. L. X 3763. 3765.

6342 L. Antistio L. f. Gal. Tiron | praef. decurion. | decreto iure | dicundo[1].

Abellae (X 1205 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6339 not. 2.*

Alios titulos Abellae vel prope Abellam repertos vel ad Abellam spectantes habes N. 2666. 3186. 5058. 5438. 5510. 5651.

6343 M. Salvio Q. f. | Venusto | decurioni | [*be*]nefic. dei Caesaris[1].

Nolae (X 1231 vidit Henzen). — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. II ed. 2 p. 712.*

6344 P. Sextilius P. f. Fal. | Rufus | aíd. iterum, IIvir. quinq. Pompeis, | decurio adléctus ex veterib. Nola[1], | Aufidiae St. f. Maximae | matri, | L. Petronio L. f. Fal. Véro. vítrico, decurioni Nola, | ex testamen[*t*]o HS ∞ ↀ[2] arbitratu Fidí l.

Nolae (X 1273 vidit Mommsen). — 1) *Colonia ab Augusto Nolam deducta, veteres Nolanos in civitate remansisse, sed loco inferiore et iure honorum carentes ex hoc titulo collegit Mommsenus C. I. L. X p. 142.* — 2) *Numerus non omnino certus.*

6345 [*N.*] Cluvius M'. f.[1] | IIIIvir | [*C*]audi, IIvir | Nolae, IIIIvir | quinquennal. | [*Capu*]a[*e*], de suo faciund. | coeravit, idem restituit, | Iovi o. m. sacr.

Puteolis (I 1236. X 1572 ter descripta saec. XVI). — 1) *Eiusdem viri est titulus item Puteolis rep. X 1573 (cf. p. 971), unde et praenomen eius et Capuae vocabulum suppletum.*

6346 T. Vedius T. f., | T. Vitorius Cn. f. | IIviri | libripendes[1] | ex d. d. p. p.

Nolae (X 1277 ad exemplum Sirmondi). — 1) *Duoviri libripendes sunt opinor ipsi aediles (Momms. C. I. L. X p. 142).*

6347 Augusto | sacrum, | restituerunt | Laurinienses | pecunia sua, | cultores | d. d. *(In latere victimarius cum vacca, in altero latere et in postica instrumenta sacrificii.)*

Nolae olim, est Neapoli (X 1238 vidit Mommsen).

6348 *(ante pedes statuae)* Clementiani. | *(In fronte basis)* Pollio Iulio | Clementiano v. p., | patrono inimitabili | largissimo, cuius facta | enarari *(sic)* non possunt: | eius meritis regio Iovia | statuam censuit.

6349 *(ante pedes statuae)* Pollio Iulio Clementiano | *(in fronte basis)* subventori civium | necessitatis aurariae[1], | defensori libertatis, | redonatori viae populi, | omnium munerum recreatori, | universa regio Romana | patrono praestantissimo | statuam collocavit. | Curante Cl. Plotiano[2].

Nolae (X 1255. 1256 vidit Mommsen). Tertia similis inscriptio fuit Nolae X 1257, cuius pars tantum legi potuit. — 1) *Intellegitur chrysargyrum (functio auraria, cod. Theod. 13, 1, 13). Cf. Marquardt Staatsverw. II ed. 2 p. 237.* — 2) *Hunc versum habet solus Sirmondus.*

6350a . . . . . .[1] | pagus | Agrifanus.

6350b . . . . . .[2] | pagus | Capriculanus.

6350c . . . . . .[1] | pagus | Lanita.

6350d . . . . . .[1] | pagus | Myttianus.

Nolae (X 1278—1280 primam et tertiam vidit Mommsen; quartam addidit Patroni Notizie degli scavi 1900 p. 101). — 1) *Scriptura erasa.* — 2) *Hic quoque scriptura erasa fuit, quamquam id non traditur.*

6351 L. Sattio L. l. Phileroti magistro | Mercuriali et Augustalei[1] | Nolae, et Daeriae Ɔ. l. Rufae uxori | et L. Sattio L. l. Ampliáto, | ex testamento L. Satti L. l. Philerotis.

Nolae (X 1272 vidit Mommsen). — 1) *Titulus videtur scriptus vivo Augusto (Momms.).*

Titulos Nolanos habes etiam N. 5392. 6017 a. 6124.

6352 L. Mammio Maximo[1] | Augustáli | municipes et incolae | aere conlato.

Herculanei in theatro rep., tabula aenea, una cum statua aenea, est Neapoli in museo (X 1452 vidit Mommsen). — 1) *Idem Herculanei posuit titulos supra N. 123. 150. 177. 5581, item ut videtur X 1418.*

6353 M. Claudio | Marcelli | Aesernini[1] lib. | Hymenaeo[2] | Augustali.

Herculanei potius quam Pompeiis rep., est Neapoli (X 1488 vidit Mommsen). — 1) *Cf. Tac. ann. 3, 11 et alibi; supra N. 5925 (not. 3).* — 2) *Idem ut videtur in catalogo Herculanensi X 1403 fr. l I v. 3.*

Alios titulos Herculanenses dedi N. 74ª. 250. 257. 271. 890. 896. 896ª. 896ᵇ. 1989. 3649. 5527. 5578. 5581. 5616. 5637. 5637ª. 5637ᵇ. 6043.

Colonia Pompeii.

Inscriptiones Pompeianas dedi iam supra N. 63. 64. 122. 224. 1990. 3180. 3207. 3640. 3641. 3785. 5004. 5053. 5198. 5335. 5382. 5398. 5398ª. 5538. 5602. 5619. 5627. 5636. 5638. 5638ª—5653ª. 5653ᵉ. 5706. 5724. 5726. 5915. 5942, praeter parietarias, de quibus vide ad N. 6444.

6354 M. Porcius M. f.[1], L. Sextilius L. f., Cn. Cornelius Cn. f., | A. Cornelius A. f. IIIIvir.[2] d. d. s. f. locar.[3]

Pompeiis ante templum Apollinis, ara ex lapide Tiburtino; inscriptio utrimque repetita (X 800 vidit Mommsen). — 1) *Eiusdem nominis vir, sed incertum an idem, supra N. 5627. 5636 (eundem putat Nissen pomp. Stud. p. 227, diversum Mommsen ad C. I. L. X p. 844).* — 2) *Coloniae Pompeianae magistratus fuerunt duoviri et aediles; quattuorvirorum nomine hic videtur comprehendi utrumque par. Cf. Mommsen C. I. L. X p. 93ª.* — 3) *De decurionum sententia faciundum locarunt (in exemplo altero* loc. *pro* locar.*).*

6355 . . . Cuspius T. f., M. Loreius M. f. | IIIIvir.[1], L. Septumius L. f., | D. Claudius D. f. IIIIvir.[2], ex | pequnia publica d. d. | s. f.[3] curaverunt.

Scafati prope Pompeios (X 938 solus descr. saec. XVI Accursius). — 1) *Quattuorviri, scilicet iure dicundo. Iidem duoviri appellantur supra N. 5335.* — 2) *Quattuorviri, sc. aedilicia potestate.* — 3) *De decurionum sententia faciundum.*

6356 L. Caesius C. f. d. v. i. d., | C. Occius M. f., | L. Niraemius A. f. | IIv.[1], | d. d. s. ex peq. publ. | fac. curar. prob. q.

Pompeiis rep., in thermis ut videtur, nunc Neapoli, saxa duo lapidis Tiburtini, eadem inscriptione inscripta (I 1250. X 819 Ritschl tab. LXXXIX E). — 1) *Duoviri (aedilicia potestate ut videtur). Aetatis videtur esse Sullanae cf. Nissen pomp. Studien p. 132.*

6357 Q. Tullius Q. f., | M. Cinnius M. f. | d. v. i. d.[1], | C. Mammius L. f., C. Naevius M. f. | d. v.[2] v. a. s. p. p.[3] ex d. d. | Constat HS ƆCLXXIIS.

Pompeiis rep. in aede Apollinis, sed fortasse loco non suo, est Neapoli in

museo (X 803 vidit Mommsen; lapidis gemelli fragmentum X 804). — 1) *Duoviri iure dicundo.* — 2) *Duoviri;* 3) *litterae significationis incertae* (v. a. sacr. p. p. *infra N. 6430*[a], v. a. s. p. proc. *N. 6367); viis aedibus sacris publicis procurandis, iam intellegunt plerique. Hoc videbatur certum esse (cf. Mau Pompeii p. 11), duoviros hos, memoratos etiam infra N. 6387. 6389. 6391 seq. 6406*[c]. *6421*[b]. *6431*[b], *collegas fuisse duumvirorum iure dicundo sed dignitate inferiores; nec diversos fuisse ab aedilibus, praesertim cum hi ipsi interdum dicti sint aediles v. a. s. p. p. (cf. infra N. 6419 not. 1). Sed in inscriptione nuper reperta N. 6403 adest etiam* IIvir i*(ure)* d*(icundo)* v. a. s. p. p. *Nolae aediles videntur dicti esse duoviri libripendes (N. 6346).*

6357a A. Livius A. f., | L. Acilius L. f. | aed. | sl.[1] deder.

Pompeiis rep. loco non suo, in aedibus privatis, litteris vetustis (Notizie degli scavi 1900 p. 148). — 1) *Stlocum intellegit Sogliano, fortasse recte.*

6358 C. Tillius C. f. Ruf. iter., | P. Maccius[1] P. f. Melas[2] | IIvir. iur. deic. | ex d. d. fac. coer.

Pompeiis rep. loco non suo, inaedificata aedibus quibusdam privatis (X 8148 cf. p. 1006. Eph. ep. 8, 314; in superficie eiusdem lapidis titulus aliorum duumvirorum non plene lectus). — 1) *Idem gentilicium etiam in t. Pompeiano Notizie degli scavi 1898 p. 422.* — 2) *Sic Mau,* Veias *Mancini.*

6359 C. Cuspius C. f. Pansa pater, d. v. i. d. | IIII quinq.[1], praef. i. d. ex d. d.[2] lege Petron.[3]

6359a C. Cuspius C. f. f.[4] Pansa pontif., | d. vir. i. d.

Pompeiis in porta amphitheatri (X 858. 859 vidit Mommsen). — 1) *Duovir iure dicundo quater quinquennalis.* — 2) *Praefectus iure dicundo ex decreto decurionum.* — 3) *Lex haec (cf. N. 6125 not. 7) videtur pertinuisse ad res municipales ordinandas.* — 4) *Gai filius, filius (scilicet eius cuius statua ex adverso posita erat).*

6360 C. Cuspio C. f. Pansae | IIvir. i. d. quart. quinq., | ex d. d. pec. pub.

6360a C. Cuspio C. f. f.[1] Pansae | pontifici, IIvir. i. d. | ex d. d. pec. pub.

Pompeiis in foro (X 790. 791 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6359 not. 4.* X. 79

Quando vixerint hi duo Cuspii Pansae, incertum. Eiusdem nominis vir aedilitatis candidatus infra N. 6419.

6361 M. Holconio Rufo[1] d. v. i. d. IIII, quinq., | trib. mil. a populo, Augusti sacerdoti, ex d. d.

6361a M. Holconio[2] M. f. Rufo | IIv. i. d. quinquiens, | iter quinq., trib. mil. a p., | flamini Aug., patr. colo. d. d.

6361b M. Holconio M. f. Rufo | trib. mil. a popul., IIvir. i. d. V, | quinq. iter., | Augusti Caesaris sacerd., | patrono coloniae.

Pompeiis, tituli tres, primus rep. in theatro maiore, est Neapoli, alter item rep. in theatro maiore, ubi legitur in ipsis sedibus, tertius in via publica (X 837. 838. 830 vidit Mommsen). — 1) *Eidem Holconio Rufo positi sunt tituli X 839. 947. 948. Ipse una cum Holconio Celere posuit titulos theatri Pompeiani X 833—835 (supra N. 5638). Idem in tertio duoviratu cum collega posuit titulum*

supra N. 5915. Quartum duovir fuit a. u. c. 751/2 teste titulo infra N. 6391. Quinquennalitatis eius mentionem faciunt etiam tituli scariphati IV 1886. 1918. Idem nomen praeterea inter signatores apochae n. LXX. — 2) *De errore quodam, quem quadratarius hoc loco commisit et mox correxit, Zangemeister l. c. p. 968.*

6362 M. Holconio Celeri | d. v. i. d. quinq. designato, | Augusti sacerdoti[1].

6362ª M. Holcónio M. f. Celeri | sacerdóti divi Augusti.

Pompeiis rep., prior titulus in theatro maiore, nunc Neapoli in museo, alter incertum quo loco rep., est item Neapoli in museo (X 840. 945 vidit Mommsen). — 1) *Ex his titulis et tertio X 946 Mancinius collegit Celerem designatum esse duovirum vivo Augusto, iniisse magistratum post mortem eius (kal. Iul. a. p. Chr. 15, ut iudicat Mommsen ad X 840).* — *Eidem Celeri positus est titulus X 946, eidem aut Holconio Rufo X 944. Idem una cum Holconio Rufo posuit titulos theatri Pompeiani X 833—835 (supra N. 5638).*

6363ª M. Lucretius L. f. Dec. Rufus | IIvir. iter. quinq., | trib. milit. a populo, | praef. fabr.

6363ᵇ M. Lucretio Decidian. | Rufo d. v. III quinq., | pontif., trib. militum | a populo, praef. fabr., | M. Pilonius Rufus.

6363ᶜ M. Lucretio Decidian. | Rufo, IIvir. III quinq., | pontif., trib. mil. á populo, | praef. fabr., ex d. d. | post mortem.

6363ᵈ M. Lucretius Decid. | Rufus IIvir. III quinq., | pontif., trib. mil. | á populo, praef. fab. | M. Decidius Pilonius | Rufus reposuit.

Pompeiis rep., quattuor tituli, primus prope forum, secundus et tertius in ipso foro, quartus in curia Isiaca q. d. (Notizie degli scavi 1898 p. 171; X 788. 789. 851 hos vidit Mommsen).

6364 M. Lucretio flam. Martis decuri-
Pompei. oni

Pompeiis, inscriptio epistulae pictae una cum instrumento scriptorio in pariete cubiculi domus privatae (IV 879; Mau Pompeii p. 349).

6365 M. Alleio Luccio Libellae patri, aedili, | IIvir., praefecto quinq.[1], et M. Alleio Libellae f., | decurioni, vixit annis XVII, locus monumenti | publice datus est. Alleia M. f. Decimilla, sacerdos | publica Cereris, faciundum curavit viro et filio[2].

Pompeiis extra portam Herculanensem (X 1036 vidit Mommsen). In eiusdem lapidis parte aversa idem titulus repetitus est, sed versibus aliter divisis. — 1) *Duovir iure dicundo quinquennalis fuit a. p. C. 26, teste titulo X 896. Memoratur praeterea in titulo supra N. 3207.* — 2) *In altero ex. est* filo.

6366 A. Umbricio A. f. Men. | Scauro[1] | IIvir. i. d. | Huic decuriones locum monum. | et HS ∞ ∞ in funere et statuam equestr. | [*in f*]oro ponendam censuerunt. | Scaurus pater filio.

Pompeiis extra portam Herculanensem, in monumento ornato anaglyphis opere tectorio confictis, quibus repraesentantur gladiatores (X 1024 vidit Mommsen). —

1) *Huius ut videtur Scauri (aut patris) nomen in amphoris Pompeianis IV 2574; Roem. Mitth. 1896 p. 139.*

6367 N. Popidius N. f. Celsinus | aedem Isidis terrae motu[1] conlapsam | a fundamento p. s.[2] restituit. Hunc decuriones ob liberalitatem | cum esset annorum sexs[3] ordini suo gratis adlegerunt.

Pompeiis rep. in templo Isidis, est Neapoli (X 846 vidit Mommsen). — 1) *Significatur terrae motus a. 65, quo Pompeios graviter afflictos esse narrant Seneca nat. quaest. 6, 1 et Tacitus ann. 15, 22, confirmant ipsa rudera.* — 2) *Pecunia sua.* — 3) *Cf. supra N. 2055 cet.*

6368 Eumachiae L. f.[1] | sacerd. publ. | fullones.

Pompeiis in eodem aedificio in quo N. 3785, intus in ambulacro cryptae (X 813 vidit Mommsen). — 1) *Eadem Eumachia aedificium ispum dedicavit (N. 3785). Patris fortasse eius nomen* (L. Eumachi) *in tegulis Pompeiis potissimum repertis (X 8042, 47) et in amphoris Carthaginiensibus (VIII S. 22637, 36). Parentela sine dubio cum ea coniunctus L. Eumachius Fuscus duovir v. a. s. p. p. Pompeiis a. 32 una cum N. Herennio Vero, infra N. 6395.*

6369 Mamiae *(sic)* P. f.[1] sacerdoti publicae; locus sepultur. datus decurionum decreto.

Pompeiis extra portam Herculanensem, in sedili lapideo (X 998 vidit Mommsen). — 1) *Eadem dedicavit titulum Pompeianum X 816.* — *De sedilibus his sepulcralibus Mau Roem. Mitth. 1890 p. 280.*

6370 Istacidia N. f. | Rufilla sacerd. | publica.

Pompeiis extra portam Herculanensem non longe ab ea quae praecedit, cippus hermae similis, ut multi alii Pompeiis, est Neapoli (X 999 vidit Mommsen).

6371 [*A*]lleia [*Cn. M*]ai f. | [*s*]acerd. V[*eneri*]s | [*e*]t Cerer[*is pu*]bl.[1] | ex dec. decr. pe[*c. pub.*].

Pompeiis, fragmenta rep. loco non suo (Sogliano act. acad. archaeol. Neap. 15, 1890 p. 157; Mau Roem. Mitth. 1892 p. 172). — 1) *Supplevit Huelsen (*[*si*]bi *Sogliano). De sacerdotibus Veneris et Cereris cf. supra ad N. 3351.*

6372 C. Calventio Quieto[1] | Augustali. | Huic ob munificent. decurionum | decreto et populi consesu *(sic)* bisellii | honor. datus est *(bisellium cum suppedaneo; in utroque latere corona querna cum vittis).*

Pompeiis extra portam Herculanensem (X 1026 vidit Mommsen). — 1) *Idem (vel certe vir eiusdem nominis) in tabella cerata Pompeiana aetatis Neronianae n. LXXXVII (C. I. L. IV p. 365) aliisque nonnullis (cf. ib. p. 438).*

6373 Naevoleia L. lib. Tyche sibi et | C. Munatio Fausto Aug. et pagano[1], | cui decuriones consensu populi | bisellium ob merita eius decreverunt. | Hoc monimentum Naevoleia Tyche libertis suis | libertabusq. et C. Munati Fausti viva fecit *(supra: protome muliebris; in latere dextro bisellium cum suppedaneo, in sinistro navigium; subtus anaglyphum caerimonias funebres exhibens).*

Pompeiis extra portam Herculanensem (X 1030 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6379 seq.*

6374 C. Novellius | Natalis mag. Aug.[1]

Pompeiis extra portam marinam rep., cippus hermae similis, est Neapoli in museo (X 1055 vidit Mommsen). — 1) *Magister Augustalis.*

6375 C. Iulio Caesare dict. iter., | M. Antonio mag. eq.[1], | mag. vici et compiti: | M. Blattius M. f., | *(sequebantur alia nomina septem).* | [*C. Caes*]are M. Lepido cos.[2] | . . Blattius M. f. *(deinde alia nomina).*

Pompeiis non procul a foro in tectorio pilae cuiusdam pictum litteris parvis nigris (IV 60 cf. p. 191 recens repertam legit Fiorellius; Zangemeister pauca tantum agnovit). — 1) *Significatur annus u. c. 707. Cf. C. I. L. I ed. 1 p. 448 (ed. 2 p. 37).* — 2) *A. 708.*

6376 M. Mundicius | Malchio, | M. Clodius | Agatho | mag. ex p. c. f. c.[1]

Prope Pompeios rep. loco dicto la Cività, columna (Sogliano Notizie degli scavi 1898 p. 499). — 1) *Ex paganorum consensu faciundum curaverunt.*

6377 . . . .|lius[1] C. l. Philomus. | mag. pági Felicis | suburbani[2], ex testam. | Arbitratu | Rufionis l. HS ccIↃↃ.

Scafati prope Pompeios (Eph. ep. 8, 317 vidit Mau Roem. Mitth. 1889). — 1) . . lius *correctum ex* lios. — 2) *Sine dubio idem pagus qui plerumque dicitur Augustus felix (cf. N. 6378), Augusti nomine nondum auctus (Felicis nomen derivatum esse a Sulla conditore coloniae Pompeianae coniecerunt Nissen pomp. Stud. p. 381 et Mommsen C. I. L. X p. 90[a]).*

6378 M. Arrius Ↄ. l. Diomedes | sibi suis memoriae, | magister pag. Aug. felic. suburb.[1] *(fasces duo cum securibus).*

6378[a] Arriae M. f. | Diomedes l., sibi suis.

Pompeiis extra portam Herculanensem in sepulcro (X 1042. 1043 vidit Mommsen). — 1) *Alios magistros pagi Augusti felicis suburbani Pompeianos habuimus supra N. 5053, 3. 5198.*

6379 N. Istacidio Heleno | pag. pag. Aug.[1], | N. Istacidio Ianuario, | Mesoniae Satullae. In agro | pedes XV, in fronte IIdes *(sic)* XV.

Pompeiis extra portam Herculanensem (X 1027 vidit Mommsen). — 1) *Pagano pagi Augusti (sc. felicis suburbani, cf. N. 6373. 6377. 6378).*

6380 L. Laturnio Grato | pagano[1] | et ministro[2].

Pompeiis rep. extra portam Stabianam, cippus hermae similis (Notizie degli scavi 1894, 15; Roem. Mitth. 1895 p. 158). — 1) *Cf. N. 6379 not. 1. Alteri Holconiorum (supra N. 6361. 6362) titulum X 944 posuerunt* pagani. — 2) *Cf. N. 6381.*

6381 Dama pup. Agrippae[1], | Manlianus Lucreti, | Anteros Stai Rufi, | Princeps Mescini, | ministri pagi | Aug. fel. sub[*urb*]an. | primi posie[*run*]t | Ti. Claudio Nerone iter. | Cn. Calpurnio Pisone cos.[2]

Pompeiis (X 924 vidit Avellinius, non lapidem qui dudum periit, sed ectypum inscriptionis in tectorio expressum). — 1) *Pupi Agrippae (cf. supra N. 141) fuit servus.* — 2) *A. 747.*

6382 Agathemerus Vetti, | Suavis Caesiae Primae, | Pothus Numitori, | Anteros Lacutulani, | minist. prim. Fortun. Aug. iuss. | M. Stai Rufi, Cn. Melissaei d. v. i. d.[1], | P. Silio L. Volusio Saturn. cos.[2]

Pompeiis rep. in cella aedis Fortunae (cf. supra N. 5398), est Neapoli (X 824 vidit Mommsen). — 1) *Iidem duoviri supra N. 5726 (iterationis nota videtur hic omissa esse). Cf. not. 2.* — 2) *Consules suffecti secundo semestri anno p. Chr. 3. In titulis prioris semestris eiusdem anni N. 6387. 6393 adparent alii duoviri.*

6383 Martialis C. Ólí Primi, | M'. Salárius Crocus, | Primigenius C. Ólí Primi | min. Fortunáe Aug. | iussú | Q. Postumi Modestí, C. Vibi Secundi | d. v. i. d.[1], | C. Memmi Iuniani, Q. Brutti Balbi[2] aedil., | [*L. D*]uvió, P. Clodió cos.[3]

6384 L. Numisius Primus, | L. Numisius Optatus, | L. Melissaeus | Plocamus | ministr. Fortun. Aug. | ex d. d., iussú | L. Iuli Pontici, P. Gávi Pástóris | d. v. i. d., | Q. Poppaei, C. Vibi aedil., | Q. Futio, P. Calvisio cos.[4]

Pompeiis rep. in basilica, sed fortasse pertinebant ad aedem Fortunae Augustae, deinde Neapoli (X 826. 827 vidit Mommsen). — 1) *Duovirorum iure dicundo. Iidem duoviri memorantur in tabella cerata Pompeiana n. CXLV (C. I. L. IV p. 394), ex qua apparet eos duoviros fuisse a. 56/57, Q. Postumius Modestus etiam in inscriptione parietaria Bull. inst. arch. 1883, 148.* — 2) *Ad hunc videntur spectare etiam t. parietarius infra N. 6405 et amphora Pompeiana Notizie degli scavi 1891 p. 341.* — 3) *Consules, memorati etiam in tabellis ceratis Pompeianis (cf. C. I. L. IV p. 435), fasces tenuerunt mensibus Nov. Dec. anni cuiusdam, quem annum p. Chr. 56 fuisse colligitur collata hac inscriptione cum tabella cerata n. CXLV, cf. not. 1; Momms. Herm. 12, 128 (P. Clodius Thrasea est, notus ex Tacito aliisque; de Duvio cf. supra N. 979).* — 4) *Consules hi praeterea ignoti.*

6385 Tauro Statilio | Ti. Platilio *(sic)*[1] Aelian. cos.[2], | L. Statius Faustus pro | signo, quod e lege Fortunae | Augustae ministorum *(sic)* ponere | debebat, referente Q. Pompeio Amethysto | quaestore, basis duas marmorias *(sic)* decrever[u]nt[3] | pro signo poniret *(sic)*.

Pompeiis rep. una cum N. 6382, est Neapoli (X 825 vidit Mommsen). — 1) *Scr.* Plautio. — 2) *Consules fuerunt a. p. Chr. 45, alter ordinarius, alter suffectus certe ex mense Apr. (cf. supra N. 986 not. 5).* — 3) *Sc. ministri Fortunae.*

6386 T. D. V.[1] s. | M. Fabius Secundus[2] | permissú aedil. | A. Hordioni Proculi, | Ti. Iúli Rufi.

Pompeiis in aede Apollinis rep., est Neapoli (X 801 vidit Mommsen). — 1) *Litterae significationis incertae (varia temptaverunt Nissen pomp. Stud. p. 331 aliique).* — 2) *Nominatur in tabellis ceratis aetatis Neronianae n. XXVIII (C. I. L IV p. 315) cet.*

6387 A. A. p. R.[1] d. d. | Gratus Caesar. l. minist.[2] iussu | Q. Cotri d. v. i. d.[3], | C. Anni Maruli, | D. Alfidi Hypsai[4] | d. v. v. a. s. p. p.[5], | M. Servilio L. Aelio cos.[6]

Pompeiis (Eph. ep. 8, 316; Notizie 1890 p. 44). — 1) *Litterae significationis incertae (Annonae Augustae populi Romani? Momms.).* — 2) *Incertum an hic unus ex ministris Mercurii Maiae Augusti, qui posuerunt titulos N. 6389 seq., quorum hic sane similis est.* — 3) *Duoviri iure dicundo. Idem duovir in titulo simili eiusdem semestris infra N. 6393; sed cur hic collega eius M. Numistrius Fronto omissus, obscurum (Frontonem in magistratu defunctum esse coniecit Sogliano Notizie 1890 p. 331).* — 4) *Idem ut videtur D. Alfidius Hypsaeus duovir iure dicundo cum P. Vettio Celere anno incerto (X 907. 908).* — 5) *Cf. N. 6357 (not. 2. 3).* — 6) *Consules prioris semestris a. p. Chr. 3.*

6388 P. Stallius Agatho | minister d. d.[1] | imp. Caesare IX | M. Silano cos.[2]; | [*no*]vatum[3] P. Alfeno, | P. Vinicio cos.[4], | iussu | M. Pomponi Marcelli, | L. Valeri Flacci d. v. i. d., | L. Obelli Lucretian[*i* | *A. Perenni Merulini* | *d. v. v. a. s. p. p.*][5]

Pompeiis rep., est Neapoli (X 884 vidit Mommsen). — 1) *Decurionum decreto.* — 2) *A. u. c. 729.* — 3) *Suppletum ex X 893.* — 4) *Consules fuerunt priore semestri anni p. Chr. 2.* — 5) *Iidem magistratus in titulo posito anno p. Chr. 1, infra N. 6392.*

6389 M. Sittius M. l. | Serapa | Merc. Maiae | sacrum ex d. d. | iussu | P. Rogi P. f. Vari, | M. Melson[*i*] A. f.[1] iter. | d. v. i. [*d.*], | N. Pacci N. f. C[*h*]ilonis, | M. Ninni M. f. Polli[*on.*] | d. v. v. a. s. p. p., | M. Crasso Cn. Lentulo | [*cos.*][2]

Neapoli in museo inter Pompeiana (X 886 vidit Mommsen). Gemellus est lapis ibidem adservatus X 885. — 1) *In exemplo altero praecedit nomen Melsoni.* — 2) *A. u. c. 740.*

Similis est titulus supra N. 3207, anni ut videtur p. Chr. 26.

6390 Gratus Arri, | Messius Arrius | Inventus[1], | Memor Istacid., | [*mi*]n. Aug. Merc. Mai.[2] | [*ex*] d. d. iussu | . . . . Marcel., | . . . .

Neapoli inter Pompeiana in museo (X 888 vidit Mommsen). — 1) *Idem praenomen in colliberto huius Inventi N. 6393.* — 2) *Ministri Augusti Mercurii Maiae. Cf. N. 6391 not. 2.*

6391 A. Veius Phylax, | N. Popidius Moschus, | T. Mescinius Amphio, | Primus Arrunti M. s.[1], | min. Aug.[2] ex d. d., iussu | M. Holconi Rufi IV[3], | A. Clodi Flacci III[4] | d. v. i. d., | P. Caeseti Postumi | N. Tintiri Rufi | [*d.*] v. v. a. s. p. p., | [*imp. Cae*]sare XIII, | [*M. Plautio Si*]lvano cos.[5]

Neapoli in museo inter Pompeiana (X 890 vidit Mommsen). — 1) *Marci servus. Cf. supra N. 3581 not. 1.* — 2) *Ministri Augusti. Iidem sine dubio ministri qui ab initio videntur Mercurium et Maiam coluisse,* [*minist*]ri Merc. Mai. *dicti in fragmento X 887 cf. N. 3207. 6389, ministri Augusti Mercurii Maiae N. 6390.* — 3) *Cf. N. 6361.* — 4) *Idem supra N. 5053. 5602.* — 5) *A. u. c. 752.*

6392 L. Caecilius Felix, | Q. Lollius Felix, | Q. Arrius Hieroni *(sic)* | minist. August. | ex d. d., iussu | M. Pomponi Marcell., | L. Valeri Flacci[1] | d. v. i. d., | A. Perenni Merulini, | L. Obelli Lucretiani[2] | d. v. v. a. s. p. p. | C. Caesare L. Paullo | cos.[3]

Pompeiis rep., est Neapoli (X 891 vidit Mommsen). Fragmentum lapidis paene gemelli est Notizie degli scavi 1900 p. 270. — 1) *Iidem magistratus in titulo supra N. 6388 posito anno p. Chr. 2.* — 2) *In titulo gemello praecedit nomen Obelli.* — 3) *A. p. Chr. 1 (cuius tamen secundo semestri Paullo successerat M. Herennius Picens).*

6393 Messius[1] Arrius | Silenus, | M. Decidius M. M. l. | [*F*]austus ung.[2], | min. Augusti, | M. Numistrio Frontone[3] | Q. Cotrio Q. f.[4] d. v. i. d., | M. Servilio L. Aelio | Lamia cos.[5]

Neapoli inter Pompeiana (X 892 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6390 not. 1.* — 2) *Unguentarius.* — 3) *Cf. supra N. 3785.* — 4) *Cf. N. 6387.* — 5) *Consules fuerunt priore semestri a. p. Chr. 3. Eiusdem anni, sed exeuntis est titulus supra N. 6382, positus iussu aliorum duumvirum.*

6394 Inventus Dentat. Daph.[1], | Felix Melissaei Faust., | Nymphodotus Helvi, | Speratus Caesiae Mus., | min. Aug., d. d. iussú | M. Holconi Gelli L. Aeli Tuber. d. i. d.[2], | C. Vergili Salinatoris Cn. Lucreti | Decentis v.[3] a. s. p. p., | C. Asinio C. Antistio cos.[4]

Pompeiis rep. in templo Apollinis, est Neapoli (X 895 vidit Mommsen). — 1) *Daphni.* — 2) *Scr.* d. v. i. d. — 3) *Expectaveris* d. v. v. — 4) *A. p. Chr. 23.*

6395 Philippus Melissaei | Fausti, | Ianuarius Piricati[1] | Quartionis, | Iucundus Holconi | Anterotis, | Auctus Helvi | Nymphodoti[2] | ministri Aug. | iussu | M. Lucreti Manliani L. Albieni Staí IIv. i. d., | L. Eumachi Fusci[3], N. Herenni Veri d. v. | v. a. s. p. p., | Cn. Domitio Camillo Arruntio | cos.[4]

Pompeiis rep. in aedibus quibusdam non procul a foro, est Neapoli (X 899 vidit Mommsen). — 1) *Idem gentilicium est Notizie degli scavi 1900 p. 344.* — 2) *Idem sine dubio qui etiamtum servus ipse fuerat inter ministros Augusti et dedicaverat titulum qui praecedit.* — 3) *Cf. supra N. 6368.* — 4) *A. p. Chr. 32.*

6396 ... [*Phroni*]mus[1] Messi Fausti, | [*Pl*]acidus Vei Frontonis, | A. Arellius Graecus | min. Aug. ex d. d. iussu | [*C. Caesaris*][2] M. Vesoni Marcelli | IIvir. i. d., | M. Lucreti Epidi Flacci | praefecti[3], | L. Albuci D. Lucreti IIvir. v. a. s. p. p., | Paullo Fabio L. Vitellio | cos.[4]

Neapoli in museo inter Pompeiana (X 901 vidit Mommsen). Paene gemellus fuit lapis diffractus X 902. — 1) *Nomen suppletum ex titulo gemello.* — 2) *Nomen abrasum ex titulo gemello (cf. not. 3) explevit Avellinius.* — 3) *In t. gemello X 902 est* [*M. L*]ucre[*ti*] Epidi Flac[*ci praef. i. d.*] | C. Caesaris. *Apparet Pompeianos C. Caesari adulescenti illo anno duoviratum obtulisse.* — 4) *A. p. Chr. 34.*

6397 ....s Adeptus, | ....sius Felicio | [*C. Caesare Aug.*][1] M. Epidio Flacco | quinq., M. Holconio Macro | praef. i. d.[2], L. Licinio C. Adio[3] | vir.[4] v. a. s. p. proc.

Pompeiis rep., est Neapoli (X 904 cf. Eph. ep. 8, 313 vidit Mommsen). — 1) *Erasum sine dubio nomen C. Caesaris, ut in N. 6396.* — 2) *Apparet Pompeianos C. Caesari quinquennalitatem obtulisse; eiusque loco praefectum esse M. Holconium Macrum.* — 3) *Fortasse idem supra N. 1319.* — 4) *Expectaveris* IIvir.

Fragmenta aliarum inscriptionum huius generis habes X 887. 889. 893. 894. 896 seq. 903. 905 seq.

6398[a] L. Nir.[1] II.[2] v. b.[3]

6398[b] P. Fur. IIv.[2] v. b.[3] o. v. f.[4]

6398[c] M. Marium | aed. faci. | oro vos.

6398[d] Q. Caecil. q.[5] v. benific.[6] o. v.

Pompeiis pictum variis locis urbis, litteris non iis quibus pictae sunt N. 6401 seq. aliaeque multae, sed crassioribus et minus elegantibus, sine dubio antiquioribus (IV 21. 67. 61. 29 vidit Zangemeister). — 1) *L. Niraemium. Cf. supra N. 6356.* — 2) *Duovirum.* — 3) *Virum bonum* (v. b. *litterae contiquatae*). — 4) *Oro vos faciatis, cf. infra N. 6400 not. 2.* — 5) *Quaestorem. Quaesturae Pompeianae praeterea mentio non superst nisi in altero titulo eiusdem hominis IV 30 et supra N. 5538 et in titulis Oscis.* — 6) *Virum benificum.*

6399 N. Barcha[1] IIv. v. b. o. v. f.[2] ita v[*o*]beis[3] Venus Pomp. sacra[4] . .

Pompeiis pictum in via quae a foro ducit sept. versus (IV 26 ex actis effossionum anni 1826, restituit Momms.). — 1) *Numerium Barcham.* — 2) *Duovirum, virum bonum, oro vos faciatis.* — 3) O . VFITAV . . . BEIS *exemplum unum,* OVIRVRBEIS *aliud.* — 4) Pomp. sacra . . . . *in uno tantum exemplo servatum est. Cf. N. 5138.*

6400 L. Rústicelium Celerem IIvir. i. d. iter., d. r. p.[1], o. v. f.[2]

Pompeiis pictum litteris rubris in fronte domus privatae in ea parte urbis ubi est N. 6444, in tectorio quod Mau antiquius credit terrae motu anni 63 (IV 3572 Notizie degli scavi 1897 p. 18; Roem. Mitth. 1896 p. 95). — 1) *Dignum rei publicae, cf. N. 6412*[b]*. 6419*[a]*. 6427*[b]*. 6431*[c]*. 6438*[d]*.* — 2) *Oro vos faciatis (litterae tres in hac et plerisque inscriptionibus sequentibus contignatae), cf. N. 6398*[c]*. 6431*[b] *cet.*

6401 C. Gavium Rufum IIvir. o. v. f. | utilem r. p., Vesonius Primus rogat.

Pompeiis in pariete domus Vesonii Primi (IV 3471 = Bull. Inst. arch. 1876 p. 22).

6402 L. Veranium Hypsaeum | IIvir. i. d.[1] tertio quinq.[2], | Casellium Marcellum | aed.[3], optimos collegas.

Pompeiis, in eadem via in qua N. 6399 (IV 187 pleraque vidit Mommsen). — 1) *Sic acta et Amicone, . .* ed. *Mus. Borbon. (non vidit hunc versum Momms.).* — 2) *Idem quinquennalitatis candidatus memoratur in inscriptionibus eiusdem vici IV 170. 200.* — 3) *Idem infra N. 6414. 6415. 6417*[a] *seq.*

6403 M. Óbellium | Firmum IIvir. i. d. | v. a. s. p. p.[1] iter.[2], scripsit C . .

Pompeiis (Sogliano Notizie degli scavi 1901 p. 259; Mau Roem. Mitth. 1901 p. 324). — 1) *Quinque hae litterae (cf. N. 6357 not. 3) hic primum prodeunt adiunctae ad* IIvir. i. d. — 2) *Sic litteras contignatas legit Sogliano, dubitat Mau.*

6404[a] Ceium Secundum | IIvir. Q. S.[1] Caecili Iucundi rogam.

Pompeiis pictum in pariete domus, quam L. Caecilii Iucundi coactoris fuisse non solum ex hac aliisque inscriptionibus (cf. supra N. 3640), sed etiam ex tabellis ceratis ibi repertis apparet (IV 3433 descr. Mau bull. Inst. arch. 1876 p. 24). — 1) *Quintus, Sextus. Quintum et Sextum Caecilios Iucundos L. Caecilii filios putat Zangemeister C. I. L. IV p. 277.*

6404b L. Ceium Secundum IIvir. o. v. f. Helpis Afra rog.
Pompeiis in vico quodam non procul a theatro tecto (IV 2993 z y desc. Matz).

6404c L. Ceium [*Secund*]um | IIv. i. d. Primus fullo ro.
Pompeiis in pariete domus Vesonii Primi fullonis, cf. N. 6401 (IV 3478; Mau Bull. Inst. arch. 1876 p. 23).

6404d L. C. S. IIvir. | Felicio lupinarius | rog.
Pompeiis non procul a N. 6404a (IV 3423 descr. Mau Bull. Inst. arch. 1876 p. 23).

6404e [*L.*] C. S. IIvir. o. v. f. | Euhode perfusor cum Secu[*ndo*] | o. v. f.
Pompeiis, via Stabiana (IV 840 ex Avellinio et Garruccio).

6404f L. C. S. bene mer. | IIvir. o. v. f. Hinnulus | cum Papilione rog.
Pompeiis (IV 3367 = Bull. Inst. arch. 1874 p. 268 descr. Mau).

6405 Bruttium Balbum[1] IIvir. | Gen[*ialis*] | r[*og.*] | Hic aerarium conservabit.
Pompeiis (IV 3702 descr. Mau melius quam Eph. ep. 1, 163). — 1) *Idem Q. Bruttius Balbus in aliis programmatis IV 935g. 3773, idem ut videtur supra N. 6383.*

6406a Paquium[1] Proculum IIvir. i. d., d. r. p., | univer[*si*] Pompeiani fecerunt.
Pompeiis pictum in amphitheatri aditu satis obscuro (IV 1122 cf. p. 11 vidit Zangemeister). — 1) P. AQVIVM *pictum est.*
Haec inscriptio non in earum numero quae candidatorum commendationi destinatae sunt habenda, sed post electionem scripta esse videtur (Zang.).

6406b Paquium d. i. d., | Veneri rogant.
Pompeiis rep. (IV 1146 Neapoli vidit Zangemeister).

6406c P. Paquium Procul. | d.[1] v. a. s. p. p.[2] o. v. f. Marcus | cum *(reliqua evanida).*
Pompeiis (IV 3728 descr. Mau Bull. Inst. arch. 1881 p. 32). — 1) *Expectaveris* d. v. — 2) *Cf. N. 6431b not. 1.*

6407a [*T*]i. Claudium Verum | IIvir. Obelli cum patre, fave! scis Vero favere.

6407b Ti. Claudium Vérum, | scr. | Aemilius Celer, | [*d. v.*] i. d. o. v. f., vicini Himer . . . .
Pompeiis (IV 3828. 3820 vidit Mau; Sogliano Notizie 1887 p. 40, 1891 p. 267).

6408a Pupium[1] ‖ IIvir. i. d. o. v. f. Appuleia | cum Mustio vicino f.[2] | et Narcissus vos roga[*t*].

6408b M. Púpium Rúfum[1] ‖ IIvir. i. d. dignum r. p. o. v. f. | Mustius fullo facit | et dealbat scr. unicus s[*ine*] reliq. sodalib.[3] non.[4] . .
Pompeiis, a sinistra et a dextra portae tabernae cuiusdam fulloniae, quam Mustii fuisse apparet, non longe a domo Vettiorum (IV 3527. 3529 Sogliano No-

tizie 1897 p. 199; Mau Roem. Mitth. 1898 p. 10 quem sequor). — 1) *Nomen candidati litteris magnis scriptum a sinistra reliquae inscriptionis. De Pupio Rufo cf. infra N. 6420*[c]. — 2) *Facit.* — 3) *Confert Mau quod scriptor Aemilius Celer in inscriptione supra N. 5145 adiecit* sing. — 4) *Nonis? (Mau).*

Ad eundem Pupium Rufum duoviratus candidatum pertinent aliae inscriptiones eiusdem vici (IV 302. 3534 = Notizie degli scavi 1897 p. 16). Eidem aedilitatem rogari titulo IV 142 putat Mau Roem. Mitth. l. c. p. 10. Eiusdem nomen in triptycho Pompeiano N. CIX.

6409 L. Statium Receptum | IIvir. i. d. o. v. f. vicini, dig. | Scr. Aemilius Celer vic.[1] | Invidiose | qui deles | ae[*g*]rotes[2].

Pompeiis (IV 3775 descr. Mau Roem. Mitth. 1889 p. 119; Notizie degli scavi 1888 p. 522). — 1) *Vicinus. Habitabat Aemilius Celer in insula adiacente teste inscriptione picta prope ostium domus litteris parvis et colore nigro:* Ae[*mili*]us Celer hic habitat *(Sogliano Notizie l. c. p. 521; Mau Mitth. l. c. p. 119) aliisque inscriptionibus nomen eius referentibus. Idem est supra N. 5145 (not. 3). 6407*[b]. — 2) *Similiter IV 762. 2960.*

6410 M. Holconium Priscum, | C. Gavium Rufum IIvir.[1] | Phoebus cum emptoribus | suis rogat.

Pompeiis prope portam Herculanensem (IV 103 ad apographa facta saec. XVIII). — 1) *Duoviros. Idem candidatorum par commendatur IV 155. 297. 506. 644. 1007.*

6411[a] M. Holconium | Priscum IIvir. i. d. | pomari[1] universi | cum Helvio Vestale rog.

Pompeiis in via quae a foro ducit sept. versus (IV 202 vidit Zangemeister). — 1) *Iidem etiam alibi in parietibus eiusdem vici Pompeiani (IV 149. 180. 183. 206).*

6411[b] Holconium Priscum | IIv. i. d. d. r. p. o. v. f. Iucundus rog.

Pompeiis in fronte aedium Caecilii Iucundi cf. N. 6404[a] *(IV 3428 = Bull. Inst. arch. 1876 p. 24).*

6411[c] M. Holconium | Priscum aed., pomari rog.

Ibi ubi N. 6411[a] *(IV 206 vidit Mommsen).*

6411[d] M. Holconium Priscum aed. | Menecrates cliens b . . . dormis[1].

Pompeiis in vico qui dicitur lupanaris (IV 822 vidit Fiorelli). — 1) *Cf. N. 6424*[c].

6412[a] C. Iulium Polybium | IIvir. muliones rog.

6412[b] C. Iulium | Polybium | IIvir. i. d. | dig. rei publ. *(sic).*

Pompeiis, prior bis extitit, in via quae e medio oppido ducit ad portam Herculanensem (IV 113. 134. 121 hanc Neapoli in museo vidit Zangemeister).

6412[c] C. Iulium Polybium | IIvir. | Infantio[1] rogat.

Pompeiis in domo quadam graphio inscriptum, non pictum (IV 1226 vidit Zangemeister). — 1) *Cf. N. 6416*[b]. *6417*[b].

6412[d] C. Iulium | Polybium | aed. Licinius Romanus | rogat et facit.

Pompeiis prope forum (IV 699 bis ut videtur descripta).

6412[e] C. Iulium Polybium | aed. o. v. f., panem bonum fert.

Pompeiis (IV 429 descr. Avellinius).

6413[a] Rustium Verum[1] d. i. d. Vere | fac qui te fe[*cit*].

Pompeiis (IV 3760 vidit Mau; Sogliano Notizie 1888 p. 522). — 1) *A. Rustius Verus, cf. IV 2984.*

6413[b] Rustium Verum a.[1] v. a. s. p. p. | Augusto feliciter! aediles sic decet.

Pompeiis (IV 427 descr. Avellinius). — 1) *Fortasse scr.* aed. *(Zangemeister).*

6414 M. Casellium et L. Albucium aed.[1] o. v. f. | Statia et Petronia rog. | Tales cives in colonia in perpetuo.

Pompeiis in muro domus sitae in media fere urbe (IV 3294. 3678 = Fiorelli descr. p. 397). — 1) *Idem candidatorum par saepe coniunctum reperitur in inscriptionibus Pompeianis.*

6415 M. C. M.[1] aed., M. S. M.[2] aed.[3] | Pyramus Olympionica, | Calvos rog. *(corona et ramus palmae).*

Pompeiis in eodem muro in quo N. 6414 (IV 3291. 3674 = Fiorelli descr. p. 397). — 1) *M. Casellium Marcellum.* — 2) *M. Samellium Modestum. Cf. IV 125 cet.; Notizie degli scavi 1902 p. 210.* — 3) aed. *litterae contignatae cum* M. *quae praecedit.*

6416[a] L. Albucium aed. | Thesmus libert. rog.

6416[b] L. Albucium Celsum aed., | T. Genialis, Infantio rog.

Pompeiis prior in pariete vici cui ab hac inscriptione Thesmi nomen indiderunt, altera in eodem pariete in quo N. 6414. 6415 (IV 2983. 3680 = Fiorelli descr. p. 377. 397).

6417[a] M. Casellium Marcellum | aed., agricolae rog. | *(nonnulla non recte lecta).*

6417[b] Marcel[*l*]um aed., lignari | plostrari rog. lassi | cum [*F*]abio et Crimio et | C. Nisio I[*n*]fantione | ubiq.[1]

6417[c] Marcellum, | Fortunata cupit.

Pompeiis, priores duae via q. d. Nolana, prope portam urbis, tertia in via quae a foro ducit ad portam Herculanensem (IV 490. 485. 111 non plus semel singulae descriptae). — 1) *Hic quoque non omnia recte lecta esse apparet.*

6418[a] M. Cerrinium | aed., Salinienses[1] | rog.

6418[b] M. Cerrinium | aed. Capito rog. | Scr. Fructus pycta.

6418[c] M. Cerrinium Vatiam | aed., dignum rei p., Tyrannus cupiens | fecit cum sodales.

Pompeiis (IV 128. 387 p. 194. 221 secundam vidit Zangemeister). — 1) *De Saliniensibus cf. infra N. 6441*[b].

6418[d] M. Cerrinium | Vatiam aed. o. v. f., seribibi | universi rogant. | Scr. Florus cum Fructo . .

6418[e] Vatiam aed. rogant | Macerio dormientes | universi cum | . . . .

6418[f] Vatiam aed. | furunculi rog.

Pompeiis pictum via q. d. degli Augustali (IV 581. 575. 576 vidit Zangemeister). — *Iocose haec dicta esse putant.*

6419[a] Cuspium | Pansam aed. | iuvenem probum | dignum rei p. o. v. f.

6419[b] C. Cuspium Pansam aed. | d. r. p. v. a. s. p. p.[1] iuvenem probum o. v. f.

6419[c] C. Cuspium Pansam | aed. | aurifices universi | rog.

6419[d] Cuspium Pansam | aed. lignari universi rog.

6419[e] C. Cuspium Pansam | aed. d. r. [*p.*] o. v. f., Saturninus | cum discentes[2] rog.

6419[f] Cuspium Pansam aed. | Popidius Natalis cliens cum Isiacis[3] rog.

6419[g] Cuspium Pansam | aed. Fabius Eupor.[4] princeps libertinorum.

Pompeiis pictum variis locis urbis, tertia in muro aedificii Eumachiae, sexta non procul ab aede Isidis, septima prope portam Herculanensem (IV 702. 317. 710. 960. 275. 1011. 117 hanc translatam Neapolim vidit Zangemeister). Idem Cuspius Pansa etiam in aliis inscriptionibus parietariis Pompeiorum. Eiusdem nominis viri duo N. 6359. 6360. — 1) *Apparet magistratum quem Pansa petebat tam nudo aedilitatis vocabulo significari potuisse quam eodem vocabulo cum adiectione litterarum* v. a. s. p. p. *(cf. Mau Roem. Mitth. 1889 p. 302).* — 2) *Similiter IV 673. 694. 698 cet.* — 3) *Isiaci etiam N. 6420*[b]. — 4) *Idem etiam IV 120, eiusdemque nomen in amphora Pompeiis reperta.*

6420[a] Cn. Helvium Sabinum | omni bono meritum | iuvenem aed. d. r. p. o. v. f. Dic . . rog.

6420[b] Cn. Helvium | Sabinum aed., Isiaci | universi rog.

Pompeiis, variis locis urbis pictum in parietibus (IV 706. 787 ex actis effossionum).

6420[c] Cn. Helvium Sabinum[1] | aed. i. p.[2] d. r. p. o. v. f., Pupius Rufus[3] facit, idem probat.

Pompeiis, ibi ubi N. 6408[b] *(IV 3535. 3537 cf. Notizie degli scavi 1897 p. 46).* — 1) *Nomen fortasse seiungendum esse ab iis quae sequuntur putat Mau.* — 2) *Iuvenem probum.* — 3) *Eiusdem hominis nomen scariphatum intus in eadem domo (IV 4615 = Notizie 1897 p. 23).*

6421[a] N. Herennium | Celsum aed. o. v. f., Amandus rog.

6421[b] N. Herennium Celsum | d. v. v. a. s. p. p.[1] d. r. p.[2] o. v. f., [*d.*] est.

Pompeiis, altera (N. 6421[b]*) in muro aedium 'del Centenario' (IV 634. 3771 = Notizie degli scavi 1880 p. 299).* — 1) *Cf. N. 6431*[b] *not. 1.* — 2) *Cf. N. 6400 not. 1.*

6422[a] M. Lucretium | Frontonem aed. d. r. p.

6422[b] si pudor in vita quicquam prodesse putatur,
Lucretius hic Fronto dignus honore bene est.

Pompeiis pictum in via non procul ab aedibus Lucretii Frontonis, cf. N. 6422[c] *(Sogliano Notizie degli scavi 1901 p. 282; Paribeni ib. 1902 p. 212).*

6422[c] M. Lucretius Fronto vir fortis | et ho[*nestus?*]

Pompeiis in aedibus quae videntur esse Lucretii Frontonis, non pictum, ut eae quae praecedunt et sequuntur, sed scariphatum in tectorio parietis peristylii (Sogliano Notizie degli scavi 1901 p. 166; Mau Roem. Mitth. 1901 p. 333).

6423 Popidium Rufum | aed. | piscicapi fac . .
Pompeiis, non procul a theatro (IV 826 ter ut videtur descripta).

6424[a] L. Popidium Secundum . . . | aed., iuvenem innocuae aetatis, d. r. p. c . . . uius . . . . umus cupit, | . . . . o facit.

6424[b] Popidium Secundum | aed. d. r. p. probissimum iuvenem o. v. f. | Rufine fave, et ille te faciet.[1]

6424[c] . . Popidium Secundum | aed. o. v. f. Attale dormis.[2]
Pompeiis (IV 720 vidit Zangemeister; IV 3409. 3718 = Bull. Inst. arch. 1876 p. 234, 1881 p. 32 descr. Sogliano). — 1) *Cf. N. 6436.* — 2) *Cf. N. 6411*[d].

6425 Postumium Proculum | aed. | offectores[1] rog.
Pompeiis via Stabiana (IV 864 viderunt Avellinius et Mommsen). — 1) *Ex adverso huius inscriptionis fuit officina offectorum sive tinctoria (Fiorelli descr. di Pompeii p. 184).*

6426 Sallustium Capitonem aed. | o. v. f., caupones facite.
Pompeiis (IV 336 vidit Mommsen).

6427[a] Suettium | aed. o. v. f., Potitus cliens r[*og.*]

6427[b] Suettium . . . | Potitus cum . . | dignos coloniae vir . . . .
Pompeiis (IV 593. 3736 cf. Notizie degli scavi 1879 p. 281 illam vidit Zangemeister, hanc viderunt Mau et Sogliano).

6428[a] Trebium[1] aed. o. v. f., | clibanari rog.

6428[b] [*A.*][2] Trebium | aed. tonsores.
Pompeiis (IV 677. 743 vidit Zangemeister). — 1) *Pleno nomine A. Trebius Valens (Notizie degli scavi 1897 p. 15).* — 2) I *excepit Zang.*

6429 A. Vettium aed., | saccari rog.
Pompeiis (IV 497 vidit Zangemeister).

6430[a] A. Vettium Caprasium | Felicem aed. v. a. sacr. p. p.[1] vicini rogant.

6430[b] [*A.*] Vettium Caprasium | Felicem aed. v. a. s. p. p. o. v. f., Menecrates | et Vesbinus rog. Scrib. Ascaules.
Pompeiis (IV 3687 = Notizie degli scavi 1898 p. 257 descr. Sogliano et Mau; IV 636 descr. Fiorelli). — 1) *Cf. N. 6357 not. 3.*

6431[a] A. Vettium Firmum | aed. o. v. f., dign. est. | Caprasia cum Nymphio rog., | una et vicini, o. v. f.

6431[b] A. Vettium | Firmum verecundissimum | iuvenem d. *(sic)* v. a. s. p. p.[1] o. v. faciatis.

6431[c] . . Vettium Firmum | aed. o. v. f., dign. | est, pomari[2] facite.

6431[d] A. Vettium Firmum | aed. o. v. f., d. r. p. o. v. f. pilicrepi facite.
Pompeiis (IV 171. 456. 183. 1147 primam vidit Mommsen, secundam et quartam vidit Zangemeister). — 1) *In inscriptionibus parietariis Pompeianis aediles plerumque, non duoviri hi magistratus dicuntur (exceptis hac et N. 6406*[c]*. 6421*[b] *et IV 1004).* — 2) *Cf. N. 6411*[e].

6432 Suettium cum Epidio | IIvir. i. d. o. v. f., dig. sunt. | Herennium et Verum | aed. o. v. f.

Pompeiis (IV 122 Neapoli in museo vidit Zangemeister).

6433 Suettios Certum IIvir. i. d. | quorum innocentiam probastis.
Verum aed., Celsum collegam rog. | Elainus dissign.[1] rog.

Pompeiis (IV 597 vidit Zangemeister). — 1) Cf. N. 6438[d] fin.

6434

P. Paquium Proculum[1] IIvir. virum b.[2], d. r. [*p.*], o. v. f.
A. Vettium [*Caprasi*]um Felicem IIvir. v. b.[2] d. r. p. o. v. f., digni sunt.
Q. Marium [*Rufum*] M. Epidium Sabinum[3] aediles v. a. s. p. p. o. v. f.,
s[*crip*]sit . . . sius dealbatore[4] Onesimo. | digni sunt.

Pompeiis (IV 222 ex actis effossionum anni 1829 et Avellinio). — 1) Cf. N. 6406. — 2) Virum bonum. — 3) Idem N. 6438 et alibi. — 4) Cf. N. 6408[b].

6435 Procule, Frontoni | tuo officium commoda.

Pompeiis non procul ab aedibus quae videntur fuisse P. Paquii Proculi, cf. Fiorelli descr. di Pompei p. 182 seq. (IV 920 cf. p. 198 vidit Minervinius, partem vidit Zangemeister).

6436 Sabinum aed. | Procule fac, et ille | te faciet.[1]

Pompeiis (IV 635 vidit Fiorelli). — 1) Cf. N. 6424[b].

6437 Cuspi, fac Fadium | . . . aed. d. r. p.

Pompeiis (IV 1068 vidit Zangemeister).

6438[a] M. Epidium | Sabinum aed.[1] | Campanienses[2] rog.

6438[b] M. Epidium Sabinum | ex sententia Suedi Clementis[1] d. v. i. d. | o. v. f.

6438[c] M. Epidium | Sabinum | IIvir. iur. dic. o. v. f. dignum iuvenem, | Suedius Clemens sanctissimus | iudex facit, vicinis rogantibus.

6438[d] M. Epidium Sabinum d. i. dic. o. v. f. | dig. est, | defensorem coloniae, ex sententia Suedi Clementis sancti iudicis | consensu ordinis ob merita eius et probitatem, dignum reipublicae, faciat. | Sabinus dissignator cum plausu facit[4].

Pompeiis, variis locis urbis pictum (IV 470. 791. 1059. 768 primam vidit Mommsen, tertiam Zangemeister, quartam descr. Minervini). — 1) Idem N. 6434 v. 3. — 2) Cf. Mau Roem. Mitth. 1889 p. 299. — 3) T. Suedius Clemens sub Vespasiano controversias inter rem publicam Pompeianam et privatos quosdam composuit (supra N. 5942). Eius auctoritatem in adiumentum vocant fautores candidatorum. — 4) Versus est senarius. Cf. Buecheler carm. epigr. 39.

6439 ex scito | ordinis | Primus or|. .

Pompeiis in columna theatri scariphatum (IV 2459 vidit Zangemeister).

6440[a] VII k. Dec. Salinis[1] in conventu | multa HSS XX[2].

6440[b] XIII k. Dec. | in conventu veni.

Pompeiis scariphatum in parietibus variis locis urbis (IV 5181 cf. Sogliano

Notizie degli scavi 1880 p. 185. IV 3888 Mau Bull. Inst. 1874 p. 201). — 1) *Cf. N. 6441^b^ not. 1.* — 2) *Sic Mau,* HS *(reliquis omissis) Sogl.*

6441^a^ fullo | Cresces | Pompeianis | salutem.

6441^b^ fullo | Cresces | Salinesibus[1] | salute.

6441^c^ fullo | Cresces | Stabianis | salute.

6441^d^ fullo | Cresces | Surentinis | salutem

6441^e^ Cresces fullonibus et ululae suae sal.[2] *(ulula sive noctua).*

Pompeiis scariphatum in columnis domus privatae (IV 4102. 4106. 4109. 4105. 4118 cf. Mau Bull. Inst. arch. 1885 p. 250; Sogliano Notizie degli scavi 1884 p. 50. 51. 111). — 1) *Salinenses putat Mau (Roem. Mitth. 1889 p. 299) eos qui habitarent in vico quodam vel pago Pompeiano dicto a Salinis.* — 2) *De loco Varronis (sat. Menipp. fr. 539 Buecheler: eum peius formidant quam fullo ululam) monuit Sogliano.*

6442^a^ Campani salvete.

Pompeiis ante portam Herculanensem scariphatum in pariete (IV 1216 vidit Zangemeister).

6442^b^ Cam[*p*]ani salvete | viri. Aulus Olo suo | salutem.

Pompeiis in poste ostii domus privatae scariphatum (IV 2353 p. 219 vidit Zangemeister).

6443^a^ Campani victoria una | cum Nucerinis peristis *(supra gladiator palmam manu sin. tenens, gradibus descendit, retro eum altera palma; a sin.: homo in suggestu stans, alius ante suggestum).*

Pompeiis in muro domus privatae extrinsecus scariphatum (IV 1293; imago est Mus. Borbon. vol. VI).

6443^b^ Nucerinis | infelicia.

Pompeiis, scariphatum (IV 1329 vidit Mommsen).

6443^c^ Puteolanis feliciter! | omnibus Nucherinis | felicia; et uncu Pompeianis | Petecusanis.

Pompeiis, scariphatum in lupanari (IV 2183 vidit Zangemeister).

6444 iudicis Aug. felic.[1] Puteolos, Antium, Tegeano[2], Pompeios — hae sunt verae | coloni[*ae*][3].

Pompeiis, litteris multo neglegentioribus, quam iis quibus utebantur in programmatis candidatorum, pictum in pariete domus Vettiorum ante annum 63, cf. ad N. 6400 (IV 3525 = Sogliano Rendiconti Accadem. Lincei 1897 p. 389; Mau Roem. Mitth. 1898 p. 49). — 1) *Cf. supra N. 234.* — 2) *Tegeanum, cuius oppidi curatores habemus supra N. 5054, infra N. 6449, fuisse inter Nuceriam et Nolam, ibi ubi tabula Peutingerana collocat mansionem 'ad Teglanum', statuit Sogliano l. c. p. 393 seq.* — 3) *Iudicia Neronis erga Puteolos et Antium (Tac. ann. 14, 27. Suet. Ner. 9) novimus, utrumque oppidum novos colonos, illud etiam Neronensis cognomentum ab eo accepit (N. 6326. 6327); Pompeiis fuisse qui simile quid et suae coloniae et Tegianensibus augurarentur, ex hac inscriptione apparet.*

Titulos in parietibus Pompeianorum pictos vel scariphatos dedi praeterea supra N. 234. 1319. 3822. 4181^b^. 5142—5147. 5181^a^ (cf. 5197 not. 6). 5725. 6035. 6326. 6364. 6375, alios dabo infra variis locis.

6445[a] L. Lusium Saturni. d. v.[1] v. b.[2] o. v. f.[3]

6445[b] L. Magium | Celerem Ⱨ.[4] v. b.

6445[c] L. Munatium | Caeserninum | Nuceriae IIvir. | quinq. v. b. o. v. f.

6445[d] L. Munatium | quinq. i. d. v. b. o. v. f. | Nucer.

6445[e] C. Tampium Sabeinum | tri.[5] ple. v. b.[2] o. | v.[6] v. facia.

6445[f] P. Vitellium[7] . . . | aup . . .[9] o. v. f. | Constan . . .[8] | Constanti . . .

Pompeiis pictum in parietibus sepulcrorum sitis extra portam Nucerinam, ibi ubi N. 5146 (IV 3862. 3871. 3875. 3857. 3872. 3876 cf. Mau Roem. Mitth. 3, 1888 p. 142—144). Si non omnes, certe partem harum commendationum (N. 6445[cdf]*) spectare ad comitia Nucerina apparet. Antiquiores has inscriptiones quam plerasque Pompeianas eiusdem generis putat Mau, recentiores tamen quam antiquissimas Pompeianas N. 6398. 6399.* — 1) *Sic C. I. L. IV l. c.* (p. p. *editum est Mitth.).* — 2) *Cf. N. 6398*[b] *not. 3.* — 3) *Cf. ib. not. 4.* — 4) *Duo(virum).* — 5) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 801 not. 3.* — 6) *Oro volo? (Mommsen l. c.).* — 7) *P. Vitellius, A. Vitellii imperatoris avus, Nuceria oriundus erat (Suet. Vit. 2).* — 8) *Significatur Nuceria Constantia (cf. supra N. 5146 not. 2).* — 9) *Caupones? (Hirschfeld).*

6446 M. Virtió M. f. Men. | Ceraunó | áedilí, IIvir. iure | dícundo, práefectó fabrum, Vvir.[1], | cui decuriónes ob munificentiam | eius, quod equom magnum posuerat | et denarios populó dedicatióne eius | dederat, duúmviratum gratuitum | dederunt Nuceriáe. *(Infra sella curulis cum scamno, inter duos pueros apice Phrygio indutos, qui tabellam inscriptionis sustinere videntur. A dextra et a sinistra vir togatus, lictor ut videtur fasces et bacilla duo tenens).*

Nuceriae rep. sub cineribus Vesuvii, est Castellamare (X 1081 vidi ectypum gypsaceum musei Berolinensis). — 1) *Quinqueviri cuius generis fuerint, non constat (diversi quinqueviri N. 6563 seq.).*

6447 Septimiae L. f. Sil . . . | M. Allio M. f. Men. Ru[*fo*] | praef. fabr., cen.[1], q.[2], tr. mil. a p.[3], e[*q. R.*][4]. | Hunc decuriones gratis in ordinem su[*um*] | adlegerunt duumviralium numero . . | ordinem adiit petiitque ut decreto . . | quoque voluntatem esse adscrib[*erent.*]

Abellini (X 1132 bis ut videtur descripta saec. XVII). — 1) *Censori,* 2) *quaestori,* 3) *tribuno militum a populo.* — 4) *Supplevit Mommsen.*

6448 Digitiae L. f. Rufinae | ob eximiam castitatem [*f*]i|dem[1] verecundiamque | eius | M. Tullius M. f. Maecia Cicero | eq. R., L. L.[2], p. c.[3], coniugi remis|so sumptu publico de suo | posuit. | L. d. d. d.

6449 [*M. Tullio M. f. Maec.*] | Cicer[*oni Laur. Lav.*] | eq. R., p[*atr. col., cur. r. p.*] | Volceianor. [*Atinati*]|um Acerentino[*rum* | *Ve*]liensium Buxentin[*or.*] | Tegianensium, integr. | et rarissimo viro, | M. Tullius Commun[*i*]s | nutritor, multis lar|gitionibus eius in se | conlatis. L. d. d. d.

Paesti (X 483. 482 illam vidit Mommsen, hanc descr. Paulus Heyse et Henricus Brunn). — 1) eidem *lapis.* — 2) *Laurens Lavinas.* — 3) *Patronus coloniae.*

Alios titulos Paestanos dedi supra N. 3820. 6112. 6114.

6450 M. Traesio M. f. | Pom. Fausto sen. | IIIIvir. qq. Potent., | cur. r. p. Bantinor., | cur. r. p. Atinatium, | ob merita eius, | dec., Aug. et plebs. | Cur. L. Porc. Rufo[1] | ex a. c.[2]

Atinae in Lucania (X 344 vidit Mommsen). — 1) *Litteram* s *iacentem adiungunt plerique, non vidit Momms.* — 2) *Ex aere collato.*

Alios titulos huius Atinae dedi N. 3595. 5418.

6451 d. m. | C. Stremponio | C. f. Pom. Basso ae. p.[1], | pr. IIvir.[2] qq., auguri, | curatori rei p. ka|lendari Potentinor., | curatori muneris peq. | Aquillianae II, q̄. rei pub. III, | Helvia Psychario uxor. | C. Stremponi Bassianu[*s*] | et Faustina fili b. m. | fecerunt.

Grumenti (Saponarae) in Lucania (X 226 vidit Kaibel). — 1) *Aedilicia potestate.* — 2) *Alii praetores duoviri Grumentini supra N. 5665. X 208. 227.*

Alios titulos Grumentinos dedi N. 586. 1199. 2047. 3545. 4028. 5330. 5331. 5469. 5539. 5665.

6452 P. Plaetorio | P. f. [*P*]om. | Urso | aed., IIIIvir. i. d., | [*p*]ontif., augur., | ministri Larum | Augg. | patrono. | L. d. d. d.

Potentiae in Lucania (X 137 vidit Mommsen).

Alios titulos Potentinos dedi N. 2719. 3337. 4026. 4027.

6453 C. Iu[*li*]u[*s*] Andro|nicus archon | et Iulia Euporia | ex voto donum | dederunt.

Neapoli (Notizie degli scavi 1896 p. 103).

6454 Herculi invicto P. Verg. Restitutus ob insignem numinis [*favorem*] . . . | honore demarchiae perfunctus aidiculam sta[*tuas*] . . . .

Neapoli (X 1478 vidit Mommsen).

6455 . . . . | [*lau*]celarch[*isanti*[1], *in*]|imitabili demarcho, | plurimis aetiam atq. | insignibus meritis | praeclaro, fretores | Eubois[2] vere dignissimo.

Neapoli (Sogliano Notizie degli scavi 1900 p. 269). — 1) *Cf. Kaibel Inscr. Gr. Sicil. Ital. p. 191*[b]. — 2) *De phretriis Neapolitanis dixerunt Kaibel l. c. p. 191*[a]*; Beloch Campanien (ed. 2) p. 41. 148. Antinoitas et Eunostidas habuimus supra N. 6188. Εὐβοεῖς ex hoc primum titulo innotuerunt (ex Euboea origines Neapolitanorum).*

6456 C. Herbacio Maec. | Romano demar|chisanti, IIvir. ali|mentorum quaest., | cur. sacrae pecun.[1], | cur. II frum. compar.[2], | se vibo fecit, | qui ob promiss. venat.[3] | phetris[4] divisit qui|na mil. num.

Neapoli (X 1491 bis descripta saec. XVI). — 1) *Duovirum alimentorum quaestoremque et curatorem pecuniae sacrae fortasse esse eundem magistratum qui*

alibi dicitur quaestor pecuniae sacrae alimentariae coniecit Mommsen C. I. L. X p. 172[a]. — 2) Comparandi. — 3) Venationem. — 4) Cf. N. 6455 not. 2.

6457 dis man. sacr. | C. Octavio C. f. Maec. Vero | praef. iuven.[1], equo publico, ad|lecto in V decur., exornato | militiae[2], praef. coh. ...icae, | flamini Virbiali[3] et auguri et | aedili Augustali[4], qq. iuvenum[1], | Postumia Procula uxor | marito karissimo et | Octavia C. f. Vera filia | patri optumo fecerunt.

Neapoli (X 1493 vidit Mommsen praeter pauca vocabula in quorum locum in ipso lapide alia recentia substituta sunt). — 1) *Cf. N. 5683; t. Poetovione rep. III 4045.* — 2) *Intellege militiam equestrem. Cf. supra N. 2749 cet.* — 3) *Flamonium hoc, ex minoribus Romae unum ut videtur, alibi non commemoratur (titulus Orell. 2212 = 4022 non recte lectus est, cf. XII 2238).* — 4) *Sacerdos potius quam magistratus (Momms.).*

6458 [*im*]p. C[*a*]e[*s. M.*] Aurellio [*Severo* | *Ale*]xan[*d*]ro [*Pio*] Fel[*i*]ci Au[*g. pont.* | *ma*]x., trib.[1] pot.[2], cos., p. p., divi Septim[*i* | *Se*]veri Pii [*nepo*]ti, divi Antonini | [*M*]agni Pii [*filio*], | colonia Aurelia Aug. | Antoniniana Felix | Neapolis.

Neapoli rep. (Eph. ep. 8, 871 ectypum vidit Huelsen Roem. Mitth. 1890 p. 303). — 1) *Hucusque erasum, item erasa* nepoti *et* filio *vocabula.* — 2) *A. 222.*

6459 Concessiani. | L. Munatio Concessia|no v. p.[1], patrono colo|niae, pro meritis eius | erga cives munifica | largitate olim hono|rem devitum *(sic)* praestan|tissimo viro praesens | tempus exegit, quo etiam | Munati Concessiani filii | sui demarchia cumulatiore | sumptu liberalitatis abun|dantiã *(sic)* universis exibuit civibus, | ob [*q*]ue testimonia amoris sinceris|simi re[*g.*][2] primaria splendidissi|ma Herculanensium patrono mira|bili statuam ponendam decrevit.

Neapoli (X 1492 vidit Mommsen). — 1) *Viro perfectissimo.* — 2) *De regionibus civitatis Neapolitanae cf. Mommsen C. I. L. X p. 172. 970.*

6460 P. Plotio P. f. Pal. Faustino | scribae publico Neapolitan. | aedilicio, Plotia Nome uxor. | *Ἐπὶ ὑπάτων Λ. Ἀκειλίου Στράβωνος | καὶ Σέξτου Νερανίου Καπίτωνος*[1], *δημαρ|χοῦντος Ἑρεννίου Μνηστῆρος, | ιη πρ. καλ. | Ὀκτωβρίων, γραφομένων (sic) παρῆσαν | Ἰούλιος Ἀπολλινᾶρις, Δομίτιος Ἀσιατικός, | Ἰούλιος Πρόκλος Ἀρτ. | Περὶ οὗ προσανήνεγκεν τοῖς ἐν προσκλήτωι | Ἰούλιος Λειουιανὸς ὁ ἀντάρχων, περὶ τούτου | τοῦ πράγματος οὕτως εὐηρέστησεν (ipsa decreti verba non rettuli).*

Neapoli rep. a. 1889 (Sogliano Monumenti antichi dei Lincei I p. 554). — 1) *Consulum par praeterea ignotum, quod videtur fasces gessisse a. 71, ut probavit Sogliano l. c., collato decreto Graeco Neapolitano Inscr. Gr. Sicil. Ital. 760 facto a. p. Chr. 71, in quo idem Iulius Livianus ἀντάρχων nominatur.*

6461 .. [*Co*]rnelius L. f. Rom. Gemellus | [*aed.?*] bis, q., IIIIvir. iur. dic. bis, gymnas|[*i*]archus ter, t. IIII i. d.[1]

Veliae (Roem. Mitth. 1891 p. 346 ex libro quodam de Velia). — 1) *Postrema fortasse manu alia addito* (t. IIII *vix sanum).*

6462 Iovi o. m. | conservatori | domus Aug. | M. Cocceius Aug. | lib. Pudens | ob honorem | prohedriae. | L. d. d. d.

Tarenti (Notizie degli scavi 1896 p. 110).

Alias inscriptiones Tarentinas dedi supra N. 379. 2251. 2923. 3237. 5700. 6086.

6463 Q. Laronius Q. f., | L. Libertius C. f. pont. max.[1], | IIIIvir. i. d. q. c. p.[2], ex s. c. Con. HS[3] . .

Monteleone in Bruttiis, ubi fuit Vibo Valentia, basis apta ad mensuras recipiendas (X 49 cf. p. 1003 vidit Barnabei). — 1) *Pontifex maximus etiam in alio t. Vibonensi X 50.* — 2) *Quattuorviri iure dicundo quinquennales censoria potestate.* — 3) *Constat sestertiis (cf. N. 6357, cet.).*

6464 L. Laberio L. l. | Optato | ornamentis censor.[1] | honorato vix. a. XXII, | Clutoriae L. f. | Quartae | vix. an. XXIIII, | mater filiae et genero.

Montelione (X 60 solus descr. saec. XVII Gualterus). — 1) *Nota ornamenta censoria homini libertino attributa.*

6465 d. m. | C. Corneli|us Troilus | IIIIvir a. p.[1], IIIIvir | iur. dic., q. p. p.[2] et | alimentari|ae, vix. annis | XXX mensibus | V. Sestia Pon|tice filio dul|cissimo fec.

Locris (Gerace) (X 20 descr. Vitus Capialbi auctor accuratus). — 1) *Quattuorvir aedilicia potestate.* — 2) *Quaestor pecuniae publicae.*

Alios titulos Locrenses dedi N. 361. 2232. 3927; Reginos N. 4376. 5471. 5491.

6466 Futiae C. f. | Lollianae | filiae piissimae C. Futi|us Onirus iterum IIvir., item | dedit decurionibus HS X n̄., | ut ex usuris eorum quod|quod *(sic)* annis VII idus Apriles | natale filiae meae epulan|tes confrequentetis | HS CCCC n̄.[1] et in profusioni|bus HS CC n̄.[2] neque in alios | usus convertatis. | L. d. d. d.

Crotone (X 107 vidit Kaibel). — 1) *Sestertiis quadringentis nummis.* — 2) *Usurae semisses decem milium nummum sunt 600 num.*

Alium titulum Crotonensem dedi N. 4039.

6467 imp. Nervae Traiano | Caes. Aug. Germ. Dacic. | Q. Fidubius Alcimus ob honor. Aug.[1], | quem primus omnium post k. Aug. | a senatu conspirante populo acci|pere meruit[2], bisellium ex d. d. | Hic ob eundem honorem dec. HS IIII, | Aug. HS II, populo virit HS I didit *(sic).* Isdem l. d. d. d.[3] | et hóc amplius im[*aginem*] | imp. Caesari Traiano Au[*g. posuit*].

Peteliae (Strongoli) (X 112 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Augustalitatis.* — 2) *Hinc intellegitur Augustales a decurionibus creari solitos esse k. Augustis; hic enim Alcimus primus Peteliae extra ordinem post legitimum diem creatus est (Momms.).* — 3) *Bisellium Mommsen putat positum esse imperatori ab Alcimo, puta in theatro, postea ab eodem imaginem imperatoris adiectam esse.*

6468 M'. Megonio M'. f. | M'. n. M'. pron. Cor. | Leoni | aed., IIIIvir. leg. Cor.[1], | q. p. p.[2], patrono mu|nicipii, IIIIvir. q. q., | decuriones, Augus|tales populusque | ex aere conlat. | ob merita eius.[3] *(In latere)*

Kaput ex testamento. Rei p. municipum meorum, si mihi statua pedestris, | in foro superiore, solea lapidea, basi marmorea, ad exemplum basis | quam mihi Augustales[4] posuerunt prope eam quam mihi municipes | posuerunt[5], posita fuerit, HS C̅ m̄. n̄.[6], quae eis me vivo pollicitus sum, dari volo. | Ea autem condicione HS C̅ m̄. n̄.[6] q. s. s. s.[7] dari volo ut ex usuris semissibus | eius pecuniae omnibus annis die natalis mei, qui est X kal. April., | distributio fiat decurionibus epulantibus X̶ CCC, deducto ex his[8]| sumptu strationis; reliqui inter eos qui praesentes ea hora erunt | dividantur. Item Augustalibus eadem condicione X̶ CL dari volo | et municipibus Petelinis utriusque sexus ex more loci X̶ I om|nibus annis dari volo, item in cena parentalicia X̶ L et hoc | amplius sumptum hostiae, prout locatio publica[8] fuerit, dari volo. |

A vobis, optimi municipes, peto et rogo per salutem sacratissimi principis | Antonini Augusti Pii liberorumque eius, hanc voluntatem meam et dis|positionem ratam perpetuamque habeatis, totumque hoc caput tes|tamenti mei basi statuae pedestris, quam supra a vos *(sic)* peti, ut mihi po|natis, inscribendum curetis, quo notius posteris quoque nostris | esse possit vel eis quoque, qui municifi erga patriam suam erint, ad|-moniat.

Strongoli, ubi fuit Petelia Bruttiorum, rep. a. 1892 (Barnabei Notizie degli scavi 1894 p. 20. 21). — 1) *Quattuorviro lege Cornelia. Lex haec, similiter ut Petronia (N. 6359), videtur pertinuisse ad res municipales ordinandas.* — 2) *Quaestori pecuniae publicae.* — 3) *Titulus plane gemellus est X 113.* — 4) *Fortasse significatur statua ad quam pertinuit N. 6469.* — 5) *Significari statuam ad quam pertinuit X 113, eamque fuisse equestrem, non pedestrem, coniecit Barnabei l. c. p. 26.* — 6) *Sestertium centum milium nummum. Etiam ob memoriam colendam tam matris quam uxoris idem Leo rei publicae intulerat centena milia (N. 6470. 6471).* — 7) *Quae supra scripta sunt.* — 8) *Cf. N. 6087 cap. LXIX.*

6469 M'. Megonio[1] M'. f. | Cor. Leoni | aed., IIIIvir. leg. Cor.[2], | quaest. pec. p., | patrono municipi, | Augustales[3] patrono | ob merita eius. | L. d. d. d. *(In latere)* Kaput ex testamento. | Hoc amplius rei p. Petelinorum dari volo | HS X̅ n̄., item vineam Caedicianam cum | partem *(sic)* fundi Pompeiani ita uti optima maxi|-maq. sunt finibus suis qua mea fuerunt. Volo au|tem ex usuris semissibus HS X̅ n̄. comparari[4] Augus|talium loci n̄. ad instrumentum tricliniorum du|um, quod eis me vibo tradidi, candelabra et lucerna[*s*] | bilychnes arbitrio Augustalium, quo facilius strati[*o*]|-nibus publicis obire possint. Quod ipsum ad utilitate[*m*] | rei p. n̄. pertinere existimavi, facilius subituris onus Augu[*s*]|talitatis[5], dum hoc commodum ante oculos habent. | Ceterum autem temporum usura semisse[6] HS X̅ n̄. ad instr[*u*]|mentum Augustalium arbitrio ipsorum esse

volo, qu[*o*] | facilius munus meum perpetuum conservare possint | neque in alios usus usuras quas ita a re p. acceperint tra|ferri volo quam si necesse fuerit in pastinationem. | Vineam quoq. cum parte fundi Pompeiani sic ut su|pra dixi hoc amplius Augustalibus loci n̄. dar[*i*] | volo. Quam vineam vobis, Augustales, idcirco dari | volo quae est Aminea[7], ut si cogitationi meae, qua pro|spexisse me utilitatibus vestris credo, consenseritis, | vinum usibus vestris, dumtaxat cum publice epulas ex|ercebitis, habere possitis. Hoc autem nomine relevati in|-pendis facilius prosilituri hi qui ad munus Augustalit[*a*]|tis conpellentur. — Locatio vineae partis Pompeiani vin[*e*]|am colere poterint[8]. Haec ita ut cavi fieri praestariqu[*e*] | volo. Hoc amplius ab heredibus meis volo praestar[*i*] | rei p. Petelinorum et a re p. Petelinorum corpori Au|-gustalium ex praedis ceteris meis palum ridica[*m*] | omnibus annis sufficiens pedaturae vineae | quam Augustalibus legavi.

(In latere sinistro) [*A v*]obis autem, Augustales, peto hanc voluntatem | meam ratam habeatis et ut perpetua forma obser|vetis curae vestrae mandetis. Quo facilius autem | nota sit corpori vestro haec erga vos voluntatem[9], | totum loco[10] kaput quod ad vestrum honorem perti|net.

Peteliae (Strongoli) Bruttiorum (X 114 contulit Mommsen ectypum). — 1) *Sic (non* Meconio) *exempla antiquiora pleraque.* — 2) *Cf. N. 6468 not. 1.* — 3) *Haec basis ab Augustalibus posita videtur antiquior esse quam N. 6468, scilicet posita ante quattuorviratum quinquennalem a Leone susceptum. Caput ex testamento post mortem demum Leonis adiectum apparet.* — 4) *Insere* in usum *(Momms.).* — 5) *Munera seviratus etiam in t. Barcinonensi II 4514 (infra N. 6957).* — 6) *Scr.* usuras semisses. — 7) *Sc. cuius vites erant Amineae.* — 8) *Capitis de locatione prima tantum et postrema verba videntur esse relata (Momms.).* — 9) *Scr.* voluntas. — 10) *Locare kaput se dicit, id est lapidi ut incidatur se curare (Momms.).*

6470 Luciliae C. f. Isau|ricae[1] | municipes Petelini | ex aere conlato, | in cuius memoriam | Megonius Leo | rei p. HS C̄ m̄. n̄. | legavit.

6471 Caediciae L. f. | Iridi | municipes ex | aere conlato | ob merita Mego|ni Leonis fili eius, | in cuius memori|am Leo rei p. HS C̄ | m̄. n̄. | legavit.

Peteliae (Strongoli) rep. (Eph. ep. 8, 260. 261 Ihm vidit ectypa). — 1) *Uxor videtur fuisse Megonii Leonis.*

6472 . . Tuccio M. f. Fab. Ceri[*al*]i | [*e*]xornato eq. pub. a sacratissi|mo principe Hadriano Aug., | patrono municipi, IIIIvir., | aed., item aedili Brundisi, M. Tuccius Augazo | optimo ac piissimo filio, ob cuius | memoriam promisit municipib. Rudin.[1] | HS L̄X̄X̄X̄ n̄., ut ex reditu eorum die natalis | fili sui omnibus annis viscerationis | nomine dividatur decur. sing. HS XX n̄., Augustalibus HS XII n̄., Mercurialib.[2] HS X n̄., | item populo viritim HS VIII n̄. | L. d. d. d.

Rugge, ubi fuerunt Rudiae, rep. (IX 23 vidit Mommsen). — 1) *De Rudiis cf. Mommsen C. I. L. IX p. 6.* — 2) *Nota Mercuriales diversos ab Augustales.*

6473 . . . . | v. a. LXXX, h. s.[1], | huic ordo decurionum | f. l. p.[2] ornamentaque | Augustalitatis | decrevit.

Brundisii (IX 58 aliquoties descripta saec. XVIII). — 1) Hic situs. — 2) Funus locum publice.

6474 [*S*]ex. Pompe[*i*|*u*]s Ɔ. l. Magnus | Mercurialis | v. a. LXV, h. s.

6475 C. Oc[*tavio C. l.*] | Phila[*rgyro*] | mag. Mer. A[*ugust.*][1]

Brundisii (IX 55. 54 vidit Mommsen). — 1) Magistro Mercurialium Augustalium.

Alias inscriptiones Brundisinas dedi supra N. 71. 2017. 2819. 2826. 2874. 4178.

6476 d. m. s. | Liberalis col. | col. Sip. ser. arkar.[1], | qui et ante egit rationem | alimentariam[2] sub cura | praefector.[3] annis XXXII, | vivos sibi ficerat *(sic)*; dedit Augurino | rei p. ser. vernae, mesori *(sic)*, filio suo kariss., | qui vix. ann. XXIII m. VI d. X.

In ruderibus Siponti prope Manfredoniam rep. (IX 699 vidit Nissen). — 1) Colonorum coloniae Sipontinae servus arkarius. — 2) Servos civitatium pecuniam alimentariam curantes habes etiam N. 6519. IX 5859. XI 6073. — 3) Intellege praefectos alimentorum.

Aliam inscriptionem Sipontinam dedi supra N. 5403; cf. N. 6477.

6477 L. Vibienus L. f. Cla. Licin[*us*] | IIvir Siponti, IIIIvir Luceria. | Vibiena L. f. soror.

Luceriae (IX 806 bis descripta).

6478 C. Sescénio C. l. | Bitho | Apollinári | vix. ann. XXXVII.

6479 M. Staio | M. et Ɔ. lib. | Lygdamo | Apol., eidem | Aug.[1] HS XV. | Staia | Car . . *(in utroque latere fascis).*

Luceriae (IX 815. 816 vidit Mommsen). — 1) Videtur Apollinarium collegium diversum fuisse ab Augustalibus. Cf. N. 6472 not. 2.

6480 d. m. | Felici s. p.[1], mensori | o . . . ticipui | . . .

Luceriae (IX 821 vidit Mommsen). — 1) Servo publico.

Lucerinas dedi etiam supra N. 2206. 4912. 5381. Cf. etiam N. 2224.

6481 C. Egnatio | C. f. Hor. Maro | flam. Ti. Caesaris | Aug., pontif., IIvir. | quinq. ter, praef. | fabrum. | Egnatiae C. f. | Marullae.

Lavelli, pertinet ad Venusiam (IX 652 viderunt Mommsen et Hirschfeld).

Venusinas inscriptiones dedi N. 3197. 5083. 5083[a]. 5880. 6123.

6482 C. Mamercio | P. f. Maximo | aedili Compsi|norum, IIIIvir. i. d., | IIIIvir. quinquen|nali, quaestori, | Satria Secunda | coniugi bene | merenti, et Sabi|no et Silvanae, fi|lis et sibi | fecit.

Ausculi Apulorum (IX 668 quatter ut videtur descripta saec. XVI).

Alios titulos Ausculanos dedi supra N. 5784. 5882 (cf. add.).

6483 [. . . . *in honorem p*]a[*t*]ris eius ponenda[*m*] curaverunt; cuius | dedicatione decuri|onibus singulis X V, | populo intra mu|rum morantibus | X singulos . . .

Compsae (IX 982 vidit Brunn).

6484 d. m. | pater senatoris[1], | P. Oppius Gal. Marcelli|nus splendidus eques R., P. n. P. | pron. P. abn.[2], cur. civitatium | conplurium, princps *(sic)* col. Aeclanens., | patronus Comps., Fratuentinor.[3], Neretinor., | sibi et Eppiae Firmae uxori karissimae | et Tettaeo Marcellino nepoti | vivus fecit.

S. Angelo de'Lombardi prope Compsam Aeclanum versus (IX 1006 viderunt Brunn et Dressel). — 1) pater senatoris *collocatum* inter d. *et* m. — 2) *Patris nomen, quod collocari debuit ante tribum, omissum.* — 3) *Cf. Plin. h. n. 3, 101.*

Eodem loco extantem titulum habes supra N. 2639.

6485 C. Neratio C. fil. | C. n. C. pron. C. abn. Cor. | Proculo Betitio Pio | Maximilliano[1] | quaest., IIvir. quinq., p. c.[2], | flamini divi Hadriani, | curatori operum publ. | Venusiae dato ab divo | Hadriano[3], curat. kal. | Nolanorum dato ab imp. | Antonino Aug. Pio, | Epaphroditus et | Conventa lib. | L. d. d. d.

Mirabellae, ubi fuit Aeclanum (IX 1160 ter descripta saec. XV. XVI). — 1) *Ad hominem eundem pertinent tituli eiusdem loci IX 1132. 1161. 1162.* — 2) *Patrono coloniae.* — 3) *Cf. N. 6489 not. 2.* — 4) *Cf. Mommsen Staatsr. II (ed. 2) p. 1033 not. 3; supra N. 5502.*

6486 Cantriae P. fil. | Paullae sacerd. | Augustae Aeclano. | Cn. Ennius Dexter matri | et nutrici suae fecit. | Haec argenteam statuam Felicitatis | Aeclani dedit.

6487 Cantriae | P. fil. | Longinae[1] | sacerd., flam. | div[*ae*] Iuliae Piae | [*A*]u[*g.*[2] *e*]t Matr. deum | m. [*I*]d.[3] et Isidis regin. | Haec ob honorem | sacerd. HS L n. r. p. d.[4] | P. d. d.[5]

Aeclani rep. (IX 1154. 1153 p. 695 utramque contulit Dressel). — 1) *Eadem videtur memorari in t. Aeclanensi supra N. 2953.* — 2) *Videtur esse Iulia Titi f. (cf. supra N. 266), in nummis post consecrationem dicta diva Iulia Augusta (Eckhel 6, 366). De Iulia Domna cogitari non potest, quoniam Cantria Longina vixit multo antea (N. 2953 adnot.).* — 3) *Lectio non omnino certa.* — 4) *Rei publicae dedit.* — 5) *Publice decreto decurionum.*

Alios titulos Aeclanenses dedi supra N. 734. 1054. 1125. 2953. 3444. 5318. 5584. 5878.

6488 Iuliae Aug. | imp. Caesaris | [*L.*] Septimi Severi Pii | Pertinac. Aug. Arab. | Adiab. Part. max., | matri Augusti | et castrorum, | colonia Iulia | Concordia Aug. | Felix Beneventum[1], | devota maiestati | Augg., in territorio | suo, quod cingit | etiam Caudinorum | civitatem muro tenus[2].

Arpaja, qui locus est in valle Caudina, medio fere itinere inter Beneventum et Capuam, rep. a. 1637 (IX 2165 solus descr. Lucas Holstenius). — 1) *Colonia*

Beneventana etiam supra N. 109, de Concordiae nomine vide etiam supra N. 4185 (not. 2). — 2) *Ipsa Caudina civitas fuit Montesarchii, aliquanto propius Beneventum, cf. C. I. L. IX p. 673; ibi repertas inscriptiones dedimus supra N. 5326. 5528.*

6489 I. o. m. | C. Ennius C. f. Firmus | permissu decurion. c. B.[1], | Benevento aedilis, | IIvir i. d., quaestor, | curator operis thermarum | datus ab | imp. Caesare Hadriano Aug.[2]

Inter Beneventum et Luceriam, in fendo S. Eleutherii, ubi videtur fuisse Aequum tuticum (IX 1419 vidit Dressel). — 1) *Coloniae Beneventanae.* — 2) *Eiusdem generis curator datus ab imperatore N. 6485. Cf. Mommsen Staatsrecht (ed. 2) II p. 1035 not. 2.*

6490 Beneventum | Felix! | M. Flavius Marcellus | Rutilius | pro honore IIviratus | posuit. | L. d. d. d.

Beneventi (IX 1645 viderunt Mommsen aliique).

6491 . . Avidieno T. f. Ste. leg. [*XXX?*][1] | centurioni, | decurioni.

Beneventi, litteris pulchris (IX 1604 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 2235.*

6492 C. Oppio . . | Capiton[*i*], | q., pr., in[*terr.*], | cens[*ori*].[1]

Beneventi, litteris antiquis (I 1221. IX 1635 Ritschl tab. LXXVII g). — *Quaestor, praetor, interrex, censor municipii Beneventani, ante coloniam a triumviris deductam (C. I. L. IX p. 136). Consules Beneventanos habes supra N. 3096. 6129.*

6493 C. Adiectio | C. fil. Stel. | Macedoni | pr. Cer. iur. d.[1], | C. Adiectius | Narcissus et | Ceia Lucilla | nepoti. L. d. d. d.

Beneventi (IX 1637 vidit Mommsen). — 1) *Praetori Ceriali iuri dicundo. Cf. N. 6494 not. 2.*

6494 Verzobio.[1] | C. Caelio | C. f. St. Bassaeo | Donato | pr. Cer. i. d. qq.[2], | adlect. in ord. | dec. eq. R., | C. Caelius Dona|tus et Bassaea Ianuaria parent. | L. d. d. d.

6495 Navigi.[3] | C. Caelio | C. f. St. Bassaeo | Procilio Faus|tino pr. Cer. i. d. qq.[2], | adlect. in ord. dec. | eq. Rom.[4], | C. Caelius Dona|tus et Bassaea Ianuaria parent. | L. d. d. d.

Beneventi (IX 1640. 1641 hanc viderunt Mommsen aliique). — 1) *Signum hominis. Cf. N. 3718 not. 3.* — 2) *Praetori Ceriali iure dicundo quinquennali. Apparet aliquando (fortasse saeculo altero p. Chr. exeunte, Mommsen C. I. L. IX p. 137) praetores Ceriales summos magistratus Beneventi fuisse.* — 3) *Signum hominis.* — 4) eq. Rom. *litteris minoribus postea adiectum.*

6496 L. Staio L. fil. | Stel. Scrateio | Man[*ili*]ano pr. | Cer. i. d. qq.[1], | filio eq. Romani | archiatri Benev. | Hic primus ob hono|rem Cerial.[2] tesseris | sparsis, in quibus aurum et | argentum, aes vestem | lentiam[3] ceteraq., popu. | divisit. | L. Staius Rut. Manilius[4] | pater.

Beneventi (IX 1655 recognovit Dressel). — 1) *Cf. N. 6494 not. 2.* — 2) *Cerialitatis.* — 3) *Scr.* linteam. — 4) *Idem posuit titulum IX 1971.*

6497 d. m. | M. Rutilio | Aeliano de|curióni Be|neventano, | grammatico, | q. v. a. LXXV, | Rutilia Primitiva | coniugi, cum | quo vix. an. XVIII.

Beneventi (IX 1654 descr. Garruccius).

6498 M. Gavius | M. fil. Palat. | Sabinus | scriba[1], aed. | i. d.[2], praef. fab., | sibi et | Nasenniae M. f. | Iustae uxori b. m.

Beneventi (IX 1646 viderunt Mommsen aliique). — 1) *Commentariensis rei publicae Beneventanae est supra N. 5179.* — 2) *Alius aedilis iure dicundo Beneventanus est supra N. 5610. Cf. Mommsen C. I. L. IX p. 137.*

6499 L. Lollio L. f. Suavi | aedili, praef. fabr., | L. Lollius Orio pat., Aug. Claud.[1], sibi et | Hirriae Tertullae | uxori.

Beneventi (IX 1648 vidit Mommsen). — 1) *Augustali Claudiali.*

6500 C. Iulio Cypaero | Aug. Claud. | honorato bisellio, | M. Rutilius Lupus | amico optimo.

Beneventi (Notizie degli scavi 1894 p. 388). — *Alii Augustales Claudiales Beneventi IX 1648. 1698, Claudiales Augustales supra N. 5066 et IX 1689. 1701.*

6501 Nebuli.[1] | C. Vesedio Rufino perf. | et praestantissimo viro, | filio Vesedi Iusti, inlustr. | et principalis viri Bene|ventanae civitatis . . . | *(deficiunt versus circiter decem)* | . . . . . . patrono, | studium[2] Palladianum[3].

Beneventi (IX 1683 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Cf. N. 6494 not. 3.* — 2) *Studia dicta collegia Beneventana etiam N. 6502 et in tabula patrocinali IX 1681.* — 3) *Idem collegium memoratur N. 6502.*

6502 Vesedio Rufino | v. p.[1], advocato fisci | summe *(sic)* rei iudicio | sacro promoto, patro|no spledid. *(sic)* civ[*i*]tatis Bene|vent. et Puteolanorum, | patrono studiorum IIII | Martesium Verzobianum[2] *(sic)* | et Martesium Palladia|norum[3] et I . . . . . | . . . . | . . . . | . . . .

Beneventi (IX 1682 descripsit Mommsen, recognoverunt idem, Hirschfeld, Dressel). — 1) *Viro perfectissimo.* — 2) *Cf. N. 6503.* — 3) *Cf. N. 6501.*

6503 Crispini. | C. Vibio Cris|pino ab avo | et maioribus | collegi et civi|tatis patrono, | collegium Mar|tense Verzobianum[1].

Beneventi (IX 1684 viderunt Dressel aliique). — 1) *Idem collegium posuit titulum IX 1686. Cf. N. 6502. De agnomine cf. N. 3718 not. 3.*

6504 Verzobio.[1] | C. Umbrio Eudrasto C. f. | Stel., patrono coloniae | Beneventanorum, lar|gissimo adque honorifi|centissimo viro, | quod is a solo Canopum[2] pro|priis sumptibus fecerit, | collegium Martensium | infraforanum[3], memor | liberalitatis et honorificen|tiae eius, patrono prae|s|tantissimo posuit.

Beneventi (IX 1685 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6494.* — 2) *Cf. vit. Hadr. 26, 7.* — 3) *Martenses Beneventi praeterea IX 1687 et IX 1931 p. 671.* Col-

legium Martensium *etiam Mediolani V 5840,* sodales Martenses *XI 4749,* convibium veteranorum sive Martensium *in t. Ravennate sive Salonitano III S. 14250*[1].

6505 Claudio Iulio | Pacato v. c., cons. | Camp., ob aequita|tem iudicis et | patrocinia iam | privati, ordo | Beneventanus | patrono post | fasces deposi|tos censuit con|locandam.

Beneventi (IX 1575 aliquoties descripta saec. XV. XVI).

6506 Tanonio Marcellino | v. c., cons. Camp., patro|no dignissimo, ob in|signia beneficia qui|bus longa populi tae|dia sedavit, univer|sa plebs Beneventa|na censuit po|nendam.

Beneventi (IX 1589 saepius descripta saec. XV—XVII).

6507 M. Nasellius M. f. Pal. Sabinus, | praef. coh. Ī Dalmatar., et Nasellius Vitalis | pater, Aug. ĪĪ quinq.[1], paganis communib. pagi Lucul.[2] | porticum cum apparatorio[3] et compitum a solo pecun. | sua fecerunt et in perpetuum VI Id. Iun., die natale | Sabini, epulantib. hic paganis[4] annuos X[5] CXXV dari | iusserunt, ea condicione, ut non Iun. pagum lustrent | et sequentibus diebus ex consuetudine sua cenent, | item VI Id. Iun., die natale Sabini, epulentur; quod si | factum non erit, tum hic locus ut supra scriptum | est cum annuis X CXXV in pertuum *(sic)* ad collegium medicor. | et ad libertos n̄. pertineat, uti i[6] VI Id. Iun. die natale | Sabini hic epulentur.

Beneventi (IX 1618 viderunt Mommsen aliique). — 1) *Alii Augustales iterum Beneventi IX 1694. 1695, alius Augustalis quinquennalis IX 1662.* — 2) *Pagus Lucullanus praeterea ignotus.* — 3) *Cf. supra N. 5552.* — 4) *Cf. N. 5622.* — 5) *Denarios.* — 6) *Ii.*

6508 C. Safronius C. f. Ste. | Secundus aed., decur. | Beneventi, pag. Vei|ani[1] curat., patronus, | triclinia pec. sua fec. | et dedicatione pag. | epulum dedit, | imp. Vero III cos.[2]

Pago prope Beneventum (IX 1503 vidit Dressel). — 1) *Lapis admittit etiam* Vetani. *Pagus hic videtur comprehensus fuisse pertica Beneventanorum.* — 2) *A. 167.*

Inscriptiones Beneventanas habes etiam N. 109. 296. 1126. 1239. 1343. 2117. 2235. 2939. 3096. 3171ª. 3681. 4183—4186. 5063ª. 5066. 5068. 5179. 5479. 5502. 5508. 5511. 5610. 5734ª. 6017. 6129; agri Beneventani N. 3030. 3110. 3538; aliae denique prodibunt infra in capite de collegiis.

Tabula alimentaria Ligurum Baebianorum.

6509 [*imp. Caes.*] Nerva Traiano Aug. G[*ermanic*]o IIII | [*Q.*] Articuleio Paeto [*cos.*][1] | . . . . . . [*ex praecepto optim*]i maximiq. principis obligarunt[2] prae[*dia*] . . . . pto[3] Ligures Baebiani[4] . . . . [*u*]t ex indulgentia eius[5] pueri puaellaeq. *(sic)* a[*limenta a*]ccipiant.

(Sequitur enumeratio fundorum in tres paginas distributa. Paginae primae reliquias exiguas non repetivi).

(pag. II)

item fund. Pastoriani pertica Beneventana pago Aequano, adf.[6] Priscia Restituta et pop.[7], aest.[8] HS $\overline{LX}$, f.[9] HS $\overline{CXXV}$, in HS $\overline{VIII}$[10], n.[11] Callistus Rutili Lupi.[12]

Crispia Restituta fund. Pomponiani pertica Benevent. pago Aequano in Ligustino[13], adf.[14] Nasidio Vitale, aest.[8] HS $\overline{L}$ in HS $\overline{III}$ ƉXX[15] — HS LXXXIIX[16]

L. Naeratio Diadumeno, fund. Rubriani, in Beneventano, pago Ligustino, aest. HS $\overline{XXXIIII}$ in HS ∞ — HS XXV

T. Amunio Silvano fund. Trebelliani et Appiani cum circeis pago Romano aest. HS $\overline{XXXXVI}$ in HS IIII — HS C

Neratio Corellio fund. Pacciani et casae Aureliani, adf. Iulio Saturnino, aest. HS $\overline{XXII}$ in HS $\overline{II}$, n.[11] Neratius Marcellus[17] — HS L

Cn. Marcio Rufino[18] fund. Marciani et Satriani aest. HS $\overline{CXXX}$, item fund. Iuliani aest. HS $\overline{XIIII}$, item fund. Avilliani aest. HS $\overline{XXXXII}$, item fund. Vitelliani et Nasenniani et Marcelliani, adf. Suellio Flacco, aest. HS $\overline{CXX}$ in HS $\overline{X}$, item fund. Curiani et Satriani pago Herculaneo, adf. Tettio Etrusco[19], aest. HS $\overline{XXXV}$ in HS $\overline{III}$, item fundi Albiani cum casis, pago Meflano, adf. Nonio Restituto, aest. HS $\overline{CX}$ in HS $\overline{X}$; item oblig. VIIII[20] fund. Caesiani in Benevent. pago Tuciano adf. Messio Apro, aest. HS $\overline{L}$ in HS ∞ ∞ ∞: f.[9] HS $\overline{CCCCLXVI}$ in HS $\overline{XXXXII}$ CCCCXXXX — HS ∞ LXI

(et sic deinceps)

(pag. III)

. . . . o Feroce fund. Valeriani Vascliani cum [*pari*]etinis pago Martiale, adf. Rutilio Lupo, [*a*]est. HS $\overline{L}$ in HS ∞ ∞ ∞ ∞ — HS C

. . tronio Primigenio fund. Deciani pago Martiale, adf. Caes. n., aest. HS $\overline{XXX}$, f. HS ∞ ∞ — HS L

A. Plotio Optato fund. Camuriani, pago Romano in Ligustino, adf. reip. Ligustinor. et pop., aest. HS $\overline{XVIIII}$ in HS ∞ — HS XXV

(et sic deinceps)

Prope vicum Macchia rep., a Benevento sept. versus, tabula aenea, iam Romae (IX 1455 vidit Mommsen, contulerunt Henzen et Dressel). — 1) *A. 101.* — 2) *Cf. not. 5.* — 3) . . pto *vel* . . pio *est in aere, unde iam supplet Mommsen:* [*ut ex em*]pto Ligures Baebiani [*usuras semestres — cf. not. 15 fin. — i(nfra) s(criptas) percipiant e*]t ex indulg. *cet.* — 4) *Ligures ad quadraginta milia a. u. c. 572 a Cornelio et Baebio consulibus traducti in Samnium (Liv. 40, 38. 41). Rem publicam Ligurum Cornelianorum et Baebianorum (sive duae fuerunt, quod praefert Mommsen C. I. L. IX p. 125) memorant Plin. h. n. 3, 105 et liber coloniarum p. 235 inter civitates Campaniae.*

Baebianorum memoriam servarunt praeterea tituli IX 1466 et is quem dedi supra N. 3806, Cornelianorum t. Allifanus infra N. 6512. — 5) *Imperator Traianus singulis civitatibus Italiae pecunias adtribuit, ex quarum reditu pauperum filiis alimenta quotannis praeberentur. Ita autem ea res instituta est, ut pecuniae illae possessoribus fenori darentur, possessores fundos suos civitati obligarent (et quidem fundos longe maioris pretii quam erat pecunia accepta, cf. not. 10), tam pro sorte quam pro usuris quam quotannis (vel bis per annum, cf. not. 15) rei publicae penderent. Cf. Henzen ann. inst. arch. 1844 p. 12 seq.* — 6) *Adfinibus.* — 7) *Populo.* — 8) *Aestimati.* — 9) *Fiunt.* — 10) *Scilicet in praedia sestertium centum viginti quinque milibus aestimata, octo tantum milia accepit. Tam apud Ligures Baebianos quam Veleiae (infra N. 6675, not. 16) raro decimam partem eius summae accipiebant possessores, in quam fundi ab iis obligati aestimati erant, plerumque minorem. Similiter Plinius pro pecunia, 'quam in alimenta ingenuorum ingenuarumque (Comi) promiserat, agrum' ex suis longe pluris actori publico (Comensium) mancipavit (Plin. ep. 7, 18).* — 11) *Numerat (?) (sic explicavit Mommsen ann. inst. 1844 p. 69).* — 12) *Cf. supra N. 3865. 6500.* — 13) *Ita significari putat Mommsen C. I. L. IX p. 128 partem territorii Beneventani aliquando Ligurum Baebianorum.* — 14) *Adfine.* — 15) *In fundum aestimatum sestert. 50000 Crispia Restituta acceperat 3520 tantum, pro quibus usuras pendere debebat sest. 88, id est usuras sextantarias semunciarias (2½ %). Usuras has semestres fuisse, ut annuae fuerint quincunces (ut in obligatione Veleiate infra N. 6675) coniecit Mommsen (probat Billeter Gesch. des Zinsfusses p. 191).* — 16) *Cf. not. 15.* — 17) *Idem ut videtur qui supra N. 1032. 2001. Is in Samnio possidebat (cf. N. 1032 not.).* — 18) *Ex maioribus eius cui positus est titulus Beneventanus N. 1343. Ex ditissimis possessoribus agri Beneventani fuisse hunc Marcium Rufinum apparet. Cf. Mommsen Herm. 19, 1884 p. 401.* — 19) *Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 309.* — 20) *His verbis, quae etiam aliis duobus locis huius tabulae inveniuntur, videtur indicari, novem imperatoris largitiones praediorumque obligationes huic decimae praecessisse (Henzen ann. inst. 1844 p. 14—15).*

6510 C. Minucius C. f. Fal. Thermus pr., IIvir | bis, aquae curator, q. II, quinq., sibi et | C. Minucio Q. f. Fal. patri, | Pont[*i*]ae P. f. matri, | Decimiae Maxsimae uxori, | Minuciae Vicanae lib.

Telesiae (IX 2234 vidit Mommsen).

Alios titulos Telesinos dedi N. 1164. 3372. 3706. 5060. 5328. 5507. 5595. 5690. 5917. 5987.

6511 Epitynchanó | Telesinorum | ser. ark., | Adiutor | vicar.

Telesiae (IX 2244 vidit Mommsen).

6512 Sex. Minio Se[*x. f.*] | Ter. Silvano | aed., IIvir. II quin[*quenn.*], | patr. colon. Allif[*anor.*], | quaest. sac. p. alim.[1], quaest. [*p. p.*][2], | defens. r. p.[3], praep. p. frum.[4], i[*tem*] | curat. civitat. Atinatium, | item curat. Ligurum Cor|nelianorum[5], | contubernium Veneris[6] | patrono ob merita eius. | L. d. d. d.

Allifis (IX 2354 vidit Mommsen). — 1) *Quaestori sacrae pecuniae alimentariae. Idem qui alibi dicitur quaestor alimentorum, in t. Faleriensi infra N. 6587 quaestor alimentorum Caesaris. Cf. Henzen ann. inst. arch. 1844 p. 16.* — 2) *Quaestori pecuniae publicae* — 3) *Defensori rei publicae.* — 4) *Praeposito pecuniae frumentariae.* — 5) *Cf. ad N. 6509 not. 4.* — 6) Contubernium Marti cultorum *in t. Augustano III 5790.*

6513 M. Granio M. f. | M. n. Cordo frat., | tr. mil., praef. equit., | praef. fabr., IIviro | ter quinq., aed., q., cur. | aquae ducendae Allifis | d. d. ‖ Oppidiae | C. f. Rufae | matri.

Allifis (IX 2353 aliquoties descripta saec. XVI).

Titulum positum ab ordine Allifanorum dedi supra N. 1247, ab Augustalibus (Allifanis) N. 5059; alios denique Allifis vel in agro Allifano repertos N. 587. 944. 961. 3450. 5617. 5691. 5881.

6514 .... | Serviliae ser., vix. an. .., | .. Aedius Serviliae l[*ib.* | *E*]paphra Aug. Allifis, q. [*Aug.*], | mag. sacr. Iunonis[2], sibi e[*t* | *Ae*]diae Megiste coniugi s[*uae* | *et M*]artiali et Anterot[*i*] | fratribus eius.

Allifis (IX 2363 vidit Mommsen). — 1) *De Aedia Servilia cf. supra N. 4375 not. 4.* — 2) *Alius* magist. Iunonis sacror. *in t. Allifano IX 2362.*

6515 L. Aedius L. l. | Optatus Aug., | q. Aug.[1] Allifis, | sibi et | Methe liber. | et suis | v. f.

Allifis (IX 2364 vidit Mommsen). — 1) *Augustalis, quaestor Augustalium.*

6516 ... [*pra*]efectus | .... Quirites.

H. m. h. n. s.

Bis sexvir factus peregi p...... |
.... bis populo munus dedi.
Lib....... | ......
.... primum est Augusti parem |
....

Prope Venafrum rep. (X 4913 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. n. 234.

Alias inscriptiones Venafranas dedi N. 2021. 2227. 2688. 2690. 5150. 5664. 5743. 5744. — *Aetate labente Venafrum Samnio adtributum erat, cf. C. I. L. X p. 477.*

6517 M. Celerio M. f. | Tro. Corintho | IIIIvir. i. d., q., d.[1], et | M. Celerio M. lib. | Corintho sevir. Aug. | Aeserniae et A[*u*]fidena[*e*], | Oviae C. lib. Vitali, | M. Celerius | Iustus patri, matri | et fratri fecit.

Aeserniae (IX 2658 viderunt Mommsen aliique). — 1) *Quaestori, decurioni.*

Titulos Aeserninos dedi iam supra N. 72. 894. 895. 1248. 2228. 2732. 3329. 3349. 3357. 5419. 5560a. 5588.

6518 d. m. | D. Publicius D. | f. Rom.[1] Ephebus | aed. pot., IIIIvir. | i. d., IIIIvir lege Pe|tronia[2], v. a. XL, | h. s. e., | patri pientissimo.

Aeserniae vel, si parti auctorum fides, Gnathiae in Apulia (IX 2666 cf. p. 696 semel vel bis descripta saec. XVIII). — 1) *Fortasse scr.* Trom. — 2) *Cf. N. 6125 not. 7.*

6519 d. *(ascia)* [*m.*] | L. Saepinio Orienti Aug.[1] | et L. Saepinio Oresti[2] | IIIIvir. aed. et Felicule *(sic)* | filiae, Oriens aliment. | Saepinat.[3] patri et fratr. | et Thalia conserva eius | b. m. f.

Saepini (IX 2472 vidit Dressel). — 1) *Augustali. Pater hic Orientis eius qui titulum posuit, manumissus a re publica Saepinatium, filio in servitute remanente.* — 2) *Frater hic Orientis qui titulum posuit, procreatus ab Oriente seniore post*

libertatem impetratam, quippe cui aditus ad honores patuerit. — 3) *Alimentarius Saepinatium, sc. servus. Cf. supra N. 6476.*

Alios titulos Saepinates supra N. 147. 602. 1032—1034. 1076. 5524. 5583.

6520 Aucta sibi | et C. Saepinio | municipi [*l.*] Albano | patrono, [*et*] l.[1] | C. Saepinio Diomedi, | et Dion[*y*]siae matri.

Altiliae prope Saepinum (IX 2533 semel descripta saec. XVIII). — 1) fil: *traditur.*

6521 Sossulenae | C. f. oppidani[1] | ob meritum | eius.

Altiliae prope Saepinum (IX 2473 vidit Mommsen). — 1) *Non videntur differre ab urbanis, cf. N. 6522.*

6522 M'. Betio M'. f. | Buriano IIvir. | i. d., IIvir. quinq. II, | tr. mil., praef. eq., | urbani[1].

Boviani ut videtur (IX 2568 bis descripta saec. XVI et XVIII). — 1) *Cf. N. 930a. 5729. IX 2855; item N. 6521.*

Bovianenses titulos dedi supra N. 70. 1253. 3169. 5017.

6523 d. m. s. | C. Pomponi C. f. | Vitalis flaminis | divi Vespasiani, | aedili *(sic)* Terventi; | C. Pomponi C. f. | Marcellini equo | publico, patroni | municipi Terventi, aedil., | C. Pomponius C. f. Vitalis | curator viae Traianae | Pataesinae[1], patronus | municipi et omnibus hono|ribus in municipio Terventi | functus, flamen divi Traiani, iudex CCCC[2] Romae decur. V, | infelicissimus pater fecit.

Prope Terventum (Trivento) rep. (IX 2600 vidit Dressel). — 1) *Via quam Dacia in provinciae formam redacta Traianus instituit Potaissa (sive Patavissa) Napocam (Mommsen; cf. C. I. L. III n. 1627 et suppl. p. 1426).* — 2) *Quadringenarius. Cf. supra N. 4093, infra N. 6772. Mommsen Staatsr. III p. 536.*

6524 Herculi ex voto aram | L. Scantius L. lib. Modestus VIvir | Aug., mag. Larum Augustal.[1], mag. | Cerialium urbanorum. L. d. d. d.

Histonii (IX 2835 vidit Mommsen). — 1) *Magister Larum Augustalium.*

6525 P. Paquius P. l. Azmenus | mag. Cerrial. *(sic)* | sanctum refecit | pecunia publica | idemque probavit.

Histonii (IX 2857 semel descripta a. 1794).

Alios titulos Histonienses dedi supra N. 915. 971. 5178. 5362. 5591.

6526 bene[*f*]iciario tribuni cohor. V [*p*]r.: | C. Attio C. f. Arn. Crescenti | aed. Anxani et Cluvis[1], aed., IIIIvir. i. d. | . . . . . .

Prope Anxanum (Lanciano) rep. (IX 2999 vidit Dressel). — 1) *Cluviae oppidum Samnii (Liv. 9, 31; Tac. hist. 4, 5; cf. liber col. p. 260).*

6527 L. Septimio L. f. | Arn. Calvo | aed., IIIIvir. i. d., praef. | ex s. c.[1] | [*q*]uinquennalicia | potestate | . . [*Sep*]timius Calvus | . . . . anus fecit.

Teate (Chieti) Marrucinorum (Eph. ep. 8, 120 Ihm vidit ectypum). — 1) *Cf. infra N. 6552; item N. 6342. 6359.*

Alias inscriptiones Teatinas dedi supra N. 1377. 4137. 4138. 5761.

6528 in h[*onorem*] | Nummiae Vari|ae c. f.[1] M. Nummi|o Iusto plebs | Peltuinas, patro|no, ob eximiam | adfectionem | eius, quam uni|ce exercuit. Huic | splendidissimus | ordo bisellium | decrevit [*c*]ubi|tumque[2] conces|sit. L. d. d. d.

Bominaci, non longe a ruderibus Peltuini (IX 3436 bis ut videtur descripta). — 1) *Clarissimae feminae.* — 2) GVBITVM *traditur. Intellege locum in cena decurionalem (Momms.).*

Alias inscriptiones Peltuinates dedi supra N. 5063. 5668. 6110, cf. etiam N. 163; regionis illius N. 3431. 4906. 5420.

6529 d. m. s. | Q. Statio Q. f. | Quir. Syro | aed., quaest. alim., | quaest. mun. Pelt., | praef. iur. dic. mu[*n.*] | Pelt., vioc.[1] viae Cl|aud., flam. divi | Aug., | P. Statius Q. f. Quir. | Severus patri | pientissimo | p.

Ofenae, cui loco nomen videtur fuisse Aufinum, cf. Plin. h. n. 3, 106 (IX 3384 viderunt Brunn et Dressel praeter litteras nonnullas). — 1) *Viocuro. Cf. N. 6290.*

6530 . . . asa . . . Corfiniensium, sacer[*doti*] . . . . | pontifici, curatori kalendar. rei public., aedil., praef. IIIIvir., IIIIvir. i. d. | Huius propter morum gravem patientiam maximamque verecundiam | splendidissimus ordo consentiente populo tabulas patrocinales aheneas | liberisq. eius offerri censuerunt. Qui accepto honore statim | splendidissimum ordinem liberosq. et coniuges eorum sed et populum public. | epulantes maximo cum gaudio exhilaravit. Huius ob merita | ordo populusque Corfiniensium[1] | remunerandam adfectionem quem *(sic)* in singulos universosque cives suos exhibuit | liberisque eius equestris dignitatis pueris ex pecunia publica poni censuerunt. | Cuius ob dedicationem obtulit decurionibus et universo populo HS L mil. nummum, | quae Mammiana[2] vocentur, ex cuius summae usuris die natalis eius VII Idus Febrar. | divisionem percipere possint. Quod si die praestituto condicioni paritum non fuerit, | tunc eius diei divisio ad Sulmonensium civitatem pertinere debebit. Item dedit | decurionibus discumbentibus et liberis eorum singul. HS XXX nummos, sevir. Augustal. | vescent. singul. HS XX numm., plebei universae epulantibus singulis HS VIII nummos. L. d. d. d.

Prope Rajano, non longe a loco ubi Corfinium fuit, rep., est Sulmone (IX 3160 viderunt Mommsen et Dressel). — 1) *Insere* statuam ei ad *vel simile quid.* — 2) *Videtur is cui titulus positus est fuisse ex gente Mammia, fortasse P. Mammius Aufidius Priscinus eques Romanus memoratus IX 3180.*

Titulos Corfinienses dedi iam supra N. 1049. 2682. 3187. 4107. 4358. 5417ᵇ. 5585. 5642. 5676. 5760.

6531 C. Gaidio L. f. | Ser.[1] Praesenti | ann. XXXIIX, | decurio | primus a | Betifulo[2].

Prope Scanno vicum rep., qui videtur fuisse territorii Sulmonensis (IX 3088 vidit Dressel). — 1) *Ante* Ser. *magni moduli* s *cernitur, sed a titulo ut videtur aliena.* — 2) *Videtur significari Praesentem primum ex pago Betifulo dicto pervenisse in ordinem Sulmonensium (Momms.).*

Sulmone repertos titulos dedi supra N. 2699. 3351. 4025.

6532 Q. Octavio L. f. | Sagittae[1] quinq. II, | pagus Boedinus[2].

Prope Castelvecchio Subrego rep., ubi fuit Superaequum (IX 3311 vidit Dressel). — 1) *Idem in aliis inscriptionibus eiusdem loci Notizie degli scavi 1898 p. 75, 1902 p. 124 (hanc dabimus infra in add. ad equestr. ord. inscr.). Filius eius ut videtur Tac. ann. 15, 44, hist. 4, 44; Sueton. vit. Lucan. (p. 79 ed. Reiff.).* — 2) *Pagus videtur fuisse territorii Superaequani, ut pagus Vecellanus supra N. 932[a]. Ad eandem civitatem pertinent tituli supra editi N. 932. 5056. 5599. 5773.*

6533 d. m. | T. Stlanius Primus | sevir Aug. Marsis | sibi et | Iulio Proculo | filio.

Romae (VI 29727 vidit Henzen).

6534 Q. Novio Q. f. Ser. | Secundino omni|bus honoribus | Mars.[1] Antino | functo, qui | vicsit annis | XXIII, Q. Novius | Secundinus et | Aelia Rufina | filio pientissi|mo p.

Prope Cività d'Antino, ubi fuit Antinum Marsorum (IX 3839 fortasse semel tantum descripta saec. XVIII). — 1) *Marsis. Cf. N. 3565.*

6535 d. m. | Variae Montan|ae.

Quod par pare|nti fuit facere | filiam,
mors inmatura | fecit ut faceret infelix | parens.[1]

Vixit ann. XXII. | Varia Odyne et Monta|nus, populi Antinatium | Marsor.[2] ser. arcarius, fi|[*liae p*]ientissimae.

Prope Antinum in rupe (IX 3845 Mommsen vidit partem). — 1) *Buecheler carm. epigr. n. 165.* — 2) *Cf. C. I. L. IX p. 362.*

6536 d. m. s. | L. Marculeio Saturnino | veterano Augusti cho. VII | pr.[1], IIIIviro. i. d., quaestori rei p|ublice, curatori pecunia|e alument[*a*]r., curatori an|none plebis, curatori oper|um publicor., curatori apu|t Iovem statorem[2], qq. cole|gi fabrum tignuariorum, L. M|arculeius Faustus iunior | IIIIvir iure dic., curatori *(sic)* ann|one, patri optimo et sibi fecit.

Prope Scurgolam, pertinet ad Albam Fucentem (IX 3923 vidit Mommsen partem inferiorem). — 1) *Saturninum hunc Mommsenus C. I. L. IX p. 370. 371 putat commemorari in corpore gromatico ed. Lachmann p. 244.* — 2) *Idem munus redit in t. Albensi IX 3950.*

Titulos Albenses dedi iam supra N. 874. 3297. 3817. 3818, agri Albensis N. 302. 2489. 3330. 3510.

6537 L. Cresidio L. f. Cla. Basso | IIvir. Aequicl.[1], IIIIvir. Cars.[2], | Fortunatus l. fecit et sibi | et Caeciliae Lucustae.

Pescorochiani in Aequiculis (IX 4128 vidit Dressel). — 1) *Duoviro Aequiculorum. De re publica Aequiculorum cf. Mommsen C. I. L. IX p. 388, item supra N. 4190 (not. 1). 4381 (not. 1. 4). Ad eandem civitatem pertinent etiam N. 5525[a]. 5775.* — 2) *Carsiolis.*

6538 M. Metilio Succes|so M. Metili Repen|tini patroni colo|niae filio, patro|no ordinis Augus|talium Martinor., | collegium dendro|phorum Carsiola|norum, patrono, | ob merita eius. | L. d. d. d.

Ad rudera Carsiolorum non longe a Pereto, hodie Arsoli (IX 4067 vidit Stevenson).

6539 Thoria Ingenua | h. c.[1] *(corona)* | C. Petidio Primioni mag. Mart.[2]

Pereti prope rudera Carsiolorum (IX 4070 vidit Stevenson). — 1) *Honoris causa.* — 2) *Magistro Martino (cf. N. 6538). Alius* [*m*]ag. Martin. *IX 4068*[a].

Titulum a senatu populoque Carsiolitano positum dedi supra N. 521; alios eiusdem loci vel regionis N. 1903. 3334.

6540 Q. Avillienus Q. f. Bassus | magister Iunius[1], | IIIIvir. aed. pot., | IIIIvir. iur. dic. *(Iuxta reliquiae alterius tituli).*

Extra Peretum Carsiolos versus (IX 4062 vidit Stevenson). — 1) *Non intellegitur. Ceterum cf. N. 6539.*

6541 d. m. s. | Q. Vario Lucano seviro | Aug. Mart.[1], pat. coll. fa|brum tign., ann. frum.[2] | populi, q. vix. ann. LXXVIIII | mens. VIII dieb. XV horis X, fe|cit sibi et Lolliae Matidiae | coiugi suae ex commune *(sic)* pau.[3]

Pereti prope rudera Carsiolana, nunc Romae in museo Vaticano (IX 4071 vidit Dressel). — 1) *Seviro Augustalium Martinorum.* — 2) *Curatori — videtur enim excidisse* cur. — *annonae frumentariae.* — 3) *Paupertate?*

6542 dis mánibus | T. Sellusi C. f. Cla. | Certi[1] | aédili Reáte, quaest. IV, | duumviro Cliterniae, | praéf. fabr. cos. II[2], | iúdici ex V decuriis, | vixit annos LXXXVII | sine aére aliéno.

Capradossi in Aequiculis, ubi fuit Cliternia (IX 4169 vidit Dressel). — 1) *Ad eundem pertinet fistula plumbea originis incertae IX 6351.* — 2) *Praefecto fabrum consulis iterum.*

6543 [*M. Ag*]rippai L. f. | cos. tert.[1], | [*pr*]aefectur. Reatin. | patrono.

Reate (IX 4677 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 129. 130.*

Alios titulos Reatinos habes supra N. 2460. 3410. 4033.

Praefectura Amiternina *supra N. 3701.*

6544 C. Apidius P. f. Qui. Bassus prim.[1] | leg. XI, VIIIvir. Amiterni, | ex testamento factum praeter locum HS C[2], | arbitratu | Q. Orfi Q. f. Qui. Flacci Caesi[3] et | Q. Porci Q. f. Serg. Sabini et | Hygini l.

In agro suburbano loco dicto Lunghezza (XIV 3906 bis ut videtur descripta saec. XVI). — 1) *Primipilus.* — 2) *Sestertium centum (milibus).* — 3) *Idem memoratur in alio titulo suburbano VI 19483; eidem positus est t. Amiterninus IX 4197.*

6545 Q. Gavio T. f. Cla. | Pedoni | tr. mil. á populo, | praef. fabr., praef. eq., | octovir[*o*] . . c. f. p. q.[1], p.[2] | pro o[*cto*]viro, | ex testamento | T. Reutius T. f. Qui. Barba et | Q. Pompeius Cn. f. Ser. | ex pecunia légata rogáti fecer.

La Barete in agro Amiternino (IX 4519 solus descripsit saec. XVI Accursius). — 1) *Curatori frumenti publici, quaestori? (Hirschf.).* — 2) *Praefecto.*

6546 d. m. s. | C. Cuspio C. f. | Poppae[*a*]no | iuvenum magistr., | VIIIviro . . . . t . . | an . . . . . .

La Barete in agro Amiternino (IX 4520 vidit Dressel).

6547 M'. Amiternius munici|pum l. Iucundus et | Petronia Kalliste sibi | posterisque suis.

S. Vittorino prope rudera Amiterni, nunc Aquilae (IX 4231 vidit Mommsen).

6548 d. m. s. | T. Septime|no ↄ l. Felicio|ni IIIvir. Aug. | Amiterni et Pel|tuino[1], et T. Septi|meno T. l. Amaran|to, Aug. Peltuino, | Septimena T. l. | Euche coniugi | et filio et sibi. | H. m. h. n. s.

Collefracido in agro Amiternino (IX 4335 vidit Dressel). — 1) *Augustales Peltuini non tresviri fuerunt, sed sexviri; minus proprie igitur hic titulus loquitur, confirmans ita utrumque genus praeter numerum non magnopere differre (Momms.).*

6549 P. Trelleno Epicado | IIIviro Aug.[1] | ex testamento, | arbitratu | Anterotis l.

Collettarae in agro Amiternino (IX 4373 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Alium triumvirum Augustalem Amiterninum habuimus supra N. 5611. Triumviri hi a solitis sexviris solo numero videntur differre (Mommsen C. I. L. IX p. 397). — Triumvirum condicionis libertinae habes etiam in t. Clusino XI 2125.*

Alios titulos Amiterninos dedi supra N. 3628. 3701. 4032 (?). *4281. 5015. 5611. 6015, agri Amiternini N. 2488. 3378. 3480. 4030. 5015*[a]. *5221.*

6550 Sex. Petronius | Sex. fil. Sempronianus | VIIIvir | aed[*il.*] pot.[1], | mag. iuven. prim., | Sex. Petronius | Ↄ. l. [*Z*]maragdus | Aug.[2]

Nursiae (IX 4543 bis descripta saec. XVIII). — 1) aed. pleb. pot. *alterum apographum*, aed. *vel* aedil. p. pot. *alterum.* — 2) *Augustalis.*

6551 d. m. | T. Varrutio T. f. | Quir. Sabino | IIIIvir. aed. potest., quaest. | aerari Spoleti, item | VIIIvir. IIvir. pot.[1] Nursiae, | Vibusia L. f. Ionice | viro suo carissimo fecit | cui viro coniunx[2] et vixit cum eo annos XLII.

Trebiae in Umbria (XI 5006 partem mediam vidit Bormann). — 1) *Octoviro duovirali potestate.* — 2) *Haec (semel tantum descripta) corrupta esse videntur.*

6552 . . . . [*Au*]spica[*to qui*] | vix. ann. XVIII m. V d. XXI, | Q. Aufidius Q. f. | Iustus harispex, VIIIvir, | praef. iur. dic. ex decreto | ordinis[1], et | Maria C. filia Maxima | parentes.

Casciae, quod oppidum a Nursia distat circiter 10 m. p. (IX 4622; ex lapide Sordini Notizie degli scavi 1893 p. 371). — 1) *Cf. N. 6527.*

6553 T. Petidio T. f. | Fab. Cessino | VIIIviro aediliciae | potestatis, VIIIvir. II[1] | fanor., VIII III[2] aerari, | adlecto supra numer. | sevirum Augustalium, | pleps Trebulana | ob merita eius. | L. d. d. d.

Prope Monteleone ad S. Victoriae, ubi fuit Trebula Mutuesca (IX 4896 vidit Stevenson). — 1) *Octovir iterum,* 2) *octovir tertium. Similiter numerantur octoviratus IX 4891.*

6554 Aureliae Cre[*s*]|centiae honestissim[*e*] | et pudicissime femine, patro.[1], | coiugi Aureli Felicissimi pro|[*c*].[2], e. v., patroni municipii Trebulan. | Mut., ob merita et be[*ne*]ficia saepe | [*i*]n se conlata statuam ponendam | [*i*]dem[3] tricliniares[4] decre|verunt[5]. | Dedicata natali die XVII kal. Feb. | Arriano et Papo cos.[6] | L. d. d. d.

Inter Trebulae rudera (IX 4894 viderunt Helbig et Stevenson). — 1) *Patronae.* — 2) *Sic potius quam* pro|x. *(proximi), quo sane ducere videtur Helbigii apographum.* — 3) *Item.* — 4) *Quid sit, obscurum.* — 5) *Scil. Trebulani.* — 6) *A. 243.*

6555 T. Petronio | T. f. Serg. | Sabino | tr. mil., mag. iuvent.[1] | ..

Trebulae Mutuescae (IX 4888 vidit Stevenson). — 1) *Alium magistrum iuventutis Trebulae Mutuescae habes supra N. 2745.*

6556 M. Valerius | Sabinus | VIvir. Aug. II sibi et | M. Valerio Eroti | patri suo, | Rustiae Philonice | uxori suae, | M. Valerio Probo | VIvir. Aug., | M. Valerio Phoebo | VIvir. Aug. II, | Valeriae Pyrallidi | t. f. i.

Trebulae (IX 4901 vidit Stevenson).

6557 P. Avillius Maius seviris | Augustal. Treb. Mutuesc. d. d.

Monteleone rep., patera aenea, deinde Romae (IX 4893 vidit Henzen, imaginem Bruzza bull. arch. municipale 1875 p. 74).

Alias inscriptiones Trebulanas dedi supra N. 21ª. 442. 2744. 2745. 3478. 3479 agri N. 3076.

6558 P. Publilius Anthus | VIvir Augustalis | Curibus Sabinis | testamento fieri iussit | arbitratu Gemelli | Neronis Claudi Caesa[*ris*] | Aug. Germanic[*i l.*] | Primigeniani tabul[*ari*] | hereditatium[1], | adiectis de suo HS ⅭⅠↃ ....

Prope Correse, ubi fuerunt Cures (IX 4977 ter ut videtur descripta saec. XVI). — 1) *Cf. N. 1645 cet.*

6559 Baebiae Pontiadi | optimae feminae | decreto ordinis Cur. Sabin.[1], | consesus[2] decurionum | et sevirum, postulante | plebe posuerunt. | Haec gratias agens honore | contenta sumptus | remisit. | Ob cuius dedicatione vi|ritim clustrum[3] et mul|sum et sportulas dedit. | Posita k. Iunis | Cn. Claudio Severo II, | Ti. Claudio Pompeiano II cos.[4], | IIIIvir. Cocceio Galeriano, Sextio | Potho. L. d. d. cre. *(sic)* C.[5] | *(In latere)* cura agentibus | C. Iulio Felice, M'. Paccio Hermete, | P. Vareno Probo, P. Postumio Ze|ussippo *(sic)*.

Curibus (agli Arci, prope Correse) inter rudera fori rep. (IX 4970 vidit Stevenson). — 1) *Curium Sabinorum.* — 2) *Consessus?* — 3) *Sic scriptum etiam in aliis titulis Curensibus IX 4957. 4976.* — 4) *A. p. Chr. 173.* — 5) *Locus datus decreto centumvirum (ita decuriones appellabantur Curibus, ut et Veiis; cf. supra N. 460. 3702. 5670; infra N. 6579).*

6560 Cocceia L. f. Véra m . . . . . .[1] | ita ut ex usúra eius summa[*e*] . . . . . | III non. Mar. die natali eiu[*s decuriones*] | in publico decem trichilini[*s*][2] . . . . | et sevirales duobus trichili[*nis epularentur*].

Curibus rep., deinde Romae (IX 4971 vidit Bormann). — 1) *Excidit summa.* — 2) *Sic scriptum etiam N. 6147 (not. 3); VI 4885. 10332.*

Alios titulos Curibus repertos habes supra N. 21. 267. 460. 650ª. 1026. 3702. 5543. 5670. 5709.

6561 dedicata III kal. Iul. | Urso et Polemio conss.[1], | ob cuius dedicatione | dedit plebi urbane | ad aepulum convivii | panem et vinum, tauros II . . | verbeces XV, praeterea et | arcae eorum folles[2] n. . . , | ex quorum usuris per [*singu*]|los annos convivium [*de*]|dicationis sib. exsíbeant *(sic).*

Aquilae, fortasse pertinet Amiternum (IX 4215 vidit Mommsen). — 1) *A. 338.* — 2) *Cf. Mommsen Roem. Münzw. p. 839 not. 357; Marquardt Staatsr. II (ed. 2) p. 45.*

6562 Q. Poppaeo Q. f. | munic. et colon.[1] | patrono.

Teramo, ubi fuit Interamnia Praetuttianorum, cf. C. I. L. IX p. 485 (Notizie degli scavi 1893 p. 352). — 1) *Municipes et colonei. Cf. ad eiusdem hominis titulum supra N. 5671.*

6563 T. Licinius T. l. Dem. | $\overline{\text{V}}$vir.

6563ª . . . . T. l. Eleuthe[*rus*], | . . . . T. l. Pamphilus Ruc . . | $\overline{\text{V}}$vir, | Licinia T. l. Eleutheris.

Interamniae Praetuttianorum (IX 5072. 5070 huius partem vidit Dressel).

Alios titulos huius Interamniae habes supra N. 4177. 5393. 5666. 5671. 5681. 6007ª; titulos agri Interamnatis supra N. 5404. 6132ᵇ.

6564 C. Marcilius | Eros purpura[*r.*], | $\overline{\text{V}}$vir Truenti.

Prope Monte Prandone, duobus mil. pass. a litore Adriatico, nec longe ab ostio fluminis Tronto, ubi fuit Truentum, cippi duo (IX 5276 bis descripta).

6565 d. m. | M. Valerio col. l.[1] | Vernae sexvir. | Aug. et Tib.[2], | Ianuarius [*c*]ol. di[*sp.*][3] | qui fuerat [*arc*]arius[4] | eiu[*s, i*]tem | Vibia Primil[*l*]a uxo[*r* | *s*]ib[*i e*]t po[*ste*]ris eorum.

Asculi rep. (Eph. ep. 8, 217 vidit Barnabei Notizie degli scavi 1887). — 1) *Colonorum libertus. Unde Valerii gentilicium sumpserit, non apparet.* — 2) *Augustalis et Tiberialis. Alius sexvir Tiberialis Asculi est IX 6415 cf. Notizie degli scavi 1896 p. 322. Cf. ad N. 6698.* — 3) *Ab alio dispensatore colonorum Asculanorum positus est titulus N. 5450.* — 4) *Sic supplendum (cf. supra N. 1506. 1660. 1661), vel etiam:* [vic]arius *(cf. N. 5459).*

Alios titulos Asculi rep. habes N. 1166. 4365. 5450.

6566 L. Caecilius Proculus, | L. Caecilius Cinnamus | pater[1] peq. sua. | Ob hoc August. et VIvir.[2] | d. d. gratis dat. est. | Memor Tigiae.[3] |

Prope Marano in ora Piceni rep., ubi fuit Cupra Maritima (IX 5301 cf. Eph. ep. 8, 221 vidit Gamurrinius Notizie degli scavi 1888 p. 564). — 1) *Filius utpote ingenuus praecedit patrem libertinum.* — 2) *Augustalitas et seviratus.* — 3) Tigiae *erasum. Ceterum quid sibi velit haec clausula, non apparet.*

Alios titulos Cuprenses habes supra N. 313. 1288. 5391.

6567 C. Helvius | Agens VIIIvir | gratuit. dec. cons.[1], | haruspex. | Orbicia Ɔ. l. Procula | concubina Agentis, | vix. an. XXX.

Falerione rep., est Firmi (IX 5447 vidit Mommsen). — 1) *Decurionum consulto.*

6568 C. Fuficio | C. l. Geniali VIII|vir. Aug.[1] Firmi | et Falerione, | Cardana T. f. | Procula uxsor | posuit.

Falerione rep., est Firmi (IX 5446 vidit Mommsen). — 1) *Octoviro Augustali. Alii octoviri vel octoviri Augustales libertini Falerionenses IX 5422. 5448. 5451, Firmani IX 5367. 5372—5374. Octoviri magistratus supra N. 5666. 6544 cet. Cf. Borghesi opp. 7, 221 seq.*

6569 C. Calpurniu[s] | Celladus *(sic)* | VIIIvir bis[1], et | [*A*]ccavae Salvilla[*e*] | coniugi | . . . . . .

Firmi Piceni (IX 5371 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse scr.* sib.

Alios titulos Falerionenses habes supra N. 712. 1368. 5368. 5652, *Firmanos N. 353. 1325. 1417. 2737. 3188. 3866* (?). *6132.*

6570 M. Fabio M. f. V[*el.*] | Maximo aedi|litate remissa[1] | IIvir., praef. fabr., | pleps, patr. col.[2] | R. p. r.[3]

Falerione rep., est Firmi (IX 5445 vidit Mommsen). — 1) *Cf. infra N. 6821.* — 2) *Patrono coloniae.* — 3) *Eaedem litterae in aliis duobus titulis Falerionensibus IX 5444. 5453; non intelleguntur.*

6571 M. Cernitio | M. f. Ⅎel. Pollioni | IIⅎir.[1] bis, augus *(sic)*[2], | et Cernitiae M. l. | Nymphini[3] conc.[4] | eius, Phiale l. | d. s. f.

Cinguli in curia (IX 5686 vidit Mommsen). — 1) *De littera Claudiana cf. N. 211. 4375.* — 2) *Scr.* aug. *(Momms.).* — 3) NⱵMP- *lapis, littera Claudiana, ut supra N. 3860.* — 4) *Concubinae.*

Titulum a Cingulanis publice positum dedi N. 558.

6572 M. Oppio Capitoni | Q. Tamudio Q. fil. | T. n̄. T. pr. n̄. Vel. Milasio | Aninio Severo | equo publ., iudici select. | ex V decur., praef. fabr., pont., | q. q. II, q. IIII[1], p. c.[2] et p. c. Aesis[3] | et munic. Numanat.[4] idem | quinq.[5], | coloni ob merita eius. | In cuius dedic. cenam col. ded. | L. d. d. d.

6573 M. Oppio Capitoni | Q. Tamudio Q. f. T. n̄. | T. pr. n̄. Vel. Aninio Severo | equo publ., iudici select. | ex V decur., trib. leg. VIII | Aug., praef. fabr., patrono | col. Auxim. et col. Aesis | et munic. Numanat., | ordo et plebs Treiens.[6] | patrono municipi, | curatori dato ab | imp. Antonino Aug. | L. d. d. d.

Auximi (IX 5831. 5832 vidit Mommsen). — 1) *Quinquennali iterum, quaestori quater.* — 2) *Patrono coloniae (Auximi).* — 3) *De Aesi (hodie Iesi) cf. C. I. L. XI p. 920*, 4) *de Numana municipio C. I. L. IX p. 572.* — 5) *Quinquennali, sc. Numanae.* — 6) *De Treia cf. C. I. L. IX p. 539. Titulos aliquot Treienses dedi N. 937. 2780. 5766.*

6574 .... Q. f. | ..... patrono | [*dec*]uriones publice, | [*cui*] primo equiti Romano | [*po*]st coloniam deductam | decurionum consulto | colonorumque voluntate | patrocinium delatum est.

Auximi (IX 5856 vidit Mommsen).

Alios titulos Auximates dedi supra N. 877. 926. 1059. 1415. 2084. 2085. 3775. 5064. 6048.

6575 ...... | colonia | Helvia Ricina | Pertinax[1].

Prope Maceratam rep., inter rudera Ricinae (IX 5755 vidit Mommsen). — 1) *Non solum Pertinacem, sed Severum quoque ut conditorem a Ricinensibus cultum esse ostendit titulus IX 5747.*

Res publica Ricinens. *supra N. 5675. Ad eandem pertinet N. 2687.*

Etruria.

6576

(sub pino vir nudus stans sin. remum tenens)	*(mulier in throno sedens, dextra avem tenens)*	*(homo barbatus velatus, sin. volumen tenens)*
.... Vetulonenses	V[*ol*]centani	Tarquinienses

Caere rep. a. 1840, tabula marmorea anaglyphis ornata, est Romae in museo Lateranensi (XI 3609 contulerunt Bormann et E. Loewy; imago est Ann. inst. arch. 1842 tab. C; cf. Benndorf et Schoene ant. Bildwerke des lat. Mus. p. 130 n. 212; ego quoque vidi). Superest ex monumento quo duodecim sive potius quindecim populi Etruriae (cf. N. 6111. 6615 cum not.) repraesentati erant. 'Populos cum ex ordine litterarum dispositos esse appareat, necesse videtur in sinistra parte Volsiniensium et Volaterranorum nomina periissse' Borm.

6577 C. Manlio C. f. cens. perpet., | clientes patrono *(sacrificium tauri). (In utroque latere: inter duas lauros puer dextra rhyton, sin. pateram tenens. In postica mulier vestita sedens in throno pateram et cornu copiae tenens).*

Caere rep., est Romae in museo Lateranensi (XI 3616 viderunt Bormann aliique).

6578 M. Manlius C. f. | Pollio[1] | tr. mil. | a populo, | praef. fabr., | cens. perp. | . . .

Caere (XI 3617 vidit Bormann). — 1) *Filium eius qui praecedit putat Borm.*

Alios titulos Caeretanos dedi N. 247 (hunc positum a senatu populoque Caerite). 1567. 5052. 5918[a].

6579 centumviri múnicipii Augusti Veientis | Rómae in aedem Veneris Genetricis cum convénis|sent, placuit úniversis, dum decrétum conscriberetur, | interim ex auctóritáte omnium permitti | C. Iúlio divi Augusti l. Gelóti, qui omni tempore | múnicip. Veiós non sólum consilio et grátiá adiuverit | sed etiam inpénsís suís et per fílium suum celebrári | voluerit, honórem ei iústissimum decerni, ut | Augustálium

numeró habeátur aeque ac si eó | honóre úsus sit, liceatque eí omnibus spectáculis | múnicipio nostro bisellio proprio inter Augus|táles considere cénisque omnibus publicis | inter céntumvirós interesse, itemque placere | né quod ab eó líberísque eius vectígal múnicipii | Augusti Veientis exigeretur. |

Adfuérunt | C. Scaevius Curiatius, | L. Perperna Priscus IIvir., | M. Flávius Rufus q., | T. Vettius Rufus q., | M. Tarquitius Saturnin.[1], | L. Maecilius Scrupus, | L. Favonius Lucanus, || Cn. Octavius Sabinus, | T. Sempronius Gracchus, | P. Acuvius P. f. Tro., | C. Veianius Maximus, | T. Tarquitius Rufus, | C. Iúlius Merula[2]. | Áctum | Gaetulico et Calvisio Sabino cos.[3]

Veiis rep., est Romae (XI 3805 viderunt Henzen et Bormann). — 1) *Idem supra N. 2692.* — 2) *Idem fortasse supra N. 3387.* — 3) *A. p. Chr. 26.*

6580 Victoriae | August. | sacrum | restitutae post anti|quissimam vetusta|tem | ordo Veientium. | *(In latere)* Dedicata | III non. Ian. | Aemiliano II et Aquilino cos.[1] | P. Sergio Maximo | M. Lollio Sabiniano | IIvir. qq., | cura agente | Veientio Ianuario lib. ark.

Veiis rep., est Romae (XI 3780 viderunt Bormann aliique). — 1) *A. 249.*

6581 . . Aescionio C. [*f.*] | Capellae IIvir., | [*t*]rib. milit., praef. fab[*r.*, | *mu*]nicipes extramuran[*i* | *et*] Augustales ex aere conl. | ludis in orchestra.

Veiis rep., deinde Romae (XI 3798 vidit Henzen).

6582a Cn. Caesio Athicto[1] | adlecto inter Cvir., | omnib. honorib. exornato, | Augustales municipii | Aug. Veientis ex aere conlato h. c.[2]

6582b Cn. Caesio | Athicto | allecto inter C̄vir., | omnibus honoribus | exornato, ex aere conlato | quam municipes omnis | ordo ei contulit | in orchestra ludis | quos fecerunt | P. Memmius Apulus p.[3] et | C. Poppaeus Priscus IIvir. *(In latere)* dedicata | kalendis | Apriles | Maximo | et Glabrione cos.[4], | Olo Ortesio | Felice et Nemonio | Silvano IIviris | Veientium.

6582c Cn. Caesio Ath[*icto*] | adlecto inter C[*vir.*] | ob pietatem et | munificentiam eius | erga domum divinam | et municipium Aug. Veios, | centumviri et seviri et | Augustales et municipes | intramurani[5] ex aerae *(sic)* quod | in orchestra conlatum est | ludis quos fecerunt | Vergilius Cogitatus | Iulius Senecio IIviri.

Veiis rep. (XI 3809. 3807. 3808 hanc Neapoli descr. Mommsen, illas Romae Henzen et Bormann). — 1) *Idem statuam quandam refecit supra N. 2692.* — 2) *Honoris causa.* — 3) *Incertum utrum* p. *(pater) vel* f. *(filius) vel* II *(iterum) sit in lapide.* — 4) *A. 256.* — 5) *Municipes intramurani Veiis etiam in titulo longe antiquiore supra N. 922.*

6583 Caesiae Sabinae | Cn. Caesi Athicti — | haec sola omnium | feminarum | matribus C̄vir. et | sororibus et filiab. | et omnis ordinis | mulieribus municipib. | epulum dedit diebusq. | ludorum et epuli | viri sui balneum | cum oleo[1] gratuito | dedit, | — sorores piissimae.

Veiis rep., est Romae (XI 3811 vidit Bormann). — 1) *Cf. N. 6728. 6957 cet.*

6584 L. Cascellio L. fil. | Volt. Probo | quinquennali | adlect., q. alim., cur. | annonae, decurio|nes et populus Foro|clodienses praef. | Claudiae[1] ob merita | eius dignissimo. L. d. d. d. | Curantibus | Ti. Iulio Antistiano, | T. Volcasio Mercatore, | T. Volcasio Ianuario, | L. Fufio Fructo. *(In latere)* Hic primus omniu[*m*] | adlectus in ordine[*m quin*]|quennalium kal. Ap[*ril.*] | Pudente et Orfito c[*os.*][2] | ob honorem sibi oblatu[*m*] | imaginem Geni praef. | Claudiae ex argenti | pondo sex cum base | aerea de sua pecunia | rei p. d. d. | Ob cuius dedicationem | patronis et decurionibus | singulis dedit H[*S*] C n., item | ministeriis publicis HS L n., | item municipibus suis | epulum cum sportulis | dedit. *(In altero latere)* dedicata XII kal. Iun. | Q. Volusio Flacco L. Aurelio Gallo | cos.[3], | ob cuius dedicationem epulum | dedit et viritim HS vicenos n.

Fori Clodii rep., ibi ubi N. 1886 (Notizie degli scavi 1889 p. 8). — 1) *De Foro Clodio et praefectura Claudia cf. Plin. h. n. 3, 52 cet.; C. I. L. XI p. 502, item supra ad N. 904 not. 1 fin.* — 2) *A. 165.* — 3) *A. 174.*

Titulos eiusdem loci habes supra N. 135. 142. 154. 533. 904. 916. 1886.

6585 senatus municipesque | C. Aconio C. f. | Porru *(sic)*, | IIIIvir. i. d. s. c., pontifici, | praefecto perpetuo[1].

Faleriis rep., iam Romae (XI 3116 vidit Bormann). — 1) *Cui rei praefectus fuerit, ignotum.*

6586 C. Aconius L. f. | Porrus | q., Xvir s. c. pro | IIIIvir.

Faleriis rep., iam Romae (XI 3119 vidit Henzen).

6587 C. Iúlius C. f. Hór. Sevérus | sacerd. Isid. et Mátr. deum, | quáest. alim. Cáes.[1], | quaes. r. p., cur. iúv., | IIIIvir áed., IIIIvir i. d., IIIIvir quinq. | Hic ob honórem aédílitát. hanc | [*po*]rticum vetustate dilapsam | [*refecit*], in quam inpend. ménsúrís | . . . HS XXVIIIICCC n. d. d.

Faleriis rep., postea Parisiis (XI 3123 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 6512.*

Alios titulos Faleriis repertos habes supra N. 518. 998. 2765. 3083. 3111. 3124. 3217. 4000. 4034. 5373. 5374, regionis Faliscae N. 116. 850. 3634.

6588 L. Pacatio Tyranno[1] | honorato collegi | fabrum tignariorum | Romanensium, ex | decreto ordinis municipi | Capenatium foederatorum[2], | conlatione facta ordinis | eiusdem municipi et | Augustalium et vicanorum, | item libertorum ipsius, | ob merita eius. | L. d. d. d. *(In latere)* dedicata XIIII k. Oct. | Iunio Rustico [*II* | *Plautio*] Aquilino [*cos.*][3] | ludos | . . . . de| . . nto.

In vico Leprignano, reperta esse dicitur loco tribus milibus inde distante dicto Civitucola, ubi videtur fuisse Capena (XI 3936 inscriptionem frontis viderunt de Rossi et Bormann). — 1) *Idem memoratur XI 3990.* — 2) *Titulos ad idem municipium pertinentes dedimus supra N. 409. 3352. 5770.* — 3) *A. 162.*

6589 M. Silio Epaphrodito patrono sevirum Aug., magistro iuvenu[*m*] iterum, iuvenes Lucoferonenses[1] patrono ob merita, quod amphithe[*a*]tru[*m*] col. Iul. Felici Lucofer. s. p. f. dedicavitque. L. d. d. d. H. c. i. r.[2]

Traditur sine loci indicatione (XI 3938 semel descripta ante saec. XII, quod apographum servavit codex olim abbatiae Farfensis iam Vat. 6808 cf. de Rossi inscr. chr. II p. 43). — 1) *De luco Feroniae agri Capenatis et de oppido Luco Feroniae quod memorant titulus urbanus supra N. 2049, Plin. h. n. 3, 51, Ptol. 3, 1, 43, cf. Bormann C. I. L. XI p. 570, qui refutavit coniecturam de Rossii (ann. inst. arch. 1883 p. 273 seq.), Capenam cum Luco Feroniae et tertia aliqua civitate ignota effecisse commune quoddam trium civitatium.* — 2) *Honore contentus impensam remisit.*

6590 d. m. | L. Sulpicius Severu[*s*] | et Sulpicia Iustina | fili L. Sulpicio Cleme|nti IIIIvir. i. d., IIIIvir. a. p.[1], | quaestori arcae r. p. | Nepesinor., mag. iuven., | seviro [*eq*]uitum[2], praeto|ri iuventutis, patri | optimo posuerunt.

Prope Ronciglione, quo videtur translata esse ex Nepete (XI 3215 viderunt Zangemeister et Bormann). — 1) *Quattuorviro aedilicia potestate.* — 2) *Supplevit Zangemeister. 'Nota institutum urbanum sevirorum equitum in hoc municipio ad iuvenes translatum' (Momms.).*

6591 M. Anteio | M. f. Pap. Resti|tuto pr. iuv.[1], | aedili, augur., | cur. p. p.[2], decur., | August. et pop. | aere conlato.

Sutrii (XI 3256 partem vidit Zangemeister). — 1) *Cf. N. 6590.* — 2) *Cf. N. 6592.*

6592 diis manibus | T. Valerio T. f. | Vel. Victori | decurioni Sutri, | IIvir. i. d. iterum, | quinquennali, | curatori pecuniae | publicae, pontifici, | Patulcia Exoche | coniunx | fecit.

Sutrii (XI 3261 vidit Smetius).

6593 d. m. | C. Coponi Cres|centis dec. | Tuscanensium, | quaest. r. p., veter. | Aug. leg. XIV Ge|min., signifer r. m.[1], | fecer. C. Gavius Priscus | fil., Scrib.[2] Restitutus her., | v. a. L.

Toscanellae, ubi fuit Tuscana (XI 2956 semel descr. saec. XV a Ioh. Tuscanella). — 1) *Scr.* b. m.? *(Borm.).* — 2) *Scribonius.*

6594 d. m. | M. Furio Restituto | IIIIvir. pro aedile, | quaestori Vulcen|tano, Furius Optatus | patri pientissimo f. c.

Octo chil. a Pitigliano, qui locus multo magis vicinus est ruderibus Suanae (C. I. L. XI p. 422) quam Volcentanis (Pellegrini Notizie degli scavi 1898 p. 57).

Titulos Volcentanos vel agri Volcentis (cf. C. I. L. XI p. 447) dedi supra N. 655. 3221. — *Vicinae civitatis Visentinae titulos dedi supra N. 3796. 3796[a]; Volsinienses N. 4036. 5013, Orvietanum N. 3078, regionis Orvietanae N. 4223.*

6595 M. Aurelio Elaini filio | Marcello | pontif. iur. dic. Sorr. nov.[1], | quaestori ark. publicae, | patron. coll. fabr. et cent. | Huic prim. omnium splendid. | ordo ex sportul. suis ob mer. eius | statuam ponendam censuer. | Cuius ob dedicationem dedit | decurionibus pane vinu *(sic)* et ✱ X, | hoc ampl. ob hon. sibi oblatum | IS $\overline{V}$ ñ. popul. in annonam perpetuo | dedit. L. d. d. d. C. a.[2] T. Vario Severo.

Ad Monte Fiascone in ecclesia quadam (XI 3009 viderunt Zangemeister aliique). — 1) *Iidem Sorrinenses novenses in aliis titulis eiusdem regionis XI 3010. 3012. 3014. Apud scriptores non memorantur. Cf. Bormann l. c. p. 454.* — 2) *Curam agente.*

6596 Sex. Mecio Sex. f. Sab. | Marcello II qq. Satur|ni.[1], q. kal. r. p. et aliment., | curat. pagi Lucreti, | iuveni o.[2] et amant., | ob multa eius bene|ficia pagani pagi | s. s.[3] in se conlata | dignissimo po|suerunt. | L. d. ex d. d.

Saturniae, inter Volsiniensem lacum et Grosseto (Notizie degli scavi 1899 p. 485). — 1) *Duo(viro) quinquennali Saturniae. De Saturnia cf. C. I. L. XI p. 419; Dennis cities of Etruria II (ed. 2) p. 275.* — 2) *Optimo.* — 3) *Supra scripti.*

6597 imp. Caes. M. Aurellio | Antonino Aug. Pio Felici | Parth. max., Brit. max. | pont. max., trib. pot. | $\overline{XVI}$[1], imp. $\overline{II}$, cos. $\overline{IIII}$, p. p., | res publica Cosanorum | infatigabili | [*in*]dulgentia eius | . . . . . . *(In latere):* [*imp.*] Caes. M. Aur. Antonino | Aug. Pio Fel. Parth. max., | Brit. max. $\overline{IIII}$, et | Decimo Caelio Balbino[2] | cos.[1], dedic. V non. Ma[*ias*] | per Porcium Severinum c. [*v.*], | cur. reip. Cosanorum, | legato Ennio Hyacinto.

Cosae (Orbetello) (XI 2633 vidit Bormann). — 1) *A. 213.* — 2) *Errore ut videtur omissus numerus* II.

6598 C. Pompilius Ceria[*lis IIvir.*] | i. d. quinq., praef. Drusi [*Caes., trib.*] | leg. XXI Rapacis; | Laelia M. f. Broc[*cha*] . . .; | C. Pompilius C. f. Sab. Procu[*lus*] . . . | pontifex in perpetuo . . . .; | L. Pompilius . . . | equo pub., vix . . .

Volaterris (Notizie degli scavi 1884 p. 418 ad ectypum).

6599 d. m. | Q. Largennio | Q. f. Gal. Severo | aedili Pisas | Q. Largennius | Chresimus pater, | qui ob honore | biselli HS $\overline{L}$ n. | rei p. Pisanor. | dedit.

Pisis (XI 1441 vidit Bormann).

6600 d. *(ascia)* m. | Mettia Ianuaria hic adq.[1], coni. | b. m. | Q. Obsequentius[2] Severinus | Aug. Pisis, cur. kal. Florentinor., | sibi posterisq. suis.

Pisis (XI 1444 vidit Bormann). — 1) *Adquiescit.* — 2) *Nomen gentilicium deductum a nomine coloniae Opsequentis Iuliae Pisanae (supra N. 139 fin.), cuius vel ipse vel pater fuit libertus.*

6601 L. Papirio L. l. | Mandato Clup.[1], | Aug. Pisis et Lucae, | L. Papirio | Apelli patr[*ono*].

Lucae (XI 1528 vidit Bormann). — 1) *Clupeis? (Borm., accipiens de patria).*

6602 L. Titinio L. f. Petriniano[1] IIvir. iter. | coloni et incolae.

6603 A. Octavio Eroni | maiori | coloni et inquilini.

Lunae rep. (XI 1347. 1346 vidit Bormann). — 1) *Idem est supra N. 5437.*

6604 C. Umbricius | C. f. Sca. Canso | colón. adlect. | d. d.[1] Florent., | sibi et ‖ Volturniae C. filiae | Tertullae | uxori.

S. Casciano prope Florentiam rep. (XI 1617 vidit Bormann). — 1) *Colono adlecto decreto decurionum. Cf. N. 6875.*

Genio coloniae Florentiae *dedicatus est titulus Notizie degli scavi 1890 p. 109. Inscriptiones Florentinae etiam supra N. 1180ª. 2806. 4356. Cf. N. 3084.*

6605 [*v.*] f. | C. Gellio | C. f. Sca. | Etrusco | decurioni | Flor.

Pozzolatico prope Florentiam rep. (XI 1609 vidit Bormann).

6606 . . [*Flav*]io Probo | filio, an. XXIIII, | L. Flavio Fusco | filio, an. XXIII, | commodis | decurioni[*s*][1] | uso d. d. | In fr. p. LXX, | [*in*] ag. p. LXXXX.

S. Pietro in Mercato prope Florentiam (XI 1607 bis descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. N. 6296.*

6607 v. [*f.*] | C. Murr[*io*] | . . . . | aedili, IIIIviro, | pontifici, | regi sacrum, | C. Murrius | Eucharistus | patrono b. m.

Prope Florentiam rep. (XI 1610 vidit Bormann).

6608 . . . . quinq. . .[1] | decuriones | Arretinorum veter.[2]

Arretii (XI 1849 vidit Bormann). — 1) *Ante et post* quinq. *vestigia incerta.* — 2) *Cf. Plin. h. n. 2, 52: Arretini veteres, Arretini Fidentiores, Arretini Iulienses. Ad Arretinos Fidentiores spectat tegula Arretii reperta:* [*r.*] p. col. Fid. *(XI 6675, 1 vidit Bormann). Eos putant colonos deductos a Sulla (C. I. L. XI p. 336).*

6609 Q. Spurinnae Q. f. | P.[1] Quintiano | eq. publ., Laur. Lavin., | aedil., IIvir., curat. | kalend. pleb. Arret.[2], | cur. reipubl. Vetulo|nensium, plebs | urbana. | L. d. d. d.

Arretii (XI 1847 vidit Bormann). — 1) *Pomptina (tribu).* — 2) *Curatori kalendarii plebis Arretinorum.*

Alios titulos Arretinos dedi supra N. 50. 54. 56 seq. 969. 1000. 1332. 5019.

6610 L. Alfio Quieto IIvir. | quinq., flamini Aug., | praef. fabr. II, aed. Etrúr.[1], | L. Alfius Flórus patrónó | b. m. et sibi.

Clusii (XI 2116 vidit Bormann). — 1) *Aedili Etruriae, sc. quindecim populorum.*

6611 hon.[1] | L. Tiberio Maefanati Basi|lio v. e.[2], ex praetoribus XV pop.[3], | defensori ordinis et civium, | decuriali[4] urbis aeternae, | ob hoc quod fide cives suos | populumq. Clusinum integritate | gubernarit, amore dilexerit, | largitate sublebarit, humani|tate foverit: pro merito ergo benefi|ciorum universi statuam lae|tantes votis omnibus obtulerunt.

Clusii (XI 2115 vidit Bormann). — 1) *Honori.* — 2) *Viro egregio.* — 3) *Quindecim populorum.* — 4) *Cf. Mommsen Staatsr. I (ed. 2) p. 327 not. 1; supra N. 1937.* — *Alios titulos Clusinos habes N. 873. 876. 1138. 2146. 3631. 3987.*

6612 *(protomae complures)* Augusta | Perusia.

Perusiae in porta quae dicitur antiqua (vecchia) vel arcus Augusti (XI 1929 vidit Bormann).

6613 colonia Vibia[1]

(protomae complures humanae, a d. et a sin. protome equina)

Augusta Perusia

(protomae duae humanae)

Perusiae in porta quae vulgo dicitur Martia (XI 1930 vidit Bormann; imaginem portae post alios dedit Noack Roem. Mitth. 1897 p. 179). — 1) *Coloniae Vibiae nomen Perusia videtur accepisse temporibus Vibii Treboniani Galli, civis sui (cf. N. 6116 not. 2).*

Reliquias similis inscriptionis iuxta aliam portam Perusinam primus fere observavit Bormannus XI 1931. Portas has a Tuscis factas putat Noack Roem. Mitth. l. c. p. 180, inscriptiones additas Perusia ab Augusto restituta.

6614 Augusto | sacr. | Perusia restituta.

Perusiae, cippi quinque eadem inscriptione inscripti (XI 1923 quattuor vidit Bormann).

6615 C. Betuo C. f. Tro. | Ciloni[1] Minuciano | Valenti Antonio | Celeri P. Liguvio | Rufino Liguviano | aedili, IIvir. quinq., | sacerdoti III lucorum, pr. | [*Etr*]uriae[2] XV populorum, | patrono municipi, | Betua Respectilla fil. | patri piissimo. L. d. d. d.

Perusiae (XI 1941 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Diversus Betuus Chilo memoratus a Tacito hist. 1, 37.* — 2) *Supplevit Mommsen epigr. Anal. n. 8, Ber. Sächs. Ges. Wiss. 1850 p. 65* (I . . . RIAE *exemplum antiquissimum,* curiae *Holstenius,* Umbriae *nonnulli ex supplemento). De praetoribus Etruriae cf. supra N. 1429. 5013.*

6616 C. Vibio C. f. L. n̄. Tro. | Gallo Proculeiano | patrono Perusinorum, | patrono et curatori r. p. Vet|tonensium[1], iudici de V dec., aedi|li, patrono collegi centon., | Vibius Veldumnianus[2] | avo karissimo. Ob cuius | dedicationem dedit | decurionibus X II, plebi X I. | L. d. d. d. *(In latere)* dedic. idibus Iul. | imp. M. Aurelio Antonino Aug. Pio Fel. II | et P. S[*eptim*]io Ge[*t*]a no[*bilissimo*] Caes. cos.[3]

Perusiae (XI 1926 vidit Bormann). — 1) *Cf. C. I. L. XI p. 747.* — 2) *Pater ut videtur Vibii Treboniani Galli imperatoris, ad quem etiamtum privatum pertinet titulus Perusinus supra N. 527, avus Vibii Afinii Galli Veldumniani.* — 3) *Litteras erasas ex parte agnovit Bormann. Significatur annus 205.*

6617 L. Proculeius A. f. | Titia gnatus[1], | IIIIvir[2], IIvir.[3]

Perusiae, urna (XI 1943 vidit Bormann). — 1) *Cf. supra N. 2685 (not. 3). 4950 (not. 1).* — 2) *Cf. supra N. 2685 not. 1.* — 3) *Perusia restituta duoviros ibi creari coepisse coniecit Bormann.*

6618 P. Volumnio P. f. | Violenti | IIIIvir., IIvir.[1], | múnicipés et | incoláe | ex commodis.

Perusiae (XI 1944 vidit Bormann). — 1) *Cf. ad eam quae praecedit.*

Alios titulos Perusinos habes supra N. 527. 2685. 4366. 5434. 5503, agri Perusini N. 3600. 6120.

6619 Ti. Claudio Nero[*ne*] . . . . .[1], | Sex. Veturius C. f. VIvir[2], T. Visti[*nius*] . . . .

Asisii (XI 5424 vidit Bormann). — 1) Videtur indicari aut annus a. u. c. 741 aut 747. — 2) Antiquissima mentio sevirum municipalium (Bormann). Ceterum Nepete anno 741/2 magistri Augustales primi creati sunt, cf. supra N. 89. Alius sevir ingenuus Asisii est XI 5426. Sed fuerunt Asisii etiam seviri libertini, cf. supra N. 3752. 5369, cet.

6619[a] Cn. Decimius Cn. f. Lem. | Bibulus | évocatus leg. XIII[1], | VIvir.[2]

Fulginiis, sed Hispelli dicitur rep. (XI 5275 Bormann vidit ectypum). — 1) Fortasse commilitonis huius Bibuli, una cum eo Assisium deducti, est titulus XI 1933. — 2) De seviris ingenuis Hispelli cf. Bormann C. I. L. XI p. 766.

6619[b] C. Octavius | P. C. l. Faustus Miccus | VIvir. | Marcia Chila d. s. p. f. c.

Collemaggio prope Asisium, ubi videtur fuisse Urvinum Hortense (XI 5179 descr. Conestabile).

6620 C. Alfio C. fil. | Ser. Clementi | Maximo IIIIvir. i. d., | aedili, q. pecuniarum | publicar., q. alimentor., | pueri et puellae[1] qui ex | liberalitate sacratis|simi principis aliment. | accipiunt consensu | parentium ex aere | conlato. S. c. l. d.[2]

Asisii (XI 5395 vidit Bormann). — 1) Cf. N. 6225. — 2) Sic etiam in aliis titulis Asisinatibus N. 3398. 3752.

Alios titulos Asisinates habes supra N. 5346 (hunc positum a magistratibus qui more Umbro marones appellabantur), praeterea N. 2925. 3039. 3322. 3398. 3752. 5459.

6621 d. m. | Veiedio L. f. Clu. | Crescenti aed., | IIvir. i. d., q. reip. | et aliment. Arnat.[1], | Veiedius Fortunat. | pater et Cispia | Martina mater.

Rep. prope Asisium loco dicto la Bastia, videtur pertinuisse ad Arnam, iam est Perusiae (XI 5614 vidit Bormann). — 1) Cf. N. 6622 not. 2.

6622 Phileros | qui praefuit templo[1] | Arnae[2], | Statia Charite | Fortunae d. d.

Civitella d'Arne prope Asisium, ubi fuit Arna, rep., est Perusiae (XI 5608 vidit Bormann). — 1) Ex eodem templo videntur prodiisse tituli XI 5607 (= Orell. 1735). 5609 (= Orell. 733). 5610 (= Orell. 5410). 5611 (= Orell. 1743), Fortunae omnes dicati. — 2) De Arna civitate Umbriae cf. Bormann C. I. L. XI p. 811.

6623 C. Matrinio Aurelio | C. f. Lem. Antonino v. p.[1], | coronato Tusc. et Umb.[2], | pont. gentis Flaviae[3], | abundantissimi muneris sed et | praecipuae laetitiae theatralis edi[*t*]o[*r*]i, | aedili, quaestori, duumviro | iterum qq. i. d. huius splendidissimae | coloniae, curatori r. p. eiusdem | colon. et primo principali, ob meritum | benevolentiae eius erga se | [*ple*]bs omnis urbana Flaviae | Constantis[4] patrono | dignissimo.

Hispelli (XI 5283 vidit Bormann). — 1) Viro perfectissimo. — 2) Hoc munere Antoninus videtur functus esse ante coniunctionem Umbriae et Tusciae solutam, de

qua re est titulus supra N. 705 (Mommsen Ber. Sächs. Ges. Wiss. 1850 p. 215; Bormann C. I. L. XI p. 766). — 3) Cf. supra N. 705 not. 12. — 4) Cf. supra N. 705 v. 39 seq.

6624 C. Alfius C. f. Lem. Ruf. IIvir quin[*q*.] | col. Iul. Hispelli[1] et IIvir | quinq. in municipio suo Casini; | C. Alfius C. f. Lem. Quadratus VIv[*ir*] | equo publico, in honore aed. est mortuu[*s*]. | Alfia C. f. Mimisia uxsor.

Hispelli (XI 5278 vidit Bormann). — 1) Colonia Hispellatium etiam supra N. 2733.

Alios titulos Hispellates habes supra N. 705. 997. 2645. 5377. Fulginiates dedi supra N. 990. 991. 1058. 1338. 2650.

6625 L. Iulio L. f. | Clu. Marcia|no[1] aed., IIvir|o, omnibus hono|ribus in splendi|dissima coloni[*a*] | Tuder[2] probe | functo ob me|rita eius cives | posuerunt.

Tuder (XI 4659 semel ut videtur descripta saec. XVI). — 1) Coniugi eiusdem viri positus est titulus XI 4660, ipsi praeterea is qui sequitur. — 2) Colonia Iulia Fida Tude[*r*] *positit titulum XI 4646. Ad deductionem coloniae Tuder spectant tituli supra editi N. 2230. 2231. Decuriones et populus coloniae memorantur, item sexvir et Augustalis et Flavialis supra N. 3001.*

6626 L. Iulio L. f. | Clu. Marciano | aed., IIvir. Tuder., | vicani vici Martis | Tudert.[1] ex aere coll. | ob merita eius. L. d. d. d. | Curam agentibus | L. Iulio Privat. patre | et L. Iulio Primi[*a*]no amico.

Prope Tuder rep. (XI 4750 vidit Smetius). — 1) De hoc vico Tudertium, sito ad viam Flaminiam, unde in itinerariis memoratur vocabulo 'ad Martis', cf. C. I. L. XI p. 694. 996; supra ad N. 5857.

6627 [*T. Pi*]narius T. f. Clu. Natta | [*p*]ontif., IIIIvir, pr. sacr., tr. mil.[1], | [*T. Pi*]narius T. f. Clu. IIIIvir, | pr. sacr., pater.

Interamnae ad Narem (Terni) (XI 4189 semel descripta). — 1) Ad hominem eiusdem gentis similibusque muneribus functum pertinet XI 4746.

6628 Sex. Pomponius C. f. Clu. | Balbus IIIIvir i. d., | quaestor a decurionibus, | tr. mil.

Interamnae (XI 4190 vidit Bormann).

6629 A. Pompeio A. f. | Clu. q., patrono | municipi Interamnat. | Nahartis[1], quod eius | opera universum | municipium ex summis | pereiculeis et diffi|cultatibus expeditum | et conservatum est, ex | testamento L. Licini T. f. | statua statuta est.

Interamnae (XI 4213 vidit Bormann; Ritschl tab. LXXXVI d). — 1) Curator civitatis Interamnatium Nartium *est XI 4182.*

6630 T. Fl. T. f. Clu. Isidoro eq. | Rom., patri duorum eq. pub., | omnibus honorib. honeste | functo., quinq. II, auguri, | sacer., pont., praet. sacror., | patrono municipi Inte|ramnat. Nart., Casuenti|norum, Vindenatium, | v. b.[1] et quidquid in egre|gium hominem laudis | dici potest in hoc sit | beneficio naturae | conlatum, possessores, | inquilini, negotiantes |

viae strate cultores | Herculis, rarissimo. | L. d. d. d. *(In latere)* dedic. | VIII id. Sept. | Sabino II et Venusto | cos.[2]

Interamnae (Terni) (XI 4209 vidit Bormann). — 1) Viro bono. — 2) A. 240.

Alias inscriptiones huius Interamnae habes supra N. 157. 1233. 3052. 3289. 5645.

6631 Sex. Ticiaseno[1] Sex. f. Sex. | nep. Sex. pron. Clu. Alliano | pontifici, flamini Vic|toriae et Felic. Caesar. | perpetuo, praef. coh. | III Astur. eq. c. R.[2], trib. leg. | II Italic., IIIIvir. q. q., IIIIvir. | i. d. II, sacerd. V. F. C.[3], cur. lusus | iuvenum, VIviri Augustal., | patrono ob amorem eius | erga singulos universosq.

Ameriae (XI 4371 descr. saec. XVI Accursius aliique). — 1) Sic Accursius, Sexticlaseno *alii. — 2) Praefecto cohortis tertiae Asturum equitatae civium Romanorum. — 3) Sacerdoti Victoriae Felicitatis Caesaris. Alius* sacerdos Victoriae Felicitat. *Amerinus est XI 4367.*

6632 T. Petronio T. f. | T. n. Clu. Proculo | I[*II*]Ivir.[1] aed. p., IIIIvir. | i. d., curatori lu|sus iuvenum V. F. C.[2], | iuvenes Aug. | ob m. e., qui [*o*]b | statuae dedicati|onem dedit iuve|nibus s.[3] HS XXX n., | adiecto pane et | vino epulantibus. | L. d. d. d.

Ameriae (XI 4395 vidit Bormann). — 1) ĪN̄I VIR *lapis pro* IĪIĪ VIR. *— 2) Victoriae Felicitatis Caesaris (cf. N. 6631). — 3) Singulis.*

6633 T. Calvisio T. fil. | [*C*]lu. Vero augur., | quinq., IIIIvir. aedil., | cur. pec. frum. IIII[1], | q. p. aer. p. p.[2], patrono | mun. [*et*] VIvir. August., | procur. iuvenum, | collegius *(sic)* iuven. ob | plurima beneficia et | munificentiam eius | erga se collata. L. d. d. d.

S. Damiano prope rudera Carsulana (XI 4579 vidit Bormann). — 1) Curatori pecuniae frumentariae quatter. — 2) Quaestori publico aerarii pecuniae publicae? (I. Schmidt).

6634 Sagitti. | L. Egnatio L. f. Clu. | Victorino IIIIvir. | i. d. quinq., patrono | August. itemque | fabr., editori iuven., | ob insignis vena|tionis ab eo edita[*e*], | iuvenes ex aere coll. | patrono. Cuius ob | dedic. dedit iuven. sing. SI[1] XII, | decur. SI XII p., VIvir. SI II . .

Sangemini prope rudera Carsularum (XI 4580 vidit Bormann). — 1) Sestertios.

6635 d. m. | C. Cominieno For|tunatiano VIviro | Aug. pinn.[1] iuvenum, | Veturia Aepikaris | coiugi kar. et fili tres | Fortunatus, Marcianus | et Aggrippinus *(sic)* patri kari|simo.

Prope Acquasparta, inter vicos Macerino et Porteria, videtur pertinere ad Carsulas, cf. C. I. L. XI p. 665 (Notizie degli scavi 1900 p. 141). — 1) Pinnirapo? (Rostowzew Roem. Mitth. 1900 p. 225 collato Iuven. 3, 158).

6636 dedicata id. Ian. Antiochiano II et Orf[*i*]to cos.[1], qua de[*dicatione*] | sexviris, iuvenibus, collegiatis et populo utr[*iusque sexus*] . .

Prope rudera Carsularum (XI 4589 bis ut videtur descripta saec. XVI). — 1) *A. 270.*

Alias inscriptiones Carsulanas dedi supra N. 535. 536. 1901.

6637 d. m. | L. Vibusio Secun|do compital. | Lar. Aug., | Vibusia Thetis patro|no et coniugi opti|mo.

6637[a] Q. Obellio Q. | lib. Aequali | comp. VIvir. Aug.
Spoletii (XI 4818. 4810 vidit Bormann).

6638 C. Torasius C. f. Hor. Severus IIIIvir i. d., | augur, suo et P. Mecloni Proculi Torasiani pontif., | fili sui, nomine, loco et pecunia sua fecit[1]. Idem | ad celebrandum natalem fili sui in publicum dedit HS CCL, | ex quorum reditu III k. Sept. omnibus annis decuriones in publico | cenarent et municipes praesentes acciperent aeris octonos; item | dedit VIviris Aug. et compit.[2] Larum Aug. et mag. vicorum HS CXX, ut ex reditu | eius summae eodem die in publico vescerentur. Hunc ob merita eius | erga rem publicam ordo decurionum patronum municipi adoptavit.

Spoletii; in parte aversa olim extabat titulus supra N. 739 (XI 4815 vidit Bormann). — 1) Thermas videtur fecisse, quae quamquam restitutae a Constantio (supra N. 739), tamen postea quoque appellabantur 'Turasii thermae' (Cassiod. var. 4, 24; cf. Bormann C. I. L. XI l. c.). — 2) Compitalibus.

Alios titulos Spoletinos dedi N. 739. 925. 2777. 3127. 3492. 3707. 4911. 5272. 5532. Cf. N. 6551.

6639 . . [*Sa*]trio C. f. C. n. | [*C*]or. Barbaro | IIIIvir. iur. dic., | equo publ., patron. | Camertes | aere conlato ob | annonam quam | eis [*I*]IIIvir. suo | exhibuit; honore | suscepto conla|tionem remisit.

6640 C. Veianio C. fil. | Cor. Rufo fil., | aedili, IIIIvir. i. d., patro|no municipi et complu|rium civitatium, equo pu|blico, curat. rei p. Plestinor.[1] | dato a maximis impp. Anto|nino Aug. //////////[2] | Antonini Aug. f., flamini di|vor. Aug., Laurenti sacerdotio | ornato. Huius pater annonae | caritates saepius sustinuit, | epulum frequenter dedit. | Municipes Camertes ob plurim. | et maxima benef. patris eius et ips. | in se conlata. Honor. accepto | quot contuler.[3] remisit. Cuius dedic. epul[*um*] d. L. d. d. d.

Camerini in Umbria (XI 5634. 5635 vidit Bormann). — 1) Cf. Plin. h. n. 3, 114; C. I. L. XI p. 812. — 2) Rasura periit Commodo Aug. — *3) Contulerant.*

Alios titulos Camertes dedi supra N. 432 (ubi memoratur foedus eis confirmatum). 2735.

6641 Camurenae | C. fil. | Celerinae[1] | flam. Feron. | municipi Septemp.[2], | municipes et incol. | Tuf. utriusq. sexus | ob merita eius. | H. a. i. s.

6642 L. Musetio | L. f. Ouf. | Sabino[3] | equo publico, | patrono municipi | Tufic. et municipi | Attidiat. et Cuprens. | Mont., pontif., augur., | IIIIvir. iuri dicund., | decuriones et plebs | ex epulis suis ob merit. | eius. L. d. d. d.

6643 L. Gresio L. f. | Ouf. Proculo | IIIIvir., | municip. et incolae | merenti, quod inter | cetera tempore m[*a*]gist. | sui in karitate olei civib. | suis quattus[4] lib. pr. p.[5] | e[*t*] epul. dedit, | idem dedicatione | [*s*]tatu[*a*]e municip. suis | decur. SS VI et plebeis | utriusque xesus *(sic)* [*s*]in[*g.*] | SS [*I*]III n. dedit. | [*L. d.*] d. d.

Albacinae vel prope Albacinam, ubi fuit Tuficum, rep. (XI 5711. 5718. 5717 vidit Bormann). — 1) *Eidem positus est titulus XI 5712.* — 2) *Cf. supra ad N. 575.* — 3) *Ad eundem virum spectat fragmentum eodem loco rep. XI 5719.* — 4) *Quattuor assibus (cf. Buecheler mus. Rhen. 1902 p. 325).* — 5) *Librae pro portione (Buecheler l. c.).*

Alios titulos Tuficanos dedi supra N. 2666. 5612. 5891.

6644 C. Aetrio C. f. Lem. | Nasoni | equo publico, | in quinque decuris, | praef. coh. I Germanor., | trib. mil. leg. I Italicae, | testamento poni iussit | idemque municipib. | Sentinatib. in epulum | quod XVII k. Germanicas[1] | daretur | HS CXX legavit.

Sentini (prope Sassoferrato) rep. (XI 5745 aliquoties descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. Suet. Domit. 13.*

Inscriptiones Sentinates dedi iam supra N. 273. 4207. 4208. 4215. 4397 (regionis Sentinatis ut videtur N. 3133); de tabulis patrocinalibus ibi repertis vide infra capite de collegiis.

6645 L. Dentusio L. f. Pap. | Proculino eq. p., | curat. kal. Tif. Mat.[1] da|[*t*]o a[*b*] impp. Seve[*r*]o et An|[*t*]onino Augg., aed., IIIIvir., | flam., auguri, pa[*t*]ron. | coll. cent., IIIIIIviri Aug. | et plebs urb. ob pleraq. | merita eius, patrono. | Cuius dedicatione dec. | X III, sevir. et pleb. X II | cum pane et vino dedit. | L. d. d. d.

Sestini (XI 6014 vidit Bormann). — 1) *Curatori kalendarii Tifernatium Mataurensium. De hoc oppido, sito non longe a Sestino, dixit Bormann C. I. L. XI p. 882.*

Inscriptiones Sestinates habes etiam supra N. 201. 260. 981. 2691. 5519. 5758.

6646 Sex. Tettio | Sex. f. Pup. | Montano | Caesio Sabino[1], | equo publico, | aed., pontifici, | flamini Traianali, | patrono mun., | plebs. urban. | H. r. i. r.[2]

Sassinae (XI 6505 vidit Bormann). — 1) *Fortasse filius Caesii Sabini qui posuit titulos XI 6489—6493; eiusdem quem memorare videtur Martialis 7, 97. 9, 58.* — 2) *Honore recepto impensam remisit.*

6647 d. m. | Cetraniae | P. f. Severinae[1] | sacerdoti | divae Marcian., | T. Baebius Gemelli|nus August. | coniugi sanctiss. *(In latere: mulier velata, ad pedes astat cista; in altero latere)* caput ex testamento | Cetraniae Severinae. | Collegis dendropho|rorum fabrum cento|nariorum munic. Sassi. | HS sena milia n. dari | volo, fideiq. vestrae col|legiali commi[*tt*]o, uti | ex reditu HS qua[*t*]ern. m. | n. omnibus annis prid. | idus Iun., die natalis | mei, oleum singulis | vobis dividatur, e[*t*] | ex reditu HS bi-

num | milium n. manes | meos cola[*t*]is. Hoc | u[*t*] ita faciatis, fidei | vestrae committo.

Sassinae (XI 6520 vidit Bormann). — 1) *Ad eosdem homines pertinet XI 6521. Aliam inscriptionem Sassinatem dabo infra in capite sepulcralium.*

6648 C. Clodieno C. fil. Stell. Sereno Vesnio Dextro[1] equiti Romano, patron. et pontif. Urvinat. Mat.[2], patrono et curatori rei p. Forocornel., optimo iustissimo, splendidissimus ordo Forocornel. ob merita eius, quod industria sua statum reip. auxerit, [*tam*] sing. quam civis in u[*niv.*] . . .[3]

Urbini, ubi fuit Urvinum Mataurense, cf. not. 2 (XI 6061 bis ut videtur descripta saec. XV exeunte; versuum divisio incerta). — 1) *Eiusdem hominis est titulus XI 6060.* — 2) *Cf. Plin. h. n. 3, 114: Urbanates cognomine Metaurenses et alii Hortenses. Mataurenses illi dicti quod ager eorum Mataurum tangebat, cf. C. I. L. XI p. 894. De Hortensibus cf. ad N. 6619*[b]. — 3) *Deesse aliquid non traditur.*

6649 Sex. Abulenio L. f. | Stel., centur. leg. XIX[1], | Xvir.[2], aedil. et IIII|vir. i. d.

Prope Urbinum, deinde Pisauri (XI 6056 vidit Bormann). — 1) *Cf. supra N. 2269 not. 1. Titulus est aetatis Augusti.* — 2) *Decemviri etiam in aliis titulis Urvinatibus XI 6061*[a]. *6065.*

Alios titulos Urvinates habes supra N. 2743. 5782.

6650 d. m. | C. Avidio C. f. | Naevidiano | IIviro qq., | auguri Suasae, | patri pientissimo. | Et tu — et tibi.

Suasae rep. (XI 6169 bis ut videtur descripta).

Alios titulos Suasae repertos habes supra N. 967. 5673.

6651 L. Titulenus L. l. | Tertius oriundus Iulia Fano | Fortunae, sexvir. | L. Titulenus Tituleni l. | Ursio, annorum XII.

6652 C. Vergisius C. l. | Pamphilus | sexvir Fanestriu. | ex testamento.

Fani Fortunae (Fano) (XI 6238. 6240 vidit Bormann).

6653 L. Statórius Ɔ l. Auctus mag. vici bis; | Fundania C. f. Maxima uxor, | vivi fecerunt sibi. | In fr. p. XIII | in ag. p. XIIII[1].

Fani (XI 6237 vidit Bormann). — 1) *Haec distributa in quattuor angulos lapidis.*

Alios titulos Fanestres dedi N. 104. 706. 5679, agri Fanestris N. 5540. 5826. 5827.

6654 L. Apuleio | Brasidae | habenti IIII lib. ius[1] | dat. ab imp. . . . . | . . . .[2] Aug., | VIvir. Aug., ornament. | decurional. honor. | et Aug. mun. Ael. Karn.[3], | colleg. fabr. | patrono et quinq., | ob eximiam eius erga | se liberalitatem. | Cuius dedicatione cum | collega singulis HS n. L | adiecto pane et vin. ded. | L. d. d. d.

Pisauri (XI 6358 vidit Bormann). — 1) *Quattuor liberorum iure feminae libertini generis tutela patronorum liberabantur, ita ut testamenti faciendi liberam*

potestatem haberent (Gai. 3, 44; Ulp. 29, 3; cf. supra N. 1910, ubi corrigenda quae adnotavi). Viris quattuor liberorum ius tribuunt tituli tres, hic et N. 3952 et 5631; scilicet quattuor liberorum numerus civibus Romanis in Italia consistentibus excusationem dabat a tutelis (cod. Iust. 5, 66, 1; fr. Vat. 191. 247). — 2) *Nomen imperatoris erasum, Commodi ut videtur (litterarum* M. Aurel .... *non certa vestigia enotavit Bormann).* — 3) *Augustali municipii Aelii Carnunti (cf. C. I. L. III p. 550).*

6655 Abeienae C. f. | Balbinae | flaminicae | Pisauri et Arimini, | patronae municipi | Pitinatium Pisaurensium[1]. | Huic anno quinquenna[*l*.] | Petini Apri mariti eius | plebs urbana Pisau|rensium ob merita | eorum[2]. Cui | imp. . . . . . . | . . . .[3] | ius commune libero|rum[4] concessit. L. d. d. d.

Pisauri (XI 6354 vidit Bormann). — 1) *Cf. Plin. h. n. 3, 114; C. I. L. XI p. 889; supra N. 5711.* — 2) *Quaedam omissa a quadratario.* — 3) *Nomen imperatoris erasum, fortasse Commodi.* — 4) *Cf. Ulpian. fr. 16, 1a; cod. Theod. 8, 17, 4. 15, 14, 9; Isidor. orig. 5, 24, 13 (Voigt Roem. Rechtsgesch. 2, 1899 p. 289 not.).*

Alios titulos Pisaurenses dedi supra N. 583. 1129. 1187. 1422. 2073. 2693. 2769. 2970—2983. 3082. 3581. 4958. 5057. 5445, agri Pisaurensis N. 26. 5613. 5903; alias dabimus infra diversis locis.

6656 C. Galerio C. f. Ann. | Iuliano eq. p., | quaestori, dumviro, | curatori Sa[*s*]sinatium[1], | curatori Solonatium[2], | flamini, patron. col. Aug. | Arim., advoc. public. | amantissimo, decurion. | amantissimo civium, | splendidissimus ordo | Ariminensium | meritis fidei | bonitati innocen|tiaeque eius. *(In aversa)* Megethi, Megethi[3].

Arimini (XI 414 semel descripta saec. XV). — 1) Sarsinatium *traditur, fortasse recte. Cf. C. I. L. XI p. 977.* — 2) *Solonates memorat Plin. h. n. 3, 116 in regione octava Italiae.* — 3) *Fortasse signum Iuliani.*

6657 Cantiae | L. f. Saturninae | matri colon., | flaminicae, | sacerd. divae Plotin. | hic et Foro Sempronii[1] | d. d. | publice.

6658 Lepidiae L. f. | Proculae | sacerdoti divae | Aug. et | divae Ma[*t*]idiae | Aug. d. d. p. | pecunia ab ea | remissa.

Arimini (XI 407. 415 semel descriptae saec. XV). — 1) *Cf. C. I. L. XI p. 905.*

6659 L. Betutio L. f. | Pal. Furiano | p. p. leg. I Ital., IIvir. | quinq., IIvir. i. d., IIIvir. | aedil. cur.[1], pontif., | flamini divi Nervae, | patrono colon., | colleg. fabr.[2] | amantissimo patriae. | L. d. d. d.

6660 L. Betutio L. f. | Pal. Furiano | aedili cui et | curulis i. d.[3] et | plebeia mandata | est[4], plebs urbana | ex aere conlato | ob honorem ab eo | integre et sine | ambitione | administratum. | L. d. d. d.

Arimini (XI 386. 387 semel descriptae saec. XV; titulus prioris gemellus est XI 385). — 1) *De aedilibus curulibus Ariminensium vide Bormann C. I. L. XI p. 77.* — 2) colleg. centonarior. *titulus alioquin gemellus XI 385.* — 3) *Iuris dictio.* — 4) *Apparet idem significari quod in altero titulo triumviri et aedilis curulis vocabulis.*

6661 C. Memmio | C. f. An. | Mariano | flam. divi Claud., | IIvir., IIIvir.[1], | curatori aedium[2], | q. alim. ad ar[*k*]am[3], | vicani vic. Velab.[4] |

patron. ob mer[*it.*] eius. | Cuius dedicat. singul. | HS n. VIII ded. | L. d. d. d.

6662 M. Vettio M. f. | Ani. Valenti[5] | imp. Caesaris Nerv. | Traiani opt. Aug. Ger. | Dacici Part. IIvir. quinq. | praef., flamini, auguri, | patrono coloniae, | vicani vici Aventin.[4] | optimo civi | patrono suo.

6663 L. Septimio | Liberali | VIvir. Aug., | vicani vici Cermali[4] ob | merita eius, quot decurion. | et vicanis vicor. VII[4] sing. | in annos X III in perpet. re[*l.*][6] | et in eam rem fundos XXI | obligari iussit, quorum | partem VI[7] legis Falc.[8] nomin. | deductam ab tutoribus | Septimiae Priscae[9] matris | suae Lepidi[*a*] Septimina | populo concessit.

6664 C. Faesellio C. f. An. | Rufioni[10] eq. pub., L. L.[11], | cur. reip. Forodr.[12], patr. col. Arim. | itemq. vicanorum vicorum VII | et coll. fabr. et cent., optimo et | rarissimo civi quod liberalitates | in patriam civesque a maioribus | suis tributas exemplis suis supe|raverit, dum et annonae populi | inter c[*e*]tera beneficia saepe | subvenit et praeterea singulis | vicis munificentia sua SS XX n. ad | emptionem possessionis, cuius de | reditu die natalis sui sportular. | divisio semper celebretur, | largitus sit, ob cuius dedicationem | SS n. IIII vicanis divisit, | vicani vici Dianensis. *(In aversa)* Proseri[13].

Arimini (XI 417. 421. 419. 379 semel descriptae saec. XV). — 1) *Cf. N. 6659.* — 2) *Sacrarum?* — 3) ad aricam *traditur; correxit Hirschfeld.* — 4) *De septem vicis Ariminensibus cf. Mommsen Staatsr. III p. 114 not. 3. Vicos nomine vicorum urbis appellatos habuit etiam Antiochia colonia Pisidiae, cf. supra N. 5081 (cum not. 6).* — 5) *Filius fortasse M. Vettii Valentis supra N. 2648.* — 6) *Reliquit* (rei. *traditur pro* rel.). — 7) *Sextam.* — 8) *Falcidiae. Cf. Gai. 2, 227; Dig. 35, 2.* — 9) *Heres haec fuisse putanda est Septimii Liberalis.* — 10) *Fortasse parentela coniunctus cum L. Faesellio Sabiniano, cuius titulum Ariminensem dedi supra N. 1381.* — 11) *Laurenti Lavinati.* — 12) *Curatori rei publicae Forodruentinorum. Idem municipium memoratur in t. Parmensi XI 1059 et fortasse a Plinio h. n. 3, 115.* — 13) *Signum ut videtur Rufionis.*

Alios titulos Ariminenses dedi supra N. 84. 113. 133. 1192. 1381. 2648. 2739. 3363. 3666. 5471ᵃ. Cf. N. 6128.

6665 d. m. | P. Vettio | P. fil. Cam. Sabino | eq. p., IIIIvir. aed. pot., | et mag. mun. Raven.[1], | Cornelia Maximina | marito incomparab. | et sibi viva posuit. *(A dextra vir volumen tenens, a sin. figura mulieris, ad pedes utriusque cista. In latere sin.: vir volumen, mulier coronam tenentes manibus iunctis, inter eos cista. In latere dextro: eques trabeatus coronam tenens. In postica: venatio, venatori superscriptum est)* Grego|ri.

Mutinae, sarcophagus marmoreus (XI 863 vidit Bormann). — 1) *Magistro municipii Ravennatis. Ravenna solitis magistratibus videtur caruisse, cf. Bormann C. I. L. XI p. 6.*

6666 M. Aur. Demetri[*ano*] | Sarapammoni eq. [*pub.*], | auguri, dec. m. R.[1], pat[*rono*] | coll. fabr. et cent[*onar.*] | . . .

Ravennae (XI 124 vidit Bormann). — 1) *Decurioni municipii Ravennatis. Patronus municipii Ravennatis est supra N. 2664.*

6667 d. m. | C. Oclatio | Zosimo VIviro | m. R.[1], Oclatia | Anthis | coniugi sanctissimo | et sibi viva p. c.

Ravennae (XI 129 vidit Bormann). — 1) *Seviro municipii Ravennatis.* Augustal. Ravenn. *est in titulo nuper reperto Notizie degli scavi 1891 p. 329,* Aug. Raven. *XI 2,* VIvir Raven. *XI 6239.*

Alios titulos Ravennae repertos dedi N. 699. 816. 818. 826. 836. 1027. 2082. 2829. 2846. 2860. 2863. 2876. 2889. 2904.

6668 v. f.[1] | L. Ursius | Sosander | vestiar. Bonon. | sibi et Rufriae | Calybe coniugi | piissimae, | isdem domo | Cremona VIvir. | In front. p. XXV, | in agro p. XXV.

Bononiae (Brizio Notizie degli scavi 1898 p. 467). — 1) *Vivus fecit.*

6669 Q. Acutio Sp. f. Optato, | Fulviae Quartae, Regiensi; | C. Geminio C. f. Lepido; | P. Refrio Grato Bononiens., | P. Cossutius Zethi l. Bassus Ap.[1], | sibi et Speratae lib. suae, | et amicis.

Mutinae (XI 845 vidit Bormann). — 1) *Apollinares. Cf. C. I. L. XI p. 846 cet. Apollinares Mutinae eundem locum tenuerunt quem alibi Augustales.*

6670 Cn. Bienus L. f. Pol. | Broccus VIviral., | aedilicius, IIvir | Regio Lepido.

Regio Lepido (XI 972 aliquoties descripta saec. XVII. XVIII).

6671 d. m. | T. Iegi Iucundi | VIviri Aug., | et Decimiae Thal|liae eius, | Filetus libertus. | His epule debentur[1] | a collegio centona|riorum Brixellano|rum.

Brixelli (XI 1027 vidit Bormann). — 1) *Scilicet caverat Philetus (vel alius quis), ut centonarii quotannis in honorem Iucundi et uxoris eius epularentur.*

6672 d. m. | Euchar|isti publ.[1], | disp. pec.[2] | Chryseuel|pistus ser. | b. m. d.

Parmae rep., est Lodi (XI 1066 vidit Mommsen praeter finem). — 1) *Publici.* — 2) *Dispensatoris pecuniae?* (Chrys. *separandum esse a nomine Euelpisti et coniungendum cum pecuniae vocabulo censet Hirschfeld).*

6673 d. m. | Onesimi c. P. s.[1] vil. | macelli, | Allia Prima | bene me|renti, | cu|m quo vi|xit annis | . . . .

Placentiae (XI 1231 vidit Bormann). — 1) *Coloniae Placentinae servi.*

6674 L. Sulpicio | L. f. Gal. Nepóti | flam. divi Hadriáni | Augustae[1], | iúdic. ex V dec., | IIvir. Aug.[2], | IIvir. Plac., | Euthalés lib. | patrono r. p.[3] | d. d. *(In latere utroque hasta; in postica gladiator dextra flagellum gerens, sin. hastam).*

Veleiae rep., est Parmae (XI 1192 vidit Bormann). — 1) *Augustam Bagiennorum significari putat Bormann.* — 2) *Augustae (cf. not. 1).* — 3) *Rei publicae.*

Alios titulos Veleiates (praeter N. 6675) dedi N. 179. 594. 900. 1079. 2284. 3870. 5560.

Tabula alimentaria Veleias.

6675 obligatio praediorum[1] ob HS deciens quadraginta quattuor milia (sest. 1.044.000), ut ex indulgentia optimi maximique principis imp. Caes. Nervae | Traiani Aug. Germanici Dacici[2] pueri puellaeque alimenta accipiant: legitimi n.[3] CCXLV in singulos HS XVI[4] n.[5],

		f.[6] HS	XLVIIXL n.[7]	(47040),
legitimae n.[3]	XXXIV[8]	sing.[9] HS[10]	XII n.,	
		f. HS	IVDCCCXCVI n.	(4896),
spurius	I[11]	HS	CXLIV	(144),
spuria	I	HS	CXX	(120),
		summa HS	LIICC	(52200),

quae fit usura ∽∽∽[12] sortis supra scribtae.[13]

(I.) C. Volumnius Memor et Volumnia Alce per Volum. Diadumenum libertum suum professi sunt | fundum Quintiacum Aurelianum, collem Muletatem cum silvis, qui est in Veleiate | pagó Ambitrebio, adfinibus M. Mommeio Persico, Satrio Severo et pop.[14], HS CVIII (108.000); acciper. debet[15] HS VIIIDCLXXXXII n.[16] (8692) et fundum s. s.[17] obligare. |

(II.) M. Virius Nepos professus est praedia rustica, deducto vectigali, HS CCCXDXXXXV (310545) n.; | accipere debet HS XXVCCCLIII (25353) n., et obligare fundum Planianum, qui est in | Veleiate pago Iunonio, adfinibus Prisco Palameno et Velleio Severo et pop.[14], | quem professus est HS XIIII, et fundum Suigianum cum casis III, pag. s. s.[18], | adfine C. Calidio et Velleio Proculo et pop., quem professus est HS XX, et fun|dum Petronianum, pago et adf. s. s., quem professus est HS IIII, et fundum | Manlianum Hostilianum *(et multos alios)*.

(Sequuntur multae aliae professiones eadem ratione perscriptae; in his maxime memorabiles hae):

(XIII.) M. Mommeius Persicus professus est praed. rustica in Veleiate et | Placenteno *(sic)*, deducto vectigali et eo quod Cornelius Gallicanus[19] | obligavit |X| CLXXX DC (1.180600) n., accip. debet HS XCIIIIDCCLXV (94.765) n. et oblig. | fundum Attianum *(et multos alios)*.

(XVI.) C. Coelius Verus per Onesimum ser. suum prof. est praed. rustica in Plac. | et Veleiate et Libarnensi, deducto vectigali et is, quae ante Corne|lius Gallicanus[19] et Pomponius Bassus[20] obligaverunt, HS DCCCXLII[*I*] DCCC|LXXVIIII (843.879) n., accipere debet HS LXVIIDCCCL (67.850) n. et oblig. fund. Collacterum *(et multos alios)*, item saltum Bitiniam Albite|mium qui est in Veleiate et in Lucensi pagis Albensi et Minervio et | Statiello[21] adf. re p. Lucensium et Annis frat. et pop., quem professus est | HS CCCL in HS XXX, item fund. Atilianum Nitielium *(et complures alios)*.

(XVII.) L. Annius Rufinus nomine suo et C. Anni Veri frat. professus est praed. rustica, | deducto vectigali et quod Pomponius Bassus obligavit,

HS |X| XIIIIXC (1.014090) n., | accipere debent HS XXCIIIDCCCCL (83.950) et obligare fundos Solonianum cum | communionibus *(et multos alios, postremo)* saltum Bituniam et Albitemium | Betutianum qui est in Veleiate et Lucense pagis Albense et Minervio | et Statielo[22], adf. r. p. Lucensium et Coelio Vero, quem professus est HS CCCL (350.000) in IS XXX (30.000).

(XLIII.) Coloni Lucenses publice professi sunt saltus praediaque Bitunias sive quo | alio vocabulo sunt pro indiviso pro parte tertia[23], quae pars fuit C. Atti Nepotis, | et quascumque partes habuit Attius Nepos cum Annis fratrib. et re p. Lucensium | et Coelio Vero, item saltus praediaque iuncta, qui Montes appellantur, quae | fuerunt Atti Nepotis propria universaque, item saltus praediaque Ucci|ae et saltus praediaque Latavio vectigalia et non vectigalia, et saltus praediaque Lae|veli *(et multa alia)*: qui sunt in Lucensi et in Veleiate | et in Parmense et in Placentino et montibus, adf. compluribus exceptis | praedis Caerelliano colle et praedis, quae Attius Nepos cum Priscilla ali|quando possedit HS vicies quinquies, deductis reliquis colonorum et | usuris pecuniae et pretis mancipiorum, quae in inemptione eis cesserunt, | habita ratione etiam vectigalium, HS |XVI|. Accipere debent HS CXXVIII DCC|LXXX (128.780) n. et obligare saltus sive praedia quae s. s. s., deducta parte quarta.

(Post alia):

Item obligatio praediorum[24] facta per Cornelium Gallicanum | ob HS LXXII (72000), ut ex indulgentia optimi maximique principis | imp. Caes. Nervae Traiani Augusti Germanici pueri puellaeq. | alimenta accipiant, legitimi n.[3] XIIX, in singulos HS XVI[4] n.[5], | fiunt HS III CCCCLVI (3456), legitima HS XII; fit summa utraque | HS III DC (3600), quae fit usura ∽∽∽∽∽[12] summae s. s.

(XLVII.) C. Coelius Verus professus est saltus Avegam Veccium Debelos | cum figlinis saltus Velvias Leucomelium, qui sunt in Ve|leiate pag. Albense et Velleio, adf. rep. Lucensium et rep. Ve|veleiatium *(sic)*, HS XC (90000); accipere debet HS IX (9000); item prof. est fund. Valerianum *(et alios)*.

(Sequuntur complures aliae similes professiones).

Prope Macinesso agri Parmensis rep. a. 1747, ubi paullo post effossionibus institutis apparuit fuisse Veleiam, magna tabula ahenea, iam Parmae (XI 1147 contulit Bormann). — 1) *Cf. supra N. 6509.* — 2) *Dacici cognomen ostendit hanc obligationem Veleiatem esse paullo recentiorem, quam Ligurem Baebianam supra N. 6509; item apud ipsos Veleiates praecessit obligatio alia in fine huius tabulae enarrata (cf. not. 24).* — 3) *Numero.* — 4) *Scilicet menstruos. In legitimis pueris puellisque menstrua, in spuriis annua alimenta computata sunt.* — 5) *Nummos.* — 6) *Fiunt.* — 7) *Nummi.* — 8) *Plerumque puerorum numerus cui alimenta destinabantur maior erat, quam puellarum. Cf. infra N. 6818.* — 9) *Singulae.* — 10) *Ut hic, ita etiam alibi puellis alimenta parciora praebebantur quam pueris. Cf. infra N. 6818 (not. 6. 7).* — 11) *Cum ingenuis legitimis etiam spuriorum aliqua cura habebatur, sed exigua.* — 12) *Quincunx. Cf. N. 6509 not. 15 fin.* — 13) *Scilicet sestertium 1044000.* — 14) *Populo.* — 15) *Scr.* debent. — 16) *Ut apud Ligures Baebianos (N. 6509), ita hic*

quoque possessores vix decimam partem accipiebant eius summae in quam fundos suos professi erant. — 17) *Supra scriptum.* — 18) *Supra scripto.* — 19) *De Cornelio Gallicano cf. not. 24.* — 20) *De Pomponio Basso cf. not. 24, et supra N. 6106.* — 21) *Videtur omissum esse: pro parte tertia; nam eundem saltum Bitiniam (sive quo alio nomine fuit) et L. Annius Rufinus suo et Veri fratris nomine professus est, et professi sunt coloni Lucenses, atque in horum professione adiectum est:* pro parte tertia. *Cf. Bormann C. I. L. XI p. 221ª.* — 22) *Cf. quae adnotavimus ad professionem quae praecedit C. Coelii Veri (not. 21).* — 23) *Cf. not. 21. 22.* — 24) *Haec appendicis instar videntu adiecta in eadem tabula, spectant autem ad tempora paullo antiquiora, Traiano nondum Dacico appellato. Apparet antequam Traianus Veleiatibus sest. 1044000 largitus esset, iisdem iussu imperatoris distribuisse summam longe minorem Cornelium Gallicanum. Praeterea alia distributio pecuniarum circa eadem tempora videtur demandata fuisse Pomponio Basso.*

6676 in colonia Iulia Po|la Pollentia Herculanea, | referentibus P. Muttieno Pris|co et C. Marcio Histro IIvir. | non. Sept.: | quo[*d v*]erba facta sunt, Settidium | Abas[*ca*]ntum praeter probita|tem v[*itae c*]um ea sollicitudine | adq[*u*]e in[*dus*]tria delegatum sibi | officium [*in*] insula Minervia tueri, | ut non [*tan*]tum contentus sit cura ac | dilige[*ntia r*]eligioni publicae satisfa|cere, verum [*et*]iam quaedam proprio sum|[*t*]u suo ad excolendum locum excogitet | [*et ei i*]npenda[*t*] et propter hoc talis adfecti|[*onis merita decret*]o publico remuneranda | [*esse*] ..... illis por. public. gra|...

Polae (V 8139 Mommsen vidit ectypum. Alterius exempli frustulum V 8140).

6677 d. m. | Pollentiae | Processae | col. Pol. lib., | Valerianus | summarum | dispensat.[1] | collibertae[2] | rarissimae | posuit.

Polae (V 83 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 5450 (not. 2).* — 2) *Minus proprie Processam collibertam appellat Valerianus, non libertus coloniae, sed servus.*

Alios titulos Polenses habes supra N. 110. 198. 852. 853. 946. 1644 2229. 3747ª. 3747ᵇ. 4172. 4892. 4893. 5755.

6678 C. Cantio L. f. | Lem. Septimino eq. | publ., flam., patron. | colon. Iul. Parent., | curial. veter. Par.[1], | omnib. honorib. | municipal. functo, | praef. et patr. coll. fab., | plebs aere conlato. | L. d. d. d.

Parentii (V 335 vidit Mommsen). — 1) *Curiali veteri Parenti, locum scilicet in curia Parentinorum obtinenti a maioribus acceptum (Momms.).*

6679 d. m. | Sex. Fulcinio | Sex. f. Vel. Vero | dec. Parent., | an. XIIII dier. XXXVII. | Huic[1] ordo pientissi|mus decr. suó funus pub. | et res pub. turis lib. tres | titulis publice ferri | úniversí censuerunt. | Huic et col. fabr. túris | mittendi habuit hon. | Quí parentes suos | miseros senes in | lúctú reliquit. | Parentes filió | píentissimo et sibi | víví posuerunt.

Parenti (V 337 vidit Mommsen). — 1) *Structura impedita; videtur significari decuriones defuncto decrevisse funus publicum, item decrevisse ut rei publicae nomine turis librae tres in funere ferrentur nomine rei publicae in titulis expresso, consensisse autem de his decretis universos (Momms.).*

Alios titulos Parentinos habes N. 678. 3290.

6680 L. Fabio [*L. f.*] | Pup. Sev[*e*]r[*o*] | quaestor. | urbano, | [*de*]-cu[*r. et*] plebs | T[*ergesti*]nor. *(In latere intuenti dextro)* .... k. [*N*]ovembr. | [*Quod*] ..... spanius Lentulus et | ..... s Nepos IIv[*i*]r. iur. dic. v. f. | [*L. Fabium S*]everum clarissimum vi|-[*rum m*]ulta iam pridem in rem p. nos|[*tra*]m beneficia contulisse, ut qui a pri|[*m*]a sua statim aetate id ege[*r*]it, uti in ad|[*iuva*]nda patria sua et dignitate et el[*o*]quentia cres|[*ce*]ret; nam ita multas et magnificas causas publi|-[*c*]as apu[*t*] optimum principem Antoninum Aug. Pium[1] | [*a*]dseruisse egisse vicisse sine ullo quidem aerari nos|[*t*]ri inpendio, ut quamvis admodum adulescens senili|bus tamen et perfectis operibus ac factis patriam suam nos|que insupe[*r*] sibi universos obstrinxerit; nunc vero tam gr|-andi beneficio, tam salubri ingenio, ta[*m*] perpetua ut[*il*]itate rem | p. n.[2] adfecisse, ut omnia praecedentia facta sua, quamquam im|mensa et eximia s[*i*]nt, facile superari[*t*]; nam in hoc quoque mira|bilem esse c. v.[3] virtutem, quod cotidie in bene faciendo et in pa|tria sua tuenda ipse se vincat; et id[*cir*]co, [*q*]uamvis pro mensu|-ra beneficiorum eius impares in referenda gratia simus, inte|rim tamen pro tempore vel facultate, ut adiuvet saepe factu|[*r*]us, rem[*u*]nerandam esse c. v.[3] benevolentiam, non ut illum pro|niorem habeamus, aliut enim vir ita natus non potest facere, sed | ut nos iudicantibus gratos praebeamus et dignos tali decore ta|-lique praesidio: q. f. p., d. e. r. i. c.[4], primo censente Calpurnio Certo: |

Cum Fabius Severu[*s vi*]r amplissimus adque clarissimus tanta pietate tanta|[*q*]ue adfectione rem p. n.[2] amplexus sit itaque pro minimis ma|[*x*]imisque commodis eius excubet adque omnem praestantiam | [*s*]uam exerat, ut manifestum sit id eum agere, ut non modo nobis, sed pro|-ximis quoque civitatibus declaratum velit esse se non ali quam | [*pa*]triae suae natum et civilia studia, quae in eo quamvis admodum | iuvene iam sint peracta adque perfe[*c*]ta, ac senatoriam dig|[*ni*]ta[*t*]em hac maxime ex causa concupivisse, uti patriam su|[*am c*]um ornatam tum ab omnib[*us*] iniuriis tutam defensamque | praestaret, interim aput iudices a Cae-[*sar*]e datos, interim aput ip|[*sum i*]mperatorem causis publicis patro[*ci*]nando, quas cum iusti|tia divini principis tum su[*a*] eximia ac [*pr*]udentissima oration. | s[*e*]m[*pe*]r no[*b*]is cum victoria firmiores r[*e*]misit; ex proximo vero, ‖ (II 1) ut manifestatur cael[*es*]tibus litteris Antoni|ni Aug. Pii, tam feliciter d[*e*]siderium pu[*b*]licum a|pud eum sit prosecutus impetrando, uti Car|ni Catalique attributi a divo Augusto rei publi|-cae nostrae[5], prout qui meruissent vita atque cen|su, per aedilitatis gradum in curiam nostram admi[*te*]|rentur ac per hoc civitatem Romanam apisceren|tur[6], et aerarium nostrum ditavit et curiam complev[*it*] | et universam rem p. n. cum fomentis[7] ampliavit adm[*it*]|-tendo ad honorum communionem et usurpation[*em*] | Romanae civitatis et optimum et locuple-

tissimum | quemque, ut scilicet qui olim erant tantum in redit[*u*] | pecuniario, nunc et in illo ipso duplici quidem per | honorariae numerationem repperiantu[*r*, *e*]t sin[*t*] | cum quibus munera decurionatus iam ut pauci[*s one*]|rosa honeste de pl[*e*]no compartiamur. Ad cui[*us rei*] | gratiam habendam, ut in saecula perm[*a*]nsu[*ro eius*]|modi beneficio, oportuerat quidem, si fieri poss[*et et*] | si verecundia clarissimi viri permitteret, universos n[*os*] | ire et gratias ei iuxta optimum principem agere. Sed | quoniam certum est nobis, onerosum ei futurum t[*a*]|le nostrum officium, illut certe proxime fieri opo[*r*]|tet o[8] statuam ei auratam equestrem primo quoque | tempore in celeberrima fori [*n*]ostri par[*te*] poni et i[*n*] | basi eius hanc nostram c[*o*]nsensionem adque hoc | decretum inscribi, uti ad posteros nostros tam volt[*us*] | amplissimi viri quam facta per[*m*]aneant: petique a | [*Fa*]bio Vero egregio viro patris[9] Severi, uti, quando q[*ui*]|dem et commentum hoc ipsius sit providentiae, qua | rem publicam n. in[*f*]atigabili cura gubernat et in hoc | plus publici benefici, quod talem et nobis et imperio civem p[*ro*]|creavit adque formavit, cuius opera studioq. et ornatio[*res*] | et tutiores in dies nos magis magisque sentiamus, uti patiatu[*r*] | se in hanc rem ad fili[*u*]m suum legari mandarique sibi, | uti gratias publice c[*l*]ariss[*im*]o viro mandatu no[*s*]|tro agat et gaudium universorum singulorumqu[*e*] | ac voluntatem ut mag[*i*]ster talium rerum in notitia[*m*] | eius perferat. Censuerunt.

Tergeste (V 532 vidit Mommsen). — 1) *A. 138/161.* — 2) *Rem publicam nostram.* — 3) *Clarissimi viri.* — 4) *Quid fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 5) *Cf. Mommsen C. I. L. V p. 53, Staatsr. III p. 767.* — 6) *Latinitatem igitur Carni et Catali assecuti sunt. Cf. Mommsen Staatsr. l. c. et p. 641 not.; Hirschfeld zur Gesch. des lat. Rechts p. 13.* — 7) *Cf. Plin. ep. 2, 7, 3.* — 8) o *delendum.* — 9) *Scr.* patre.

6681 L. Vario | Papirio | Papiriano | IIvir. i. d., IIvir. i. d. qq., | praef. fabr. Romae | et Tergeste[1], | flam. Hadr., pont., augur., | collegium fabrum | patrono merenti.

Tergeste (V 545 vidit Mommsen). — 1) *Idem vir posuit titulum Tergestinum V 546, ubi item dicitur* IIvir i. d., IIvir i. d. quinq. Tergest., praef. fabrum Romae et Terg. *Significari Papirianum functum esse praefectura fabrum dignitatis equestris (Romae vocabulum adicitur etiam supra N. 5502, cf. Momms. Staatsr. II ed. 3 p. 98 not. 1), eundemque praefuisse fabris Tergestinis (cf. supra N. 4873) coniecit Mommsen.*

6682 P. Public.[1] Ursio v. s. f.[2] et | coniugi kariss. Voltiliae | Saturni., dum | saltus publi|cos curo, de|cidi hoc in pri|vato agello.

Aidussinae sive Heidenschaft inter Tergeste et Nauportum (V 715 cf. Pais 1107 vidit Majonica). — 1) *Libertus sine dubio rei publicae, Tergestinae puto.* — 2) *Vivus sibi fecit.*

6683 Q. Publicio Tergest. | l.[1] Felici Septu|mia Sp. f. Sexta, | Q. Publicius Feli|cis l. Ingenuus | v. f.

Tergeste, postea Pasdorf in Austria (V 628 descripta saec. XV et rursus saec. XIX). — 1) *Tergestinorum liberto.*

Alios titulos Tergestinos habes N. 77. 989. 1379. 2147[a]*. 2547. 2702. 4104. 4110. 5123; cf. item N. 3554 not. 1.*

6684 d. m. | M. Volumnius | M. f. Cla. | Urbanus | dec. col. Iul. Kar.[1], | IIvir. i. d. | M. Volumnius | Ardeatinus | patrono b. m. | et Iuliae | Iucundae | uxori karis.

'Apud Iulium in provincia Foroiulii', i. e. Zuglii, ubi fuit Iulium Carnicum (V 1842 semel descripta saec. XV). — 1) *Colonia Iulio Karnico.* Dec. Iul. Carn. *etiam III S. 11739.*

Alios titulos eodem loco repertos dedi N. 1349. 5443. 5589.

6685 . . . . | . . . . . agathu[*s* | *II*]I liberorum[1] iu[*s* | *a*] divina maies[*ta*|*te*] consecutus . . . . | [*VI*]vir Aug. Aquil[*eiae*] | fecit, si[*bique*].

Cividale, ubi fuit Forum Iulium Carnorum (V 1768 cf. p. 1051 bis ut videtur descripta saec. XVI). — 1) *Sic, vel* [*III*]I liberorum; *cf. N. 6654 not. 1.*

6686 C. Valer. C. f. | Vel. Eusebeti | IIIIv. i. d., IIIIv. i. d. qq., | patron. Sept. Aureli. | Aug. IIIIIIvir.[1], patron. | coll. cent. et dend. Aquil., | ob insignem eius erga se | largition. et liberalit[*atem*] | suffrag. univers. ex aere [*coll.*], | coll. fab. | patron. dignissim. | L. d. d. d.

Fiumicelli agri Aquileiensis (V 1012 descr. saec. XVIII Bertoli). — 1) *'Augustales seviri videntur hic ornari cognomine Septimianorum Aurelianorum' (Momms.).*

6687 C. Lucius C. f. Maniacus[1], | Vettia M. f. Figuli, | M. Lucius C. f., | C. Lucius C. f. Maniacus[1] | IIIIvir i. d. populi beneficio[2]; | C. Lucius C. f., f.[3]

Cervignani agri Aquileiensis (V 995 cf. p. 1025 tradit solus Iacobus Valvasone de Maniaco, auctor suspectus). — 1) *Cognomen his duobus fortasse additum a Valvasone ex nomine ipsius.* — 2) *Videtur intellegi in ipsis comitiis creatus, non honoratus ab ordine vicaria praefectura (Momms.). Cf. infra N. 6771:* IIvir. suf. popul. creato. — 3) *Filius, sc. eius qui praecedit. Cf. N. 6359*[a]*. 6360*[a]*.*

6688 Isidi | sacrum | Ti. Veturius | Fuscus[1] | vestiar. | tenuarius, IIIIIIvir | beneficio ordinis[2].

Monasterii prope Aquileiam rep. (Pais 159; Majonica arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 4, 1880 p. 92). — 1) *Idem est in titulo V 3063.* — 2) *Cf. N. 6313. 6736 cet.*

Alios titulos Aquileienses dedi supra N. 487. 547. 624. 625. 906. 1052. 1069. 1339. 1374. 1469. 2029. 2254. 2332. 2333. 2361. 2408. 2423. 2638. 2670. 2671. 2703. 2704. 2992. 3119. 3120. 3128. 3153. 3246. 3483. 3497. 3498. 3499. 3547. 3550. 3551. 3552. 3717[a]*. 3758. 3769. 3947. 3952. 3962. 3966. 3977. 3978. 3980. 3995. 4101. 4222. 4251. 4252*[a]*. 4252*[b]*. 4371. 4867—4874. 4894. 4895. 5366. 5375. 5860. 5992. Cf. N. 1466.*

6689 M. Armonio | M. l. Asturae | patrono sexvir. Foro | Corneli et sexvir. Iulia | Concordia, | M. Armonio M. l. Aucto, | Opponiai C. l. Tertiai, | M. Armonius M. l. Salvius | sexvir Iulia Concordia | testamento fieri iussit.

Concordiae, nunc Portogruari (V 1884 vidit Mommsen).

Alios titulos Concordienses dedi N. 755. 931. 931a. 1118. 1364. 1468. 1939. 3774. 5371. 5378. 5379, praeter inscriptiones sepulcreti militaris aetatis labentis N. 2796 seq.

6690 M. Laetorio | M. fil. Pap. | Patercliano | IIIIviro iur. dic. II, | allecto | aer.[1], salio[2] . ., | patrono coll. | . . . . . *(In latere epistula Patercliani ad collegium quoddam incisum fuit cuius paucae tantum reliquiae extant.)*

Opitergii (V 1978 cf. p. 1066 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6695 not. 1.* — 2) *Cf. N. 6701.*

6691 C. Firmio C. f. | Menen. Rufino | eq. pub., Lauren. | Lav., dec., flamin., | patrono colle|giorum fab. cent. | dendr. Feltriae | itemque Bervens.[1], | colleg. fabr. Alti|natium patrono.

Feltriae (V 2071 vidit Mommsen). — 1) *Cf. Plin. h. n. 3, 130; Mommsen C. I. L. V p. 537.*

6692 C. Asconio C. f. | Fab. Sardo | IIIIvir. i. d., | praef. fabr., fratri; | Cusiniae M. f. | Sardi[1], matri, | et sibi, | Asconia C. f. | Augurini[2] | sacerdos | divae Domitillae[3].

Patavii (V 2829 vidit Mommsen). — 1) *Sardus hic pater eius qui praecedit fuisse putandus est.* — 2) *Incertum an hic Augurinus, senator sub Nerva, ad quem pertinet t. Patavinus V 2822 (cf. p. 1073).* — 3) *Cf. N. 257.*

6693 L. Ducen. | Atimeti, | Patavi Aug. Conc.[1], | Pyrallidi | lib. In f. p. XI, | r.[2] p. XI.

Pernumia, inter Patavium et Ateste (V 2525 bis decripta saec. XVIII). — 1) *Augustales Concordiales sive Concordiales Augustales sive nude dictos Concordiales, ordinis libertini omnes, habes praeterea in titulis Patavinis V 2307. 2843. 2865 (supra N. 2919 not.). 2869. 2872. 2874. 2875. 3130.* — 2) *Retro.*

Alios titulos Patavinos dedi supra N. 614. 945. 980. 1297. 2022. 2919. 2993. 3625. 3973. 4372. 5107. 5202. 5406. 5650. 5897.

6694 A. A.[1] | C. Cluentius C. f. | Romul.[2] Proculus | Ateste aedilis, IIvir, quaestor | aerari bis, pontifex, v. s.

Abani prope Patavium (V 2785 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 3894. 3894a not. 1.* — 2) *Romilia tribus Atestinorum.* — *Titulos Ateste pertinentes dedi supra N. 2236. 2243. 2336. 3006. 3252. 5944. 5944a. 5945. 5986. 6004. 6005.*

6695 L. Lartiu[s] | Maximus | IIIIvir i. d., | adl. aer.[1], pont., | uxori | statuam oblatam a | col. cent. m̄. Vic.[2] d. p. s. p.

Supra Vicetiam in vico Chiupano (V 3137 aliquoties descripta saec. XV. XVII). — 1) *Adlectus aerario. Idem munus in t. Opitergino supra N. 6690 et Feltrinis V 2069. 2070; cf. Mommsen C. I. L. V p. 186. 1196.* — 2) *Collegio centonariorum municipii Vicentini.*

Alios titulos Vicetinos dedi supra N. 501. 968. 3859.

6696 honori | M. Gavi M. f. | Pob. Squilliani | eq. pub., IIIIvir. i. d., | IIIIvir. a. p., v. b.[1], | curatori Vicetinor., | apparitores et | limocincti[2] | tribunalis eius.

Veronae, tabula aerea magna (V 3401 vidit Mommsen). — 1) *Quattuorviro aedilicia potestate, viro bono.* — 2) *Cf. supra N. 6319 (not. 2), infra N. 7070.*

6697 d. m. | C. Calventi | Firmini, | curatores | instrumenti | Veronaes | ex numero | colleg. fabr.

Veronae (V 3387 aliquoties ut videtur descripta saec. XV. XVI).

Alios titulos Veronenses dedi supra N. 90. 204. 544. 1148. 1266. 1336. 1453. 1870. 1950. 2339. 2673. 2677. 2710. 3114. 3116. 3117. 3247. 3250. 3264. 3462. 3561. 3571. 3610. 3622. 3749. 3767. 3979. 5003. 5023. 5117. 5121. 5122. 5551. 5633. 5757.

6698 L. Stlanio | Homuncioni | IIIIIIvir. Aug. et Neronien.[1] *(Ab altera parte)* v. f. | Stlania L. l. | Cytheris | sibi et | [*L.*] Stlanio Homuncioni | . . . . o sexviro p[*atrono*].

Veronae (V 3429 vidit Mommsen). — 1) *Neroniensi, vel potius Neronieno (Momms.). Titulum apparet scriptum esse imperante Nerone, ut titulum Asculanum N. 6565 imperante Tiberio.*

6699 Q. Octavio | Q. l. Pob.[1] Primo | VIviro Aug., | sac. iuven.[2], | Octavia Tigris pat. | coniugi b. m. et sibi | v. f. *(Sequitur carmen sepulcrale).*

Prope Veronam loco dicto Valezo (Vallese), iam Veronae (V 3415 vidit Mommsen; carmen quod non repetivi, tractavit Buecheler carm. epigr. n. 1095). — 1) *De tribu libertini cf. Mommsen Staatsr. III p. 441 not. 1.* — 1) *Cf. N. 6263 not. 2.*

6700 L. Aufillenus | Ascanius | VIvir II | Cla. et Aug.[1] | sibi et | Catiae T. f. | Rodhae *(sic)* | uxori.

Avio ad Athesim, inter Veronam et Tridentum (V 4008 vidit Pais C. I. L. suppl. Ital. 1 n. 660). — 1) *Sevir iterum Claudialis et Augustalis (Veronae ut videtur).*

6701 C. Viracio | Longino | VIvir. Veron. | et salio[1], et | Quintiae P. f. Quintae | C. Viracius Quintinus | . . . .

Brandico prope Brixiam, iam Veronae (V 4492 vidit Mommsen). — 1) *Salii fuerunt etiam in aliis oppidis Transpadanis, Opitergii (cf. N. 6690), Patavii, Ticini (cf. N. 6743).*

6702 Q. Caecilio | Telesphor. VI|vir. Flaviali | Cremon. et munerar., | Calventia | Corneliana | marito optimo et | sibi.

Brixiae (V 4399 vidit Mommsen).

Ornamentis decur. Cremon. [*honoratus*] *est supra N. 5631. De tribu Cremonensium supra N. 1468. 2256.*

6703 Iovi | M. Pomponius M. f. Primi[*o*] | et C. Pomponius M. f. | aras septe posuerunt | paganic.[1] pagi Farratic. | ex scitu pagi paganorum | Farraticanorum[2] et permiss., | [*pr*]opter magisterium pagi | [*e*]t vocationem in perpetu[*um*] | sibi et filio, | finibus Cremone[*ns*]ium | d. p. s.

Pedergnagae inter Cremonam et Brixiam, iam Brixiae (V 4148 vidit Mommsen). — 1) *Paganicas (?)* — 2) *Eiusdem nominis pagus Placentinorum memoratur in tabula alimentaria Veleiate (supra N. 6675) 3, 48 et in tegula V 7356.*

6704 P. Fannius M. f., | C. Masurius C. f. Sabinus[1], | P. Cutius P. f. Bibulus, | L. Aemilius C. f. Malo | fanorum curatores | ex pecunia fanatica | faciundum curarunt | idemque probarunt.

Prope Veronam ad Santa Manerba rep., deinde S. Pietro Incariano (V 3924 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse parentela coniunctus cum Masurio Sabino celebri iuris consulto aetatis Tiberianae.*

6705 C. Octavius M. f. Ca[*p*]ito | memo[*ria*] suor[*u*]m, | nomine L. P. Octavior[*u*]m M. f. | Clementis N . . ulla . . [*e*]t | Staberi[1] optumo-[*rum*] fra[*tr*]um | . . udisnam[2] Augustam solo p[*ri*]vato | Arusnatibus de[*di*]t.

Fumane prope Veronam, ubi caput pagi Arusnatis fuisse ex hoc et sequenti titulo intellegitur, iam Veronae (V 3926 vidit Mommsen). — 1) *Tres fratres eius qui titulum posuit. Idem est N. 6708 et in compluribus aliis titulis eiusdem regionis.* — 2) *Aedificium quoddam videtur indicari.*

6706 Nymphis Aug. | et Genio pag. | Arusnatium, C. | Papirius Threptus *(scrofa, instrumenta ad sacrificandum).*

Fumane prope Veronam rep., est Veronae (V 3915 vidit Mommsen).

Titulos pagi Arusnatium dedi etiam supra N. 1348. 3317. 4898. 4899.

6707[a] L. Redonius | Q. f. Planta | flamen vovit, | manisnavius[1] | posuit.

6707[b] P. Valerius P. f. | Montanus flam. | mannisnavius[1] | dedit.

Veronae (V 3931. 3932 vidit Mommsen). — 1) *Videtur sacerdotii vocabulum Raeticum praeterea ignotum.*

6708 P. Octavio P. f. Verecundo | pontif. sacr. Raet.[1], | Capito[2] patruus.

Pontoni prope Veronam, in villa nobilis cuiusdam Veronensis (V 3927 cf. p. 1077 semel vel bis descripta saec. XVII). — 1) *Pontifici sacrorum Raeticorum.* — 2) *Idem Capito nominatur etiam in aliis titulis pagi Arusnatium agri Veronensis, cf. N. 6705.*

6709 dis deabusq. | omnibus pro | salute castel|lanorum Ver|vasium, C. V. Q|uadratus l. l. p. d.

Vervo in valle Anaunorum (Val di Non), iam Veronae (V 5059 vidit Mommsen).

6710 d. m. | Severae | Profuturus | coniugi b. m., | deditq. nomin. eius | gentil. Argeniae[1] HS n̄. ĐC, | ut ex reditu eor. rosal. et | parent. omn. an. in pe[*rp*]et. | procurent.

Toscolano ad lacum Benacum (V 4871 vidit Mommsen). — 1) *Gentilitas haec praeterea ignota. — Commune Benacensium, quod hoc loco fuisse demonstrant tituli V 4866—4869, Brixiae ut videtur una cum Trumplinis posuit titulum supra editum N. 266.*

6711 G. *(sic)* Petroni C. f. | Pob. Marcellini | inter primos colle[*g*]i|ato in collegio navicula|riorum Arelicensium[1], cui | collegio dedit

legavitqu[*e*] | S̶S̶ n̄. II̅ at sollemnia cibu[*m*] | et rosarum sibi et coniu[*gi*]. | Petronia Pia pat[*ri*] | pientissim[*o*].

Peschierae ad lacum Benacum, ubi fuit Arilica, est Veronae (V 4015 vidit Mommsen). — 1) *Arilicam inter Veronam et Brixiam memorant itineraria; videtur fuisse in pertica Veronensium (Mommsen C. I. L. V p. 400). Alii tituli Arilicenses eodem loco reperti sunt V 4016. 4017. Pais 669.*

6712 *(protomae viri et mulieris)* Reae Triumi f.[1], | sacerdoti | Caesaris, | et Ennae Tresi f. | uxori.

Rogni in valle Camonica (V 4966 ter ut videtur descripta saec. XV—XVIII). — 1) *Lectio non certa* (Trinmiae *vel* Triciami f. *vel* Firmiae *apographa).*

6713 C. Pladicius C. f. | Quir. Casdianus | II̅vir i. d. | Camunnis, | aedil., quaest., | praef. i. d. Brix., | [*i*]udex ex V̅ dec., equo p., | praef. coh. I̅ | Thrac. equit., | trib. mil. leg. X G. p. f., | a re p. Camunnor., | cui in hoc | pecuniam legavit, | t. p. i.

Cividate in valle Camonica, iam Brixiae (V 4957 vidit Mommsen).

Alius titulus eodem loco rep. supra N. 5525.

6714 Genio | [*col*]oniae civicae Aug. | Brixiae[1] | . . . rgennius Q. f. Fab. | Sagitta | [*VI*]vir. Aug., decurio[2], | [*praef.*] fabr., praef. i. d., q., | [*II*]vir. quinq., | [*d.*] p. s.

Brixiae (V 4212 vidit Mommsen). — 1) *Eadem nomina Brixiae supra N. 4910.* — 2) *Seviri Augustales Brixiani honoribus publicis functi V 4393. 4457.*

Alios titulos Brixiae vel prope Brixiam repertos habes supra N. 114. 170. 266. 579. 940. 942. 1149. 1150. 1333. 2272. 2468. 2694. 2790. 2793. 3018. 3037. 3069. 3115. 3295. 3760. 3762. 4078. 4888. 4902. 4903. 4904. 4910. 5086. 5108[a]. 5607. 5631. 5725. 6702; alios infra in capite de collegiis.

6715 M. Publicio | M. f. Fab. Sextio | Calpurniano | equo publico, | flam. divi Iul., | praef. aedil. pot.[1], | quaestor. aerar., | sacerd. iuven. Brix., | defensori reip. Brix., | collegia | centon. et fabror. | L. d. d. d.

Herbusci in agro Brixiano (V 4459 fortasse semel tantum descripta saec. XVI). — 1) *Praefecti aedilicia potestate Brixiani etiam supra N. 5607. V 4904.*

6716 . . . | equo public., decurioni Brixiae | Veronae Tridenti [*Nic*]omediae, | cui ordo Brixianor. | statuam aurat. eq. et funus public. decr.; | et Clodiae Q. f. Procillae | sacerdoti divae Plotinae, | Sex. Valerius Poblicola Priscillian. | filius.

Olim Ronchi prope Brixiam, iam Brixiae (V 4485 Mommsen vidit partem).

6717 L. Gaboni Arunculeio Valeriano[1] v. e., eq. R.[2], sacerd. et principal. omnib. honorib. funct., patri et avo senator., curatori suo, ob merita coll. fabr. et cent. L. d. d. d.

Brixiae (V 4333 descripta saec. XV; versuum divisio ignoratur). — 1) *Ad filium huius videtur pertinere V 4332.* — 2) *Viro egregio, equiti Romano.*

6718 Bonum Eventum | VIvir. so[*ci*]orum[1], | Sex. Numisius Fortunatus | et L. Lucretius Primianus | VIvir. Augg., | curatores ordin.[2], datis in tut.[3] | HS ꝏ n., ex quorum usur. die | id. Mai. sacr. extis celebretur.

Brixiae (V 4203 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6719. 6720. 6740 not. 2.* — 2) *Ordinis, sc. sevirum Augustalium.* — 3) *Tutelam.*

6719 d. m. | Clodiae Ac|hillee sive Cy|ryle, quae vixit | ann. XXVIIII men. XI | diaes VI, L. Vettius | Ursinianus maritus | uxori inconparabili; | qui dedit coll. VIvir. | soccior. *(sic)* HS n. ∞, ut ex | usuris aeorum profus.[1] | aei tan parent. tan ros. | quodannis celebrent.

Prope Brixiam, est Brixiae (V 4410 vidit Mommsen). — 1) *Profusiones.*

6720 pietati | Hostiliae | Hostilianae | VIvir. Aug. soci | quib. ex permiss. divi Pii | arcam habere permiss., | primae[1] bene merenti t. u.[2]

Brixiae (V 4428 vidit Mommsen). — 1) *Prima benemerens dicitur, quod collegio, cum primum liceret, id est statim post arcae ius datum ab imperatore, summam aliquam largita est (Momms.).* — 2) *Titulo usa.*

6721 coll. praec. | L. Vettio Pinn. | VIvir. Aug. d. d. gr.[1] | Pinna t. u.[2]

Brixiae (P. da Ponte Notizie degli scavi 1896 p. 358). — 1) *Decreto decurionum gratis.* — 2) *Titulo usus.*

6721[a] Ti. Claudius | Auctus | VIvir. Aug. et iter. | d. d., sibi et | Claudiae Arretin[*ae*] | uxori, | Ti. Claudi[*o He*]rmogen[*i*], | Ti. Claudio Attalo, | Ti. Claudio Trophim. | VIvir. Aug., | Claudiae Marcellin. . . Claud[*iae*] | Hermione, Claudio Chresim[*o*].

Brixiae (V 4405 vidit Mommsen).

6722 M. Terentius | Pyramus | VIvir Aug. | L. Appio Aphobeto | VIvir. Aug. II[1] | gratuito, amico; | Terentiae Piste | so[*ror*]i; | Messia[*e*] . . ecusae | u[*xor*]i; | P. Postumio Primioni, | Postumiae Quartae a.[2] b. m.

Salò ad lacum Benacum (l. di Garda), videtur pertinere Brixiam (V 4480 vidit Mommsen, praeter finem). — 1) *Cf. N. 6296 not. 1; N. 6700, cet.* — 2) *Amicis.*

6723 colleg. fabror. | C. Mefanati | Gracili et | L. Minicio Alexandro | VIviris Aug. et | Ursioni Secundi fil., | qui facultates suas | coll. reliq.[1]

Gabbionetae prope Cremonam, iam Mediolani (V 4122 vidit Mommsen). — 1) *Collegio reliquerunt. Collatis titulis V 4048. 4391. 4433 Brixianam crediderim esse.*

6724 Coeliae Paternae | matri synagogae | Brixianorum.

Brixiae (V 4411 vidit Mommsen).

6725 P. Clodio P. f. | Fab. Surae | q., flamini divi | Traiani, pontif., | IIvir. quinq., trib. leg. | II Adiutric. piae fid., | curat. rei p. Ber-

gom. | dat. ab imp. Traiano, | curat. rei p. Comens. | dat. ab imp. Hadriano, | collegia | fabror. et cent.

Brixiae (V 4368 descr. Cyriacus aliique).

6726 P. Mario | Vot. | Luperciano | eq. R. eq. publ., omn. | honor. municipal. adept., | iudici de select., sacerd. Caeninen.[1], coll. | fabr. cent. dend. m. B.[2] patron., | cuius eximia liberalitas post | multas largitiones hucusque | enituit, ut lucar Libitinae[3] | redemptum a re p. sua universis | civibus suis in perpetuum | remitteret. Huius tot et tam | ingentia merita ita | remuneranda censuerunt, | ut effigiem illius perpetua | veneratione celebrarent. | L. d. d. d.

Bergomi (V 5128 vidit Mommsen). — 1) Cf. supra N. 5012 not. 1. — 2) Municipii Bergomatium. — 3) 'Lucar Libitinae est opinor pecunia sive ei deae sive rei publicae pro funere solvenda, pro quo reditu Lupercianus sortem rei publicae ita dedit, ut usurae eius in intributionis funerariae locum succederent et funus facientes sic ab ea liberarentur' (Momms.).

Alios titulos Bergomates dedi supra N. 2722. 5092.

6727 [L.] Minicius L. f. Ouf. Exoratus | flam. divi Titi Aug. Vespasiani[1] consensu decurion., tr. mil., IIIIvir a. p.[2], IIvir i. d., praef. fabr. | a pr. bis et cos.[3], pontif., sibi et Geminiae C. f. Priscae uxori, et Miniciae L. f. Bisiae, v. f.

Rezzonico ad lacum Larium (Comensem), iam Menaggii (V 5239 vidit Mommsen). — 1) Comi ut videtur. — 2) Quattuorvir aedilicia potestate. — 3) Cf. Momms. Herm. 1, 61 not., infra N. 6862 (not. 4).

6728 L. Caecilius L. f. Cilo | IIIIvir a. p., | qui testamento suo HS n. $\overline{XXXX}$ municipibus Comensibus | legavit, ex quorum reditu quot annis per Neptunalia oleum[1] | in campo et in thermis et balineis omnibus quae sunt | Comi populo praeberetur, t. f. i., et | L. Caecilio L. f. Valenti et P. Caecilio L. f. Secundo[2] et Lutullae Picti f. contubernali. |

Aetas properavit, faciendum fuit. Noli plangere, mater. Mater | rogat quam primum ducatis se ad vos.[3]

Comi (V 5279 vidit Mommsen). — 1) Cf. N. 6583 (not. 1), N. 6957 (not. 2). — 2) Cf. supra N. 2927 not. 1 fin. — 3) Versuum particulae, cf. Buecheler 150.

6729 P. Atili | P. f. Ouf. | Septiciani | grammat. Latini, | cui ordo Comens. | ornamenta | decur. decrevit. | Qui universam | substantiam | suam ad rem publ. | pertinere voluit.

(In latere)

Morborum | vitia et vitae | mala maxima | fugi. |
Nunc careo | poenis, pace | fruor placida[1].

Comi (V 5278 vidit Mommsen). — 1) Buecheler 1274.

Alios titulos Comenses habes supra N. 2721. 2725. 2927. 3122. 3283. 3709. 4819.

6730 Innocenti[1] cum Encratio[1] vivas! | Gen. et hon. | Magi Germani Statori | Marsiani eq. R. eq. p., dec. dec. V, | ex Ↄ. IIII[2] coll. fabr

et centon., | curator. ark. Titianae coll. s. s.[3] | anni C. L. I[4] colon. G. A. F. Med.[5], | et Iunoni[6] | Cissoniae Aphrodite eius, | Ↄ. XII[7] ex coll. s. s.[8], patronis | plura merentibus. | — Innocenti qui sic agis bene vivas!

Mediolani (V 5869 vidit Mommsenus excepto versu ultimo qui iam deest). — 1) *Signa Statorii Marsiani et coniugis eius.* — 2) *Ex centuria quarta.* — 3) *Collegii supra scripti.* — 4) *Annum centesimum quinquagesimum primum collegii significari putat Mommsen C. I. L. V p. 635.* — 5) *Coloniae Gallienianae (?) Augustae? Felicis? Mediolani (Momms. C. I. L. V p. 634; Gallieniana etiam Verona, supra N. 544).* — 6) *Cf. N. 3644. 3645.* — 7) *Centuriae duodecim.* — 8) *Cf. not. 3.*

6731 Gen. et [*h*]on. | P. Tutili | Callifontis | VIvir. sen.[1], | patr. Ↄ. XII coll. | aerar. c. A. A. M.[2], | neg. stip. arg.[3] | splendid., et | Iun.[4] Publiciae | C. f. Pomponiai | tt.[5] coniug. eius | et Iun.[4] Tutiliae | P. f. Pomponian. | Constantii[6] vivatis! | L. Romatius | Valerian. et | Vocatia | Valeria cum | filis, clientes.

Mediolani (V 5892 descr. saec. XVI Alciatus). — 1) *Cf. N. 6734.* — 2) *Patroni centuriarum XII collegii aerariorum coloniae Aeliae (?) Augustae Mediolani.* — 3) *Negotiatoris stipis argentarii (Momms.).* — 4) *Iunoni. Cf. N. 6730.* — 5) *Videtur corruptum.* — 6) *Constantius signum tam Calliphontis quam uxoris ut videtur.*

6732 d. m. | C. Valeri | Petroniani | decur., pontif., sacerd. | iuven. Med.[1], causidic., | quinq.[2] gratuit. legation. urbic. | et peregrin. pro re p. sua funct., | vixit ann. XXIII mens. VIIII d. XIIII, | C. Valerius Eutychianus | VIvir Aug., pater, | fil. incompar. et sibi. *(Utrimque homo togatus stans, supra eum)* Eudromi! *(In dextro latere homo in suggestu sedens, ante eum stant duo, supra)* Constanti, eudromi[3]! | *(In sinistro latere homo in lecto cubans, ante eum alius stans; supra illius caput)* eudromi!

Mediolani (V 5894 quatter ut videtur descripta saec. XV. XVI). — 1) *Cf. supra N. 6263 not. 2.* — 2) *Quinquies.* — 3) EVΔPOMI *unus ex auctoribus.*

6733 d. m., v. f. | Vinicia Tertullina | sibi et C. Novellio Vict. | VIvir. iun.[1], dendrophoro, mar. suo, | et Novelliae Tertullinae filiae, | quae vixit ann. XXI menses VIIII, et | Maximo Comagio Vero Marsiano | filio suo, VIvir. iuniori, et Co|magiae Verinae filiae suae, | et avviaticis[2] suis.

Mediolani (V 5902 vidit Mommsen). — 1) *De sexviris iunioribus Mediolani, diversis a sexviris Augustalibus, sive senioribus, dixit Mommsen C. I. L. V p. 635[a].* — 2) *Nepotibus ex filio (hodie quoque apud Italos 'abiàtici'). Cf. Ducange s. v. Avius.*

6734 P. Valerio P. libert. Palat. | Tacito | VIviro seniori | et Augustali.

Mediolani (V 5895 vidit Mommsen).

6735 C. Petronio Iucu[*ndo*] | VIvir. sen., | Petronia Myrsile patrono; |

quae HS CCCC leg.[1] possessorib. | vici Bardomag.[2] in herm. | tuend. et rosa quod|annis ornandam *(sic).*

Mediolani (V 5878 vidit Mommsen). — 1) *Legavit. Cf. ad. N. 6757.* — 2) *Idem vicus V 5872.*

6736 . . .[1] Faustus | VIvir et August., | qui inter primos | Augustales | a decurionib. | Augustalis factus est, | Viriae Maximae | uxori carissim. | et Urso, Lupo, Leoni | libertis futuris | et . . . .[1]

Mediolani (V 5859 servavit Cyriacus). — 1) *Fractam esse non traditur.*

Titulos Mediolanenses habes praeterea supra N. 1291. 2338. 2789. 3192. 3435. 3435a. 3997. 4224. 4270a. 4619. 5115. 5195; alios infra inter titulos artificum et negotiatorum.

6737 L. Geminius | L. f. Ouf. Messius | VIvir, | curator aerari | Mediol., Herculi | v. s. l. m.

6738 Herc. sac. | M. Mascarpius | Symphorio | VIvir sen. | et Aug. c. d. d.[1], | ornam. dec. | ab ord. splendid. | m. M. honor.[2], | cum Mascarpio | Festo filio | eq. R. eq. p., | VIvir. iun., dec., | vot. sol.

6739 Herculi | L. Valerius | Secundini f. | Ouf. Secundin. | VIvir iunior, | item VIvir Vercell., | et nomine | L. Valeri Crispi fili | et Valeri Vitalis | fratris sui, | v. s. l. m. | L. d. d. d.

Laude Pompeia (V 6348. 6349. 6351 vidit Mommsen). — 1) *Cultor domus divinae (sic potius quam: creatus decreto decurionum).* — 2) *Ornamentis decurionalibus ab ordine splendidissimo municipii Mediolanensium honorato.*

VIvir Flavialis *Laude est supra N. 4029. Alios titulos Laudenses habes supra N. 165. 5005.*

6740 . . . . tilian. eq. R. eq. p., IIIIvir. a. p.[1], ite|m IIIIvir. i. d. m. N.[2], flam. d. Traian., | q. aer., qui nuq. rei p. nil debuit. | Baebia Ateronia c. k.[3] | v. f.

6740a d. m. | P. Ateroni P. lib. Chresti | VIvir. et Aug. s. c. d. d.[4] | Volturnia P. f. Apathe *(sic)* coniug. | eximiae caritatis et adfectio|nis in matrimonio insignis.

Novariae (V 6520. 6518 vidit Mommsen). — 1) *Quattuorvir aedilicia potestate.* — 2) *Municipii Novariensis.* — 3) *Coniugi karissimo.* — 4) *Socii? (cf. N. 6718 seq.) cultoris domus divinae (cf. N. 6471a). Similiter N. 4259.*

6741 v. sibi inc.[1] f. | dis manibus | L. Valerius L. f. | Primus VIvir inter | cultores domus di|vinae Valentiae matri, | L. Valerio Optato fratri.

Novariae (C. I. L. suppl. Ital. I 883 = Notizie degli scavi 1884 p. 166). — 1) '*Quid significet, non perspicio*' *Momms.*

Alios titulos Novarienses habes N. 3205. 3803.

6741a Domitiae | Patruini f. | Vettillae[1] | L. Roscii Paculi | cos. design., | seviri August. | socii | cultores domus | divinae.

Vercellis (V 6657 vidit Mommsen). — 1) *Eadem mulier cum marito II 468.*

6742 Tullio Marc. | lib. Achilleo | decurioni | ornamentario[1], | cultori d. d.[2], | q. q. i .. e. | c. f. c.[3], it. | curatore muner. | Tulliani, | Aelius [*A*]sclepiades | amic[*o*] kariss.

Tribus mil. a Pavia rep. (Pais 870 qui vidit). — 1) *Cf. N. 6982.* — 2) *Domus divinae.* — 3) *Quinquennali iterum collegii fabrum centonariorumque? (Momms.).*

6743 Sex. Sextilius Sex. f. Papiria Fuscus flamen Romae et divi Claudii, IIIIvir i. d., pontifex, augur, salius grat. d. d., praefect. fab[*r.*] ded.

Papiae, i. e. Ticini (V 6431 semel descripta ante saec. IX quod apographum servavit vetus codex Einsidlensis, cf. supra ad N. 107).

Alios titulos Ticinenses dedi supra N. 107. 829. 2952. 4618.

6744 C. Metilio | C. f. Pomp. | Marcellino | eq. R. eq. p., | iudici ex V dec. | inter selectos, IIvir. | qq., flam. divi Traiani, | patrono collegiorum | omnium, patrono colo|niae Foro Iuli Iriensium[1], | patron. causar. fidelissimo, | ob insignem circa singu|los universosque cives | innocentiam ac fidem, | homini optimo, civi abstinen|tissimo, coll. fabr. Dert. patrono | ob merita d. d. d.

Mediolani olim, sed Dertonae fortasse rep., iam Anghierae in hortis Borromaeis (V 7375 vidit Mommsen). — 1) *De hoc oppido cf. Mommsen C. I. L. V p. 828*[b]. *Videtur fuisse ibi ubi hodie est Voghera.*

6745 Genio et honor. | L. Pompei L. f. Pol. Heren|niani eq. Rom. eq. pub., | q. aer. p. et alim., aedil., | IIviro, curatori | kalendarior. rei p., | collegium pasto|phorum[1] Indus|triensium patro|no ob merita. | *(In imo margine)* T. Grae. Trophimus Ind.[2] fac.[3]

Industriae (Monteù da Po) rep., est Taurinis (V 7468 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 4414 not. 1.* — 2) *Industriensis.* — 3) *Faciebat.*

6746 T. Lollius T. l. | Masculus | IIIIIIvir | Bodincomagensis[1], | positus propter | viam ut dicant | praeterientes: | Lolli, ave!

In vico Odalengo regionis Monferratensis (V 7464 quatter ut videtur descripta saec. XVI—XVIII). — 1) *Bodincomagus priscum nomen Industriae, cf. Plin. h. n. 3, 122; Mommsen C. I. L. V p. 845.*

6747 P. Vergilio P. f. P. n. Pol. | Laureae aed., IIvir. i. d., praef. fabr., | iudici de IIII decuriis[1] equiti[2] | selectorum publicis privatisq[1]., | praef. Drusi Caesaris German. [*f.*] IIvir. quinq.; | P. Vergilio P. f. P. n. Pol. Paullino | equo publico, iudici de IIII decu[*r.*], | praef. fabrum, praef. chortis II v[*et*]era|[*nae?*] . . . . . iorum exercitus . . . .

Hastae (V 7567 bis descripta). — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. III p. 528 not. 1, p. 536 not. 1.* — 2) *Expectaveris* eq. pub., *idque collocatum ante* iudici.

6748 *(protomae viri, mulieris, pueri)* C. Fulvius C. l. Philologus | mag. Minervalis[1]; | Pulfennia T. f. Sabina uxsor; | C. Fulvius C. f. Pol. Sabinus | filius.

Cunici inter Asti (Hastam) et Padum fluvium, iam Taurinis; videtur pertinere ad Hastam (V 7462 vidit Mommsen). — 1) *Cf. V 7497. 7565.*

6749 Castriciae | Saturninae fil. | vixit ann. VI S[1] | P. Castricius Saturn[*in.*] | pat., mag. Aug. Pollen[*t.*], | Aug.[2] Bagienn. sibi e[*t*] | Mettiae Paulin[*ae*] | uxori optim[*ae*]. *(protome puellae inter duas protomas adultorum).*

Albae Pompeiae rep., est Pollentiae (V 7604 vidit Mommsen). — 1) *Sex et dimidium.* — 2) *Augustalis.*

6750 .... | ..... nae | ..... ituti | .... desig., | [*sa*]cerdoti | [*divae*] Plotinae | [*P*]ollentiae, | divae Faustinae | Taurin[*i*]s, | divae Faustin[*ae*] maio[*ri*]s[1] | Concordiae[2], | coll. dendr. Poll. | L. d. d. d.

Prope Pollentiam rep., est Taurinis (V 7617 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 382 not. 1.* — 2) *Cf. N. 6689.*

6751 ... [*La*]ur. Lavin., | [*sacerdot*]i urbis Romae | [*aet*]ernae Ticini, | [*item p*]atrono rei publ. | [*Urbi*]salvensium, | [*rei p*]ubl. Numanatium, | [*rei*] p. Tollentinatium, | [*rei*] p. Planinensium[1], | [*actori*] causar. fideliss., | [*pat*]ron. rei p. Aug. T[*aur.* | *ob*] eius erga r[*em p.* | *fidem at*]que ac .... | ... tin ...[2]

Taurinis (V 6991 vidit Mommsen). — 1) *Urbisalvia, Numana (cf. ad N. 6572), Tollentinum, Planina (cf. ad III 6202) oppida sunt Piceni.* — 2) *Sic aut* ... tia ...

6752 ..... | IIIIvir. a. p. ... | Huic ordo Augusta[*norum*] | Taurinor. patrocin[*ium*] | coloniae decrevit et | per legatos detulit. | D. d.

Taurinis (V 7039 vidit Mommsen).

Alias inscriptiones Taurinenses dedi supra N. 1007. 1008. 1021. 1021a. 1701. 2464. 2544. 2629. 2701. 3429. 3855a. 4158. 4159.

6753 imp. Caesa[*ri*] | divi f. August. | cos. XI[1], imp. VI[*II*][2], | tribunic. pot., | Salassi incol., | qui initio se | in colon. con[*t.*][3], | patron.

Augustae Praetoriae (Aosta) rep. (Notizie degli scavi 1894 p. 369; Ferrero Atti delle R. Accad. delle Scienze di Torino 30, 1894/5 p. 369). — 1) *A. 731 seq. Cf. N. 87 seq.* — 2) VIIII *numero non sufficere spatium adnotat Ferrero. Videtur igitur titulus antiquior esse anno 734 quo Augustus imp. nonum dici coeptus est (cf. Momms. mon. Ancyr. ed. 2 p. 13).* — 3) *Contulerunt. Apparet ex Salassis, quos Varro Murena paene ad internecionem afflixerat a. u. c. 729, nonnullos incolarum loco receptos esse in novam coloniam Augustam Praetoriam conditam eo ipso loco quo dux Romanus castra habuerat (Strabo 4 p. 205. 206; cf. Mommsen C. I. L. V p. 756).*

Alpes Poeninae. Alpes Graiae. Alpes Cottiae. Alpes maritimae.

6754 [*i*]mp. Caesa[*ri*] | divi f. Augusto | [*c*]os. XI[1], tribun. potest[*ate*], | pontifi[*ci*] maxi[*mo*][2], | Nantu[*ate*]s[3] patron[*o*].

S. Maurice in valle Poenina (XII 145 vidit Mommsen). — 1) *A. 731—748 (cf. supra N. 86 seq.).* — 2) *Cf. N. 96 not.* — 3) *Cf. supra N. 2510.*

Titulum a quattuor civitatibus vallis Poeninae eodem loco positum dedi N. 169.

6755 [*im*]p. Caesari divi fi[*l.* | *A*]ugusto cos. XI, | [*t*]ribunicia potestate XVI[1], | [*pa*]tri patriae, | [*pont*]ifici maximo, | [*civ*]itas Sedunorum | patrono.

Sion in valle Poenina (XII 136 vidit Mommsen). — 1) *A. 746/7.*

6756 numini[*bus*] | Augusto[*rum*] | Foroclaud[*ienses*][1] | per | [*Ael.*][2] Malli[*anum*] | proc. Aug. | . . . .

Aime-en-Tarantaise (XII 102 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 289. 605 cet.* — 2) *Suppletum ex XII 120.*

6757 Ti. Iulius Vibi f. Quadratus | vikanis Segusinis[1] | posterisq. eorum | testament. legavit.

Susae (V 7261 vidit Mommsen). — 1) *Vico legari non potuit, legatur vicanis (Momms.).*

6758 T. Cassio T. fil. | Quir. Sextino | dec. et IIviro | civitatis | Ebroduniens., | flamini Aug. | provinciae | [*C*]ottianae, | [*et*] Cl. Tib. fil. | . . . inae | . . . . ngeli | . . . . cliens.

Segusione (Susae) (V 7259 descr. Vernazza a. 1788).

Alios titulos Segusionenses dedi supra N. 94. 848. 1495. 2031. 2138. 3590. 5701.

6759 . . Flavio Verini filio Qui[*r.* | *S*]abino decurioni, IIviro [*Sa*]|lin.[1] civitatis suae, IIviro [*Fo*|*r*]o Iuliensis, flamini provin[*c.*] | Alpium maritimarum, optimo | patrono, tabernari Saliniense[*s*] | posuerunt, curantibus Matu[*cis* | *Ma*]nsuet. et Albuci[*ano*, | *i*]mp. Commodo III et An[*tistio*] | B[*u*]rro co[*s.*][2]

Cemeneli, lamina aenea (?) *(V 7907 semel descripta).* — 1) *De Salinis civitate cf. C. I. L. XII p. 9. Adde titulum Dalmaticum III S. 14632. Supra N. 4849.* — 2) *A. 181.*

6760 . . . . . | [*Q*]uir. Lauro de|curioni Ceme|nelensium, | equo pub., | Aebutia Laurea | mater. | L. [*d. d.*] d.

Cemeneli (V 7903 vidit Mommsen).

IIIIIvir et incola Cemenel. *in titulo Marti Vintio Vintii dedicato supra N. 4849.*

6761 C. Memmio | Macrino | q., [*II*]vir. Massil., | [*II*]vir. qq., item | praefecto | pro IIviro qq., | agonothetae, | episcopo | Nicaensium[1], | amici.

Nicaeae (V 7914 solus descr. saec. XVII Gioffredo Niciensis). — 1) *Nicaeam conditam a Massiliensibus, etiam imperatorum aetate mansisse Massiliensium, quod tradunt Strabo aliique, tituli hic et N. 6762 confirmant; cf. C. I. L. V p. 916.*

6762 Iovi o. m. | ceterisq. diis | deabusq. immort. | Tib. Cl. Demetrius | dom. Nicomed., | v. e., proc. Augg. nn. | item CC[1] episcepseos | chorae inferioris[2].

Cemeneli (V 7870 vidit Pais n. 1015). — 1) *Ducenarius.* — 2) *Id est:* ἐπισκέψεως τῆς χώρας τῆς κάτω (ἡ χώρα ἡ κάτω *est opinor ora opposita regioni*

mediterraneae sive τῇ ἄνω. Momms.). Videtur saec. p. Chr. tertio episcopo Massiliensium procurator imperatoris custos et moderator adiunctus esse (Momms.).

Alios titulos Cemenelenses dedi supra N. 551. 1367, agri Cemenelensis N. 3459. 4664. 4823.

Sardinia.

6763 Q. Gabinio A. f. Quir. | Recepto | IIIIviro iur. dic. | quinq., perpetuo | flamini divor. Aug. | ex consensu provin. *(sic)*

Caralibus (Cagliari) (X 7599 vidit Mommsen).

Alios titulos Caralitanos habes supra N. 1358. 1359. 1360. 1402. 5350. Cf. N. 5918.

6764 L. Cornelio Quir. Marcello, | L. Corneli Lauri patri, IIIIvir. II iur. | dic., flam. Aug. II, pontifici sacrorum | publicor. faciendorum[1], patrono mu|nicipi d. d. cooptato, et adlecto in | quinque decurias et inter sa[*c*]er|dotales prov. Sard., ob merita [*e*]ius | in re publica, Sulcita[*ni e*]x tes|tamento ipsius [*posuerunt*].

Sulcis (Isola di S. Antioco) in ora Sardiniae rep., est Caralibus (X 7518 vidit Mommsen). — 1) *Alius 'pontifex sacrorum' est in t. item Sulcitano X 7519.*

Alium titulum Sulcitanum habes supra N. 6352.

6765 d. m. | L. Iuli Castri|ci eq. R., pricipi *(sic)* | civitatis.

Olim Pirri in agro Caralitano, nunc Staglieni prope Genuam, arca ornata (X 7808 Mommsen vidit ectypum).

6766 Q. Allio Q. f. Col. | Pudentillo | auguri, | curiae XXIII[1] et | ministr[*i*] Larum | Aug. ex [*a*]ere | collato.

Turri Libisonis (Porto Torres) rep., est Sassari (X 7953 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse scrib.* XXIIII *(Hirschfeld Herm. 26, 1891 p. 150 not.).*

Alios titulos Turritanos dedi supra N. 5526. 5765. Prope Turrim repertus est vel certe extat etiam t. Ostiensis N. 6151.

Sicilia et insulae adiacentes.

6767 Concordiaé Agrigenti|norum sacrum, | res publicá *(sic)* Lilybitano|rum, dedicantibus | M. Haterio Candido procos. | et L. Cornelio Marcello[1] c̄. | pr. pr.

Agrigenti (X 7192 vidit Mommsen). Sine causa hunc titulum olim sibi persuaserunt pertinere ad pulcherrimum templum Graecum inde dictum templum Concordiae. — 1) *Idem in titulo Panhormitano X 7266. Idem ut videtur memoratur a Tacito ann. 16, 8, occisus a. 68 (hist. 1, 37).*

6768 L. Pinarius Rufus ob honorem | aedilitatis imaginem Gen[*ii*] | municipi Lilybitanorum ex arg. [*p.*] V p. s. [*p.*]

Lilybaei (Marsalae) (X 7223 solus descr. saec. XVII Gualterus).

6769 salvis Plotino et | Rufae *(sic)* Logus[1] ser. | act. port. Lilybitni[2] *(sic)* | hoc sacrarium | ex voto exornavit.

Prope Marsalam (Lilybaeum) in pavimento operis tessellati (X 7225 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse scr.* Rufa Eulogus. — 2) *Servus actor portus Lilybitani.*

6770 M. Marcio M. f. | Cla. Bieti Glauco patri | senatoris, equo pu|blico exornato, pa|trono, ob merita eius | quae in cives suos | confert, c. v., adlecto | inter tribunicios | ab imp. Caesare | ⟨M. Aur. Commodo⟩[1] Anto|nino Pio felice | Aug., tribules trib. | Iovis Aug. pecunia | sua l. p., d. d. d.

Marsalae (X 7237 vidit Mommsen). — 1) *Quae uncis inclusimus, in litura restituta sunt.*

6770[a] C. Bultio Geminio | Titiano procos. | prov. Sicil., cos., c. v., | ob insignem eius | benivolentiam | erga ordinem et | patriam, XII trib. | patrono merenti.

6770[b] C. Bultio Geminio | Marcello c. i., | in honorem | Gemini Titiani | patris, XII trib. | patrono merenti.

Lilybaei sine dubio, quamquam N. 6711[a] *non Marsalae, sed Mazarae extat (X 7233. 7206 illam vidit Mommsen).*

6771 d. m. s. | Q. Atilio Q. f. | Cla. Severo | praef. fabr., | IIvir. suf. | popul.[1] cre|ato.

Catinae (X 7023 vidit Mommsen). — 1) *Duoviro suffragiis populi.*

Honores municipales Siciliae etiam infra N. 6969.

6772 . . . . . . Quir. Postum[*o*, *patro*]no [*mu*]nicipii, | [*flamini divi H*]adriani perpetuo, [*ex*] quinq. decur. iudi|[*cum inter*] quadringenarios[1] adlecto a divo Anto|[*nino Au*]g. Pio, omnib. honorib. civitatis suae ho|-[*nestissim*]e functo, item legatione gratuita apud | [*divum*] Hadrianum et apudamplissimum ordinem de | . . . . . allib.[2] redhibendis, pleps Gaulitana ex aere con|[*lato o*]b plura merita eius, d. d.

In insula Gaulo (Gozzo) prope Melitam (X 7507 cf. p. 994 vidi). — 1) *Cf. supra N. 6523 not. 2.* — 2) *Scr.* [*vectig*]alib.? *(Henzen);* [c]allib.? *(Mommsen).*

Aliam inscriptionem Gaulitanam dedi N. 121; Melitenses N. 3975. 5415.

Africa.

6773 divo Augusto | conditori[1], | Siccenses.

Siccae (el Kef) (Gauckler bull. des antiq. 1898 p. 114). — 1) *De Sicca colonia Augusti cf. infra N. 6783.*

6774/5 divo Augusto | sacrum | conventus | civium Romanor. | et Numidarum[1] qui | Mascululae habitant.[2]

Henschir Gergur, inter Siccam et Simitthu, circiter 20 chil. a Sicca, ubi Mascululam fuisse ex hoc titulo colligitur (VIII S. 15775 = Eph. ep. 5, 597 vidit Cagnat). Eiusdem loci titulum dedi supra N. 4470. — 1) *Cf. Kornemann de civibus Romanis in provinciis imperii consistentibus (Berol. 1891) p. 46 not. 1. Similiter Cyzici titulus positus divo Augusto a civibus Romanis Cyzici habitantibus et Cyzicenis, supra N. 217. Vide etiam infra N. 7180.* — 2) *Cf. Kornemann l. c. p. 19. 22.*

6776 C. Iulio Maeandro | socero | L. Popili Primi[1], | Afri et cives | Romani Suenses | ex aere collato | ob meritum | d. d.

Schauwâsch, non longe a valle Bagradae, a Membressa (Medjez-el-Bab) 9 chil. sept. versus (Bull. arch. du comité des travaux hist. 1894 p. 321). — 1) *Idem cum Popilio Faustino posuit titulos VIII S. 14808. 14809.*

Aliam inscriptionem ibi repertam dedi supra N. 5572.

6777 imp. Caes. divi | Traiani Parthici | f. divi Nervae | nepoti Traiano | Hadriano Aug. | pontifici max., | trib. pot. XIII[1], | cos. III, p. p. | cives Romani qui | vico Hateriano | morantur[2].

Henschir Zengru, inter Henschir Tarf esch Schna, ubi fuit municipium Apisa maius, et Bir Magra (Bull. arch. du comité des travaux histor. 1893 p. 236). — 1) *A. 129.* — 2) *Episcopi a Vico (H)ateri vel Vico-(H)aterienses memorantur in actis ecclesiae (coll. Carth. a. 411 c. 198 [Mansi act. concil. 4, 146]; not. Byz. 94; conc. Carth. a. 525, ep. synod. pr. Byz. a. 649 [Mansi 10, 927]; ex his apparet, locum fuisse intra fines provinciae Byzacenae temporibus Diocletiani constitutae).*

6778 imp. [*Caes.*] | divi [*Traiani*] | Parthi[*ci fil. divi*] | Nervae nep. Tra|iano Hadriano | Aug. pontif. max., | trib. pot. XII[1], cos. III, p. p., | cives Romani cul|tores Larum et | imaginum Aug. s. p. f.

Tipasae in Numidia (VIII S. 17143; Bull. Comité trav. hist. 1896 p. 277). — 1) *A. 128.*

6779 imp. Caesari T. Ae[*lio*] | Had[*riano*] Anton[*ino*] | Au[*g.*, *c*]onditori munic[*ipi*] Gigthenses pu[*blice*].

6780 M. Servilio P. f. Quir. | Draconi Albuciano | IIviro, flam. perp., | quod super multa in remp. | merita et amplissimum | munificentiae studium le|gationem urbicam gratui|tam ad Lati[*um*] maius[1] pe|tendum duplicem susce|perit tandemq. feliciter | renuntiaverit, ordo publi|ce ponendam censuit, et | cum is honore contentus | pecuniam rei p. remisis|set, populus de suo posuit.

Gigthi (Bu Ghara) ad Syrtim minorem rep. (Cagnat Comptes rendus de l'Ac. des inscr. 1902 p. 37. 38). — 1) *Cf. Gai. 1, 96: maius est Latium, cum et hi, qui decuriones leguntur et ei qui honorem aliquem aut magistratum gerunt, civitatem Romanam consecuntur; minus Latium est, cum hi tantum, qui vel magistratum vel honorem gerunt, ad civitatem Romanam perveniunt. Cf. Hirschfeld zur Gesch. des lat. Rechts (1879) p. 2 seq. Mommsen Zeitschr. f. Rechtsgesch. Rom. Abth. 23, 1902 p. 51. Infra N. 6781 not. 1; item N. 6848.*

6781 T. Flavio T. fil. | Quir. Gallico | proc. Aug. prov. | Afric. tract. Kart., | [*pra*]e[*f.*] classis *(deinde plura evanida)* . . . Hadri|[*an.*] . . . dato *(rursus nonnulla evanida)*, | decuriones c. R.[1] et | [*mun*]icipes [*T*]hisiduenses[2].

Krisch el Wâd in valle Bagradae, ubi fuit Thisiduo (VIII 1269. 14763 Schmidt recognovit ad ectypum). — 1) *Cives Romani. Apparet Thisiduenses Latio maiore donatos fuisse (cf. N. 6780). Minus Latium habebant civitates Hispanae, ad quas pertinent tituli supra editi N. 1981. 1982, item Salpensa (N. 6088).* — 2) *Cf. supra N. 1498 (not. 3).*

6782 Genio col. Iuliae | Hipp. Diarr.[1] sacr. | colon. col. Iuliae | Carpit. . . . . | gulu . . . . . .[2] | qui s . . .[3] | iustissimis . . . | d. d. p. p.

Bizertae, ubi fuit Hippo Diarrhytus (VIII 1206 cf. 14333; Gauckler bull. du comité 1894 p. 240). — 1) *De colonia Hippone Diarrhyto cf. Mommsen Staatsr. III p. 793 not. 4 (fin); de eadem et colonia Carpitana Kornemann 'coloniae' (Pauly-Wissowa IV p. 535).* — 2) Carpitan. et co . . sa . . | gulu . . ., 3) qui so . . . *Gauckler.*

Alium titulum Bizertae repertum dedi supra N. 6118.

6783 Genio coloniae Iuliae Veneriae Chirtae novae[1] . . . | [*cives Romani*[2] *qui*] | Aubuzza[3] consistunt, paganicum[4] pecunia sua a solo [*re-sti*]tuer[*unt*].

Hr. Djezza, 25 chil. a Sicca meridiem versus (VIII S. 16367 = Eph. epigr. 5, 638 vidit Cagnat). — 1) *Sic Sicca appellata etiam in aliis titulis (VIII 1632), cives Cirthenses Siccenses infra N. 6818.* — 2) *Supplementum non certum. Cf. infra N. 7180.* — 3) *Aubuzza praeterea ignota, pagus sine dubio fuit Siccensium.* — 4) *Idem vocabulum etiam in alio titulo eodem loco reperto VIII S. 16368; videtur significari aedificium quoddam pagi publicum. Muri paganicenses N. 6889.*

Alios titulos Siccenses dedi N. 429. 482. 3798. 5505. 6773. 6818.

6784 im[*p.*] . . . . . . | . . . . . . [*trib.*] potest. XVIII [*cos. III? p. p.*][1] | colonia Iu[*lia*] . . . . | Tertiadecim[*anorum*][2] | Uthina ex [*Africa*][3] | indulgentia eius au[*cta et conservata*].

Romae in foro rep. (Notizie degli scavi 1900 p. 570; Cesano Rendiconti dell' Accademia dei Lincei 1900 p. 680; Huelsen Roem. Mitth. 1901 p. 96). — 1) *Ad Hadrianum referunt Huelsen l. c. et Kornemann Philolog. 60, 1901 p. 412, probabiliter.* — 2) *Cf. Kornemann l. c.* — 3) *De supplemento cf. supra N. 356 (fin.). 412 (fin.).*

6785 imp. Caesari | M. Aurelio Kar. | Pio Felici Aug. | pont. max., trib. p., | cos., p. p., proc., col. | Iul. Neap. devot. | numini eius.

Neapoli Africae (Nebel Kedim), cf. infra N. 6828. 6902 (VIII 968 vidit Wilmanns).

6786 imp. Caes. | M. Aurelio | Valerio | [*Maximi*]ano | Pio Felici | invicto | Aug. | col. Fl. Aug. | Aemerita[1] | Ammaed. | d. d. p. p.

Ammaedarae (Hidra), cf. supra N. 5649, item N. 378. 417. 6810 (VIII 308 vidit Wilmanns). — 1) *Idem cognomen coloniae Aventicensis, supra N. 1020.*

6787 d. n. | Flavio Valerio | Constantino nob. Caes.[1] numini | maiestatique eo|rum[2] col. Aelia Au|relia Aug. Mact., | d. d. p. p.

Mactari (VIII S. 11804 Cagnat vidit ectypum). — 1) *A. 306—308.* — 2) *Scilicet Constantini et reliquorum imperatorum. Similiter N. 6791.*

6788 magno ac fortissi|mo principi | imp. Caes. Liciniano | Licinio Pio Felici | invicto Aug., | col. Aurelia Commoda[1] p. f. | Aug. Pupput, numini maies|tatique eius devotissima.

Sûk-el-Abiôd prope Hammamet (Gauckler comptes rendus de l'Académie des inscriptions 1899 p. 366). Aliam inscriptionem Puppitanam dedi supra N. 5361. — 1) Col. Iulia Aurelia Commoda Thuburbo maius *supra N. 498.*

6789 . . . . | [*col.*] . . . | Aug. Zama[1] m[*aior?* | *d*]evota numi[*ni* | *maie*]statique ei[*us*, | *d. d.*] p. [*p.*]

Henschir Djâma (VIII S. 16442 = Eph. ep. 5, 1473 vidit Schmidt). — 1) *Cf. supra N. 4454 not. 3. Adde titulum Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1898 p. 276, in quo memoratur curator Zamensium Regiorum.*

6790 imp. Caes. C. Vale|rio Diocletiano | Pio Felici Aug. | pontifici max., | trib. pot., cos. | III[1], p. p., procos., | resp. muni[*ci*]|pi Mariani[2] | Thibaritanorum | devota.

Thibari (Bull. arch. du Comité des travaux histor., Apr. 1902). — 1) *A. 287—289.* — 2) *Mariana dicta in eadem regione etiam colonia Ucitanorum maiorum, supra N. 1334; C. I. L. VIII p. 1487. Cf. Aur. Vict. vir. ill. 73.*

6791 fortissimo | ac nobil. Cae. | Flavio Vale|rio Constan|tio res p. mu|nicipii Thim.[1] | Bure[2] numini | eorum[3] devo|ta in aeternum.

Henschir Kuschbatihia, inter Thibursicum Bure et Thibarim (VIII S. 15420 vidit Cagnat). — 1) *Thimidensium, cf. N. 6816.* — 2) *Idem agnomen Thubursico (cf. N. 6792 not. 1) oppido provinciae proconsularis.* — 3) *Cf. N. 6787 not. 2.*

6792 d. n. Fl. Gratiano | perpetuo Aug. | municipium | Septimium li|berum[1] Aulo|des[2] numini | maiestatiq. | eius devotis|simum.

Henschir Sidi Reiss, non longe a valle Bagradae (VIII S. 14355 vidit Cagnat). — 1) *Praeter hoc oppidum in inscriptionibus municipia libera appellantur etiam Thibursicum Bure, Thugga, Thysdrus (supra N. 1430. 3926; infra N. 6796; supra N. 2911), Septimia omnia. Cf. Mommsen Staatsr. III p. 811 not. 1.* — 2) *Nomen praeterea ignotum.*

6793 . . . p . . . mo| . . . . Aug. pont. | max., trib. potest., | cos., [*p. p.*], procos., | mu[*nici*]p[*iu*]m Sept. | Aurelium Severi|an[*um Aug.*] Apoll. | Sululitanum de|votum numini | maiestatiq. eius.

Henschir Bir-el-Oesch (VIII S. 12341 = Eph. ep. 7, 85 vidit I. Schmidt).

6794 Aureliae Dio|nysiae Aureli | Dionysi pa|troni filiae, | municipes | municipii Aurel li Alexandria|ni Augusti | Magni | Giufitani.

Henschir Khamissa prope Bir Mscherga (Bull. comité travaux hist. 1893 p. 204). Gemellus est titulus VIII 866 positus coniugi eiusdem Dionysii.

6795 imp. Caes. divi Magni Antonini Pii fil., divi Severi Pii nep., M. Aurelio [*Se*]vero Alexan[*d*]ro[1] Pio Felice Aug. pont. max., trib. pot. VIII[2], cos. III, p. p., et | Iulia M[*ammaea*][1] Aug. matre Aug. et castrorum et senatus et patriae, macellum vetusta[*te*] collapsum m[*uni*]cipium Septimium Aurelium Antoninianum [*Alexandrianum*][1] Herculeum Frugiferum[3] Thignica, devotum numini maiestatiq. eorum, pec[*unia public*]a a solo re[*fec*]it itemque dedicavit.

Henschir Ain Tunga, ubi fuit Thignica (VIII 1406 cf. 14906 fragmenta pleraque viderunt Wilmanns Schmidt Cagnat). — 1) *Alexandri et Mamaeae nomina erasa.* — 2) *A. 229.* — 3) *Frugifera dicta etiam colonia Hadrumetina, cf. N. 6111.*

6796 imp. Caes. divi Antonini Magni Pii fil., divi Septimi Severi Pii [*nep.*] | M. Aurelio Severo Alexandro Pio Felici Aug. patri patr[*iae*] | pontifici maximo, tribunicia potestate XI[1], consuli III, [*et Iuliae Mameae matri Aug.*] | et castrorum et senatus et patriae, municipium Septimium [*Aure*]|lium liberum Thugga, conservatori libertatis, ob m . . .

Thuggae (VIII 1484 p. 938 partem intuenti sinistram descripserunt complures peregrinatores saec. XVIII. XIX; partem intuenti dextram adiecit Gauckler Bull. archéol. du Comité des travaux historiq. 1901 p. CXLIX). — 1) *A. 232.*

6797 divo Aug. sacrum et | Ti. Claudio Caesari Aug. | Germanico pon. max., trib. | pot. VIII, imp. XVI[1], cos. IV, p. p., cens., | C. Artorius Bassus pon., aed., IIvir, cur. | Lucusiae[2], patronus pagi, dedicavit. | Iulius Venustus Thinobae filius, | honoribus peractis flamen divi Aug., et | Gabinia Felicula uxor, et Faustus f. eius | — huic senatus et plebs ob merita eius | omnium portarum[3] sententis ornam. | sufetis gratis decrevit — suo et Fausti Thinobae patris | honoribus peractis flam. divi Aug., et Firmi qui *(sic)* | civitas ornamenta sufetis ob merita sua decrevit, et | Saturi sufetis II qui a civitate et plebe suffragio | creatus est, et Institoris, honoribus peractis | flamen[4] divi Aug., fratrum suorum nomine, s. p. f., | curatore Iulio Firmo filio.

Thuggae (Homo Comptes rendus de l'Acad. des inscr. et b.-l. 1899 p. 363). — 1) *A. 48.* — 2) *Quid subsit, ignoratur.* — 3) *Ex institutis aetatis Punicae hoc videtur remansisse.* — 4) *Scr.* flaminis. — *De Thugga, pago primum, deinde civitate (cf. N. 6827 not. 3), municipio (N. 6796), colonia (N. 541) cf. C. I. L. VIII p. 175.*

6798 Victori|ae Aug. | civitas Avit|tensis Bibba | d. d. p. p., | Manlius | Honoratus | et . . . Metel|lus sufetes | faciundam | curaverunt.

Henschir Bu Ftis, ubi fuit Avitta Bibba (VIII 797 cf. 12265 viderunt Wilmanns et Schmidt). — *Alios titulos eodem loco repertos dedi N. 4464. 5415.*

6799 Victoriae | Aug. sacr. | anno s[*uf*]etatus As|munis, Mutthumba|lis f., et Urbani, Auchu|soris f., principatu Pu|dentis Auchusoris f., cu|ra Clementis Saphiris . . . d. p. p.

Calamae (Guelma) Numidiae (VIII 5306 vidit Delamare).

6800 Florus | Chanaris | f. princeps | gentis Numi|darum[1], p. v. | ann. LXXV | h. s. e.

Khamisa, ubi fuit Thubursicum Numidarum (XIII 4884 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. N. 858.*

6801/2 Zopyrus Tiro|nis f. Bisicensis | ex XI primis[1], | vixit annis | LXXXVIIII, | h. s. e.

Ossa quieta precor | Zopyri requiescant | in urna
et sit hum|us cineri non onerosa [*precor*].

(A sinistra) o. t. b. [*q.*][2], *(a dextra)* s. t. t. l.

Henschir Bischka, ubi fuit Bisica (VIII S. 12302 = Eph. epigr. 5, 302 descr. Poinssot). — 1) *Ex undecim primis. Cf. N. 6857 not. 4.* — 2) *Ossa tibi bene quiescant.*

6803 Iuliae Domnae Aug. | matri castrorum, | matri Augustor[*um*][1], | imp. Caes. L. Septimi Severi Pii | Pertinacis Aug. coniugi, | Q. Silicius Victor et C. Tadius For|tunatus ob honorem flam. | sui perpetui statuam cum | base ex HS binis milib. ñ. legi|timis, adiectis tertis ex de|creto paganor. pagi Mercurialis | veteranorum Medelitanor., | s. p. f. idemque dedicaverunt.

Non longe a Carthagine rep., 18 mil. pass. a Tunete, est Florentiae (VIII 885 cf. 12387 vidit Henzen). — 1) *Litterae extremae post Getam occisum erasae.*

6804 . . . Flaminali[*s*] | Saturi [*f.*] qui fl|amonium c. N. c.[1] | item principatu | civitatis suae, do|num merentibus | civibus Fortunae | signum marmor|eum dedit, s. p. f. item | dedicavit.

Henschir Bu Atfân (VIII 4836. VIII S. 16911 vidit Schmidt). — 1) *Civitatis Nattabutum (cf. VIII 4826) consecutus.*

6805 Neptuno Aug. sacr. | seniores et plebs Titulitan.[1] | aere conlato fontem *(reliqua lectionis dubiae).*

Ain-Madjuba, circ. 60 chil. a Sicca Veneria meridiem versus (Bull. des antiquaires des France 1897 p. 301). — 1) *Episcopus Titulitanus memoratur inter episcopos provinciae proconsularis a. 484.*

6806 imp. Caesari | divi Hadria|ni f. divi Traia|ni Parthici ne|poti divi Nervae | pronepoti T. Ae|lio Hadriano | Antonino Aug. | Pio pontif. max., | trib. pot. XIII[1], | imp. II cos. IIII | p. p. | seniores Ucu|bitani aere | conlato po|suerunt.

6807 imp. Caes. M. Aurelio | Antonino Pio Aug. Fe|lici Parth. max., Britt. | max., Ger. max., pont. max., | trib. pot. XVII[2], imp. III, cos. IIII, | p. p. procos., optimo maxi|moque principi *(sequitur maiorum enumeratio)*, decur. | Sic.[3] Ucubi morantes et seni|ores k.[4] Ucubis aer. conl. [*p.*], | d. d.

Henschir Kaussât (VIII S. 15666. 15669 Cagnat vidit ectypum). — 1) *A. 150.* — 2) *A. 214.* — 3) *Decuriones Siccenses. Videtur Ucubi pertinuisse ad territorium Siccense.* — 4) *Kastelli. Alium titulum a senioribus castelli alicuius positum, item ut videtur in territorio Siccensi, dedi supra N. 444. Cf. Kornemann Philolog. 60, 1901 p. 422. Cf. VIII S. 17327:* universi seniores Mas . . . rensium.

6808 Apollini Aug. sacrum | pro salute | imp. Caes. divi M. Anto|nini Pii Germ. Sarm. | fil., divi Pii nep., di|vi Hadr. pronep., [*divi*] | Traian. abnep., divi | Nerva[*e ad*]nep., | M. Aureli ⟨Commodi⟩[1] | Antonini Aug. Sar[*m.*] | Germ. pont. max., trib. | potest. VII[2], imp. IIII, | cos. III, p. p. | Q. Abonius . . fil. Se|cundus ob honor. | XI pr.[3], quem ei ordo | suus sponte decrevit | s[*ta*]tuam ex HS IIII mil. | n. legitimis ampliata p|ecunia posuit, et ob de|dicationem decurion[*i*|*b*]us sportulas et epulum | [*populo dedit. L. d. d. d.*]

Henschir Debbik, 8 chil. a Sidi Median sive Valli (VIII S. 14791 vidit Cagnat). — 1) *Commodi nomen erasum (vel in litura restitutum).* — 2) *A. 182.* — 3) *Undecim primatus. Similiter VIII S. 12006. 12007.* [*Ob*] hon[*or*]em flam. sive XI pr. *est VIII*

S. 14755, ob honorem fl. p. p. sive XI p[*r*.] *Bull. des antiquaires de France 1898 p. 212;* ob spem XI primatus *VIII S. 14875. Cf. N. 6857 (not. 4).*

6809 florente proconsu|latu Petroni Probi[*a*]|ni[1] v. c., procons., v. s. [*i*.][2], | Iulius Tullius | Priscus v. c., | leg. alm. Kar.[3], | curante Aemilio | Victore v. e., | fla. p. p., curatore | reip., conlocavit.

Sidi Median, ubi fuit colonia Vallis (VIII 1277 cf. 14772 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *De Probiano consule a. 322, proconsule Africae a. 314—316 cf. Seeck Symmach. p. XCIV (hic Probianus memoratur supra N. 1266).* — 2) *Vice sacra iudicantis.* — 3) *Legatus almae Karthaginis (sic etiam VIII 928 = 11205 et in actis collationis Carthagine a. 411 habitae).*

6810 M. Cornelium Procu|leianum Corneli Rogati|ani eq. R. filium, eq. R., sacer|dotalem p. A. v.[1], ob stu|dia mores modesti|am et obsequia erga | cives suos splendi|dissimus ordo de|creto suo statuae | honore cumula|vit. | L. d. d. d.

Ammaedarae (VIII S. 11546 = Eph. ep. 5, 1171 vidit Cagnat). — 1) *Provinciae Africae veteris. De Africa vetere et nova cf. supra N. 5955 not. 1.*

6811 C. Otidio P. f. Quir. Iovino | praefecto fabrum, | sacerdoti provinc. Afric. | anni XXXVIIII[1], qui primus | ex colonia sua hunc | honorem gessit. | Cui cum ordo pecunia publ. | statuam decrevisset, titulo | contentus pecunia sua posuit. | Curatore Q. Otidio P. f. Quir. | Praenestino fratre, praefecto fabrum.

Simitthu (VIII S. 14611 = Eph. ep. 7, 707 vidit Cagnat). — 1) *A. 109—111, cf. N. 6812 not. 4. 6. Videtur Vespasianus demum sacerdotium provinciae Africae instituisse, cf. Hirschfeld Sitzungsber. Berlin. Akad. 1888 p. 841; Krascheninnikof Philolog. 1894 p. 173.* — *Adde N. 6840.*

6812 P. Mummio L. f. Papir. | Saturnino[1] sac. p. A.[2] a.[3] CXIII[4], | dec., IIvi[*ra*]l. municip. | Furnitani; cui cum or|do honorem fl.[5] ob|tulisset, pron.[6] cum or|nament. temp. Merc. | [*ob*] excusation. honor. | [*s. p. feci*]t, ob cu[*ius de*|*dicatio*]nem *(reliqua lacera).*

Henschir Budja, ubi fuit municipium Furnitanum (VIII S. 12039 = Eph. ep. 7, 81 vidit Cagnat). — 1) *Idem est in titulis eiusdem loci VIII 12028. 12029, fuitque VIII 12030.* — 2) *Sacerdoti provinciae Africae.* — 3) *Anni. Cf. N. 6811.* — 4) *De tempore cf. not. 6.* — 5) *Flamonii.* — 6) *Pronaum. Ad eandem rem videtur spectare titulus VIII S. 12030, qui positus videtur Commodo consuli quartum, i. e. inter annos 183—185.*

6813 C. Annioleno C. f. | Arn. Karthagi|nensi Galliano | flam. divi Titi, | civitas Uccula | decreto Afror.[1] | posuit.

Henschir Durât, ubi fuit Uccula (VIII S. 14364 vidit Cagnat). — 1) *Titulum Thamugadensem VIII S. 17899 posuit* concilium pr[*ovinciae*] Africae.

6814 C. Sulpicio | C. Sulpici | Perenis f. | Arn. Ampe[*l*]|io sacerdo|ti Cererum | Karthagini | anni CXXX[1] | d. d. p. p.

Prope Bisicam (VIII S. 12318 = Eph. ep. 7, 692 semel descripta). — 1) Sacerdos Cerer. c. I. K. anni CLXXXXVII *est supra N. 4464; alius* ann(i) CXCVIII

Bull. des antiquaires de France 1898 p. 268; tertius videtur esse VIII S. 15529 (cf. Villefosse mém. des antiquaires 1897 p. 25). Magistratum Carthaginiensem temporum Augusti habuimus supra N. 1945.

6515 C. Iulio Maximo equo publico | exornato, aedilicio, quaesto|rio splendidissimae col. Iul. | Aureliae Antonianae[1] Kartha|ginis, curatori rei publicae | splendidis[*simi m*]unicipii Ab|thungitanorum, ob insignem | eius erga rempublicam et or|dinem et universos cives ad|fectionem et simplicitatem | ordo sua pecunia posuit.

Henschir es-Suar, ubi videtur fuisse Abthungi (Bull. du comité 1893 p. 226). 1) *Scr.* Antoninianae. *Cf. VIII 1220.*

6816 Hymet[*ii*][1]. | C. Iulio Regino decurioni | Karthag., aed., IIvir. quin|quennalicio gentis[2] Severi|. . . ., ... | . . . . . . [*cur*]ator. | splendidissimae rei publicae | Thimidensium Regiorum, ord. | decurionum ex sportulis suis | ob merita d. d.

Sidi Ali-el-Sedfini prope Uthinam rep., est Florentiae (VIII 883 cf. 12386 viderunt Marini et Henzen). — 1) *Idem signum supra N. 1256.* — 2) *Cf. N. 4440, cet.*

6817 Ponti. | C. Helvio C. f. Arn. Honora|to aedil., IIvir., IIvir. qq. II[*I*] | et curat. aliment. distrib., | ob insignes liberalita|tes in rem pub. et cives | amorem, viro bono, | col. Iul. Curubis[1], d. d. p. p.

Prope Curubim (Kurba) (VIII 980 vidit Wilmanns). — 1) *Colonia Iulia dicitur Curubis etiam VIII S. 12452.*

Alias inscriptiones Curubitanas dedi supra N. 5319. 5320.

6818 P. Licinio M. f. Quir. | Papiriano procur. | Augg. imp. Caes. M. Aureli | Antonini Aug. Germanic. | Sarmatici maximi p. p. et | [*di*]vi Veri a rationibus, cui | splendidissimus ordo Siccen|sium ob merita eius et cu . . . *(reliqua evanida). (In latere sinistro):* municipibus meis Cirthensibus[1] | Siccensibus carissimis mihi dare | volo HS |XIII|.[2] Vestrae fidei committo, | municipes carissimi, ut ex usuris | eius summae quincuncibus[2a] quodan|nis alantur pueri CCC et puellae CC[3], pueris[4] | ab annis tribus ad annos XV et accipiant | singuli pueri X IIS[5] menstruos[6], puellae | ab annis tribus ad annos XIII X II[7]. Legi | autem debebunt municipes item in|colae dum taxat incolae qui intra | continentia coloniae nostrae ae|dificia morabuntur. Quos, si vo|bis videbitur, optimum erit, per | IIviros cuiusque anni legi, cura|ri autem oportet, ut in locum ad|ulti vel demortui cuiusque sta|tim substituatur, ut semper ple|nus numerus alatur.

Siccae (El Kef), cf. N. 6773 (VIII 1641 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. N. 6783.* — 2) *Sestertium terdecies.* — 2a) *Sest. 65000, sive denar. 16250.* — 3) *Wilmanns corrigendum esse censet* CCC*; aliter enim denarii 2450 quotannis superessent.* — 4) *Scr.* pueri. — 5) *Denarios binos semissem.* — 6) *Id est annuos denarios 30; in trecentos igitur pueros impendi debebant annui denarii 9000.* — 7) *Denarios binos.*

6819 numini Augustorum sacrum | C. Aurelius Saturninus Papiria Cilonianus | IIvir, inlata reip. IIviratus honoraria summa, | amplius de

suo signum Lupae[1] cum insignib. | suis posuit et expostulante populo diem ludo|rum scaenicorum edidit d. d.

Henschir el M'den, ubi fuit municipium Aurelia Vina (VIII 958 cf. 12438 vidit Wilmanns). Eodem loco repertus est titulus supra N. 1110. — 1) *Cf. N. 6820. 6912. 6913.*

6820 . . |nus pr[*aef. i. d. q. II*]|virali[*s signum*] Lupae cum [*gemel*|-*l*]is du[*obus ex*] | summa hon[*oraria*] | duoviratus sui fe|cit idemq. dedicavit | lupas.

Henschir el Hauâria (VIII S. 12220 = Eph. ep. 7, 83 vidit Schmidt).

6821 Constanti. | Victoriae Aug. sacr. | M. Cimbrius Felicis fil. | Pap. Saturninus q̄., ĪĪviral.[1] | ob honorem aedilitatis in|termissae[2] et ĪĪviratus sui | ex HS VIII mil. n., inlatis prius | reip. summis honoraris, po|suit et ob dedicationem or|dini epulas dedit. L. d. d. d.

Henschir Mscherga, ubi fuit municipium Giufitanum (VIII 862. VIII S. 12382 viderunt Wilmanns et Cagnat). — 1) *Quaestoricius, IIviralicius. —* 2) *Cf. N. 6570.*

Titulos eodem loco repertos dedi iam supra N. 5073. 5776. 6794.

6822 C. Memmio Felici | flamini Aug. perp. | utriusque partis | civitatis Thignicen|sis, C. Memmius | Fortunatus flam. | Aug. perp. utrius|usque *(sic)* partis civi|tatis Thignicensis | propter eximiam | pietatem et affectio|nem fraternam, quam cir|ca se et liber. exhibet, posuit.

Thignicae, cf. N. 6795 (VIII 1419. VIII S. 15212 vidit Schmidt).

6823 . . [*V*]eturio L. fil. [*Quir.* | *F*]ortunato o[*b summam* | *in d*]iem vitae a[*dfecti*]o|[*n*]em et admini[*stratio*|*n*]em IIviratus in[*com*|*p*]arabilem et inn[*ocen*]|tiam singularem [*uti*]|litatibus publicis | commodisque | exhibitam, curia|les universi co[*l.*] I[*ul.*][1] | Aug. Num[*id*]icae [*Si*]m[*i*]|thensium pro tot [*t*]a[*n*]|tisque meritis eiu[*s*] ae|re collato posu[*e*]|runt. Loco da[*to*] | d. d.

Prope Simitthu (Schemtû) in ponte Bagradae adhibita (VIII 1261 cf. 14612 diligenter descr. Wilmanns). — 1) *Cf. VIII S. 22197 = Eph. ep. 5, 1116.*

6824 curia Iovis[1]: acta | V k. Decembres, | Materno et [*A*]ttico cos.[2], | natale civi[*t*]atis[3]. Quot | bonum faus[*t*]um felicem *(sic)*: | placuit inter eis *(sic)* et conve|nit secundum [*d*]ecretum | publicum [*o*]b[*s*]ervare: | Si quis flam[*en*[4] *e*]sse volue[*rit*] | d. d.[5] vini amp.[6] III, p[*raeterea* | pane et sale et ci[*baria*][7]; | si quis magister . . . [*d. d.*] | vini amp. II, [*si quis quaestor* | *d.*] d. Ӿ II . . . . *(duo vel tres versus perierunt — In latere dextro)* si quis flamini male dixerit | aut manus iniecerit, d. d. Ӿ I[*II*]; | si magister questori imp[*e*]|raverit et non fecerit, d. d. | vini amp.; si in concilium | presens non venerit, d. d. c.[8]; | si questor alicui non n[*u*]|ntiaverit, d. d.[5] Ӿ I; si a[*liquis*] | de ordine decess[*erit et alicui non nuntiaverit*[9], *d. d.*] . . . . *(In latere sinistro)* si qis *(sic)* at vinu inferend. ierit | et abalienaverit, d. d. duplu.; | si quis silentio questoris | aliquit donaverit et ne[*g*|*ave*]rit[10], d. d. duplum; | [*s*]i quis de propinquis deces|serit

at miliarium VI[11] et cui | nuntiatur non ierit[12], d. d. X II; | si quis pro patre et | matre pro socrum [pr]|o socra[m, d.] d. X V, i[t]em qu[i] | propin[q]us *(sic)* decesserit, | d. d. X IIII; questor ..... | maioribus at fe...... | .... [P]ompeius tu ..... | .... id ....

Henschir ed-Dekir, 11½ chil. a Simitthu Thabracam versus, videtur pertinere Simitthu; iam Parisiis (VIII S. 14683 = Eph. ep. 5, 498 lapidem vidit Cagnat, ectypum l. Schmidt). — 1) *Videtur esse lex quam curia Iovis sive Iovia Simitthu sibi posuit; cf. Schmidt mus. Rhen. 45, 1890 p. 603.* — 2) *A. 185.* — 3) *Apte natali civitatis curia, quae pars fuit civitatis, decreta facit.* — 4) *Flamen curiae. Cf. N. 6844.* — 5) *Dare debebit.* — 6) *Amphoras.* — 7) *Supplevit Mommsen.* — 8) *Congium? (Schmidt).* — 9) *Scil. quaestor.* — 10) '*Significari videtur multa ei imponenda, qui quaestori, ut taceat commissum suum, aliquid donaverit idque se commisisse negaverit' Schmidt l. c.* — 11) *Sextum.* — 12) *Similia in lege collegii Dianae et Antinoi Lanuvina (XIV 2112), quam infra dabimus (col. 1 v. 26).*

6825 [*et quod* ...... | ... *test*]amen|[*to suo*] curiae | [*Caeles*]tiae HS X | [*m. n. le*]gavit[1] | b. merito p. p.[2], | curia Caelest.[3] | mesuleum p.[4] sua | et exuvias[5] fec., | et natali eius XI k. | April. aepulantur.

Simitthu (VIII S. 14613 = Eph. epigr. 5, 494 vidit I. Schmidt). — 1) ..cavit *lapis.* — 2) *Pro pietate.* — 3) *Curia Caelestia a dea Caelesti (N. 4429 seq.) nomen traxit. Eiusdem nominis curia VIII 829.* — 4) *Pecunia.* — 5) *Scr.* exequias.

6826 P. Modio Felicis fi|lio Primo quaesto|ricio, IIviralicio, | ad remunerandam | liberalitatem eius | memoriamque per|petuo servandam | universae curiae.

Henschir Bu Scha, ibi ubi N. 1347. 5713 cet. (VIII S. 12354 = Eph. epigr. 5, 514 descr. Poinssot).

6827 pro salute imp. Antonini Aug. Pii | liberorumq. eius[1] | .. Cincius C. f. Arn. Victor, cum ad tuendam | rempublic. suam ex consensu decurio|num omnium iampridem patronus | factus esset, porticum templi Cererum[2] ve|tustate consumptam a solo restituit et | statuam Genii curiae ex HS IIII m. n. in curia po|suit, et die dedicationis decurionib. sportulas | asses octonos et universis civibus epulum | ded., cumq. propter eiusdem Cinci Victoris | merita, quae circa r. p. suam et universos | cives exhibuisset, M. Cincium Felicem Iulianum | fil. eius ex consensu et favore patronum expostu|lassent et fecissent, Cincius Victor pater eius ad am|pliandam benignitatem suam statuam Fortunae, | cum ex HS V m. promisisset, ampliata pec. d. s. p. ide[mq.] | dedic. et ea die decurionib. pagi et civit.[3] sportulas | a. VIII[4] et universis civibus [ep]ulum ded[it].

Henschir Ain Edja, ubi fuit Agbia (VIII 1548 cf. 15550 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *A. 138—161.* — 2) *Cf. N. 4459 seq. 4464—4466. 4468.* — 3) *Pagus et civitas saepe in inscriptionibus dicta vicina Thugga. Cf. Schulten Philolog. 53, 1894 p. 678, mus. Rhen. 50, 1895 p. 55 not.* — 4) *Asses octonos.*

6828 memoriae M. Numisi | Clodiani dec., auguris, | homini bono, qui dece dens testamento su[o] | ad remunerandos cu|riales curiae Aeliae

ss. $\overline{X}$ | mil. n. reliquit, ob hono|rem eius hanc statu|am idem cur.[1] sua pecuni|a posuer.

Nebel-Kedim in ora Africae, ubi fuit Neapolis (VIII 974 vidit Wilmanns). — 1) *Curiales.*

6829 memoriae | M. Caecili Feli|cis Martialis, | C. Caeci[*li*] Felicis | e. v.[1], flam. perp. | fili, | decuriones et | Caereales[2].

Henschir Bischka, ubi fuit Bisica (VIII S. 12300 = Eph. epigr. 5, 1220 vidit I. Schmidt). — 1) *Egregii viri.* — 2) *Cf. supra N. 4463;* epulum curis et Caerealicis exibuer. *VIII S. 16417.*

6830 d. m. s. | Q. Iulius Ter|tius Urbanus | pater tot fas|cium[1] et fl. pp., | patronus | Cerealium, | vixit annis | LXXXVIII, | h. s. e.

Henschir Sidi Abd er-Rebbû prope Henschir Mest sive Mustim (VIII S. 15589 = Eph. epigr. 5, 587 bis ut videtur descripta). — 1) *Scilicet liberos habuit complures magistratibus municipalibus functos.*

6831 d. m. s. | Lusi Fortunatiani | aedilis et mune|rarari *(sic)* item duovi|ru et munera|rius[1], | agens vices curato|rum rei publicae, pius | vixit annis | XXXXXVI, | his *(sic)* semper in pace.

Krisch el Wâd, ubi fuit Thisiduo, iam Parisiis (VIII 1270 cf. 14764 viderunt Wilmanns et Villefosse). — 1) *Cf. VIII S. 11340:* aedilicio, IIvirali, iuveni munerario.

6832 d. m. s. | M. Vetidi|us Musti|olus Mus|ti f., flam. | annuus[1], p.[2] | v. a. LXXV, | h. s. e.

Thubursici Numidarum (VIII S. 17167; Gsell rech. arch. en Algérie p. 335 n. 457). — 1) *Cf. N. 6838 (not. 1).* — 2) *Pius.*

6833 d. m. s. | C. Paccius Ro|gatus fl. p. p.[1], | IIvir col. Sic.[2], | pref. *(sic)* | caste.[3], | v. a. LXXVIII, h. s. e.

Henschir Sidi Merzug (VIII S. 15726 = Eph. epigr. 5, 595 vidit Cagnat). — 1) *Flamen perpetuus.* — 2) *Duovir coloniae Siccae.* — 3) *Praefectus castelli. Cf. N. 6807[a]. De praefecto quodam castellorum territorii Carthaginiensis cf. N. 1945 (not. 2); de castellis Cirtensibus N. 6865 seq.*

6834 M. Gentio Quar|to civi castelli | Suf., M. Genti|us Quartinus | veteranus fi|lius fec.

Sufibus (Sbiba) (VIII S. 11427 vidit Cagnat).

6835 [*spl*]endididissimus et | [*f*]elicissimus ordo | col. Sufetan[*ae*] | P. Magnio Aman[*do fl.*] | p. p., inter quin[*quennali*]|cios adlecto, qu[*i prae*]|ter summ. hono[*rariam*] | flamoni pp. et quinquen|nalitatis amplius HS L n. | obtulerit, ex cuius quanti|tatis usuris quodannis | XII k. Nov. die natali dei | Herc. Geni patriae[1] divisi|ones dec. dantur. | Q. Magnius Maximus | Flavianus fil. eius, eq. R. | honore cont.[2] s. p. f. et | ob dedic. sportulas | dedit. L. d. d. d.

Sufibus (Sbiba) (VIII 262. VIII S. 11430 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Citat Wilmannsius Augustini epist. 50, scriptam 'auctoribus et principibus*

vel senioribus coloniae Suffectanae', qua queritur de caede sexaginta christianorum interfectorum, quod signum Herculis fregissent. — 2) *Contentus.*

6836 L. Caelio Plautio Catullino c. v., tribu|nicio, curatori rei publicae, ob insignem eius | clementiam et circa singulos universosq. | cives praestantia innocentia quam[1] cir|ca frumentariae rei largam mode|rationem et praestantiam singu|larem, omnium virtutum viro, | curiae universae statuarum ho|norem pro meritis suis hac titu|li aeternitate signarunt.

Sbîtla, ubi fuit Sufetula (VIII 11332 vidit Cagnat). — 1) *Scr.* que.

6837 .. ae[1] deae ornam. | L. Aemilius [*F*]elix rei | curiae[2] suae donavit, | set et ✗ sescentos, quos | praesentes intulit, ex quo|rum usuris centesim. concuri|ales eius epulentur die nata|lis sui, qui est iduum Maiar.

Theveste (VIII 1845 cf. 16501 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Aut* .. bae *aut* .. idae *aut* .. sae. — 2) *Nota rem curiae dictam pro arca.*

6838 ... [*Sa*]turnini | [*S*]aturniani | [*flami*]n. p. p. filio, | [*ne*]poti C. Iul. Romu|leani eq. R., pontif., | qui primus | a condita civi|tate sua ob | honorem fla|moni annui[1] | munus [*die*]bus | .. mnibus senis[2]|... curiae suae | [*dedit*], univer|[*sae*] curiae | [*et A*]ugustales | [*pecuni*]a sua. | Locus datus ex | decreto ordinis.

Theveste (VIII 1888 vidit Renier). — 1) *Cf. N. 6832. 6846 (not. 2). O. Hirschfeld Herm. 26, 1891 p. 151.* — 2) [*Par*]ibus *(sc. gladiatorum)* senis *proposuit Momms.*

6839

1.

Aureliae Excepti filiae | Ianuariae, sponsae | et uxori | Q. Creperei Rufini.

2.

Q. Crepereio Germani filio Pap. Rufino
auguri, aedili, praef. i. d., IIvir. ob in|-
signem eius vitam quietamque disciplinam et in
muneris editione promtas |
liberalitates quas in cives suos exercuit, curiae |
universae et Augustales[1] sumtu proprio posuerunt, |
Cuius honoris remunerandi causa idem Rufinus sportul. decurionib. et lib. Caes. n.[2] itemq. foren|-
sibus[3] et amicis, curiis quoque et Augustalibus |
aureos binos et populo vinum dedit, et | ludos edidit.

Theveste (VIII S. 16556 vidi). — 1) *Augustales rari in Africa fuerunt etiam Ammaedarae (supra N. 378), item ut videtur Thamugade (VIII 2350).* — 2) *Libertis Caesaris nostri.* — 3) *Collegium forensium fuit etiam Caesareae (Bull. des antiquires de France 1898 p. 189).*

6840 Dianae Aug. | P. Iulius Li|beralis sa|cerdot[*a*]lis p. A.[1], IIv[*ir*] | II et qq. p. i. d.[2] in | col. Thys|dritana, | f. p.[3], nomine | filiarum | suarum Iu|liarum de|dit idemq. | dedic. d. d.

Thamugade (VIII 2343 vidit Wilmanns). — 1) Cf. N. 6840 seq. Idem homo VIII 4252. — 2) Quinquennalis praefectus iure dicundo. — 3) Flamen perpetuus.

6841 imp. Caesar divi | Nervae f. Nerva Traianu[*s* | *Aug.*] Germani[*c*]us pontif. | [*max.*] tr[*i*]b. pot. I[*III*[1], *co*]s. III, p. p., co[*l.* | *Mar*]c[*i*]anam Tr[*ai*]anam Th[*a*|*muga*]di[2] per ⟨leg. III⟩[3] Au[*g.* | *fec.*, *L. M*]unati[*o*] Gallo[4] leg. | Aug. pro pr.

Thamugade in Numidia, ante arcum triumphalem, olim sine dubio in fronte eius (VIII 2355. VIII S. 17842 pleraque fragmenta vidit Cagnat). Titulus gemellus, magis etiam mutilus, olim sine dubio in fronte opposita arcus, est VIII S. 17843. — 1) A. 100 (numerus plene in t. gemello). — 2) [*Tha*]mugadi *in t. gemello.* Coloniae Ulpiae Thamugadis *est in t. urbano VI 1803*[b]. — 3) *Cf. supra N. 305 not. 1; N. 2296 not. 3. — 4) Idem legatus in titulo eiusdem anni supra N. 284.*

6842 . . . . . | [*p*]ro salute et vic|toria imp. Ner|vae Traiani Caes. | Aug. Germanici | Dacici condito|ris col., T. Flavius | Felix conductor | quintarum[1] Mar|[*s*]yan[2] s. p. f. id[*em*|*que dedicavit*].

Thamugade (VIII S. 17841 vidi). — 1) Vectigal quoddam hoc nomine significari videtur, quod T. Flavius Felix conduxerat. Memorat quintam aliquam constitutio data a. 445 (Nov. Valentiniani III tit. 18, 1 c. 2). — 2) Cf. N. 6849; item VIII S. 16417: statuam quoque in foro Mar[*sya*]e. *Serv. ad Aen. 4, 58: Marsyas, eius (Liberi) minister, est in civitatibus in foro positus, libertatis indicium; id. ad Aen. 3, 20: apud maiores aut stipendiariae (civitates) erant aut foederatae aut liberae; sed in liberis civitatibus simulacrum Marsyae erat cet. Cf. Eckhel 4, 495; H. Iordan Marsyas auf dem Forum in Rom (Berlin 1883).*

6843

Concordiae	et ordinis,
populi	
quod sumtus	copiisque
rei p.	relevave-
manibus	rint[1].

Thamugade bases duae, olim iuxta collocatae (VIII 2342 cf. p. 1693 vidit Wilmanns). — 1) Pertinet titulus ad opus publicum factum non per redemptores, sed per munitionem, quale significatur legis coloniae Genetivae c. XCVIII; cum plebs manibus, ditiores iumentis plostris reliquis copiis opus adiuvissent, arca publica relevata est (Momms.).

6844 curia Marcia: | curiales eius | a solo sua p. fe|cerunt, id. d.

Thamugade (VIII S. 17906 vidi).

Alios titulos Thamugadenses dedi N. 303. 305. 405. 434. 446. 640. 631—633. 654. 839. 1055. 1178. 1436. 2751—2753. 2937. 5476. 5476[a] *5554. 6122. 6122*[a]*; alios Lambaesitanos N. 342. 584. 689. 1070. 1082. 1111. 1154. 1162. 1194. 1196. 2999. 3024. 3034. 3061. 3229. 3282. 3324. 3374. 3539. 3810. 3811. 3841—3844. 3893. 3895. 3935. 4194. 4311*[a]*. 4323. 4429. 4439. 4449. 4476. 4497. 4881. 5358. 5520. 5605. 5626. 5786. 5788. 5795. 6028. 6040; praeter militares N. 470. 2291. 2296. 2303. 2306. 2314—2317 cet. 2344. 2354 cet. 2376. 2381 cet. 2396. 2397. 2413. 2415. 2419. 2422 cet. 2437 cet. 2445—2447. 2449—2452. 2487. 2565. 2653. 2659. 2761. 2762.*

6845 curia Antoniniana — c. Papir.[1] — c. Aur. — cur. Saturnia — c. Aug. — c. Traia.

Lambaesi in gradibus amphitheatri (VIII 3293 solus descr. Renier). Praeterea in iisdem gradibus signati erant cuneorum numeri: [c.] VI, c. VII, c. VIII, c. VIIII. — 1) *Curia Papiria nomen traxit a tribu domus imperatoriae.*

6845a d. m. s. | Memius Co|mes vixit a|nis LXXX, curi|ales eo[1] fe|cerunt | curia Iovia, | uxor ei fecit.

Lambaesi (VIII 3302 vidit Wilmanns). — 1) *Scr.* ei? *Cf. VIII 3298:* coniugi per curiales.

6846 curiae Iuliae | felici | P. Maccaeus Sil|vanus vet. ex sig.[1] | ob honorem | flamoni[2] in se | conlatum s. p. f.

Lambaesi (VIII 2596 cf. 18094 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Veteranus ex signifero.* — 2) *Videtur significari flamonium curiae. Cf. Schmidt mus. Rhen. 45, 1890 p. 607. — De sacris curiarum Africanarum cf. etiam N. 3371.*

6847 Fortunae Aug. sacr. | dedicante | L. Novio Crispino[1] leg. Aug. pr. pr., | C. Antonius C. f. Col. Alexander | Antiochia, | curiae Hadrianae felici | veteranorum ⟨leg. III⟩[3] Aug., | ob honorem flaminat. perpet.[4] | quod[5] in se absentem contuler. | promissa statua ex HS IIII m. n̄. | ampliata pecunia fecit.

Lambaesi (VIII S. 18214 vidi). — Persimilis est titulus VIII S. 18234 dedicatus Minervae, eidem curiae Hadrianae positus ab alio flamine. — 1) *Cf. N. 1070. Titulus positus inter annos 147 et 150.* — 3) *Cf. N. 6841 not. 3.* — 4) *Cf. Schmidt mus. Rhen. 47, 1892 p. 128.* — 5) quem *titulus similis VIII S. 18234.*

6847a Victoriae Aug. | L. Aemilius For|tis dumviralis | ob honorem dum|viratus, quem | in se ordo et | cives sui contule|runt, sicut apud | acta pollicitus | est, ex HS V milibus | nummum posu|it idemque dedi|cavit, curanti|bus Luciis Aemi|liis Simbolio Germa|no Pelusio Purpurio | Fortunio liberis | eius.

Lambaesi in foro (VIII S. 18241 vidit Purgold). — 1) *Cf. N. 6877, item N. 5553.*

6848 Hygiae Aug. sac., | quam res p. Gemel|lens.[1] ob insignem | amicitiam[2] Lati[*o*] | uno tempore im|petrat.[3] at.[4] dedica[*v.*], | For[*t*]is et *(quae sequuntur, nimis lacera).*

Lambaesi in foro (VIII S. 18218 particulas disiectas vidit Schmidt, omnia quae reperta fuerunt solus descr. Poulle). — 1) *Videntur significari Gemellae memoratae supra N. 531.* — 2) *Scilicet quae ipsi cum re publica Lambaesitanorum intercedebat.* — 3) *Nimirum uno tempore ius Latii impetraverunt Gemellenses et Lambaesitani. Cf. N. 6780.* — 4) at *videtur errore repetitum esse.*

6849 pro sa|lute | et in|colu|mita|te dd. | nn. Va|leria|ni et | Gal|li|eni | Augg. ‖ C. Iuli|us Vic|tori|nus | aedi|lis st[*a*]|tuam | Mar|syae[1] | quam | o[*b ho*|*no*]rem | a[*e*]di|[*li*]ta|[*tis*] | promi|serat | sua pe|cunia | fecit | et de|dica|vit.

Verecundae prope Lambaesim in foro rep., est Lambaesi, cippus sex laterum (VIII 4219 cf. 18499 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. N. 6842 not. 2.*

6850 numini domus Aug. et | imp. Caes. divi Hadriani fil. | divi Traiani Parthic. nepot. | T. Aelio Antonino Aug. Pio p. p., | pontifici maximo, trib. pot., | dedicante L. Novio Crispino[1] | leg. Aug. pro pr. cos. desig., | possessores[2] vici Verecundensis[3].

Verecundae prope Lambaesim (VIII 4199 cf. 18493 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. N. 6847.* — 2) *Cf. N. 7071.* — 3) Vic[*us*] Augustor[*um*] Verecundens. *supra N. 5752.*

6851 Genio patriae Aug.[1] | dedicante Iulio | Lepido Tertullo[2] leg. Aug. | pro praetore, | quod L. Pompeius Rogatus | testamento suo ex HS $\overline{XX}$ n̄. | fieri iussit, ordo Verecun. | faciendum curavit.

Verecundae (VIII 4192 cf. p. 1769 vidit Renier). — 1) *Genius patriae Augustus, videtur idem qui antea dicebatur Genius vici Augustus N. 6852.* — 2) *Legatus Numidiae fuit a. 194 (VIII S. 17726).*

6852 Gen. vici | Aug.[1] | Cn. Baebius | Cn. fil. Stellat. | Caerealis Ort.[2] | fl. pp., adiectis | at legitimam | fl.[3] HS $\overline{II}$ m. n̄. | HS $\overline{I}$ DCC n̄., | ex HS $\overline{III}$ DCC n., | amplius | inlatis rei p. | HS $\overline{I}$ n̄., posuit | idemq. | dedicavit.

Verecundae, deinde Lambaesi (VIII 4194 cf. 18490 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. N. 6851.* — 2) *Horta. Cf. C. I. L. XI p. 463.* — 3) *Flamonii. Titulum Verecundensem positum ob honorem flamonii a. 212 habes supra N. 450.*

6852[a] d. m. s. | Cn. Baebio Cn. f. [*Stell. Cae*]reali municipi Ortanorum[1] | atque Faleri[*ensium*, *V*]erecundensium incolae | et flamini per[*petuo*] et principi, et | Severae Inge[*nui Se*]veri filiae eius[2], paren[*tibus*] | fili. Vixit p[*ater anni*]s LXXX, mater anni[*s*] . . . .

Verecundae (VIII 4249 cf. 18503 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Cf. N. 6852.* — 2) *Sc. uxori.*

Alios titulos Verecundenses habes supra N. 402. 450. 609. 5752.

Cirta. Coloniae Cirtenses.

6853 L. Domitio L. f. | Tironi auguri, | duomvir.[1], vicensumari[2] | h. c.[3] | *(In utroque latere)* curante L. Sattio.

Cirtae (VIII 7099 vidit Wilmanns inscriptionem anticae). — 1) *Titulus ex antiquissimis repertis Cirtae, scriptus antequam triumviri magistratus ibi essent cf. Momms. Herm. 1, 52. De iure quattuor coloniarum Cirtensium dixit Mommsen Herm. 1, 53 seq.* — 2) *Socii qui vicesimam conduxerant, fortasse vicesimam libertatis (N. 1863, cet.).* — 3) *Honoris causa.*

Titulos Cirtenses dedi etiam supra N. 411. 439. 440. 607. 674. 688. 691. 715. 758. 1067. 1068. 1102. 1103. 1103[a]. 1105. 1119. 1163. 1177. 1235. 1236. 1437. 1438. 2933. 3181. 3390. 3391. 3799. 4919. 4921[a]. 4921[b]. 5176. 5176[a]. 5425. 5534. 5549. 5555. 5789. 5872; Rusicadenses N. 399. 1146. 1147. 3074. 4117. 5473. 5647. 5648. 5873. 5910; Milevitanas N. 4136. 5874. 5980.

6854 Concordiae | coloniarum | Cirtensium[1] | sacrum. | C. Iulius C. fil. Quir. | Barbarus quaest., | aed., statuam, quam | ob honorem |

aedilitatis polli|citus est, sua pecu|nia posuit. | L. d. d. d. *(A dextra)* pollicitus | V idus Ian., de|dicata III idus | Martias Iuli|ano II et Crispi|no cos.[2]

Cirtae (VIII 6942 vidit Wilmanns). — 1) *Cirta, Rusicade, Milev, Chullu. (Additur Cuicul supra N. 5533).* — 2) *A. 224.*

6855 Veratiae Fron|tonillae uxo|ri probatissi|mae, flamini|cae IIII col.[1] Cir|tensium, | P. Iulius T[*he*]odorus | nuper ex centu|rione legionario | honesta missio|ne missus, maritus, | d. d.

Cirtae (VIII 7080 vidit Wilmanns). — 1) *Alia flaminica quattuor coloniarum N. 6856, flamen perpetuus quattuor coloniarum N. 5533.* Res publ. IIII col. Cirt. *posuit titulos supra N. 439. 440,* res publica Cirtensium *titulum N. 1177.* — Dec. IIII col. *supra N. 5473; cf. N. 6854. Ludi editi per quattuor colonias, supra N. 2933.*

6856 Clodiae Vito|sae Tertulli|nae flam. IIII col., | P. Clodius P. fil. Quir. | Quadratus qui | et Scipio, frater | patr[*ue*]lis eius, | eq[*uo pu*]bl. orna|tus, decurio ea|rundem coloni|arum, ob insig|nem in se amo|rem et muni|ficentiam eiu[*s*] | p. s. d. d. | L. d. d. d.

Thibili (Annûna) in Numidia (VIII S. 18912 Schmidt vidit ectypum).

6857 M. Coculnio | Sex. fil. Quir. | Quintilliano[1] lato | clavo exornato ab | imp. Caesare L. Septimio | Severo Pertinace Augusto Pio | Parthico Arabico Parthico | Adiabenico[2], quaestori desig., | post flamonium et honores | omnes quibus in colonia Iulia | Iuvenali Honoris et Virtutis[3] Cirta | patria sua functus est, | Florus Labaeonis *(sic)* fil., | princeps et undecimprimus[4] | gentis Saboidum, amico merenti | de suo p[*osuit ide*]mq. dedic. | L. [*d.*] d. d.

Cirtae (VIII 7041 cf. 19423 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Ad eundem hominem pertinent tituli Cirtenses VIII 6955. 7042. 19417. 19508.* — 2) *Cf. supra N. 425; N. 424 not. 2.* — 3) *Honos et Virtus numina tutelaria coloniae Cirtae, testibus etiam nummis (cf. C. I. L. VIII suppl. p. 1849). Ara illis ibi dedicata: VIII 6951. Etiam in nova Cirta (N. 6783) Sicca Honos et Virtus colebantur (supra N. 3797. 3798).* — 4) *Cf. N. 4440. 6798. 6808.*

6858 Genio populi | M. Roccius Felix | M. fil. Quir., eq. publ., | IIIvir[1], sac. urb.[2], fl. divi | M. Antonini[3], statuam quam | ob honorem IIIviratus promisit, | ex HS VI mil. n. sua pecunia | posuit; ad cuius dedicationem | sportulas denarios singulos | secundum matricem publicam | civibus de suo dedit itemque | ludos scaenicos cum missilibus | . . . .

Cirtae (VIII 6948 vidit Wilmanns). — 1) *Triumvir, sc. coloniarum Cirtensium.* — 2) *Sacerdos urbis (Romae). Alius* [*sa*]c. urbis *Cirtensis est VIII 7103 cf. 19438.* — 3) *M. Aurelii. Flamen perpetuus divi Magni Antonini in quattuor coloniis Cirtensibus est supra N. 5473.*

6859 . . . . ari[1] Libero A[*ug.*] sacr[*um*] | Q. Quadratius [*Q. f.*] Quir. | Quintulus aedilic[*iae*] potest[*a*]|tis, statuam cum aed[*ic*]ula et | columnis, quam in praefectura | sua pro IIIviris agens[2] sponte pol|[*l*]icitus est,

praeter leg[*iti*]ma HS | XX n. decurionatus re[*i p.*] inlata | dedit dedicavit[*q.*] | L. d. [*d.*] d.

Cirtae (VIII 10867 = Rec. de Const. 1878 p. 317 vidit Poulle). — 1) *Fortasse* [*p*]a[*t*]ri. — 2) *Alius* praef. pro IIIvir. *est VIII S. 19489. Diversi hi praefecti pro triumviris quattuor coloniarum a praefectis iure dicundo trium coloniarum (cf. N. 6863. 6863ª).*

6860 . . . ladi[1] sacrum | . . . . . [*Qua*]dratus Baebianus | [*equo publ. exornatus?*] iudex[2], aedil., quaest., IIIvir, | [*IIIvir qq. praef. i. d. col. Milevitanae*] Rusicadensis Chullitanae[3], | . . . . [*praete*]r diem ludorum Floralium[4] | . . . . [*qu*]os IIIvir sua pecunia fecit | . . . . . [*et*] quod quinquennal. publicum | . . . . tem tumultu Gaetulorum | . . . . li fratris sui centuri[*o*|*nis leg.* . . . . . *p*]atris sui eiusdem voluntat. | . . . . rei publicae inlatis h[*o*|*norariis summis*] . . . . . . novum HS C mil. [*pro*]mis[*isset*] | . . . cro sua pecunia feci[*t*].

Cirtae (VIII 6958 vidit Wilmanns). — 1) *Primas litteras non vidit Wilmanns, habet eas solus Cherbonneau.* — 2) *Fortasse iudex e quinque decuriis.* — 3) *Cf. infra N. 6863 seq.* — 4) *Cf. supra N. 5057. 5646 not. 2.*

6861 Sex. Otacilius M. f. | Quir. Restitutus, | M. Otacili Fructi | pontificis frater, | IIIvir, aed. quaes|toriae potestatis[1], | augur, super HS XX | legit.[2], quae ob hono. | aedilitat. r. p. dedit, | et HS VI[3] ob diem lud.[4] | et HS XXXIV inib. legit[5] | ob honor. augurat. | r. p. intulit et at HS IIII, | quae in voluptat.[6] promi|ser., adiectione a se facta | dextros[7] duos sua pec. posuit | dedicavitq. D. d.

Rusicade (Philippeville) in foro in ruinis basilicae rep. (VIII 7990 cf. p. 1879 vidit Wilmanns). Titulus gemellus est VIII 7991. — 1) IIIvir, aed. et q. pot. *est in t. Cirtensi supra N. 3181.* — 2) *Sestertium viginti milia legitima.* — 3) *Sestertium sex milia.* — 4) *Ludorum.* — 5) *Inibi legitima.* — 6) *Voluptates.* — 7) *Dextri quid significent parum constat.*

6862 C. Caecilius Q. f. Gal. Gallus hab.[1] | equum pub., aed. hab. iur. dic. q. pro | praet.[2], praef. pro IIIvir. IIII[3], praef. fabr. cos. | II et praet. II[4], hab. orn. quinq. d. d.[5], ex V decuriis | dec. III[6], quinquennalis, praef. i. d. Rusicadi, | flam. divi Iuli[7], | nomine suo et Proxiniae M. f. Proculae uxoris suae et | fil. Gallae et Galli et Coruncaniae et Nigellinae tribunal | et rostra | s. p. f. c.[8] *(In latere dextro)* C. Caecilius Q. *(sic)* Gal. | Gallus s. p.

Philippeville, ubi fuit Rusicade, nunc Parisiis (VIII 7986 vidit Wilmanns). Titulum primo p. Chr. saeculi adtribuit Momms. Herm. 1, 60. — 1) *Habens.* — 2) *Aedilis habens iuris dictionem quaestoris pro praetore.* — 3) *Pro triumviro quater.* — 4) *Praefectus fabrum consularis bis (sive delatus a duobus consulibus; cf. supra N. 2683. 5883) et praetorius bis. Alius* praef. fabr. a pr. bis et cos. *est supra N. 6727 (not. 3).* — 5) *Habens ornamenta quinquennalicia decreto decurionum.* — 6) *Ex quinque decuriis decuriarum trium; cf. Mommsen Staatsrecht III p. 536 not. 3.* — 7) *In titulo filiae VIII 7987 dicitur* flamen provinciae. — 8) *Sua pecunia facienda curavit.*

6863 Q. Sittio | Q. fil. Quir. | Fausto IIIviro, | praef.[1] i. d. col. Ve|neriae Rusicade[2] | et col. Sarn. Milev. | et col. Minerviae | Chllu *(sic)*, aedili, | municipes, ob | merita eius | aere conlato | d. d.

6863[a] Aproniae Sex. fil. Fi|dae coniugi | Q. Sitti Q. fil. Quir. Faus|ti, probati ab | impp. L. Septimio Severo | Pio Pertinace Aug. et | M. Aurelio Antonino Aug., | in quinq. decurias allecti a divo | M. Antonino Pio[3], flam. perp., | [*III*]vir. quinq., IIIvir., praef. i. d. | [*co*]l. Vener. Rusic., praef. i. d. | [c]ol. Sarn. Mil. et praef. i. d. | col. Miner. Chullu, aedil., | amici ob merita mariti | [*ei*]us in se, aere conlato. | L. d. d. d.

Kheneg, inter Cirtam et Milev, ubi fuit pagus Tidditanorum (VIII 6710. 6711 vidit Wilmanns). — 1) *Alius* IIIvir IIII col., praef. III col. *est in t. Rusicadensi supra N. 1147;* aed., IIIvir, quaestor, qq., praef. coloniarum Milevitanae et Rusicadensis et Chullitanae *supra N. 2933.* — 2) *Cf. N. 5077.* — 3) *Sc. M. Aurelio.*

6864 ..... Co[*mmodi*] .... [*a*]ed., a[*uguris*] .... | [*III*]vir. prae[*f.*[1] *i. d. in* | *col.*] Rusicad. et [*in col. Chul*]li[*tana* | *et*] bis in col. Mil. functi | quinquennalis, item [*so*]|luta contributione[2] a Cir|tensib. iterum in col. Mil. pa|tria sua primi IIIvir., fl. p. p., | quod ei ad legitimam qua[*nti*]|tatem pro adfectionum in ord[*i*]|ne adq. in populo meritis suffr[*a*]|gio oblatum est[3]. Qui v. a. LX. | H. s. e. O. t. b. q.[4] | [*T*]urania Cassia Commodi f[*il.*] | patri piissimo.

Milev (Mila) (VIII 8210 vidit Wilmanns). — 1) *Praefectura.* — 2) *Fuerunt contributae quattuor coloniae etiamtum regnante Elagabalo (supra N. 5473), item ut videtur imperante Alexandro a. 228 (supra N. 5648): soluta contributione Commodus primus triumvir Milevitanus factus est.* — 3) *Fortasse significatur remissio pecuniae honorariae.* — 4) *Hic situs est. Ossa tua bene quiescant.*

6865 Genio kastelli Elefant.[1] | sacrum | Clodia Donata Prope[*rt.*] | Crescentis uxor, sta|tuam Geni patriae ka[*st.*] | Elef. cum base, quam | de sua liberalitate | ad ornandum kastel. | pol[*l*]icita ex HS VIII n. | sua pecunia constituit. | Ad cuius dedicationem | sportulas X[2] singulo[*s*] | et vinum per collegia | ad aepulandum dedit. | [*L.*] d. d. d.

Rouffach inter Cirtam et Milev (Vars Rec. de Constantine 33, 1899 p. 382). — 1) *Castellum hoc diversum videtur fuisse a Mastarensi (N. 6868), sed ei vicinum. Episcopi Elefantarienses memorantur a. 393. 394 (Mansi act. concil. 3, 847. 858) et a. 484, sed hic in Mauretania Caesariensi.* — 2) *Denarios.*

6866 [*pro salute*] | imp. Caes. M. Au|reli Severi Anto|nini Pii [*F*]elicis Aug. | Parthici ma[*xi*]mi Brit|anici maximi [*Ger*]ma[*ni*]ci | [*m*]aximi, pontificis max., trib. po|test. XVIII[1], imp. III, cos. IIII, p. p., p|rocos., et Iuliae Aug. Piae | [*F*]elicis, matris Aug. et castro|rum et senatus et patriae, res | publica castelli Subzua|ritani.

Sadjar, ubi fuit Subzuar castellum Cirtensium (VIII 6002. VIII S. 19216 Schmidt vidit ectypum). — 1) *A. 215.*

6867 Cereri | Aug. sacr. | Iulia Mus|siosa Kasa|riana ex | consensu | ordinis cas|telli Arsa|calitani | sua pecunia | fecit. | L. d. d. d.

El-Goulia, non longe a Sadjar (VIII 6041 cf. 19223 viderunt Wilmanns et Schmidt).

Adde inscriptionem castelli Siguitani supra N. 4479.

6867a P. Sittius P. fil. | Quir. Felix mag. | pag. desig., v. a. XL, | h. s. e., o. t. b. q.[1] | P. Sittius Felix | v. a. LI, h. s. h. *(sic)*, | o. t. b. q.[1]

Sigus (VIII 5705 vidit Renier). — 1) *Cf. N. 6864 not. 4.*

6868 nundinae [*habe*]ntur hic in | castello Mastarensi[1] die | III kal. Septemb. primarum | et die III idum Septembrium | [*s*]ubsequentium et deinceps | suo quoque mense ex per|missu | M. Aureli Comini Cas|siani leg. Augg. pr. pr. | c. v.[2]

Rouffach, cf. N. 6865 (VIII 6357 vidit Wilmanns). — 1) *Nomen etiam in alio titulo eiusdem loci VIII 6356. De castello Elefant. cf. N. 6865.* — 2) *Cf. supra N. 1154. In vocabulo* Augg. *altera g videtur erasa fuisse, sc. interfecto Geta.*

6869 Antonia L. f. Saturnina[1] vicu | et nundina V kal. et V idus sui | cuiusque mensi[*s*] constituit.

Aïn Mechira inter Cirtam et Dianam (VIII 8280 cf. 20077 bis descripta). — 1) *Ad eandem feminam pertinet t. Cirtensis VIII 7032, ad maritum eius C. Arrium Pacatum VIII 7031.*

Ad nundina instituta a. 138 in saltu Beguensi pertinet senatus consultum relatum VIII 270. Adde titulum repertum Ain-Kerma inter Sitifim et Cirtam, in quo dicitur lectum esse ex rescr[*ip*]to dei Probi ... nundinas ... celebrandas *cet. (Bull. comité travaux histor. 1898 p. 155); item supra N. 4490.*

Libellus colonorum saltus Burunitani.

6870 . . . .[1] [*intellegis praevaricationem*] ‖ (II) quam non modicum[2] Allio Maximo adv[*er*]|sario nostro set cum omnibus fere [*con*]ductorib. contra fas atq. in perniciem | rationum tuarum sine modo exercuit | ut non solum cognoscere per tot retro | annos instantibus ac suplicantibus[3] | vestramq. divinam subscriptionem | adlegantibus nobis supersederit, ve|rum etiam hoc eiusdem Alli Maximi | [*c*]onductoris artibus gratiosissimi | [*ult*]imo indulserit, ut missis militib. | [*in e*]undem saltum[4] Burunitanum[5] ali|[*os nos*]trum adprehendi et vexari ali|[*os vinc*]iri, nonullos, cives etiam Ro|[*manos*], virgis et fustibus effligi iusse|[*rit, scilic*]et eo solo merito nostro qu|[*od venientes*] in tam gravi pro modulo me|[*diocritat*]is nostrae tamq. manifesta | [*iniuria im*]ploratum maiestatem tu|[*am acerbiore*] epistula usi fuissemus. Cu|[*ius nostrae in*]iuriae evidentia, Caes., | [*inde profec*]to potest aestimari, qu|[*od*] . . . . . . quidem quem maiesta|[*t*] . . . . . [*ex*]sistimamus vel pro | . . . . t omnino cognos|. . . . . plane gratificati | . . . . mum invenerit | . . . . nostris quibus | . . . . bamus cogni|. . . . . beret inte|. . . . . . . [*praes*]tare operas | . . . . ret ita tot re|[*tro*] . . . . . t tu . . . . *(deficiunt quaedam).*

(III) [*Quae res co*]mpulit nos miserrimos homi|[*nes iam rur*]sum di-

vinae providentiae | [*tuae supl*]icare, et ideo rogamus, sa|cratissime imp., subvenias. Ut kapite le|gis Hadriane[6], quod supra scriptum est, ad|emptum est, ademptum sit ius etiam proccb.[7] | nedum conductori, adversus colonos am|pliandi partes agrarias aut operar. prae|bitionem iugorumve et ut se habent littere | procc.[7a] quae sunt in ta[*b*]ulario[8] tuo tractus Kar|thag.[9], non amplius annuas quam binas | aratorias, binas sartorias, binas messo|rias operas[10] debeamus, itq. sine ulla contro|versia sit, utpote cum in aere inciso et ab | omnib. omnino undiq. versum vicinis nost. | perpetua in hodiernum forma pra[*e*]st[*it*]u|tum[11] et procc. litteris quas supra scripsimus | ita conf[*ir*]matum. Subvenias, et cum homi|nes rustici tenues manum nostrarum ope|ris victum tolerantes conductori profusis | largitionib. gratiosismo *(sic)* impares aput | procc. tuos simu[*s*], quib. [*pe*]r vices | succession. per condicionem conductionis notus est, | miser[*eari*]s[12] ac sacro rescripto tuo n.[13] ampli|us praestare nos quam ex lege Hadriana et | ex litteras procc. tuor. debemus, id est ter | binas operas, praecipere digneris, ut bene|ficio maiestatis tuae rustici tui vernulae | et alumni saltum tuorum n̄. ultr.[14] a conduc|torib. agror. fiscalium inquietemur *(deficiunt quaedam)*.

(IV) [*Imp. Ca*]es. M. Aurelius Commodus An|[*toni*]nus Aug. Sarmat. Germanicus | Maximus[15] Lurio Lucullo[16] et nomine a|liorum. Procc.[17] contemplatione dis|cipulinae[18] et instituti mei ne plus | quam ter binas operas[19] curabunt, | ne quit per iniuriam contra perpe|tuam formam a vobis exigatur. | Et alia manu: scripsi. Recognovi[20]. | Exemplum epistulae proc. e. v.[21] | Tussanius Aristo et Chrysanthus | Andronico suo salutem. Secundum | sacram subscriptionem domini n̄. | sanctissimi imp., quam ad libellum | suum datam Lurius Lucullus . . . . . . *(deficiunt versus sex)* [*et ali*]|a manu: [*opt*]amus te feli|cissimum be[*ne vive*]re. Vale. Dat. | pr. idus Sept. Karthagini. | Feliciter | consummata et dedicata | idibus M[*a*]is Aureliano et Corne|lian[*o*] cos.[22] Cura agente | C. Iulio P[*el*]ope Salaputi, mag.

Sûk el Khmis in valle Bagradae rep., est Parisiis (VIII 10570 cf. 14464 Mommsen vidit ectypum, lapidem recognoverunt Cagnat aliique. Illustravit Mommsen in Herm. 15, 1880 p. 386 seq., p. 478). — 1) *Periit pagina una (quarta fere pars inscriptionis) exceptis paucis litteris.* — 2) *Scr.* modo cum. — 3) *Ultima littera paenultimae superscripta.* — 4) *De saltus vocabulo cf. Mommsen Herm. 15, p. 392; Schulten die roem. Grundherrschaften (1896) p. 17 seq.; item supra N. 1435. 2305. 5567. 5963; infra N. 6890. 7100.* — 5) *Locus videtur memorari Vict. Vit. pers. Vand. 1, 38.* — 6) *Fortasse huius ipsius, certe similiter ad rem agrariam Africae pertinentis, legis Hadrianae pars prodiit incisa in lapide non ita longe a Bagrada meridiem versus loco dicto Aïn-Wassel (Schulten Herm. 29, 1894 p. 207 seq.).* — 7) *Procuratoribus.* — 7a) *Procuratorum.* — 8) taulario *(litteris contignatis) videtur esse in lapide.* — 9) *Cf. supra N. 1436.* — 10) *In libello simili in eadem regione reperto VIII S. 14428 (cf. Schulten Herm. 29, 1894 p. 204) legitur:* [operas] aratorias IIII sartorias IIII messicias IIII. — 11) *Lectio non omnino certa.* —

12) miserinus *(litteris ex parte contignatis) lapis.* — 13) *Sic videtur esse in lapide: non.* — 14) *Non ultra.* — 15) *A. 180—183.* — 16) *Is qui nomine colonorum imperatori libellum dedit. Ceterum rescriptum imperatoris ad eundem Lurium Lucullum, incisum est etiam in lapide reperto loco dicto Aïn-Zaga, VIII S. 14451, quousque saltum Burunitanum pertinuisse apparet (cf. Tissot Géographie de l'Afrique II p. 305).* — 17) procuratores *perscriptum,* 18) discipul. *lapis VIII S. 14451, desinens in sequenti vocabulo* et. — 19) *Vocabula* ne pl. q. ter binas operas *vix fuerunt in rescripto imperatoris, sed intrusa esse putanda sunt a colonis qui rescriptum incidendum curaverunt.* — 20) *Cf. supra N. 338 (not. 2). III S. 12336 fin.* — 21) *Procuratoris egregi virii.* — 22) *Consules praeterea ignoti.*

De libello simili in eadem regione reperto cf. not. 10. — Cum his monumentis Africanis componendus libellus colonorum imperatoris Asianorum, quo queruntur de iniuriis libertorum et servorum Caesaris III S. 14191; de quo libello legit Schulten Mitth. arch. Instit. Rom. 1898 p. 232 seq.

Mauretania.

6871 . . . li Albini patroni pr[*o*|*vin*]ciae Mauretaniae Ca[*esa*|*rien*]sis f[*il.*], Val. Festi et . . . . . | . . . . . melli Latroniani c. p. [*matri?*], | decreto concili prov[*inciae*] | Mauretaniae Caesar[*iensis*]. | H. r. i. r.[1]

Caesareae (Scherschel) (Waille nouvelle miss. arch. à Cherchel [Alg. 1902] p. 32). — 1) *Honore recepto inpensam remisit.*

6872 . . . . . . | provinciae no[*vae?*][1] . . . | ulterioris Tin[*gitanae*], | populus Ti[*ngitanus*] | statuam sua imp[*ensa posuit*].

Tingi (Tanger) (VIII S. 21813 imaginem edidit Villefosse revue arch. ser. III vol. 10, 1887 tab. XIX). — 1) *Ad quam ordinationem provinciarum haec spectent, nescio.*

6873 Marti | deo Aug. | Gen. col.[1] | ex testamento | P. Herenni Ma|mertini | P. Arrius Ianu|arius Mamer|tinus heres | posuit et ob de|dicationem lu|dos scaenicos | edidit et | sportulas de|curionib. dedit.

Sitifi (VIII 8438 solus descr. Creully auctor accuratus). — 1) *Genio coloniae. Colonia Nerviana Augusta Martialis veteranorum dicitur Sitifis supra N. 469. 557 et alibi. — Praeterea dedi titulos Sitifenses supra N. 695. 802. 2794. 4195. 4455. 4498. 4500. 5596. 6042.*

6874 Genio municipii Rusuccuritani | C. Iulius Rustici fil. Quir. Felix Rusuccuritanus | decurio ab ordine allectus, praef. pro IIviris | atque ab ordine electus, IIviru, item IIviru qq., | flamen Augg[*g.*][1], augur perpetuus, deposita ad so|lum domo sua veteri templum et statuam sua pecu|nia fecit et dedica[*vit*].

Tigzirt in ora Mauretaniae, ubi videtur fuisse Rusuccuru (VIII 8995 cf. VIII S. 20710 vidit Wilmanns). — 1) *Tertia g erasa, scilicet pertinens ad Getam.*

6875 imp. Caesari | divi Hadriani f. | divi Traiani Parthi|ci nepoti divi Ner|vae pronepoti T. Ae|lio Hadriano An|tonino Aug. Pio pon|tifici maximo, trib. | potestatis XV[1], | cos. IIII, pp., | Q. Pomponius Saturni-

nus, | T. Pomponius Suavis, | ob beneficium, quo in civi|um numerum decreto o[*r*|*dinis*] adsciti sunt[2], p. s.[3] secun|[*dum poll*]icitationem suam p. d.[4]

Saldis (Bougie) Mauretaniae (VIII S. 20682 = Recueil de la société arch. de Constantine 25, 425). — 1) A. 152. — 2) Cf. supra N. 6604, infra N. 6933. 6952. 7035. Mommsen Staatsr. III p. 801. — 3) Pecunia sua. — 4) Posuerunt, dedicaverunt.

De colonia Saldensi cf. supra N. 649. 662, quos titulos posuerunt col*(oni)* co-l*(oniae)* Iul*(iae)* Aug. Sald. legionis VII immunis *(de legione septima in Mauretaniam deducta cf. etiam N. 6103). — Alia inscriptiones Salditanas dedi N. 5078. 5484, cf. N. 5795.*

6876 imp. Caes. L. Septimio Severo Pio | Pertinace Aug. balneae municipum | municipii Aelii Chobae p. p. factae, | dedicantibus L. Aiedio M. fil. Quir. | Victore, M. Aemili[*o*] . . fil. Arn. Hono|rato IIviris, a. [*pr.*][1] CLVII[2].

Ziamae in ora Mauretaniae, ubi fuit Choba, rep. (VIII 8375 cf. p. 1906 vidit Wilmanns). — 1) Anno provinciae. — 2) A. p. Chr. 196. Cf. N. 5961 (not. 4. 5). 5963. (Mauretania in provinciae formam redacta est anno p. Chr. 40, cf. Marquardt Staatsverw. I ed. 2 p. 483.)

6877 [*divo*][1] Aurelio Anto.[2] | L. Septimi Severi | Perti.[2] Aug. patri, | pro principatu[3] | statuam quam | pollicitus est | secundum acta | publica[4], P. Vale|rius Longus | princeps, | P. Valeri Longi | principis fil., | posuit.

Arbal in Mauretania mediterranea, ubi videntur fuisse Regiae (cf. supra N. 5963 not. 4), rep. (VIII S. 21627 = Eph. epigr. 5, 1060 Schmidt vidit ectypum). — 1) Divo *vocabulum, quod abesse vix potuit, fortasse scriptum fuit in plintho basis, nam ipsa basis integra est. — 2) Vocabula male breviata. — 3) Cf. N. 6801. — 4) Cf. N. 6847a.*

6878 imp. Caes. M. Au|relio Anton[*i*]|no[1] Pio Felici | Aug. p. max., trib. | potestatis, p. p., | cos. III[2], procons., | divi Pii Severi | nepoti, | divi Ma|gni Antonini[1] | Pii f[*ilio*], ordo | piu. *(sic)* et populares | Alt., devoti numi|ni eius.

Lamoricière in Mauretania mediterranea rep., ubi fuit Altava (VIII S. 21723 vidi ectypum). — 1) Vocabula punctis notata erasa vel eradi coepta. — 2) A. 220.

Alios titulos eodem loco repertos dedi supra N. 859. 2607 (cf. N. 4496 not.).

6879 L. Tadio L. fil. Quir. | Rogato | dec., aed., IIvir., IIvir. | qq., Rusg.[1] et Rusg.[2] | consistentes ob | merita quod fru|mentum intulerit | et annonam pas|su[*s non*] sit increscere, | aere conlato.

Algerii, allata dicitur ex Matifou, ubi fuerunt Rusguniae (VIII 9250 vidit Wilmanns). — 1) Rusgunienses. — 2) Rusguniis. (Decurionem Rusguniensem habuimus supra N. 2766.)

6880 C. Ulpio C. f. | Qir. *(sic)* Matern. | aedil., IIvir., IIvir. | qq., omnibus | honoribus | functo, princi|pi loci, aere | conlato, | Oppidon.[1]

Duperré, in valle fluminis Chélif, qua nunc iter faciunt Algerio Oran, rep., iam Algerii (VIII 9643 vidit Wilmanns). — 1) Oppidonovani. De Oppido novo donato iure coloniae a Claudio imperatore cf. Plin. n. h. 5, 2, 20; Ptolem. 4, 2, 25; It. Ant. p. 38.

6881

transgrediens paulumper qua[e]|so resisiste *(sic)* viator,
atque lege | quae sine fletu reticere nequi|bis.

Hic enim positus loculo ia|ceo infelicissimus ipse, patre | duoviro questor., cui non licuit nisi una die kalendarum | Ianuariarum[1] praetextatum patre[2] videre: exinde lecto | receptus post diem vigesimum funerí redditus, trans|gressus vitae annos XVI m. X d. X. Lugentem matrem pia | cum sorore, fratrem patremque cum luce reliqui. Haec maerens | C. Caelius Donatus C. Caelio Sedato pater filio fecit.

Duperré, ubi fuit Oppidum Novum, cf. N. 6880, iam Algerii (VIII 9642 vidit Wilmanns). Buecheler carm. epigr. 1603. — 1) *Hic igitur (aliter atque in Italia; cf. N. 6123 not. 3) magistratus inibant kalendis Ianuariis.* — 2) *Patrem.*

6882 C. Fulcinio M. f. Quir. | Optato flam. Aug., IIvir. | qq., pontif., IIvir., augur., | aed., qu[*ae*]stori, qui | inrup[*ti*]one Baqua|tium[1] co[*l*]oniam tui|tus est, [*tes*]timonio decreti ordinis et | populi, Cartennitani | et incolae primo ipsi | nec ante ulli, | aere conlato.

Tenes in ora Mauretaniae, ubi fuerunt Cartennae, iam Algerii (VIII 9663 vidit Wilmanns). — 1) *Cf. supra N. 855.*

Alias inscriptiones Cartennitanas dedi N. 5606. 5912.

6883 *!!!!!!!!*[1] | Sapidae Ziarur. | Messi Sapidionis | Stratocletis | IIvir. fil., | Messia Castula | duumvira[2], amita | eius, | in honorem | fratris *(in latere sinistro)* pr.[3] | CLXXXVIII[4].

Caesareae (Scherschel) (VIII 9407 cf. 20948 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Versus erasus; praeterea in margine summo basis scriptum vocabulum cuius extremae tantum litterae* ... orae *lectae sunt.* — 2) *Fortasse duumvira sic dicta ut consularis femina (Momms.).* — 3) *(Anno) provinciae.* — 4) *A. p. Chr. 217.*

6884 .. Iul. Q. f. Quir. | [*C*]lementi aed., | [*II*]viro iterum, II|[*v*]iro qq., flam. Aug., | [*t*]rib. ab ordine | [*e*]lecto pagi Sa|[*lu*]taris Silonen|[*si*]s, L. Semproni|[*u*]s Venustus ami|[*co*] optimo ob mer.

Prope Guraya in ora Mauretaniae rep., ubi fuit Gunugu (VIII S. 21452 = Eph. ep. 7, 805 Cagnat vidit ectypum).

6885 imp. Cae[*s. Augustis*[1] *M.*] Aurelio A[*nt*]onino Armeniaco Parthico maximo Medi[*co, trib. po*]tes|tatis . . .[2] [*c*]os. III, et Lucio[3] Vero Armeniaco Parthico maximo Medico t[*rib. potestatis*] | XII *(sic)*[4], cos. III, veterani et pagani consistentes aput Rapidum murum a fu[*ndamentis lapi*]|de[5] quadra[*t*]o exstruxerunt pecunia et sumtu omni suo, id est veteranoru[*m et paganorum*][6] | intra eund[*em*] eundem *(sic)* m[*u*]rum inhabitantium, adiuvante et curante viro [*egregio*][6] | Baio [*P*]udente[7] procurator[*e*] Augustorum, optimo [*pr*]aeside eo[*demque dedicante*][6].

Súr Djuáb in Mauretania, ubi Rapidum fuisse ex hoc titulo et ex N. 638 intellegitur, ad oppidi antiqui portam occidentalem (VIII S. 20834 vidit Purgold; gemellus lapis, sed magis mutilus, fuit ad oppidi portam orientalem, quem item vidit Purgold VIII S. 20835). — 1) ... [*Caesari*]bus Augustis *titulus gemellus VIII*

S. 20835. — 2) *Numerus, qui in utroque exemplo periit, incertus, cf. not. 4.* — 3) *Sic in utroque exemplo; debuit esse* L. Aurelio. — 4) *Error manifestus; fortasse debuit esse* VII. — 5) lapide *plene extat in t. gemello.* — 6) *Suppletum ex t. gemello.* — 7) *Cf. supra N. 1363.*

6886 impp. Caess. C. Aurel. Val. Diocletian[*o*] | et M. Aurel. Val. Maximiano in|victis Piis ff. Augg. et Constan[*tio*] | et Maximiano nobilissi|mis Caesaribus, T. Aurel. Litua[1] | v. p., p. p. M. Caes.[2] centenarium | aqua Frigida[3] restituit a[*t*|*qu*]e ad meliorem faciem reforma|[*vit, salvis dominis nostris multis ann*]is feliciter.

In Mauretania inter Saldas et Chobam, 6 chil. ab ora, in iugo montis Tizi Kafrida (VIII S. 20215 = Eph. ep. 5, 932 I. Schmidt vidit ectypum). — 1) *Cf. N. 627. 628.* — 2) *Cf. N. 628 not. 2.* — 3) Centenarium Solis *in eadem regione Mauretaniae non multis annis postea extructum VIII 8712; alia centenaria Africana VIII 9010; Comptes rendus de l'Académ. des inscr. 1902 p. 333.*

6887 imp. Caesar M. | Aurelius Severus | Alexander[1] [*i*]nvictus | Pius | Felix Aug. muros | kastelli Dianesis ex|truxit per colonos eiusdem kastelli, | p.[2] CLXXXXV[3].

Loco dicto Gellal, 18 chil. a Sitifi (VIII 8701 bis descripta). — 1) *Nomen erasum alter descriptorum videtur agnovisse.* — 2) *(Anno) provinciae.* — 3) *A. p. Chr. 234.*

6888 pro salute et incolu|mitate domini nostri imp. Ca[*es.*] | M. Antoni Gordiani invicti Pii Fe|licis Aug. totiusque domus | divinae eius, murus constitu|tus a solo a colonis eius cas|telli Cellensis, dicatissi|me devoti numini eius | fecerunt, a. p. CLXXXXXIIII[1].

In Mauretania loco dicto Kherbet Zerga (VIII 8777 semel descripta). — 1) *A. p. Chr. 243. Sic scriptum esse pro* CCIIII *spatii explendi causa putat Mommsen.*

6889 imp. Caes. M. Aur. Se|verus Alexander | Pius Felix Aug. muros | paganicenses[1] Serte|itanis[2] per popul.[3] suos fe|cit, cur. Sal. Semp. Victore[4] | proc. suo, instantibus Hel|vio Crescente dec . . . | et Cl. Kapito[*n*]e pr[*incipe*][5].

Kherbet Gidra (VIII 8828 cf. 20630 vidit Wilmanns praeter finem). — 1) *Cf. supra N. 6783.* — 2) *Episcopus Serteitanus memoratur a. 484 inter Mauretanos Sitifenses n. 28.* — 3) *Populares, intellege colonos.* — 4) *Ad hunc pertinet C. I. Gr. 2509; idem memoratur in aliis titulis Mauretaniae.* — 5) *Cf. N. 6877.*

6890 [*imp.*] Caes. M. Au|[*reli*]o Severo An|[*to*]nino Pio Fel. | Aug., d. n., Part., Brit. | max., cos. IIII, co|loni caput sal|tus Horreorum | et Kalefacelenses | Pardalarienses[1] | aram pro salu|te eius consa|craverunt et no|men castello, | quem constitue runt Aureliane|[*nse*] Antoninia|[*nense*] posuerunt, | et d. d. | An. p. CLXXIIII[2].

Ain Zada, non procul a Sitifi (VIII 8426 praeter fragmentum exiguum, quod vidit Wilmanns, semel tantum, accurate ut videtur, descripta). — 1) *Eodem loco Pertinaci imperatori titulum VIII 8425 posuerunt* coloni domini n. caput saltus Horreor. Pardalari. — 2) *A. p. Chr. 213.*

Hispaniae.

Lex metalli Vipascensis.

6891 Centesimae argentariae stipulationis[1]. Conductor ea[*rum stipulationum*[2] *quae ob auctio*]|-(2)nem intra fines metalli Vipascensis fient, exceptis iis, quas proc.[4] metallorum iu[*ssu imp. faciet, centesimam a vendito*]|-(3)re accipito. Conductor ex pretio puteorum, quos proc. metallorum vendet, cen[*tesimam ne exigito*][3]. | (4) Si instituta auctione universaliter omnia addicta fuerint, nihilo minus venditor ce[*ntesimam conductori socio acto*]|-(5)rive eius praestare debeto. Conductori socio actorive eius, si volet stipulari a [*venditore, is promittito. Conductor*] | (6) socius actorve eius[5] quoque summae, quae excepta in auctione erit, centesimam exigito. [*Qui res sub praecone*] | (7) habuerit, si eas non addixerit et intra dies decem, quam sub praecone fuerint, de condici[*one vendiderit, nihilo minus con*]|-(8)ductori socio actorive eius centesimam d. d.[6] Quod ex hoc capite legis conduct[*ori socio actorive eius debebitur,*] | (9) nisi in triduo proximo quam debere coeptum erit, datum solutum satisve factum erit, du[*plum d. d.*]

(10) Scripturae praeconii. Qui praeconium conduxerit, praeconem intra fines praebe[*to. Pro mercede ab eo qui venditionem*] | (11) ✱ L[7] minoremve fecerit, centesimas duas, ab eo qui maiorem[8] ✱ C[9] fecerit, centesimam exig[*ito. Qui mancipia sub praecone venum*] | (12) dederit, si quinque minoremve numerum vendiderit, capitularium in singula capita[8] [✱ ..., *si maiorem numerum vendi*]|-(13)derit, in singula capita ✱ III conductori socio actorive eius dare debeto. Si quas [*res proc. metallorum nomine*] fisci ven|-(14)det[10] locabitve, iis rebus conductor socius actorve eius praeconem praestare debeto. Q[*ui inventari*]um cuiusque rei vendun|-(15)dae nomine proposuerit, conductori socio actorive eius ✱ I d. d.[6] Puteorum, quos proc. metallorum vendiderit, em|-(16)ptor centesimam d. d. Quod si in triduo non dederit, duplum d. d. Conductori socio actorive eius pignus cape.[11] liceto. | (17) Qui mulos mulas asinos asinas caballos equas sub praecone vendiderit in k. I[12] ✱ III d. d. Qui mancipia aliamve quam re[*m sub*] | (18) praeconem subiecerit et intra dies XXX de condicione vendiderit, conductori socio actorive eius [*idem d. d.*] |

(19) Balinei fruendi. Conductor balinei sociusve eius omnia[13] sua inpensa balineum, [*quod ita conductum habe*]bit in | (20) pr. k.[14] Iul. primas omnibus diebus calfacere[15] et praestare debeto a prima luce in ho-

ram septim[*am diei mulieribus*] et ab hora octava | (21) in horam secundam noctis viris arbitratu proc.[16] qui metallis praeerit. Aquam in [*balineum*[17] *usque ad*] summam ranam[18] hypo|-(22)caustis et in labrum tam[19] mulieribus quam viris profluentem recte praestare debeto. Conductor a viris sing. | (23) aeris semisses et a mulieribus singulis aeris asses exigito. Excipiuntur liberti et servi [*Caes. qui proc.*] in offi[*c*]is[20] erunt vel | (24) commoda percipient, item inpuberes et milites. Conductor socius actorve eius [*instrumentum balinei et e*]a[21] omnia quae | (25) ei adsignata erunt integra conductione peracta reddere debeto nisi siqua vetustate c[*orrupta erunt.*] Aena quibus | (26) utetur lavare tergere unguereque[22] adipe e recenti tricensima quaque die recte debeto. [*Si vis maior damnumve fatale*[23] *inpedi*]|-(27)erit, quo minus lavare recte possit, eius temporis pro rata pensionem conductor reputare debe[*to. Praeter*] haec et siquid | (28) aliut eiusdem balinei exercendi causa fecerit reputare nihil debebit. Conductori ve[*ndere ligna*] nisi ex recisamini|-(29)bus ramorum quae ostili[24] idonea non erunt ne liceto. Si adversus hoc quid fecerit, in singul[*as vehes HS*] centenos n. fisco d. d. | (30) Si id balineum recte praebitum non erit, tum[25] proc. metallorum multam conductori quo[*ti*]ens recte praebitum non erit usque | (31) ad HS CC dicere liceto. Lignum conductor repositum omni tempore habeto, quod diebus . . . . . . [*satis sit*]. |

(32) Sutrini. Qui calciamentorum quid loramentorumve, quae sutores tractare so[*lent, fecerit clavomve cali*]ga-(33)rem fixerit venditaveritve sive quid aliut, quod sutores vendere debent, vendidis[*se intra fines convictus erit, is*] | (34) conductori socio actorive eius duplum d. d. Conductor clavom ex lege ferrariar[*um vendito. Conductori soci*]o | (35) actorive eius pignus capere liceto. Reficere calciamenta nulli licebit nisi cu[*m sua dominive quis curaverit refece*]rit|-(36) ve. Conductor omne genus calciamentorum praestare debeto: ni ita fecer[*it unicuique ubi volet emendi*] ius | (37) esto.

Tonstrini. Conductor frui debeto ita, ne alius in v[*ico metalli Vipascensis inve*] | (38) territoris eius tonstrinum quaestus causa faciat. Qui ita tonstrinum fecerit, in sin[*gulos ferramentorum usus* X . .] | (39) conductori socio actorive eius d. d. et ea ferramenta commissa conductori sunto. [*Excipiuntur servi*] qui | (40) dominos aut conservos suos curaverint[25a]. Circitoribus, quos conductor [*non miserit, tondendi ius ne es*]to. Con|-(41)ductori socio actorive eius pignoris captio esto. Qui pignus

capientem prohibuerit, [*in singulas prohi*]bitiones X V d. | (42) d.[26] Conductor unum pluresve artifices idoneos in portionem recipito. |

(43) Tabernarum fulloniarum. Vestimenta rudia vel recurata nemini m[*ercede polire nisi cui conductor so*]|-(44) cius actorve eius locaverit permiseritve liceto. Qui convictus fuerit adversus ea qui[*d fecisse, in singulas la*]cinias | (45) X III[27] conductori socio actorive eius d. d. Pignus conductori socio actoriv[*e eius capere liceto.*] |

(46) Scripturae scaurariorum et testariorum[28]. Qui in finibus met[*alli Vipascensis . . . scau*]ri|-(47) as argentarias aerarias pulveremve ex scaureis rutramina[29] ad mesuram pondu[*sve purgare tundere ure*]re expe|-(48) dire frangere cernere lavare volet quive lapicaedinis opus quo quo modo facien[*dum suscipiet, quos ad id*] faciendum | (49) servos mercennariosque mittent, in triduo proximo profiteantur et solvan[*t X . . . . conductori quo*]que mense | (50) intra pr. k.[30] quasque: ni ita fecerint, duplum d. d. Qui ex alis locis ubertumbis[31] ae[*ris argentive ru*]tramina in | (51) fines metallorum inferet, in p. C X I conductori socio actorive eius d. d. Qu[*od ex hoc capite*] legis condu|-(52) ctori socio actorive eius debebitur neque ea die, qua deberi coeptum erit, solu[*tum satisve factum erit*], d. d. d.[32] | (53) Conductori socio actorive eius pignus capere liceto et quod eius scauriae pu[*rgatum*[33] *tunsum ustum expeditum frac*]|-(54) tum cretum lavatumque erit quive lapides lausiae[34] expeditae in lapicaedi[*nis erunt, commissa ei sunto, nisi quid*]|-(55) quid debitum erit conductori socio actorive eius solutum erit; ex[*cipiuntur servi et liberti*] | (56) flatorum argentariorum aerariorum qui flaturis dominorum patron[*orumque operam dant*]. |

(57) Ludi magistri. Ludi magistros a proc. metallorum immunes e[*sse placet*]. |

(58) Usurpationes puteorum sive pittaciarium. Qui intra f[*ines metalli Vipascensis puteum locum*]|-(59) que putei iuris retinendi causa usurpabit occupabitve e lege metallis dicta, b[*iduo proximo quod usurpaverit occupa*]|-(60) verit apud conductorem socium actoremve huiusce vectigalis profiteatu[*r*] . . . . .

In Lusitania meridionali, prope Aljustrel castellum (non longe a Beja), ad aerifodinas veteres rep., iam Lisboae, tabula aenea, ab utroque latere iisdem fere verbis (sed versibus aliter dispositis, ut in lacunis non respondeat anticae postica, sed eam ex parte expleat cf. not. 8. 10), inscripta (II S. 5181 = Eph. ep. 3 p. 165 seq. cum imagine, et commentariis Huebneri et Mommseni, adnotationibus Buecheleri). Tertiam tabulam fuisse ex quattuor pluribusve apparet ex numero III *in margine inferiore partis anticae exarato. Est lex, secundum quam regebatur metallum Vipascense (nomen praeterea non repertum), pertinens non solum ad*

ipsas aeris argentique fodinas, sed ad omnem administrationem territorii quod metallo adiunctum et procuratori metallorum subiectum fuisse apparet. — 1) *Cf. Mommsen Herm. 12, 1877 p. 100 seq.* — 2) *Venditionum*, 3) *ab emptore exigito, supplent nonnulli.* — 4) *Procurator.* — 5) *Insere* eius. — 6) *Dare debeto.* — 7) *Denarium quinquaginta; ceterum aut hic requiritur* X C *aut paulo post* ✱ L. — 8) *Linea subducta signavi quae etiam in postica tabulae servata sunt.* — 9) *Cf. not. 7.* — 10) fisci ven- *suppletum ex scriptura partis posticae, item paulo post* -um cuiusque rei vendun-, *et sic deinceps.* — 11) *Scr.* capere. — 12) *Kapita singula* (k. sing. *scriptura posticae).* — 13) *Scr.* omni. — 14) pr. ka[*l.*], 15) [c]alfaciet *scriptura posticae.* — 16) *Procuratoris.* — 17) *Sic, vel: alveum.* — 18) *Cf. Buecheler C. I. L. II p. 801.* — 19) tan *scriptura anticae.* — 20) offiois, 21) ... ta *aes.* — 22) unguere *scriptura posticae.* — 23) *Supplevit Hirschfeld.* — 24) *Ustili. Cf. Buecheler Archiv f. lat. Lexikographie 2, 1885 p. 606.* — 25) tunc, 25[a]) curaverit *scriptura posticae.* — 26) *Dare debeto* (... debeto *scriptura anticae).* — 27) ✱ II *scriptura posticae.* — 28) *De hoc capite cf. Eph. ep. 3 p. 179 seq. = C. I. L. II p. 798 seq.* — 29) *A rutro ductum vocabulum. Cf. Buecheler l. c. (not. 24) p. 605.* — 30) kal. *scriptura posticae.* — 31) *Cf. Buecheler l. c. p. 606.* — 32) *Duplum dare debeto.* — 33) *In* pu ... *desinit pars antica. Reliqua igitur ex parte postica tabulae (numeratio versuum procedit, licet re vera ea quae sequuntur in postica tabulae sint versus 46—52).* — 34) *Cf. Buecheler l. c.*

6892 divo Augusto | Albinus Albini f. flamen | divi Aug. | provinciae Lusitaniae.

Emeritae (II 473 ad exemplum factum saec. XVI exeunte; cf. Krascheninnikof Philolog. 1894 p. 176 not. 133). — *Alium flaminem Lusitaniae habuimus supra N. 2920. 2921.* [*D*]ecreto concili provin[*ciae Lusit.*] *positus est titulus Emeritensis Eph. ep. 8 p. 520 n. 302.*

6893 Iovi o. m. | Flavia L. f. Rufina | Emeritensis fla|minica provinc. | Lusitaniae, item col. Emeritensis perpet. | et municipi Salacien. | d. d.

Prope Alcaçer do Sal, ubi fere fuit Salacia, rep. (II 32 p. 802 vidit Huebner).

6894 L. Porcio L. f. | Gal. Himero | IIvir., praef. pro | IIvir., flamini | divorum bis, | ob merita | pleps aere conlato. | Huius tituli honore | contentus impesam | remisit.

Salaciae (Alcaçer do Sal) (II 34 bis vel ter descripta).

6895 Domitia L. f. | Proculina | [*f*]laminica provin[*c.*] | Lusitan. et flamin. | [*m*]unicipi sui prima | et perpetua .... | .....

Talaverae de la Reina, ubi fuit Caesarobriga (II 895 cf. p. 828 vidit Fita).

6896 Q. Iulio Q. f. Gal. Ploto | aed., IIvir., flamini | Germ. Caesaris, fla|mini Iuliae Aug.[1] in perpetum *(sic).*

Olisipone (Lisboa) (II 194 aliquoties descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. infra N. 6991 not. 1.* — *De Olisipone cf. supra N. 323. 4099. 5640. 5699.*

6897 C. Iulio C. f. | Gal. Pedoni | IIvir., flamini | divorum, ob | rem p. bene | administra|tam et annonam inlata | pecunia adiu|tam pleps | aere conlato.

Pace (Bejae) in Lusitania (II 53 vidit Huebner).

6898 divo Antonin[*o*] | Aug. Pio p. p., | optimo ac sanctis|simo omnium saec[*u*]|lorum principi | Q. Talotius Q. f. Quir. Al|lius Silonianus Col|lip[*p*|onensis[1], evoc. eius | [*c*]hor. VI praetoriae, | nomine ordinis | Collipponensium, | quod decurionem | eum remisso honor[*a*]|rio et muneribus et | oneribus r. p. fecerin[*t*]. | Dedicata ex d. d. | XIII k. Octobr.[2] imp. Cae[*s.*] | L. Aurelio Vero Aug. | III, M. Um[*m*]idio Quadrato | cos.[3], IIvir. | Q. Allio Maximo | C. Sulpicio Siloniano.

Leiriae, non longe ab ora Portugalliae inter Lisboam et Coimbram (II S. 5232 ad exemplum quod misit Soromenho). — 1) Cf. Plin. h. n. 4, 21, 113. — 2) Natalis Pii, defuncti ante sexennium. — 3) A. 167.

6899 L. Aelio Aurelio | Commodo[1] | imp. Caes. T. Aeli | Hadriani Anto|nini Aug. Pii p. p. filio, | col. Pax Iulia | d. d., | Q. Petronio Materno | C. Iulio Iuliano | IIvir.

Pace (Beja) Lusitaniae (II 47 saepius descripta saec. XVI—XVIII). — 1) Cf. N. 357.

6900 [*L. M*]arcio Piero | Pacensi, | Augustali col. Pacensis | et municipii Eborensis, | amici ob merita eius | aer[*e*] conlato posuerunt. | L. Marcius Pierus | honore contentus | inpensam remisit.

Pace (Beja) in Lusitania rep. (Eph. ep. 8 p. 357 n. 6 cf. p. 498 vidit Leite de Vasconcellos).

6901 Avitae Modera|ti filiae, aviae, | ob honorem quot *(sic)* | civis recepta est[1] | Caperae[2], Cocceia | Celsi fil. Severa | Norbensis, | cura et impensa | Avitae Modera|ti aviae suae | posuit.

Caperae (Olivae) in Lusitania (II 813 aliquoties ut videtur descripta saec. XVI). — 1) Cf. supra N. 6873 not. 2. — 2) De Capera cf. supra N. 3825.

6902 . . . . . | ann. XXXIII, | G. Blossius Satu|rninus Galeria | Napolitanus Afe|r[1] Areniensis[2] inco|la Balsensis[3], fili|ae pientissimae, | h. s. e. S. t. t. l.

Prope Pacem (Beja) Lusitaniae rep. (II 105 bis ut videtur descripta saec. XVIII). — 1) De Neapoli Africae cf. supra N. 6785. — 2) Tribus Arniensis videtur significari (Grotefend). — 3) Ad Balsam pertinent tituli supra editi N. 5069. 5658. 5658[a].

6903 Aesculapio | deo | Cattius Ianuarius | medicus Pacensis | [*t*]estamento legavit | ob merita splendi|dissimi ordinis | [*quo*]d ei quinquatri|. . um[1] praestiterit | [*F*]abius Isas heres | fac. cur.

Santiago de Caçém, inter Bejam et litus Oceani, ubi fortasse fuit Merobriga (II 21 bis fortasse descripta saec. XVIII). — 1) ei quinouatri|. . . um *exemplum optimum,* . . quinquatri|cum *aliud exemplum; quid subsit obscurum.*

6904 C. Varinio Fido aed., IIviro, fla|minali provinciae Baeti|cae annorum LXX. | Varinia Flaccilla filia, | c. f.[1], | fecit.

Los Santos de Maimona inter Hispalim (Sevilla) et Emeritam (II 983 et melius Eph. ep. 8 p. 385 n. 89 Huebner vidit ectypum). — 1) *Clarissima femina. Eadem supra N. 5106.*

6905 L. Iulio M. f. Q. nep. | Gal. Gallo | Mummiano trib. | militum coh. maritimae[1], | IIviro c. c. P.[2], flamini | divor. Aug. provinc. | Baeticae. | Huic ordo c. c. P.[2] statuam | equestrem decrevit. | Aelia Flaviana uxor | honore usa impensam | remisit.

Cordubae (II 2224 vidit Huebner). — 1) *Cf. supra N. 2746. 2747.* — 2) *Colonorum coloniae Patriciae, i. e. Cordubae. Cf. supra N. 5079, infra N. 6915.*

6906 . . [*Fabio M. fil. Gal.*] . . . do | [*flam*]ini divor. Aug. | provinc. Baet[*icae*]. | Huic consummato hono[*re flam*]oni, | Cattio Sabino II Cornel. Anull[*in*]o cos.[1], | consensu concili universae prov. Baet. | decreti sunt honores quantos quisque | maximos plurimosque flamen est | consecutus cum statua. | M. Fabius Basileus Celt.[2] pater | honore accept. impens. remisit.

Cordubae (II 2221 vidit Huebner). — 1) *A. 216.* — 2) *Celtitanus. Celti oppidum Baeticae, cf. Plin. h. n. 3, 3, 11; C. I. L. II p. 137.*

Alium flaminem provinciae Baeticae habuimus supra N. 5079, flaminem coloniarum immunium provinciae Baeticae N. 5080.

6907 Sex. Allio Mamerco | pontifici perpetuo | col. Astigitanae et | flamini divor. August. | *concili immunes* | *Ilienses Ilipenses* | *decuriones* | *viritim statuam* | *d. d.*[1]

Ecija, ubi fuit Astigi (II 1475 aliquotiens descripta saeculis superioribus). — 1) *Quae inclinatis dedi, a parte tantum auctorum relata, suspecta sunt, certe corrupta.*

6908 M. Valerio M. f. M. n. | Q. pron. Gal. Pullino | IIvir., leg. perpetuo[1] | munic. Pontif.[2], | praef. fabr., flam., | pontif. Aug., mu|nicipes et incolae.

Obulcone (Porcuna) (II 2132 vidit Huebner). — 1) *Legatus perpetuus praeterea inauditus.* — 2) *Cf. N. 6911.*

6908[a] L. Fabius L. f. | Gal. Rufinus | IIvir., praef. | iur. dic. ab | decurionibus | creatus[1], d. d.

Gadibus (II 1731 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Cf. N. 6342.*

6909 Liciniae Q. f. | Rufinae | sacerdoti | perpetuae | in col. C. Iul.[1] et in | munic. C. Ipsc.[2] | et in munic. Flor. | Iliberrit.[3], aman|tissimae civium | suorum; | res p. Contrib. Ipsc.[4] | ob merita eius | statuam aere con|lato d. d. | Licinia Q. f. Rufina | honore accepto | impensam remisit.

Prope Baëna loco dicto Cortija de Iscar, iam Cordubae (II 1572 cf. p. 871

vidit Huebner). — 1) *Colonia Claritate Iulia (Ucubi; cf. C. I. L. II p. 210).* — 2) *Cf. not. 4.* — 3) *Cf. supra N. 2713 (versus fin.); C. I. L. II p. 285.* — 4) *Respublica Contributa Ipsca.*

6910 Libero patri | Aug. sacrum | in honore | pontificatus[1] | L. Calpurnius | L. f. Gal. Silvinus | IIvir bis, flamen | sacr. pub. municip. Alb. Ur.[2], | pontifex domus | Augustae, | d. s. p. d. d.

Arjona, ubi fuit Urgao vel Urgavo (II 2105 vidit Huebner). — 1) *Pontificatus igitur Urgavone non videtur fuisse perpetuus.* — 2) *Municipii Albensis Urgavonis. Titulum II 2114 Hadriano posuit* municipium Albense Urgavonense. *Cf. Plin. h. n. 3, 3, 10: Urgao quae et Alba.*

6911 C. Cornelius C. f. | C. n. Gal. Caeso aed., | flamen, IIvir mu|nicipí Pontifici[1], | C. Cornel. Caeso, | f., sácerdos | Geni municipí, | scrofam cum | porcís trigínta[2] impensa ipso|rum d. d., | pontifex | . . .

Porcuna, ubi fuit Obulco (II 2126 ad exemplum Accursii). — 1) *Titulum eodem loco repertum II 2131 posuit* ordo Pontificiensis Obulconensis; *cf. N. 6908; Plin. h. n. 3, 3, 10: XVII m. p. remotum (a Baete) in mediterraneo Obulco quod Pontificense appellatur.* — 2) *Scrofam cum porcis pertinere ad ius Latii observavit Hirschfeld Gött. gelehrte Anzeigen 1870 p. 1093.*

6912 M. Cornelius Primigenius Sing.[1] | ob beneficium quod ab ordine Sing. | locum acceperam, | in quo statuam ponerem | M. Corneli Saturnini f. mei, | lupam cum infantibus duobus[2] | d. d.

Prope Anticariam (Antequera), sed videtur pertinuisse Singiliam, cf. N. 6915 (II 5063 cf. p. 879 descr. Berlanga). — 1) *Singiliensis.* — 2) *Cf. N. 6819. 6820. 6913.*

6913 Lupae Romanae[1] | M. Valerius Phoebus | VIvir Aug., | cui ordo munic. Epor. ob merita | cenis publicis inter decur. con|venire per[*misit*] . . . . | insertis . . . .

Montoro, ubi fuit Epora (II 2156 aliquoties descripta saec. XVI—XVIII). — 1) Lupae Augustae *dedicatus est t. Baetulonensis II 4603.*

6914 Neptuno Aug. | sacrum | L. Iunius Puteolanus | VIvir Augustalis | in munipio Suelitano[1] | d. d.[2] primus et perpetuus[3], | omnibus honoribus, quos | libertini genere potuerunt | honoratus, epulo dato d. s. p. d. d.

In ora Baeticae (non longe a Malaca) loco dicto Fuengirola, ubi videtur fuisse Suel oppidum (II 1944 semel descripta circa a. 1600). — 1) *Cf. Plin. h. n. 3, 3, 8 cet.* — 2) *Decreto decurionum.* — 3) *Cf. N. 5640. 6915.*

6915 C. Sempron[*io C. lib.*] | Nigellioni . . . . . | VIvir. Aug. in col. Patric[*ia*[1], *item*] | in municipio Singil. VIvi[*r. Aug.*] | perpetuo d. d. municipi [*mu*]nicipum Singil. Honor[*em*] accepit impensam remis[*it*]. | Huic ordo Singiliensis recipi[*endo*] | in civium numerum quantum | cui plurimum libertino decrevit.[2] | Item huic ordo Singiliens. vetus[3] | eadem quae supra in univer|sum decreverat, suo quoque | nomine decrevit.

Antequerae, ubi fuit Anticaria, sed pertinet sine dubio ad oppidum vicinum

Singiliam cf. supra N. 1354[a] (II 2026 vidit Huebner). — 1) *Corduba. Cf. N. 6916 (not. 1).* — 2) *In titulo eiusdem loci II 2023* honores quos cuique plurimos libertino decrevit. — 3) *Nota ordinem veterem Singiliensem diversum ab universo ordine.*

6916 L. Lucretio Severo | Patriciensi[1] | et in municipio | Flavio Axatitano[2] | ex incolatu decurioni[3], | statuam quam testamento | s. poni sibi iussit | datis sportulis | decurio[*nibus m.*] | m. F.[4] Axatitani . . . . . . | . . . . . . simus XII . . . .

Lora del Rio ad Baetim, ubi fuit Axati (II 1055 ter descripta; versuum divisio incerta est). — 1) *I. e. Cordubensi. Cf. supra N. 5079 not. 1, N. 6905 not. 2.* — 2) *Cf. Plin. h. n. 3, 11.* — 3) *Cf. infra N. 6992.* — 4) *Municipii Flavii.*

6917 P. Rutilius P. l. Menelavo[s] | incola ex d. d.[1] municip. | municipi Pontif. d. s. p.

Prope Porcunam, ubi fuit Obulco (II 2135 semel descripta). — 1) *Mirum, incolam aliquem dici ex decreto decurionum (cf. Hirschfeld Gött. gel. Anzeigen 1870 p. 1107, qui putat, ex decreto decurionum illum de suo posuisse).*

6918 L. Caesio L. f. Pollioni | aed., IIvir., censu et | duomviratu bene | et e r. p. acto, municip.

Prope Sevillam loco dicto San Iuan de Aznalfarache, deinde Sevillae, litteris optimis (II 1256 vidit Huebner).

6919 Q. Fulvio Q. | Fulvi Attiani f., | Q. Fulvi Rustici n., | Gal. Carisiano | patrono et | pontifici, ob me|rita centuriae[1] | Ores.[2] Manens. | Halos. Erques. | Peres. Arvabores. | Isines. Isurgut., | in locum quem ordo m. m. | F. A.[3] decrevit, posuerunt. D. d.

Ad Baetim loco dicto Peña de la Sal, ubi fuit Arva municipium, ubi etiam titulus supra N. 5487 repertus est, iam Sevillae (II 1064 vidit Huebner). — 1) *Centuriae fortasse quasi tribus Arvensium, dictae ita a partibus territorii (cf. Hygin. p. 122, 8 ed. Lachm.). Cf. etiam N. 4564 not. 2.* — 2) *Oresis?* — 3) *Ordo municipum municipii Flavi Arvensis (cf. N. 5487 not. 1).*

6920 d. m. | Luciae P. f. | Avirciae | Acilianae | matri piissumae. | Huic ordo Italicens. et | Romulens. Hispalens.[1], et | Caesarini Asidonens.[2] et | Fortunales Siarens.[3] et | Aeneanici Callenses[4] | decreverunt inpensam funeris | et statuas. | M. Aemilius Afer Acilianus fil. | honore usus inpensam | remisit.

Prope el Coronil loco dicto Moguerejo, ab Utrera meridiem versus, non longe a loco ubi creditur fuisse Salpensa (Eph. ep. 8 p. 522 n. 306 Huebner vidit ectypum). Rempublicam Callensem hoc loco fuisse perspicitur etiam ex titulo II 1372. — 1) *Distinguuntur ordines Italicensis et Romulensis (cf. N. 353. 1403) Hispalensis a civibus Asidonensibus et Siarensibus et Callensibus; scilicet haec municipia fuerunt, illae coloniae (Huebner).* — 2) *Cf. Plin. h. n. 3, 11; C. I. L. II p. 176.* — 3) *Cf. C. I. L. II p. 170. Terenses Fortunales dicuntur apud Plin. h. n. 3, 14, vitio codicum, ut iam apparet (utque monuit primus editor Fita).* — 4) *Cf. Plin. h. n. 3, 14.*

6921 . . . .| Iul . . . . | mutatione | oppidi[1] muni|cipes et inco|lae pagi Tran[s]|lucani et pagi | Suburbani.

Monesterio (inter Sevillam et Meridam), ubi fuit Curiga (II 1041 vidit Huebner). — *Cf. supra N. 6092 (not. 3).*

6922 C. Caesari Aug. f. | pontif.[1], auguri, | Callaecia.

Bracarae (II 2422 cf. p. 900 ad apographa non satis fida saec. XVI). — 1) pontif. *om. unus ex auctoribus. Fortasse titulus fuit L. Caesaris (N. 132). C. Caesar auguratu carebat.*

6923 Genio | convent. | Asturicensis.

6923[a] Genio | convent. | Caesaraugust.

Tarracone (II 4072. 4073 cf. p. 972). Ad tertiam similem inscriptionem videtur pertinuisse II 4074. Conventus Asturum *posuit titulum supra N. 1380,* conventus Tarraconensis *N. 1376. 2715.*

6924 Isidi Aug. sacrum | Lucretia Fida sacerd. perp. | Rom. et Aug. | conventuus Bracaraug. d.

Bracarae Augustae (Braga) (II 2416 cf. p. 900 vidit Huebner).

6925 Pan[*th*]eo Tutelae[1] | ob legationes in | concilio p. H. c.[2] | [*et*][3] apud An[*toni*]num[4] | Aug. prospere | gestas, | m . . . . ien.

Dertosae (Tortosa) (II 4055 cf. p. 1044 ter ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Panideo *exempla duo,* PANIIIEO *tertium; emendavit Huebner.* — 2) *Provinciae Hispaniae citerioris.* — 3) et *inseruit Marquardt.* — 4) Anicienum *exempla duo,* Ani . . . num *tertiam.*

6926 C. Annio L. f. | Quir. Flavo | Iuliobrigens. | ex gente Canta|brorum, | provincia Hispa|nia citerior | ob causas utilita|tesque publicas | fideliter et con|stanter defensas.

Tarracone (II 4192 cf. p. 972 saepius descripta saec. XV—XIX).

6927 Q. Caecilio | Gal. Rufino, | Q. Caecili | Valeriani f., | Saguntino ob | legationem qua | gratuita aput | maximum princ. | Hadrianum Aug. | Romae funct. est, | p. H. c.

Tarracone (II 4201 viderunt Accursius aliique).

6928 C. Cornelio [*C. f.*] | Valentin[*o*] | Pompae[*l*]onensi[1], | ob legationem | [*c*]ensualem[2] gra|tuitam summo|pere gestam | sub imperatore, | p. H. c.

Tarracone (II 4208 semel descripta saec. XVI). — 1) *Cf. N. 6104.* — 2) sensualem *traditur, correxit Huebner collata N. 6937, qui praeterea titulum caecis lacunis hiare putat.*

6929 L. Clodio M. f. | Vel. Ingenuo | Pa[*l*]mensi | omnibus honoribus | in re publica sua perfunct., | [*p*]ra[*ef.*] fabrum, | flamini Romae | divor. et August.[1] | p. H. c., | p. H. c.

Tarracone (II 4205 semel descripta circa a. 1800). — 1) *Sic etiam N. 6933. 6937 et alibi (C. I. L. II p. 1132).*

Titulos Tarraconenses flaminum provinciae Hispaniae citerioris (praeter eos qui sequuntur) habes etiam supra N. 1393. 2714.

6930 Cn. Numisio | Cn. fil. Serg. | Modesto | Carthag., omnib. | honorib. in re p. sua | functo, electo a | concilio provinc. | ad statuas aurandas[1] | divi Hadriani, | flam. p. H. c. | p. H. c.

Tarracone (II 4230 semel descripta saec. XVI). — 1) curandas *coniecit Hirschfeld Goett. Gel. Anz. 1870 p. 1096.*

6931 p. H. c. | M. Flavio M. f. | Quir. Sabino, | Limico[1], IIvir., | sacerdoti | convent. | Bracari, | flamini | p. H. c.

Tarracone (II 4215 semel descripta saec. XVI). — 1) *Cf. C. I. L. II p. 350; supra N. 254.*

6932 L. Iunio Bl[*laesi*] | fil. Quiri[*na*] | Maroni Aem[*ilio*] | Paterno, Lancien[*si*][1], | omnib. in re publica | sua honorib. functo, | IIvir. bis, sacerd. Rom. et | Aug. convent. Asturum[2], | adlecto in quinq. decuri[*as* | *le*]gitume Romae iudicantium, | flamini Augustali p. H. c., | p. H. c.

Tarracone (II 4223 vidit Huebner). — 1) *Cf. supra N. 287[a].* — 2) *Alius* sacerdos Rom. et Aug. convent. Asturum *idemque flamen provinciae Hispaniae citerioris II S. 6094; tertius ut videtur II 5124.*

6933 M. Valerio | M. fil. Gal. Aniensi[1] | Capelliano, | Damanitano[2], adlec|to in coloniam | Caesaraugustanam | ex benefic. divi Hadriani[3], | omnib. honorib. in utraq. | re p. funct., flam. Rom., divor. et Aug. | p. H. c.

Tarracone (II 4249 vidit Huebner). — 1) *Aniensis tribus Caesaraugustanorum.* — 2) *Cf. supra N. 6108.* — 3) *Cf. N. 6875 (not. 2).*

6934 Tito Mamilio | Silonis fil. Quir. | Praesenti | Tritiens Magall.[1], | omnib. honorib. | in r. p. sua functo, | decuriali, allec|to Italicam ex|cusato a divo | Pio, flamini p. H. c., | p. H. c.

Tarracone (II 4227 vidit Huebner). — 1) *De Tritio Magallo cf. C. I. L. II p. 394.*

6935 Cn. Gavio, Cn. | Gavi Severi filio, | Quir. | Amethysto | Balearico Palmensi | et Guiuntano[1], | omnibus honoribus | in rebus publicis suis | functo, | [*flamini p. H. c.?*] . . . . .

Tarracone (II 4218 vidit Huebner). — 1) *Nomen ignotum.*

6936 p. H. c. | L. Domitio | M. fil. Serg. | Dentoniano | iudic. dec. V̄, equo | publico per Traian., | IIvir. munic. Consaburon.[1], | flam[*i*]n. perpet., tribun. milit. | cohort. Astur. Callaeciae | et Mauretan. Tingit.[2], | flam. p. H. c.

Tarracone (II 4211 solus ut videtur descr. saec. XVI Augustinus). — 1) *Duoviro municipii Consaburonensis, vel potius Consaburensis, cf. Plin. h. n. 3, 3, 25 cet.; C. I. L. II 2166.* — 2) *Esse debuit* cohort. (*vel* cohor. I) Astur. et Callaec. Mauretan. Tingit.

6937 C. Val. Arabino | Flaviani f. Bergido F.[1], | omnib. hon. in re p. | sua func., sacerdoti | Romae et Aug., p. H. c. | ob curam tabulari | censualis[2] fideliter | administr., statuam | inter flaminales | viros positam ex|ornandum *(sic)* univers. | censuer.

Tarracone (II 4248 saepius descripta saec. XVI). — 1) *Bergido Flaviensi (Ptol. 2, 6, 29; cf. Huebner C. I. L. II p. 363).* — 2) *Tabularium censuale ad arcam concilii provinciae Tarraconensis pertinere coniecit Huebner l. c. p. 541.*

6938 L. Aufidio Mascu|li f. Celeri Mas|culino Quir., | Flaviaugustano[1], | flamini designato, | r. p. s.[2] | d. d.

Tarracone (II 4196 vidit Huebner). — 1) *Incertum quod oppidum significetur.* — 2) *Res publica sua (Huebn.).*

Alius flamen designatus eiusdem provincae est in t. Asturicensi II 5124 (p. XLV); flamen designatus provinciae Baeticae in t. Cordubensi II 2220.

6939 Semproniae | Fusci f. Placidae | Pompaelonensi, | flaminicae, con|sensu concili | p. H. c., | C. Cornelius Valens | maritus | s. p. f.

Tarracone (II 4246 saepius descripta saec. XVI).

6940 Paetiniae Pa|ternae Paterni | fil., Amocensi Cluniens. | ex gente Cantabro[*r*.], | flaminicae p. H. c., L. An|tonius Modestus[1] | Intercat. ex gente | Vaccaeor.[2], uxori pi|entiss., consent. p. H. c., s. p. f.

Tarracone (II 4233 cf. p. 973 vidit Huebner). — 1) *Ad hunc spectat t. Tarraconensis II 6093.* — 2) *Cf. N. 6096 not. 2. Diversa Intercatia Asturum supra N. 2580.*

6941 Val., G. V.[1] Fidi fil., | Fidae, Segobr|ig.[2] ex γ[3] Carthag., | flaminicae, uxo|ri L. Caecili Por|ciani[4] flam. | p. H. c., p. H. [c.]

Tarracone (II 4252 vidit Huebner). — 1) *G. Valerii.* — 2) *De Segobriga cf. C. I. L. II p. 528.* — 3) *Conventu (sic etiam in aliis titulis Tarraconensibus, C. I. L. II p. 541. Eph. ep. 8 p. 449 n. 199).* — 4) *Eiudem nominis vir in t. Tarraconensi II 4263* L. Caec. Porc[*ia*]|nus ex prov[*inc.*] | Africa decuri[*o ad*]|le[*ct.*] in col. Ta[*rrac.*]

6942 M. Fabio M. f. | Gal. Paulino | equo publico | donato ab | imp. Caes. Hadriano | Aug., | Ilerdenses[1] | civi optimo ob | plurimas liberalitat. | in rem public. suam | loco a provincia | [*imp*]etrato posuerunt. | D. d.

Tarracone (II 4269 descr. Accursius aliique). — 1) *Ilerda, hodie Lerida.*

6943 C. Valerio Avito IIvir., | Val. Fir|mina fil., | translato | ab divo Pio | ex munic. August.[1] | in col. Tarrac.

Tarracone (II 4277 ad exemplum Posadae accuratum). — 1) *Videtur significari Saetabis municipium Augustanum (C. I. L. II 3625. 3655) provinciae Tarraconensis, potius quam municipium Augustum Gades (Huebner).*

6944 L. Cornelio | C. f. Gal. | Romano | flamini, IIvir. | Osicerd.[1] et | IIvir. coloniae | Tarraconens., | Aemilia Kara | uxor.

Tarracone (II 4267 vidit Huebner). — 1) *Cf. Plin. h. n. 3, 24; C. I. L. II 4241.*

6945 P. Fabio P. f. Ser. | Lepido f.; | quae[1] ex d. d. Tarr., | quod factum post | mortem eius, posita est, | adiectis ornamentis | aedilicis, remissa | impensa quam mater | eius Iulia Sex. filia | Reburrina | de suo dedit.

Tarracone (II 4268 vidit Huebner). — 1) *Statua.*

6946 C. Calpurnio | P. f. Quir. Flacco | flam. p. H. c., | curatori templi, | praef. murorum | col. Tarr. ex d. d. | C. Calpurnius Flaccus | honorem accepit, | impensam remisit.

Taracone (II 4202 aliquoties descripta).

6947 M. Fabio | Asiatico | seviro, mag. | Larum Aug., | L. Pompeius | Severinus | amico | optimo.

6947a L. Flavio | Chrysogono | seviro, mag. | Larum Aug., | L. Flavius Silvinus | lib., sevirum, mag. | Larum Aug., et | Q. Cornelius Silvicus | sevirum, Cornelia | Festiva, patrono | indulgentissimo.

6947b d. m. | L. Lucretio | Nicepho|ro seviro | Augustorum.

Tarracone (II 4293. 4297. 4300 hanc vidit Huebner).

Titulos Tarraconenses habes etiam supra N. 146. 599. 1140. 1145. 1176. 1365. 1393. 1399. 1560. 2297. 2369. 2373. 2383. 2384. 2416. 2714—2717. 2931. 2939 not. 3605. 4436. 5276. 5299. 5301. 5405. 5485. 5618. 6039.

6948 L. Marcius Q. f. Gal. Optatus | aedil. Tarracone, IIvir. Ilurone | et IIvir quinquennalis primus, | praefectus Asturiae, tribun. milit. | legionis secundae Augustae, | annor. XXXVI in Phrygia decessit.

Matarò prope Barcinonem, ubi videtur fuisse Iluro (II 4616 vidit Huebner).

6949 L. Val. L. fil. | Gal. Faventino | IIvirali | qui annona | frumentaria | empta plebem | adiuvit, et ob a|lia merita eius, | collegia ka|lendarium | et iduaria duo[1] | civi gratissimo | posuerunt.

Aesone (Isona) inter Tarraconem et Pyrenaeum (II 4468 cf. Boletín de la R. Acad. de la Historia 32, 1898 p. 533 descr. amicus quidem Fitae). — 1) *Collegia, quae kalendis idibusve uniuscuiusque mensis coire solebant (Mommsen).*

6950 M. Baebio M. f. | Gal. Crispo | aed., pontif., | salio[1], | conlusores.

6951 C. Voconio C. f. | Gal. Placido aed., | IIviro II, flamini II, | quaestori, | saliorum magistro[2].

Sagunti (Murviedro) (II 3853. 3865 vidit Huebner). — 1) *Salii extra Italiam nusquam inventi praeter hos Saguntinos. Eos cum Ardeatina quam voluerunt civium origine composuit O. Hirschfeld Gött. gel. Anzeigen 1870 p. 1113.* — 2) *Alius saliorum magister II 3864.*

Alios titulos Saguntinos habes supra N. 167. 949. 1376.

6952 M. Valerio | M. f. Quir. | Vindiciano | flamini | conventus | Carthaginiensis | statuam decrevit | conventus | Carthaginiensis.

Carthagine nova (II 3418 vidit Huebner).

Alios titulos Carthaginis Hispanae (praeter eum qui sequitur) dedi N. 144. 485. 835. 840. 5332. 5333. 5574.

6953 L. Aemilius M. f. M. nepos Quir. Rectus | domo Roma qui et Carthag. et Sicellitanus[1] | et [*A*]ss[*o*]tan.[2] et Laced[*ae*]monius et Argius[3] et Ba[*s*]titanus[4], | scriba[5] quaestorius, scriba aed[*i*]licius, civis | adlectus, ob honorem aedilitatis Concordiae[6] | decurionum testamento suo fieri iussit. | L. Aemilius Senex heres sine deductione XX[7] | vel tributorum[8] ex CCL libris argenti fecit.

Carthagine nova (II 3424 ad exemplum factum anno 1526, cuius menda non

multa corrigi potuerunt ex aliis titulis eiusdem hominis Carthaginiensi II 3423, quem vidit Huebner, eoque qui sequitur). — 1) *Sicelli oppidum, Hispaniae, ut videtur praeterea ignotum; cf. C. I. L. II suppl. p. 955.* — 2) Aossetan. *traditur. Cf. ad N. 6954.* — 3) *Videntur significari Argi Achaiae (cf. supra N. 867).* — 4) *Basti oppidum Bastetanorum, hodie ut videtur Baza; cf. Huebner C. I. L. II p. 458.* — 5) et scriba *traditur.* — 6) *Cf. N. 6843.* — 7) *Vicesimae. Cf. supra N. 5402. 5598.* — 8) *De tributo soli in quo exstructa fuit aedicula, accepit Mommsen.*

6954 L. Aemil. M. f. M. nep. Quirina Rectus domo Roma, qui et Karth. | et Sicellitanus[1] et Assotanus et Lacedaemonius et Bastetanus | et Argius[1], scriba quaestorius, scriba aedilicius, donatus equo publ. | ab imp. Caesare Traiano Hadriano Aug., aedilis coloniae Karthagi., patronus rei publicae Assotanor. testamento suo | rei pub. Assotan.[2] fieri iussit, epulo annuo adiecto.

In oppido provinciae Murciae Caravaca (II S. 5941 descripserunt complures viri docti Hispani). — 1) *Cf. ad titulum qui praecedit.* — 2) *Videtur Asso vel Assot situm fuisse prope Caravacam.*

6955 P. Val. Dionysio | VIvir. Aug., | cui ordo Dertosan. | ob merita eius | aedilic. honores | decrevit. | P. Val. Pardus lib. | VIvir Aug. | patrono optimo.

Dertosae (Tortosa) (II 4062 vidit Huebner).

6956 L. Licinio | Secundo | accenso | patrono suo | L. Licinio Surae | primo secund. | tert. cos. eius, | IIIIIIvir. Aug. | col. I. V. T. Tarrac.[1] et | col. F. I. A. P. Barc.[2], | [*or*]do municipi | [*Fla*]vi Iamontan.[3] | [*i*]nsula minore[4].

Barcinone (II 4538 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). De titulis huic viro Barcinone positis dixi supra N. 1952. — 1) *Colonia Iulia Victrice Triumphale (?) Tarracone; cf. C. I. L. II p. 538ᵇ.* — 2) *Colonia Faventia (cf. Plin. h. n. 3, 22) Iulia Augusta Pia Barcinone.* — 3) *Cf. Mela 2, 7, 20.* — 4) *Sc. Balearium.*

6957 L. Caecilius L. f. | Páp. Optatus | 7 leg. VII G. fel. | et 7 leg. XV Apollin., | missus honestá | missione ab imp. M. | Aur. Antonino et Aur. | Vero Aug., atlectus a Bar[*c*]. | inter immunes, consecut. | in *(sic)* honores aedilicios, | IIvir III, flam. Romae | divorum et Augustorum[1] | qui r. p. Barc. ita leg.[2]: do lego | darique volo X $\overline{\text{VIID}}$, ex | quorum usuris semissibus | edi volo quodannis spectac. | pugilum die IIII iduum Iuni. | usque at X CCL et eadem die | ex X CC oleum[3] in thermas publi[*c.*] | populo praeberi et [*l*]ecta[4] praes|tari ea condicione volo, ut | liberti mei item libertorum meorum | libertarumque liberti quos honor *(in latere)* seviratus contige|rit, ab omnibus mu|neribus seviratus[5] ex|cusati sint. Quot si quis | eorum at munera | vocitus fuerit, | tum ea X $\overline{\text{VIID}}$ at | rem pub. Tarrac. | transferri iubeo | sub eadem forma | spectaculorum quot | s. s. est edendorum | Tarracone. *(Sub inscriptione frontis)* L. d. d. d.

Barcinone (II 4514 vidit Huebner praeter paucas litteras). — 1) *Cf. N. 6929*

not. 1. — 2) *Legavit.* — 3) *Cf. N. 6728 (not. 1); Mommsen eph. ep. 7 p. 439.* — 4) *Scr.* ea recte *vel* it recte *(Momms. p. 711).* — 5) *Cf. N. 6469 not. 5.*

Alios titulos Barcinonenses dedi N. 568. 576. 1029. 1952. 3777. 4008. 5486.

6958 L. Fabio L. f. | Quir. | Fabullo | aed., IIvir. III, | flamini divor. | Aug. r. p. Mag. | ob multa eius | merita.

6959 . . Maecius Mae|cianus Quirina | Montanus ae|dilicius, iter. IIvira|tu in insula func|tus, etiam flamina|tu provinciae Hispa|niae citerioris, ob ae|ternitatem honorum | suorum memoriae | conlocavit.

Magone in Baleari insula minore (II 3710. 3711 cf. p. 963 vidit Huebner).

6960 . . . | . . x et C. Cornelius | Servinus h.[1] et curatores | operis eius p.[2] | Hic r. p. Ebusi[*t*.] XC milia | numorum legavit, ut ex eis | quodannis tributum Romanis | penderetur[3], et ne cives iniquo | tempore tributa pendere | cogerentur reliqua VI milia | fenerarentur, et ex usuris | ludi ederentur quodannis | cum vas lum. nate[4] eius V | . . .

In insula Ebuso (Iviza) (II 3664 semel descripta saec. XVI non sine mendis). — 1) *Heredes.* — 2) *Posuerunt.* — 3) *Cf. C. I. Gr. 2336: ἀναθέντα . . . τῇ [π]όλει δηνάρια μύρια ὀκτακισχείλια πεντακόσια, ἵνα ἐκ τοῦ τόκου αὐτῶν ὑπὲρ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων ἐλευθέρων Τηνίων κατ' ἔ[τ]ος διδῶται τὸ ἐπικέφαλον. Revue arch. 37, 1900 p. 489, 131: δόντα . . . τὸ ἐπικέφαλιον ὑπὲρ τῆς ἐπαρχίας.* — 4) *Scr.* natali.

Aquitania.

6961 flamen item | dumvir[1], quaestor | pagiq. magister, |
Verus ad Augus|tum[2] legato[3] mu|nere functus |
pro novem opti|nuit populis[4] se|iungere Gallos. |
Urbe redux Ge|nio pagi hanc | dedicat aram.

Hasparren in Pyrenaeis (XIII 412 Hirschfeld vidit ectypum; imaginem edidit Iullian Revue des études anciennes 4, 1902 tab. II cf. p. 46). Titulum propter litterarum formam ineunti saeculo p. Chr. tertio adtribuit Hirschfeld Sitzungsber. Berl. Akad. 1896 p. 437, saec. p. Chr. secundo Iullian l. c. — 1) *Duumvir, sc. Tarbellorum (cf. C. I. L. XIII p. 53).* — 2) *Incertum quis imperator significetur.* — 3) *Requiritur* legati (legatum *editum est C. I. L., errore typographi).* — 4) *Novem populi Aquitaniae propriae, qui inde a temporibus Diocletiani provinciam Novempopulanam efficiebant. Cf. Hirschfeld Sitzungsber. l. c.; item supra N. 1374 not. 4.*

6962 L. Valerius Muntanus[1] Tarbellus[2] IIIIsi[*g*]nanus[3], domu Narb[*one?*] . .

Prope Saguntum Hispaniae (II 3876 ad exempla non bonea facta saec. XVI). — 1) *Inter* Munt. *et* Mont., 2) *inter* Tarbellius, Trabellius, Tabellius *variant apographa.* — 3) IIII sicinianus *vel* IIII sicinanus *traditur. Cf. Plin. h. n. 4, 108: Tarbelli Quattuorsignani.*

6963 Θ.[1] Hanaro | Dannorigis f. | mag. quater et | quaestori; | v.[2] Aldeni Donni fil., uxori.

Prope St. Girons rep., iam Tolosae (XIII 5 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. supra N. 5140 not. 1.* — 2) *Vivae.*

Numinibus Aquitaniae dicatos titulos dedi supra N. 4516 seq. (cf. N. 3579. 4663). De Aquitania adiecta cf. N. 7037 seq.

Gallia Narbonensis.

6964 . . . . [*Na*]rbone . . . . [*flamen* | (2) *cum rem divinam faciet sacrificab*]itque, lictores [*qui magistratibus apparent, ei apparento.*] | (3) . . . . [*secundum lege*]m iusque eius provinciae . . . . | (4) . . . . ei in decuriónibus senatuve [*sententiae dicendae signandique . . . item*] | (5) . . . . [*inter decuriones s*]enatoresve subsellio primó spectan[*di ludos publicos ius potestasque esto.*] | (6) . . . . [*uxor fla*]minis veste albá aut purpurea vestíta f[*estis diebus*] . . . . | (7) . . . . neve invíta iúrato[1] neve corpus hominis mor[*tui attingito neve*] . . . . . | (8) . . . . [*nisi necessa*]rii hominis erit eique spectaculis publicis eius p[*rovinciae loco . . . . interesse liceto*]. |

(9) De honoribus eius qui flamen f[*uerit.* | (10) *Si qui flamen fue*]rit adversus hanc legem nihil fecerit, tum is qui flamen erit c[*um primum poterit ad legatos provinciae referto* | (11) *iique per tabell*]as[2] iúrati decernant, placeatne ei qui flamonio abierit permitti sta[*tuam sibi ponere. Cui ita decreverint* | (12) *ius esse sta*]tuae ponendae nomenque suum patrisque et unde sit et quó anno fla[*men fuerit inscribendi, ei* | (13) *Narbo*]ne intra fínes eius templí statuae ponendae iús esto, nisí cuí imperator [*Caesar Augustus*[3] *interdixerit* (?). *Eidem* | (14) *i*]n curia sua et concilio provinciae Narbonesis ínter suí ordinis secundum le[*gem*] . . . . . . | (15) sententiae dicendae signandique iús estó, item spectaculo publico in provincia [*edendo inter decuriones interesse prae*]|-(16) textato eisque diebus, quibus, cum flamen esset, sacrificium fecerit, eá veste pu[*blice uti, qua in eo faciendo usus est*]. |

(17) Si flamen in cívitate[4] esse des[*ierit*]. | (18) Si flamen in civitate esse desierit, neque eí subrogatus erit, tum utí quis[*que*] . . . . | (19) in triduo quo certior factus erit et poterit, Narbon[*e*] sacra facito [*omniaque secundum hanc legem per reliquam*] | (20) partem eius anní eo ordine habetó, quo annuorum flámin[*um habentur, eique si ea fecerit per dies non minus*] | (21) XXX, síremps lex ius causaque esto, quae flámini Augus[*tali ex hac lege facto erit*]. |

(22) Quo loco conciliu[*m provinciae habendum sit*]. | (23) Quí in concilium próvinciae convenerint N[*arbonem, ibi id habento. Si quid extra Narbonem finesve Narbone*]|-(24) sium concilio habitó actum erit, id ius rat[*umque ne esto* (?)] |

(25) De pecu[*nia sacris destinata*]. | (26) Qui flámonió abierit, is ex eá pecunia [*quae sacris destinata erit, quod eius superfuerit, statu*]|-(27)as imaginesve imperatoris Caes[*aris Augusti* . . . . *arbitratu? eius qui eo anno pro*]|-(28) vinciae praeerit intra idem t[*emplum dedicato* . . . . . . *seque omnia sicut hac lege cautum est de*] | (29) eá re, fecisse apud eum qui ra[*tiones provinciae putabit* . . . . . . *probato*]. | (30) . . . . . templ . . . .

Narbone rep. a. 1888, tabula aenea, iam Parisiis (XII 6038 Hirschfeld vidit imaginem photographicam). Fragmentum est legis de officiis et honoribus flaminis provinciae Narbonensis. Retinui supplementa quae Mommsen et Hirschfeld l. c. proposuerunt, licet incerta vel potius sententiam tantum adumbrantia. — 1) *Similia Romae uxori flaminis Dialis vel ipsi flamini concessa erant (cf. Marquardt Staatsverw. III ed. 2 p. 331. 329).* — 2) *Supplevit Mispoulet Bull. critique 1888 p. 254 (...*as *videtur superesse in aere, cf. ibid. p. 133); primum suppleverant* [*decurione*]s. — 3) *Vespasiani nomen hic fuisse probare studuit Kraschenninikof Philolog. 1894 p. 161 seq.* — 4) *Cf. Hirschfeld Zeitschr. für Rechtsgesch. 9, 1888 p. 403.*

6965 imp. Caesari | divi Antonini | fil., divi Hadriani | nepoti divi Traiani | Parthici pronepoti | divi Nervae abnepoti | L. Aurelio Vero Aug. Ar|meniaco pont. maxim.[1], | tribunic. potestat. IIII[2], | imp. II, cos. II, procos., | decumani[3] | Narbonenses.

Narbone (XII 4344 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. supra N. 361 not. 1.* — 2) *A. 164.* 3) *Cf. Mela 2, 75; Plin. h. n. 3, 32.*

Titulos Narbonenses dedi iam supra N. 112. 1064. 3298. 3789. 4119. 4120. 4536 (?). *5424. 5904.*

6966 T. Cominius C. f. Po[*l.*] | duom vir, aedilis, | interrex[1].

Narbone (XII 4389 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. N. 6285 not. 3.*

6967 Q. Akanius[1] | Q. f. Rufus | Ter.[2], | dictator in | iuniliciis[3].

Narbone (XII 4378 solus exhibet Lafont auctor satis diligens). — 1) *Idem gentilicium supra N. 4962.* — 2) *Teretina tribu, potius quam ter dictator (Hirschf.).* — 3) *Iunilicia ad nundinas mense Iunio Narbone celebratas, quibus dictatorem praefectum fuisse putat, refert Lafont. Vocabulum male lectum putat Hirschf.*

6968 P. Vínícius P. f. Pa|pir. Secundus aedil., IIvir., | quaestor colón. Iúlia Pa|terná Claud. Nárbó Márt., | d. s. p.

Périgueux, ubi fuit Vesuna Petrucoriorum, cf. N. 3735. 4638. 5756 (XIII 969 vidit Hirschfeld).

6969 . . [*A*]ponio L. fil. Pap. | [*Cha*]ereae auguri, quaes|[*tor*]i c. I. P. C. N. M.[1], aedilicis or|[*nam*]entis honorato, ob | [*qua*]m rem rei p. Narbonens. | [*HS*] . . . Ɖ intulit; item provinc. | [*Sicil*]ia Syracusis Thermis | [*Him*]eris Panhormi aedili|[*cis e*]t dumviralibus [*et* | *f*]lamonis et au[*gura*[*l*]]ibus ornament[*is*] | honorato, | . . [*Apo*]nius Blas[*tus* | *pat*]rono op[*timo*] | d. d.

Narbone rep. a. 1892 (Allmer rev. epigr. III p. 150 n. 890). — 1) *Colonia Iulia Paterna (cf. N. 6985 not. 2) Claudia Narbone Martio. Cf. N. 6968.*

6970 L. Vercio Prisco | IIIIIIvir. Aug. | c. I. P. C. N. M.[1] et Aquis | Sextis, | M. Aurunceius M. [*f.*] | amico optim[*o*].

Narbone rep., est Tolosae (XII 4424 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. N. 6969 not. 1.* — 2) *Alii seviri Narbonenses N. 5495. 6971. 6984, Aquisextiensis N. 6986.*

6971 d. m. | Tib. Iuni Eudoxi | navicul. mar.[1] | c. I. P. C. N. M.[2], | Ti. Iun. Fadianus | IIIIIIvir Aug. | c. I. P. C. N. M.[2] et | cond. ferrar.[3] | ripae dextrae[4], | fratri piiss.

Narbone (XII 4398 vidit Hirschfeld). — 1) *Navicularii marini.* — 2) *Cf. N. 6969.* — 3) *Conductor ferrariarum.* — 4) *Ripam dextram Rhodani intellegendam esse ferrariasque in Helvorum territorio sitas significari censet Desjardins géographie de la Gaule I p. 415.*

6972 Liguriae Q. fil. | Frontinae | Q. Hortensi Katulli. | Huic ordo Narbonensis | publice funus et | omnes vectigales decrevit.

Narbone (XII 4399 cf. p. 846 vidit Hirschfeld).

6973 C. Manlius C. f. | Pap. Rufus Umber, | exs decuria | lictorum viatorum | quae est c. I. P. N. M., | fecit sibi et suis, | C. Cassio Clementi et | . . . sidiae Restitutae | contubernali et | C. Cassio Exorato filio, | C. Cassio Viatori liber. | cum aris *(sic).*

Narbone (XII 4448 cf. p. 846 vidit Hirschfeld).

6974 Myrin[*e*] | Fausti col. | Narbon|esium servi | vicaria, | hic est sepult., | [*B*]oethus con|tubernalis.

Narbone (XII 4451 aliquoties descripta saec. XVI—XVIII).

6975 C. Annius C. f. Cor. | interrex[1] vovit, | posuit.

Nemausi, litteris saeculi primi incipientis (XII 3138 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. N. 6966.*

Titulos Nemausenses dedi iam supra N. 85. 1016. 1048. 1168. 2267. 2404. 3294. 3765. 4288. 4419. 4548. 4565. 4768. 4771. 4771ᵃ—4771ᶜ. 4842—4847. 5082. 5087. 5095. 5096. 5101. 5120. 5203. 5274. 5656. 5680.

6976 L. Domitio L. f. Vol. | Axiouno pr. IIIIvir.[1] bis.

Nemausi (XII 3215 ter quaterve descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Praetori quattuorviro; cf. Hirschfeld l. c. p. 382.*

6977 Pompeia Toutodivicis f. | C. Mario C. f. Vol. Celso IIIIvir.; Pompeia Toutodivicis f. sibi et viro suo.

Nemausi, litteris aetatis Augusti (XII 3252 p. 836 vidit Hirschfeld).

6978 dis manib. | Helvi Ecimarii | Volt. Vitális, aed. col., | et uxóris Togiáciae | Erucinae.

Nemausi (XII 3217 vidit Hirschfeld).

6979 d. m. | Tertii Sammii Vol. | Kari q.[1] Nem. et decur. | et Sammiae Atice | uxor. et | L. Hortentii Kari fil. | t. f. i.

Nemausi, vel Manduel prope Nemausum (XII 3267 ter ut videtur descript saec. XVI. XVII). — 1) *Quaestoris.*

6980 [*Q.*] Soillio T. f. Volt. | Valeriáno | [*I*]ĪĪIvir. ab aerár., | [*p*]ontifici, praefect[*o*] | vigilum et armóru[*m*[1], | *e*]quum publicum habe[*nti*], | d. d.

6980[a] Q. Soillio T. fil. | Vol. Valeriáno | equum p. habenti, | omnib. honorib. | domi et provinc. | flamón. functo, | cúratóri Cabell.[2] | Avenniens. Foro | Iúliéns., Apténsés[3] | patrono.

Nemausi (XII 3274. 3275 cf. p. 837 vidit Hirschfeld). — 1) *Magistratum hunc Nemausensem habuimus iam supra N. 5082, ubi vide not. 2. Hirschfeld Wiener Stud. f. cl. Phil. 5, 1883 p. 320 not. 6, Gall. Studien (Sitzungsber. Akad. Wien. 107, 1884 p. 239) confert τοὺς στρατηγοὺς ἐπὶ τὰ ὅπλα civitatium Asiae.* — 2) *Cabellionensium (cf. C. I. L. XII p. 136).* — 3) *Cf. N. 6989.*

6981 . . . . | et Philomuso . . .[1] | Q. Solonio Q. f. Vo[*l.*] | Severino | ex V̄ decuriis, equo | publico, luperco, | ĪĪIvir. ab aerár., | pontifici, | flámini provinciae | Narbonénsis, | trib. militum leg. V̄ĪĪĪ Aug. | civitas Foroiuliensium | patróno | . . . . . .

Nemausi (XII 3184 vidit Hirschfeld). — 1) [*Curantibus*] . . . . . et Philomuso [*lib(ertis)*]? *(Momms.).*

6982 d. m. | L. Velloudii | Statúti dec. | Sanit.[1] et dec. | orn. col. Aug. N.[2], | Semprónia | Statuta patris | piissimi.

Nemausi (XII 3288 vidit Hirschfeld). — 1) *Decurionis Sanitiensium (Sanitium, hodie Senez, in Alpibus maritimis; cf. C. I. L. XII p. 9).* — 2) *Cf. N. 6983.*

6983 memoriae | M. Atti M. fil. Volt. | Paterni equo public. | honorato, item decu|rioni col. Apollinare | Reiorum[1], decurioni | ornamentario[2] col. Aug. | Nemausi, an. XXV agenti, | Coelia Sex. filia | Paterna | filio piissimo.

Nemausi (XII 3200 vidit Hirschfeld). — 1) *Hodie Riez, cf. C. I. L. XII p. 49.* — 2) *Cf. XII 3058:* [*decuri*]onibus Nemausensium et ornamentar[*iis*].

6984 C. Aurélius | Parthenius | ornámentis dec. | honórátus col. Aug. | Nemausi, ĪĪĪĪIvir Aug. | col. Cópia Claud. Aug. Lugud., | item Nárbóne Mártio | et Fir. Iúl. Secund. Arausióne[1] | et Foro Iulii Pácáto[2], | ubique grátuitis honóribus.

Nemausi (XII 3203 vidit Hirschfeld). — 1) *Titulum urbanum VI 31801 = Notizie degli scavi 1890 p. 286 proconsuli ut videtur Galliae Narbonensis posuerunt* [*Se*]cundani Firmo Iulio Arausion. *Cf. Mela 2, 5, 75; Plin. h. n. 3, 36; C. I. L. XII p. 152. Arausio etiam supra N. 4140.* — 2) *Cf. C. I. L. XII p. 38.*

6985 d. m. | G. Paqui Optati | lib. Pardalae[1] IIIIII | Aug. col. Iul. Pat. Ar.[2], | patrono eiusdem | corpor. item patron. | fabror. naval. utriclar. | et centonar., C. Paquius | Epigonus cum liberis suis | patrono optime merito.

Arelate (XII 700 vidit Hirschfeld). — 1) *Idem uxori posuit titulum XII 747.* — 2) *Se(viro) Augustali colonia Iulia Paterna Arelate (cf. N. 6988). Paternae cognomen etiam Narbo habuit. Cf. Hirschfeld Westdeutsche Zeitschr. 8, 1889 p. 120 not. 1.*

Alios titulos Arelatenses dedi N. 1432. 2788. 2908. 2911. 3496. 4415. 4672. 5204. 5975. Sextani Arelatenses *VI 1006.*

6986 [*d.*] m. | M. Frontoni Eupori | IIIIIIvir. Aug. col. Iulia | Aug. Aquis Sextis, navicular. | mar. Arelat.[1], curat. eiusd. corp., | patrono nautar. Druen|ticorum[2] et utriclarior. | corp. Ernaginensum[3] *(sic)*, | Iulia Nice uxor | coniugi carissimo.

Inter Arelate et Tarasconem ad ecclesiam S. Gabrielis (XII 982 vidit Hirschfeld). — 1) *De naviculariis marinis Arelatensibus eorumque corporibus quinque cf. supra N. 1432 (fin.), item N. 6987.* — 2) *Nautae Druentici etiam XII 731.* — 3) *Ernaginum prope Arelate memoratur itin. Ant. p. 344 et alibi; videtur fuisse ibi ubi hic titulus extat, cf. C. I. L. XII p. 125.*

6987 . . . [*I*]ulianus[1] navicularii | [*mar*]inis Arelatensibus quinque | [*co*]rporum[2] salutem. | Q[*u*]id lecto decreto vestro scripserim | *////////*[3] proc. Augg. e. v., subi|ci iussi. Opto felicissimi bene valeatis. |

E. e.[4] | Exemplum decreti naviculariorum ma|rinorum Arelatensium quinque cor|porum, item eorum quae aput me acta | sunt, subieci. Et cum eadem querella la|tius procedat, ceteris etiam inploranti|bus auxilium aequitatis cum quadam de|nuntiatione cessaturi propediem obsequí | si permaneat iniuria, peto ut tam indemni|tati rationis quam securitati hominum | qui annonae deserviunt consulatur. | Inprimi charactere regulas ferreas et adplicari prosecutores ex officio tuo iu|beas, qui in urbe pondus quod susce|perint tradant. *(Ex secunda pagina pauca tantum vocabula supersunt).*

Tabulae aeneae fragmentum, nescio qua aetate figuris animalium ornata et in pateram conversa, prodiit in monte Libano supra Berytum, ubi antiquitus steterit, ignoratur (III S. 14165[8]; imago accurata est Revue épigraphique 1900 p. 114). — 1) *Fortasse praefectus annonae.* — 2) *Cf. N. 6986 not. 1.* — 3) *Nomen erasum, fortasse procuratoris annonae provinciae Narbonensis (N. 1432).* — 4) *Exemplum epistulae.*

6988 [*p*]agáni pági Lucreti, quí sunt fini|bus Arelátensium[1] locó Gargario, Q. Cor. | Marcellí lib. Zosimo IIIIIIvir Aug. col. Iul. | Paterná Areláte ob honorem eius, qui nótum *(sic)* fecit | iniuriam nostram omnium sáec[*ulor*]um sacrá|tissimó principi T. Áelio Antónino [*Pio*], . . r Rómae | mísit[2] per multós annós ad práesides pr[*ovinci*]áe perse|cútús est iniúriam nostram suis in[*pendiis e*]t ob hoc | dónavit nóbis inpendia quaé fécit, ut omnium sáecu|lórum sacrátissimí principis imp. Caes. Antónini Aug. Pii | beneficia dúrárent permanérentqué quibus fruerémur | . . . . et balineo gratúitó quod ablatúm erat paganís | [*pagi Lucreti*], quód usi fuerant amplius annis XXXX.

St. Jean de Garguier prope Massiliam (XII 594 cf. p. 815 ad apographum accuratum Peirescii). Tractavit Iullian Bull. épigraphique 5, 1885 p. 165 seq. — 1) *Ex hoc titulo aliisque appáret Arelatensium territorium paene usque ad portas Massiliae pertinuisse, attributum iis sine dubio a Caesare dictatore. Cf. etiam supra N. 5975. De territorio Massiliae cf. N. 6761. 6762.* — 2) [*Patiente*]r Romae m[*an*]sit? *(Hirschf.).*

6989 C. Allio C. fil. | Volt. Celeri | IIIIvir., flam., | augur. col. I. | Apt.[1], ex V dec.[2], | Vordenses | pa[*ga*]ni | pa[*tro*]no.

Aptae (XII 1114 vidit Hirschfeld). — 1) Colonia Iulia Apta. — 2) Decuriis.

6990 d. m. | Caeciliae D. f. Aprullae flam. | designatae col. Dea Aug. Voc.[1], | ϴ[2] annos XIIII mens. II dies V, | maritus uxori piissimae po|suit.

Arelate rep., est Massiliae (XII 690 vidit Hirschfeld). — 1) Cf. N. 6992. — 2) Cf. N. 6963 not. 1.

6991 Catiae T. fil. Servatae flam. | Iul. Aug. Vas. Voc.[1], Q. Secundio | Zmaragdo IIIIIIvir. Aug., marito | eius, T. Catius Severus frater et h. f. c.[2] | ex testamento.

Vasione (Vaison) rep., nunc Avennione cippus litteris saeculi primi (XII 1363 vidit Hirschfeld). — 1) Flaminicae Iuliae Augustae (titulus positus post Augusti mortem, antequam Claudius aviae divinos honores tribuit) Vasiensium Vocontiorum. — 2) Heres faciendum curavit.

Inscriptiones Vasionenses dedi iam N. 1321. 2709 (ubi cf. not. 5). 4266. 4333. 4674. 4814. 4815. 4815a. 4841, agri Vasionensis N. 979. 5614. De Vocontiis et Vasione cf. Hirschfeld Gallische Studien I p. 24 seq. (Sitzungsber. Akad. Wiss. Wien. 103, 1883 p. 292 seq.).

6992 Sex. Vencio | Iuventiano | flamini divi Aug., | item flamini et cura|tori muneris gladi|atori Villiani, adlec|to in curiam Lugudu|nensium nomine | incolatus[1] a splen|didissimo ordine | eorum, | ordo Vocontior. | ex consensu et pos|tulatione populi | ob praecipuam | eius in edendis | spectaculis li|beralitatem.

Die, ubi fuit Dea Augusta Vocontiorum (XII 1585 fortasse semel tantum descripta saec. XVI). — 1) Cf. N. 6916.

Deae repertas vel ad Deam spectantes inscriptiones dedi iam N. 4140. 4696. 5148.

6993 d. m. | Valeri Maximi | fil., defunct. ann. | XIII (*sic*), | praef. vigintivi|rorum[1] pagi | Deobensis, | Valeria mater et | Cass. Eros maritus | eius.

Séguret prope Vasionem, iam St. Germain (XII 1376 vidit Hirschfeld). — 1) Cf. C. I. L. XII p. 161/2. A vigintiviris pago Deobensi videtur praefectus esse; cf. Hirschfeld Gall. Studien I p. 40. Ad aedilem pagi alicuius Vocontii spectat N. 5614.

6994 d. m. | L. Laeli Fortunati | praef. praesidio et | privat. Voc.[1], fla|mini Aug., ponti|fici, L. Laelius | Olympus filio piissimo.

Rasteau prope Vasionem (XII 1368 semel descripta saec. XVII). — 1) Sic traditur, idque defendit Mommsen C. I. L. l. c.

6995 T. Pompeio T. f. [*Vol.?*] | Albino | tribuno mil. leg. [*VI*] | Victric., subpro[*c.*] | provinc. Lusitaniae, [*IIvir.*] | i. d. col. Iul. Aug. Flor. V[*iennae*][1] | Pompeia T. fil. Sextina [*patri?*]

Montmélian non longe a Chambéry (intra fines Viennensium, cf. not. 1) ad dextram Isarae ripam (XII 2327 ad apographum Pingonii factum saec. XVI). —

1) *Supplevit Mommsen Herm. 18 p. 181. Cf. etiam Hirschfeld Sitzungsber. Berl. Akad. 1897 p. 1113 not. 5. Agrum Viennensium, ut olim Allobrogum, usque ad summas Alpes pertinuisse et ex aliis apparet (C. I. L. XII p. 217) et ex termino supra N. 5957.*

6996 D. Iul. D. f. Volt. Capiton[*i*] | auguri, IIviro aerar[*i*][1], | flamini Martis[2], tr[*ib.*] | milit.

Genavae (XII 2613 bis descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Sc. Viennae. Genava vicus fuit Viennensium. Cf. N. 7004 et C. I. L. XII p. 328. Ch. Morel Genève et la colonie de Vienne (Mém. Soc. hist. de Genève vol. 20). Hirschfeld Westd. Zeitschr. 8, 1889 p. 122.* — 2) *Ex hoc titulo sequentique videtur colligi posse flamines Martis Viennenses (C. I. L. XII p. 219) non diversos fuisse a flaminibus Iuventutis.*

6997 D. Iul. D. f. V[*ol.*] | Capitoni | flam. Iuent., IIIvir. | [*l*]oc. public.[1] per[*seq.*], | IIvir. aera[*r.*, *augur.*], | praef. fa[*b*]r., trib. | mil. [*leg. II A*]diu[*t.*, | *c*]en[*sor. civ. Remor.*] | foederatae, | Remi public. | [*L.*] d. d. d.

Viennae (XII 1869 ad exemplum factum saec. XVI exeunte). — 1) *Cf. N. 6998. Eiusdem Iulii Capitonis sunt duo alii tituli Viennenses, supra N. 1380 et XII 1870.*

6998 Q. Val. C. fil. Volt. | Macedoni | flam. Iuvent., q. c. V.[1], | IIvir. aer., auguri, | IIIvir. [*l.*] p. p.[2] — Huic | divos Hadrianus | látum clavom cu[*m*] | quaest. optuli[*t*] | et petentis | excusatiónem acc[*ep.*] — | vicani Boxs[*ani*] | et Noiomagens[*es*][3] | patróno.

Tain ad Rhodanum (cf. supra N. 4130), fragmenta variis temporibus reperta (XII 1783 partem vidit Hirschfeld; cf. Renier mélanges d'épigraphie p. 68). — 1) *Quaestori civitatis Viennensis.* — 2) *Triumviro locorum publicorum persequendorum. Cf. N. 6997. 7004. Summus hic videtur fuisse honor apud Viennenses, cf. Hirschfeld C. I. L. XII p. 219, Westd. Zeitschr. 8, 1889 p. 134 not. 39.* — 3) *De Noiomago cf. C. I. L. XII p. 205.*

6999 Sex. Coelio Volt. Cáno[1] | quaest.[2] | Primus libert. sévir. | Hic et frater propter singularem et in | suos pietatem et inter se concordiam | quam in consortione iucundissuma | annum LXXVII agunt ab ordine | decurionatu digni iudicati[3] sunt. | Quam dexteritatem decurionum | munificentia renumeraverunt | posito simulacro Viennae[4] argenteo | HS n. ccclↃↃↃ ccclↃↃↃ.

6999[a] Sex. Coelio Vol. Nigro[1] | quaestori[2] | Primus libert. sévir. | Hic et frater *(eadem quae in praecedente).*

Viennae (XII 5864 vidit Hirschfeld). — 1) *Nota cognomina gemella fratrum fortasse geminorum.* — 2) *Cf. not. 3.* — 3) *Apparet non quaesturam propter se ipsam fratribus his grandaevis tributam esse, sed locum in decurionibus. Unde collegit Hirschfeld ordini Viennensium ius adlegendi in decuriones non fuisse.* — 4) *Eadem dea etiam in hoc titulo nuper reperto in foro Romano (Gatti Notizie degli scavi 1899 p. 289; Huelsen Beitr. zur alten Gesch. 1902 p. 238)* numini deae | Viennae | ex d. d. | M. Nigidius Paternus | IIviral. pon. cur. *(De Arausione, Nemauso, Vasione diis cf. supra N. 4841 seq.; Lovatelli Bull. arch. communal. Rom. 1891 p. 246.)*

Titulos Viennenses dedi etiam N. 189. 1353. 1380. 5400. 4418. 5985.

7000 d. m. et quieti | aeternae | Lucili Metrobi | signo Saprici | stator. civitatis | Viennes.[1], qui vixit | ann. XXXVIII m. II, | Divicia Domiti|ola, mater fili|or. III, coniugi | karissimo et | incompara|bili ponendum | curavit, et fili | sub ascia | dedicaverunt | *(ascia).*

Viennae (XII 1920 vidit Hirschfeld). — 1) *Statores municipales fuerunt etiam Nemausi (XII 3309:* d. m. | Sex. Aureli | Zossimi | statori Nem. | *cet.). Cf. Petron. 126: servos aut statores altius cinctos. Statores viatorum officio functos esse putat Hirschfeld, reorum sistendorum munus iis iniunctum fuisse Mommsen l. c.*

7001 Sex. Iul[*io*] . . | Volt. Senio[*ri*] | praef. pagí Valer., | IIvir. iur. dic. | Sex. Masuinnius | Vérinus | tútori optimo, | quí me per ann. XIIII | vice parentium | sustinuit et ad ali|quam facultátem | perdúxit, | sanctissimo et | merentissimo.

St. Sigismond prope Conflans Sabaudiae, in finibus Viennensium, cf. ad N. 6993 (XII 2346 vidit Hirschfeld).

7002 C. Valerius . . . . us praef. | pagi Oct. suo e[*t filio*]rum suor. | nomine vican[*is Au*]gustanis | [*dat.*]

7003 L. Iul. Frontoni | praef. equit., | IIIIvir. iter.[1], | vicani August.

Aoste, ubi fuit Augustum vicus (XII 2395. 2393 vidit Hirschfeld). Eiusdem loci inscriptiones dedi N. 5550, ex vicinia N. 2909. 5624. 5768. — 1) *Quattuorviro iterum, sc. Viennae.*

7004 L. Iul. P. f. Vol. Brocchus Val. | Bassus praef. fabr. bis, trib. | mil. leg. VIII Aug., IIvir iur. dic.[1], | IIIvir loc. p. p.[2], augur, pontif., II vir | et flamen in col. Equestre[3], vikanis | Genavensibus lacuus[4] dat.

Genavae (XII 2606 vidit Mommsen). Gemellus est t. Genavensis XII 2607, utriusque imaginem dedit Ch. Morel Genève et la colonie de Vienne (Mém. Soc. hist. de Genève 20, 576). Idem Iulius Brocchus Noviodunì (cf. N. 7005) posuit titulum XIII 5007 = Inscr. Helv. 116. — 1) *Viennae.* — 2) *Cf. N. 6998.* — 3) *Cf. N. 7005.* — 4) *Sic lectum saec. XVII, hodie evanuit.*

7005 L. Sergio L. f. Corn. | Lustrostaio Domi|tino omnibus hono|ribus in colonia E|questr.[1] et in col. Vi|ennensium functo, | T. Iul. Pompeius Ter|tullus socero op|timo.

Novioduni (Nyon) (XIII 5011 vidit Schmidt). — 1) *Novioduni, quod nomen primum reperitur in Notitia Galliarum (chron. min. I p. 596). Cf. supra N. 2130 not. 1; Plin. h. n. 4, 106 cet. Hirschfeld Westd. Zeitschr. 8, 1889 p. 122 not. 8.*

7006 D. Valerio Asiatici[1] libert. | Sissi *(sic)* IIIIIIviro col. Eq. | ex t.

Versoix (inter Genavam et Nyon), iam Genavae (XIII 5012 = Inscr. Helv. 121 vidit Mommsen). — 1) *D. Valerius Asiaticus consul a. 46 Vienna oriundus erat.*

7007 . . . . | C. Lucconi Co[*r.*] | Tetrici praefec[*ti*] | arcend. latroc[*inis*][1], | praefect. pro IIvir[*o*], | IIvir. bis, flaminis | August.

Novioduni (Nyon) (XIII 5010 = Inscr. Helv. 119 vidit Mommsen). — 1) *Idem munus in titulo reperto loco dicto Daun, in finibus Treverorum ut puto, semel tantum descripto XIII 6211 = Brambach 736, in quo est:* [*praef.*] latr. ar[c.]

Gallia Comata.

7008 C. Valer. C. f. Fab. Ca|millo quoi publice | funus Haeduorum | civitas et Helvet.[1] decre|verunt et civitas Helvet.[1] | qua pagatim qua publice | statuas decrevit. | Iulia C. Iuli Camilli f. Festilla[2] | ex testamento.

Aventici rep., iam Lausannae (XIII 5110 vidit Mommsen cf. Herm. 16, 1881 p. 454 seq.). — 1) *Helvetiorum sc. civitas, cuius caput erat Aventicum, sub legato Belgicae et postea Germaniae superioris.* — 2) *Eadem Festilla N. 7010 et in duobus aliis titulis Helvetiis XIII 5051. 5094 (cf. supra ad N. 2697).* — *De Aventico cf. supra N. 1020. 2697; item N. 1519ᵃ.*

7009 C. Flavio Camill[*o*] | IIvir. col. Hel., flamini | Augusti | quem ordo patronum | civitatis cooptavit eiq. | ob merita eius erga rem | publicam scholam et | statuas decrevit, | vikani | Eburodunenses | amico et patrono.

7010 Iuliae C. Iuli Camil|li filiae Festillae | flaminicae primae Aug.[1], vicinae | optimae ob egregia | eius merita | vikan. Eburodun.

Yverdun, ubi fuit Eburodunum vicus Helvetiorum (XIII 5063. 5064 = Inscr. Helv. 142. 143 vidit Mommsen). — 1) primae Aug. *inter lineas additum.*

7011 Soli, Genio, Lunae | sacrum ex voto | pro salute Augus|torum P. Clod. Corn. | Primus curator. vika|nor. Lousonnensium II[1], | IIIIIIvir Augustal., c. c. R. | conventus Hel.[2], d. s. d.

Lousonnae (Vidy prope Lausanne) rep. (XIII 5026 = Inscr. Helv. 133 viderunt Mommsen et Schmidt). Alium titulum Lousonnensem dedi N. 4774. — 1) *Bis.* — 2) *Curator civium Romanorum (cf. N. 197. 7209) conventus Helvetici. Cf. Mommsen Herm. 16, 1881 p. 477 seq.; Kornemann de civib. Rom. in provinciis imperii consistentibus p. 20. 74.*

7012 Genio | pag. Tigor.[1] | P. Graccius | Paternus | t. p. i. | Scribonia | Lucana | h. f. c.

Muenchweiler prope Aventicum (XIII 5076 = Inscr. Helv. 159 viderunt Mommsen et Schmidt). Cf. Mommsen Herm. 16, 1881 p. 450 seq. — 1) *Cf. Caes. b. Gall. 1, 12. Titulum Turicensem habes supra N. 1562.*

7013 Iovi o. m. | Q. Adginnius Urbici | fil. Martinus[1] Seq., | sacerdos Romae et Aug. | ad aram ad confluentes | Araris et Rhodani, | flamen, IIvir in civitate | Sequanorum.

Lugduni (XIII 1674 saepius descripta saec. XVI). — 1) *Ab eodem homine titulum positum Marti Segomoni habes supra N. 4537.*

7014 . . . . | Aed[*uo*] | summis [*honoribus*] | apud suos functo, | sacerdoti ad templ. | Rom. et Aug. ad con|fluent. Araris et Rho|dani | . . . .

Lugduni (XIII 1714 vidit Hirschfeld).

7015 C. Servilio | Martiano | Arverno | C. Servilii | Domiti filio, | sacerdoti ad | templum Romae | et Augustorum, | tres provinciae | Galliae.

Lugduni (XIII 1706 vidit Hirschfeld).

7016 L. Osidio . . . . | Quieti filio . . . . | Nervio, | omnib. honori-[*bus apud*] | suos funct., sa[*cerdoti*] | ad aram Caes. n. [*ad tem*]|plum Romae et [*Augusti in*]|ter confluen[*tes Araris*] | et Rhoda[*ni*], | tres prov[*inciae Galliae*]. *(Ad sinistram paucae litterae supersunt ex titulo qui ad propinquum Osidii pertinebat; sub duobus titulis litteris maioribus)* [*tres provinciae G*]alliae.

Lugduni (XIII 1702 descr. Boissieu). — Alios titulos spectantes ad sacerdotes trium provinciarum Galliarum (sic XIII 5353) habes N. 4638. 7041. 7050, cf. N. 5163 v. 14 (not. 14).

7017 Tib. Pompéio | Pompei Iústi fil. | Prísco Cadur|co[1], omnibus ho|norib. apud suós | fúnct., trib. leg. V | Macedonicae, | iúdici arcae | Galliarum, III | próvinc. Galliáe.

7018 L. Cassio | Melior[*i*] | Suessioni[2], | omnibus ho|norib. apud su|os functo, in|quisitori Ga[*ll.*], | III prov. Gall|[*iae*].

7019 L. Lentulio | Censorino | Pictavo, | omnibus ho|noribus apud | suos fúncto, | cúratóri Bit. | Víviscórum[3], | inquisitóri, | tres provin|ciae Galliae.

Lugduni (XIII 1686. 1690. 1697 vidit Hirschfeld). — 1) Cf. N. 7041. — 2) Cf. N. 7054. — 3) Cf. N. 7038.

7020 L. Tauricio | Florenti, Taurici | Tauriciani filio, | Veneto, | allecto ark. Gall.[1], | patron. nautar. | Araricorum[2] et | Ligericorum, item | Arecar[*i*]orum[3] et | Condeatium[4], | [*I*]II provinc. Galliae.

7021 L. Besio Superiori | Viromand., eq. R., | omnibus honorib. | apud suos funct., | patron. nautar. | Araricor. et Rho|danicor., patron. | Cond[*eat*]ium i[*tem* | *A*]r[*ec*]arior. Lugu[*d.*] | consistentiu[*m*], | allect. ar[*k.*] Galliar., | ob allectur. fideli|ter administratam | tres provinc. Galliae.

Lugduni (XIII 1709. 1688 hanc vidit Hirschfeld sed in hac quoque non paucas litteras hodie evanidas supplere debuit ex apographis saec. XVI). — 1) Sic Iucundus testis optimus et antiquissimus. Cf. Hirschfeld C. I. L. XIII p. 230[a]. — 2) Cf. infra N. 7028 not. 3. — 3) Incertum unde hi appellati. — 4) Dicti videntur a Condate, nomine loci ubi Rhodanus et Arar confluunt. Cf. N. 7036. Nomen saepe obvium in Gallia, cf. Holder alt-celtischer Sprachschatz s. v.

De ara Augusto ad confluentem Araris et Rhodani dedicata et de templo Romae et Augusti ibidem sito uberrime dixit Hirschfeld C. I. L. XIII p. 227 seq. Titulos quos illo loco propositi fuisse videntur composuit Hirschfeld XIII 1673 seq., potiores ex his dedimus hic et supra N. 212. 1152. 1328[a]. 1390. 1441. 4537.

7022 d. m. | Modestiae Epigone | animae dulcissimae, | Abascantus Galliarum[1] | de se benemerenti fec. *(In latere)* VIIII kal. Iul. | [*L. Aurelio Commodo*] | M. Plautio Quintillo cos.[2]

7023 V idus Dec. | d. m. | C. Modesti Thesei, | P. Cl. trium Galliar. | lib. Abascantus[3] alumno dulcissimo | qui vixit an. VIII | mens. V dieb. XVIIII.

Ostiae, deinde Romae (XIV 328. 327 vidi alteram). — 1) *Sc. servus (idem qui N. 7023, nondum manumissus). Alius* III provinciarum Galliarum servus *VI 29687.* — 2) *A. 177.* — 3) *Idem posuit titulum supra N. 4176.*

7024 [*S*]ex. Ligurius Sex. fil. | Galeria Marinus | summus curator c. R.[1] | provinc. Lug., q̄., IIviralib. | ornamentis suffrag. | sanct. ordinis hono|ratus, IIvir designatus | ex postul. populi, ob hono|rem perpetui pontif. dat. | Cuius doni dedicatione de|curionib. Ӿ V, ordini eques|tri[2], IIIIIIviris Aug., negotiato|rib. vinaris Ӿ III, et omnib. cor|porib. Lug. licite coeuntibus Ӿ II, | item ludos circenses dedit. L. d. d. d.

Lugduni (XIII 1921 vidit Hirschfeld). — 1) *De summi curatoris civium Romanorum munere cf. Kornemann de civibus Romanus in prov. imp. consist. p. 34; Mommsen eph. ep. 7 p. 443.* — 2) *Cf. N. 7030 not. 4.*

7025 publice d. d. | [*S*]ex. Vagirio Sex. fil. | Gal. Martiano | q., aedili, IIviro, patrono | omnium corpor., summo | curat. c. R.[1] provinc. Aqui[*t.*], | praefect. fabr. Roma[*e*], | tribuno milit. leg. XX V. v. | Quam statuam cum ordo | [*s*]anctissim. ob eius erga | rem p. suam eximiam | operam et insignem | [*a*]bstinentiam ex aerario | [*p*]ublico poni censuisse[*t*, | *S*]ex. Vagirius Gratus | [*f*]rater impendio remisso | [*p*]ecunia sua constituit.

Lugduni rep. a. 1878 (XIII 1900 vidit Allmer). — 1) *Cf. N. 7024 not. 1.*

7026 Ti. Claudio Ti. f. | Gal. Pio decurioni | Luguduni, IIviralib. | ornamentis exor|nato, Romae in lega|tione defuncto, | Claudius Spendon | et Cestia C . . er . . . . | par[*entes*] | filio . . . *(Iuxta reliquiae exiguae alterius tituli).*

Valentiae rep. a. 1873 (XII 1750 vidit Hirschfeld).

7027 d. m. et memoriae | C. Salvi Mercuri | IIIIIIviri Aug. Lugud., | in suo sibi positus. | Liberi superstites p. c.[1]

Lugduni (XIII 1971 vidit Hirschfeld praeter versum primum). — 1) *Ponendum curaverunt.*

7028 *(ascia)* d. m.[1] | et memoriae aeternae | M. Primi Secundiani IIIIIIvir. Aug. | c. C. C. Aug. Lug.[2], curator. eiusd. cor|por., nautae Rhodanic. Arare na|vigant.[3], corporat. inter fabros | tign. Lug. consist., negot. muriar., | M. Primius Augustus fil. et heres patri | karissim. ponend. cur. et sub asc. ded.

Lugduni (XIII 1966 vidit Hirschfeld). — 1) d. *(cum ascia) a sinistra*, m. *a dextra tituli.* — 2) *Sevir Augustalis colonia Copia Claudia Augusta Lugduno. Cf. supra N. 4130. 6984.* — 3) *De nautis Rhodanicis Arare, deque nautis Rhodanicis Rhodano navigantibus vide Hirschfeld C. I. L. XIII 1 p. 254[b]; infra N. 7030—7033.*

7029 *(asciae duae)* d. m. | Q. Capitoni Probati | senioris, domo Rom., | IIIIIIvir. Aug. Lugudun. | et Puteolis, | naviclario marino, | Nereus et Palaemon[1] | liberti patrono, | quod sibi vivus insti|tuit posterisq. suis, | et sub ascia dedicav.

Lugduni (XIII 1942 vidit Hirschfeld). — 1) *Nota nomina marina libertorum navicularii.*

7030 Minthatio[1] M. fi[*l.*] | Vitali negotiat. vinari[*o*] | Lugud. in kanabis con|sist.[2], curatúra eiusdem | corpor. bis funct. itemq. | q̄., nautáe Arare navig.[3], | patróno eiusd. corpori[*s*], | patrón. eq. R.[4], IIIIIIvir., utr[*i*]|clar. fabrór. Lugud. con|sist., cui ordo spléndidis|simus civitát. Albensium[5] | consessum[6] dedit: | negotiátóres vinari [*Lug.*] | in kanab. consist. pat[*rono*]; | ob cúius statuae ded[*ica*]|tióne sportul. X . . . | dedit.

Lugduni (XIII 1954 vidit Hirschfeld). — 1) *Fortasse:* M. Inthatio. — 2) *Cf. Mommsen Herm. 7, 304 not. 2, Westd. Korresp.-Bl. 8, 1889 p. 20. 23.* — 3) *Cf. N. 7028 not. 3.* — 4) *Patrono equitum Romanorum (Lugduni consistentium. Cf. N. 7024).* — 5) *Alba Helvorum, provinciae Narbonensis. Cf. N. 4140.* — 6) *Ludis inter decuriones.*

7031 d. m. | L. Hilariani Cinna|mi civis Lug., naute | Rhodanico Rho|dano navigantis[1], | curatori eiusdem | corporis, negotiato|ris [*ole*]ari[2], Q. Maspe|tius Severianus s[*o*]|cer eius et Cl. Severi[*a*]|nus amicus idemqu[*e*] | heredes p. c. et sub | [*as*]cia dedicaverun[*t*].

Lugduni (XIII 1996 aliquoties descripta saec. XVIII, non sine mendis ut videtur). — 1) *Cf. N. 7028 not. 3.* — 2) q hari *traditur.*

7032 C. Iúlius Sabínianus | nauta Rhod., | in honórem | nautárum Rhodanicór. | dat. *(In latere sinistro)* L. d. | déc.[1] | n. R. *(In latere dextro)* dédicátióne | dóni huius | omnibus | návigantibus X III | dedit.

Lugduni (XIII 2002 vidit Hirschfeld). — 1) *Locus datus decreto.*

7033 C. Apronio, | Aproni | Blandi fil., | Raptori, | Trevero, | dec. eiusd. civitatis, | n.[1] Ararico, patrono | eiusdem corporis, | negotiatores vinari | Lugud. consistentes | bene de se [*mere*]nti | patro[*n*]o, | cuius statua[*e*] dedica|tione sportulas | [*d*]ed. negot. sing. corp. X V.

Lugduni (XIII 1911 vidit Hirschfeld). — 1) *Nautae.*

7034 d. m. | et memori[*ae*] | aeternae | Poppilli *(sic)* natio[*ne*] | Sequano, civi | Lugudunensi, negotiatori ar|tis prossariae[1], | adpertinentis[2] et | honorato corpore | utriclariorum, | [*et co*]rpo[*ris*] . .

Lugduni (XIII 2023 vidit Hirschfeld partem). — 1) *Artem tunicas pectendi intellegi apparet collata glossa Latino-Graeca corp. Glossar. Lat. 2 p. 162: prosa pexa tunica.* — 2) *Scilicet ad corpus utriclariorum.*

7035 d. *(ascia)* [*m.*] | et memoriae aetern. | Illiomari Apri lintia|ri ex civitate Veliocas|sium[1], sublecto in numer. | colonor. Lug.[2], corpora|to inter utriclar. Lug. | consistentium *(sic)* | qui vix. ann. LXXXV sine

ul|lius *(sic)* animi sui laesione. | Aprius Illiomarus fil. pa|tri karissim. p. c. et sub a. d.

Vaise prope Lyon (XIII 1998 vidit Hirschfeld). — 1) Cf. C. I. L. XIII, 1 p. 512. — 2) Cf. N. 6875 not. 2.

7036 [*Di*]anae Aug. sacrum | [*i*]n honor. pagi Condat.[1] | C. Gentius Olillus | magister pagi bis, | cuius dedicatione hono|ratis praesentib. dedit | [*ep*]uli ✱ II. | L. d. d. p. Cond.[2]

Lugduni ad Araris ripam rep. (XIII 1670 vidit Hirschfeld). — 1) In pago Condate situm fuisse aram Romae et Augusti putat Hirschfeld l. c. p. 228. Etiam supra N. 1441 videtur supplendum esse patr[*ono pagi Cond*]ate. *— 2) Loco dato decreto pagi Condatium.*

Alios titulos Lugdunenses dedi supra N. 1172. 1172a. 1330. 1384. 1389. 1444. 1454. 1460. 1563. 1639. 2119. 2124—2126. 2312. 2389. 2405. 2407. 2463. 3022. 3208. 3549. 4131—4134. 4794. 4813. 4817. 4952a. 5722. 5997. 6037.

7037 Genio Arverno | Sext. Orgius Suavis[1] | Aeduus.

Clermont-Ferrand, ubi fuit Augustonemetum oppidum Arvernorum, rep. (XIII 1462 saepius descripta saec. XVII—XIX). — 1) Idem supra N. 4631. 4632. — De Arvernis cf. supra ad N. 4590. 4600.

7038 Augusto sacrum | et Genio civitatis | Bit. Viv.[1]

Burdigalae, ara ornata (XIII 566 vidit Hirschfeld). — 1) Biturigum Viviscorum.

7039 d. m. | Nemetogenae[1] an|cillae publicae d. | XXI[2], et Apaaus|tro marit., | et Primitivo publ.[3]

Burdigalae (XIII 603 vidit Hirschfeld). — 1) Idem nomen est etiam XIII 806. — 2) Defunctae XXI, scilicet annorum. — 3) Publico (servo).

7040 [*C. Iulio*] C. Iuli Ricoveriugi f. Vol. Marino [*flamini? | Augus*]tali primo, c. c. R.[1], quaestóri, verg[*obreto*[2], | *Iulia*] Marina filia p[*osuit*].

Saintes, ubi fuit Mediolanum Santonum (XIII 1048 vidit Hirschfeld). — 1) Curatori civium Romanorum. — 2) Supplevit Mowat. Cf. Caes. bell. Gall. 1, 16, 5 not. Tiron. ed. Schuetz tab. XXXVI 37; nummus Lexoviensis quem citat Hirschfeld Sitzungsber. Berl. Akad. 1897 p. 1116 not. 5. — Eiusdem loci titulum dedi N. 2531.

7041 M. Lucter. | Lucterii[1] Sen[*e*]|ciani f. Leoni | omnibus ho|noribus in pa|tria functo, | sacerd. arae | Aug. inter con|fluent. Arar. | et Rhodani, | civitas Cad. | ob merit. eius | publ. posuit.

Prope Cahors rep., ubi fuit Divona Cadurcorum (XIII 1541 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) Lucterius Cadurcus notus ex Caesaris commentariorum de bello Gallico lib. VII et VIII eiusdem familiae fuisse videtur (Hirschf.).

7042 . . . . . .[1] | ferrariar., gutuater[2], praefectus colon., | qui antequam hic quiesco, liberos meos | utrosq. vidi Nonn.[3] Ferocem flam., IIvirum bis, | . . . . . .

Le Puy ad Ligerim, ubi fuit Anicium Vellavorum (XIII 1577 vidit Hirsch-

feld). — 1) *De adsessore ferrariarum cogitavit Allmer. —* 2) *Cf. N. 7045 not. 2. —* 3) *Nonnium, vel Nonnios. — Eiusdem loci titulum dedi supra N. 4665.*

7043 Etruscillae | Aug., coniug. | Aug. n., | civitas Vellavor. | libera.

St.-Paulien prope Le Puy, ubi fuit Ruessium (XIII 1591 vidit Hirschfeld). — Eiusdem loci titulum dedi supra N. 3827.

7044 C. Iul. Iullo | funus et monim. | cívit. Segusiavór. | publ. principí suo.

Feurs, ubi fuit Forum Segusiavorum (XIII 1645 vidit Hirschfeld).

7045 C. Sulp. M. fil. Galli omnibus | honoribus apud suos func[*ti*], | IIvir., q., flaminis Aug., p . . ogen . . .[1] | dei Moltini, gutuatri[2] Marti[*s*] | VI[3], cui ordo quod esset civ[*is*] | optimus et innocentissimus | statuas publ. ponendas decr[*ev.*]

Matiscone (Mâcon) ad Ararim, in finibus Haeduorum (XIII 2585 bis ut videtur descripta saec. XIX). — Initio intercidisse in honorem *vel simile quid putat Allmer. —* 1) *Subesse vocabulum Celticum sacerdotem significans coniecit Hirschf. —* 2) *Idem vocabulum, sacerdotem vel sacerdotale munus aliquod significans, est supra N. 7042, item in duobus titulis nuper Augustoduni Haeduorum (Autun) detectis, quos infra dabimus in addendis ad titulos numinum Galliae (Revue épigraphique 1900 p. 132 n. 1367. 1368), denique ap. Hirtium b. G. 8, 38 a quo vocabulum male pro nomine habitum esse recte fortasse coniecit Desjardins. —* 3) *Aut intellegendum: sexies, aut statuendum, locum esse corruptum.*

7046 Q. Secund. | Qvigonis | civis Treveri, | IIIIIIvir. Augus|talis in Aeduis | consistentis, | omnib. hono|rib. inter eos | functi, Qvigo|ni[1] Secundus | et Hibernalis | liberti et he|red. patrono | optimo sub as|cia dedicaver. | L. d. ex d. o.[2] *(In utroque latere scutum).*

Autun, ubi fuit Augustodunum caput Haeduorum (XIII 2669 vidit Hirschfeld). — 1) *Nota nomen gentilicium libertorum ex cognomine patroni ductum. —* 2) *Locus datus ex decreto ordinis.*

7047 M. Ulpio | Avito 7 | leg. III Aug. | IIII Fl.[1], | opifices lori|cari[2] qui in Ae|duis consist. | et vico Briviae | Sugnutiae[3] res|pondent[4] quiq. | sub cura eius fu|erunt, erga ibs[*os* | *b. m*]er. po[*suer.*]

Monceaux-le-Comte (in finibus Haeduorum) rep., est Nevers (XIII 2828 vidit Hirschfeld). — 1) *Centurio legionis tertiae Augustae, in Africa tendentis, videtur in Galliam Lugdunensem provinciam inermem missus, ut ibi officinae loricariae praeesset, deinde ad legionem quartam Flaviam in Moesiam translatus (Hirschf.). —* 2) *Fabrica loricaria Augustodunensis memoratur in Not. dign. occ. cap. 9. —* 3) *Vicus creditur hodie dictus Brèves, ubi adhuc officinas ferrarias exerceri perhibetur. —* 4) *Cf. Ulpian. dig. 50, 1, 30: qui ex vico ortus est, eam patriam intellegitur habere, cui rei publicae vicus ille respondet.*

7048 I. o. m. | et Fortunae reduci pro | salute itu et reditu | Tib. Fl. Veteris patrono | optimo aram posuerunt fabri | ferrari Dibione [*co*]nsis|[*t*]entes clientes | [*v.*] s. l. m. | L. d. d. p. A.[2]

7048[a] I. o. m. et | Fortunae | reduci pro] | salute itu et | reditu Ti[*b*.] | Fl. Veteris | patron[*o*] | optimo et | fidelissimo, | lapidari | clientes eius | pag. Andomo[3] | co[*s*]istentes | ex voto | v. s. l. m.

Dijon rep. (XIII 5474. 5475 non sine mendis descriptae saec. XVII). — 1) *Castrum Dibionense, situm in finibus Lingonum, ante Gregorium Turonensem vix memoratur, cf. Hirschfeld C. I. L. XIII 2, p. 88.* — 2) *Locus datus decreto paganorum Andomensium, cf. not. 3 (Hirschfeld).* — 3) *Nomen loci, quod cum Andematunno (Langres) apte composuit Villefosse comptes rendus de l'Ac. des inscr. 1889 p. 178, praeterea ignotum.*

7049 C. Amatio C. Amat. Patern. | fil. [*P*]aternino[1] aedil. vikan. | Agied.[2], aedil. c. S.[3], actor. p.[4] pagi | Tout.[5], act. [*p*.][4] quinquenn. civit., | IIvir. ab aer.[6] muner.[6a], praef. an|non. design., iuen. integerr. | Matern. Eucharistus et Pat[*e*]r. | Pollio Sill. off.[7] eius ob mer. p. p.[8], | d. n. Decio Aug. II et Grato cos.[9], | kal. Apr.[10]

Sens, ubi fuit Agedincum caput Senonum, rep., iam Parisiis, tabula aenea (XIII 2949 vidit Hirschfeld). — 1) Iaternino *est in aere.* — 2) *Vikanos Agiedincenses ipsius oppidi Agedinci incolas intellegit Hirschfeld l. c. p. 443, non vici alicuius ab hoc diversi.* — 3) *Aedili civitatis Senonum.* — 4) *Actori publico.* — 5) *Pagum Toutiacum, sive quo alio nomine fuit, ibi fuisse ubi hodie est Toucy (prope Auxerre) observavit Mowat.* — 6) *Actor publicus et duovir ab aerario supra N. 1441, in quo titulo haec munera fortasse ad civitatem Senonum referenda sunt (cf. Hirschfeld ad XIII 1684).* — 6[a]) *Munerario.* — 7) *Officiales.* — 8) *Pecunia publica.* — 9) *A. 250.* — 10) *Haec duo vocabula ab utraque parte tituli.*

7050 in ho[*nor. dom. A*]ug. Mart., Volk. et deae sancti[*s*]s. Vestae M. Magilius Honor[*atus ex v*]oto pos. [*pro se su*]isqu[*e*].

1.
Sext. Iul. Thermiano
sacerdoti arae in-
ter confluent. Arar.
et Rhodani[1], omnib. ho-
noribus apud suos
functo, socero[2]

2.
Aquiliae Flac-
cillae civi
Aeduae, Iuli
[*Thermiani*]
[*coniugi,*
socrui][3]

3.
Iuliae Thermio-
lae Iul. Thermia-
ni filiae,
[*co*]niugi.

4.
Iuliae Reginae
Magili Honora-
ti et Iuliae Ther-
miolae filiae.

5.
M. Magilio Honorato[4]
flamini Aug., munera-
rio, omnib. honorib.
apud suos functo

6.
M. Aemilio Nobili
flamini Aug., mune-
rar., omnib. honorib.
apud suos functo, fratri.

Sens, ubi fuit Agedincum Senonum, fragmenta stylobatae variis temporibus reperta (XIII 2940 composuit Iulliot, vidit Hirschfeld). Eorundem hominum monumentum extabat Lugduni ad aram Caesaris, iisdem ut videtur diis Marti Volkano Vestae dicatum, cuius fragmenta vide XIII 1676. — 1) *Cf. N. 7013 seq.* — 2) *Socer,* 3) *socrus eius qui monumentum posuit M. Magilii Honorati, parentes Iuliae Thermiolae.* — 4) *Is ipse qui monumentum posuit.*

7051 numinib. Augustor. | deo Volkano | M. Gemel. Secundus et C. Sedat. Florus | actor. vicanor. Portens. tribunal cum | locis ex stipe conlata posuerunt.

7052 deo Vol. | pro salute | vic. Por. et nau. | Lig.[1]

Nantes, ubi fuit Portus Namnetum (XIII 3106. 3105 vidit Hirschfeld). — 1) *Nautarum Ligericorum.*

7053 in honorem | domus divinae | et pagi Matantis | Marti Mulloni[1] | L. Campanius Priscus | et Virilis fil. sacer|dotes Romae et Aug. | statuam cum suis or|namentis de suo posuerunt. | L. d. ex d. s.

7053[a] in honorem | domus divinae | et pagi Sextanmandui | Marti Mulloni | L. Campanius Priscus et Viri|lis fil. sacerdotes Romae | et Aug. statuam cum suis | ornamentis de suo posu|erunt. | L. d. ex d. s.

7053[b] in honorem | domus divinae | et pagi Carnute|ni Marti Vicinno | L. Campanius Priscus | et Virilis fil. sacer|dotes Romae et Aug. | statuam cum suis or|namentis de suo posu|erunt. | L. d. ex d. s.

Rennes, ubi fuit Condate caput Redonum (XIII 3148—3150 Hirschfeld vidit ectypa). — 1) *De Marte Mullone cf. supra N. 4578.*

7054 [*n*]um. Aug. d[*eo Vol*]|kano civit. Vi[*romand.*] | C. Suiccius La-[*tinus*] | sac. Rom. et Au[*g., p. p.*] | praef. l. VIII[1], cu[*rator*] | civitatis Sue[*ss., in*]|quisitor Ga[*ll., le*]|gatus . . .

Saint Quentin, ubi fuit Augusta Viromanduorum (XIII 3528 = Revue arch. 38, 1901 p. 138 vidit Hirschfeld). — 1) *Praefectus legionis octavae (Augustae).*

7055 [*V*]olka[*no s.* | *ci*]ves Rom[*ani*] | cent.[1] | [*Va*]lentin[*i*] | gesatoru[*m*[2] | b]asem [*p.*]

Tongres, ubi fuit Aduatuca Tungrorum, rep. a. 1900 (Waltzing Bull. Acad. Belg. 1901; correxit Musée belge 1902 p. 94). — 1) *Centuria. Cf. supra N. 4564 not. 2.* — 2) *Cf. N. 2531. 5795 (not. 8).*

Eiusdem loci titulos dedi supra N. 4755. 5839. [*Civ*]es Tungri *supra N. 4757.* Aed(*ilis*) c(*ivitatis*) T(*ungrorum*) *videtur esse in titulo quem edidit Zangemeister Rh. Jahrb. 81, 1886 p. 84.*

7056 in h. d. d. num. Augg.[1] fara[*bu*]|rem[2] exaedificaverunt suo in[*p*]|endio iuniores vici hic cos[*i*]|stentes loco sibi c[*on*]cesso | et donato a vikan[*is B*]ede|nsibu[*s*]. Dedicatum effec|tum I . . . idus Iulias imp. d. [*n.* | *Philippo*] Aug. et Titiano co[*s.*][3], . . . tio et Secundo S[*e*[cu[*ro*].

Bitburg, ubi fuit Beda vicus, rep. (Westd. Korresp.-bl. 10, 1891 p. 104). Eodem loco reperti sunt tituli supra N. 4604. 5646. — 1) *Numinibus Augustorum.* — 2) *Suppleverunt et explicare temptaverunt Schroeder aliique.* — 3) *A. 245.*

7057 in h. d. d. dea[*e*] | Epone vica[*n*]|i Belg.[1] p., cu|rante G. Ve-l|orio Sacril|lio q.

Beim stumpfen Turm prope Heingerath (Kr. Bernkastel) rep., est Treveris (Brambach 864; Hettner Steindenkmäler des Museums zu Trier p. 62 n. 105). — 1) *Belginum memoratur tab. Peut.*

7058 I. o. m. | vicus Voclanni *(In latere aquila et angues duo, in altero latere vas frugibus repletum; in basi supposita Minerva).*

7058a I. o. m. | et vico Vocla. | Urissulius[1] Cam|panus | d. d.

7058b [*in h.*] d. d. I. o. m. | [*et vico*] Voclannionum culinam | [*vetust*]ate conlabsam infra | [*scripti*] de suo restituerunt. | ... ius Caupo, Iulius Statianus | *(et alii multi).*

Pallien prope Trier rep. (Brambach 794—796; Hettner Steindenkmäler des Museums zu Trier n. 42. 43. 44). — 1) VRISSVLIVS *lapis.*

7059 in h. d. [*d.*] | Genio aren[*a*]|riorum[1] con|sistentium | col. Aug. Tre.[2], | Axsillius Av|itus sive Sacruna | d. d.

Treviris rep. in amphitheatro (Brambach 770; Hettner Steindenkmäler des Museums zu Trier n. 88). — 1) *Cf. supra N. 5148.* — 2) *Colonia Augusta Treverorum (cf. III 4153; Brambach 1436. 1437). De civitate Treverorum cf. supra N. 419. 1362b.*

7060a [*in honore*]m domus Augustae | .... [*Celeris f. sac*]erd. Rom. et Aug. piscin. et campum | ... [*Med*]iomatricis et advenis dedit.

7060b [*i*]n honorem domus Aug. | ... Celeris f. sac. Rom. et Aug. camp. et piscin ....

Metz, lapis ex utraque parte scriptus (Robert épigraphie de la Moselle II p. 19 cf. tab. VI fig. 5). — *A vicanis vici alicuius Mettensis positum titulum dedi N. 4818.*

7061 Ti. Claudio | Drusi f. Caesar. | Aug. German[*ico*] | pont. max., trib. | potest. III[1], imp. III, | p. p., cos. des. [*III*?][2] | vicani Marosa|llenses pub. | Dedicata VIIII k. | Octob.[3] anno[4] C. | Passieni Crispi | II T. Statilio Tauro co[*s.*][5].

Marsal rep. a. 1842, iam Metz (Robert épigraphie de la Moselle II p. 8 tab. VI fig. 2). — 1) *25 Ian. 43/44.* — 2) *Cf. N. 204 not. 2.* — 3) *Natalis Augusti.* — 4) *Cf. supra N. 6097 not. 1; Mommsen Staatsr. II (ed. 3) p. 91 not. 1.* — 5) *A. 44.*

Britannia.

7062 M. Verec. Diogenes[1] IIIIIIvir. col. | Ebor. idemq. mort.[2], cives Biturix | Cubus[3], haec sibi vivus fecit.

Eburaci (York) (VII 248 saepius descripta saec. XVI—XVIII). — 1) *Idem Eph. ep. 3, 183.* — 2) *Haec, quae pars tantum auctorum vidit, fortasse non recte excepta. Alterius municipii vocabulum latere coniecit Huebner.* — 3) *Cf. C. I. L. XIII 1 p. 158.*

7063 *(mulier sedens, flores in sinu gerens, iuxta cista; situla repleta fructibus)* d. m. Regina liberta et coniuge | Barates Palmyrenus, natione Catuallauna[1], an. XXX. *(Infra titulus Palmyrenus)*

South Shields (Eph. ep. 4, 718a; Archaeologia Aeliana 10, 1885 p. 240 cum tab.). — 1) *Mulieri Catuvellaunae (sic VII 863, similiterque Dio 60, 20) titulum posuit maritus Palmyrenus.*

Germaniae.

7064 [*i*]mp. Caes. M. Au[*relius Antoninus Aug.*] | et imp. Caes. L. Au[*relius Verus Aug.*] | scholam c. Tr.[1] v[*i*] igni[*s absumptam reficiendam*] curaverunt ex SH n̄. . . . | in eodem incendio . . . . . | poni iusserant degulu . . .

Xanten (Brambach 216 ad apographum servatum in Pighii codice Berolinensi). — 1) *Coloniae Traianae. Cf. N. 7065.*

7065 Dianae | Iunianius | Amabilis | IIIIIIvir | Aug. c. U. T.[1] ex | iussu ipsius | l. m.

Prope Voorburg, ubi fuit forum Hadriani Germaniae inferioris (cf. III 4279), rep. (Brambach 10 semel descripta saec. XVI). — 1) *Sevir Augustalis coloniae Ulpiae Traianae. Cf. N. 2907 (not. 3), praeterea N. 2181 not. 4, N. 4743. Alius* [*I*]IIIII(*vir*) Augustalis c. U. T. *est in titulo Nimwegen reperto Brambach 82.*

7066 in h. d. d. | Genio colle|gi peregr. | Ulp. Decem|ber et Vere|cund. Cor|nutus d. d.

Prope Voorburg rep., est Leidae (Brambach 11 qui vidit).

7067 i. h. d. d. | [*G*]enio | [*c*]ollegi | [*f*]ocariorum | [*consist*]entium | . . .

Coloniae Agrippinae rep. a. 1866 (Brambach 2041; Düntzer Verzeichn. Alterth. d. Mus. in Köln p. 35, 27).

7068 *(ex imagine numinis superest pes caligatus)* Genio | hastiferum.

Coloniae Agrippinae rep. (Kisa Korresp. der Westd. Zeitschr. 12, 1893 p. 96).

7069 d. m. Masclinio Materno | dec. c. A.[1], aedilicio, dumviral., | curatoricio, sacerdotali, | ex comitibus, Masclinius Leo | patri benemerit[*o*] fecit | Decentio Caes. et Paulo coss.[2]

Tolbiaci (Zülpich) rep. (Brambach 549 bis fortasse descripta). — 1) *Decurioni coloniae Agrippinensis.* — 1) *A. 352.*

7070 d. m. | Senecioni | limocincto[1] | Geron filio | piissimo *(canis).*

Coloniae Agrippinae (Westd. Zeitschr. 1894 p. 313). — 1) *Cf. N. 6696 (not. 2).*

7071 . . . . . | se . . . . | t . . . | possessor[*es*][1] | ex vico Lucr[*e*]|tio scamno[2] | primo ex imp[*e*]|rio ipsius.

Coloniae Agrippinae (Brambach 348; Schulten Bonner Jahrb. 103, 1898 p. 12 ad ectypum). — 1) *Cf. N. 6850.* — 2) *Cf. Scr. Grom. p. 3. 207 cet.; Schulten l. c. p. 13.*

7072 . . . . . . | . . . . ius | Secundus | dec. col. Aug.[1] | ex evoc. Aug. [*n.*][2] | cum pertic[*a*] | viatoria[3] d. d., | v. s. l. m.

Prope Rigomagum (Remagen) rep., est Mannhemii (Brambach 640; Haug roem. Denksteine des Antiquariums zu Mannheim p. 30 n. 30). — 1) *Significari Augustam Treverorum, non coloniam Claudiam Augustam Agrippinensem (IX 1548) statuit Nissen ann. Rhenan. 98, 1895 p. 171.* Lug. *praefert Haug.* — 2) *Sic supplendum (superest lineola quae supra* n. *posita fuit).* — 3) *Apparitorum corpus videtur significari; sed perticae vocabulum mirum.*

7073 C. Lucius Vi[*c*]tor de[*c. ci*]vitatis Vang.[1], omnibus honeribus *(sic traditur)* functus, et Victori[2] Florentinus et Victorinus fili, ob amorem patri[*a*]e et civium portam omni sumptu suo exstructam donaverunt.

Wormatiae in porta oppidi, tam foras quam intus (XIII 6244 cf. Westd. Korrespondenzbl. 1892 p. 79 ex codice quodam Stuttgartensi saec. p. Chr. XI vel XII). — 1) *Cf. N. 4833 not.* 7. — 2) *Cf. N. 2403 not. 1.*

7074 in h. d. d. | [*G*]enio vici ca|[*n*]abar.[1] et vi||*ca*]nor. Cana|bensium | Q. Martius | Optatus, | qui[2] columnam | et statuam | d. d.

Koenigshofen prope Strassburg rep. (XIII 5967 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 2476 cet., infra N. 7140 seq.* — 2) *Cf. III 7776. 11900.*

7075 in h. d. d. | d.[1] Nymphis | vicani Al|tiaienses[2] | aram posuer. | cura Octoni | Terti et Castoni | Cassi, X k. Dec. | Maximo et Aeliano co[*s.*][3]

Alzey rep., nunc Wormatiae (XIII 6265 descr. Zangemeister Westd. Korresp.-Blatt 1887 p. 228). — 1) *Deabus.* — 2) *Antiquum nomen oppidi Alzey hinc prodit.* — 3) 22 *Nov.* 223.

7076 Ti. Claudio | Caesari Aug. | Germanico | pont. max., trib. pot. | III[1], imp. IIII, p. p., cos. III, | cives Romani[2] manti|culári[3] negotiatores, | C. Vibio Rúfino leg. pro pr.[4]

Mogontiaci rep. a. 1878 (XIII 6797 vidit Zangemeister. Imaginem dedit Koerber Inschr. d. Mainzer Museums n. 117). — 1) *A. 43.* — 2) Curator civium Roman[*or.*] Mogontiaci *est in titulo eiusdem aetatis N. 2465.* — 3) *Fortasse nummularii. Festus p. 133 M.: manticularum usus pauperibus in nummis condendis etiam nostro saeculo fuit. Iidem fortasse N. 7077. Cf. Mommsen Westd. Korresp.-Blatt 1884 p. 31.* — 4) *Cf. supra N. 2283 not. 3.*

7077 in h. d. d. | deo Mercu|rio L. Senilius | Decmanus *(sic)* q.[1] | c. c. R. m. neg. Mog.[2], | c. T.[3], v. s. l. l. m. Sat|urnino et Gallo cos.[4]

Finthen prope Mogontiacum rep., est Mogontiaci (XIII 7222 = Brambach n. 956 vidit Zangemeister). — 1) *Quaestor.* — 2) *Curator civium Romanorum manticulariorum* (?) *negotiatorum Mogontiacensium (Momms. Westd. Korresp.-Bl. 1884; cf. ad N. 7076).* — 3) *Civis Taunensis. Cf. N. 7080. 7090. 7096.* — 4) *A. 198.*

7078 *!!!!!!!*[1] | T. Florius Sa|turninus vet. | ex sig. leg. XXII | Pr. p. f. Alexandri|anae, m. h. m.[2], al|lectus in ordi|[*n*]em c. R. . .[3] Mog[*ontiac.*], | ex voto po[*suit*].

Mogontiaci (XIII 6769 = Brambach 1067 vidit Zangemeister). — 1) *Periit nomen dei.* — 2) *Cf. N. 2472 not. 2.* — 3) *Una vel duae litterae obscuratae, fortasse* Al. *(Alexandrianorum?) (Zang.)*

Alios titulos Mogontiacenses habes supra N. 419. 1010. 1188. 1998. 2248. 2261. 2265. 2273. 2276. 2277. 2294. 2334. 2341. 2414. 2421. 2435. 2436. 2469 (cf. N. 7081 not. 1). 2472. 2491. 2500. 2504. 2562. 2575. 2632. 2754. 3138. 3156. 3635. 3930[a]. 4596. 4615. 4758. 4796.

7079 in h. d. d. | dae *(sic)* Lune | Marcellinius | Placidinus | d. c. R.

Mog.[1] | et Martinia | Martina m. e.[2] | ex voto p. l. l.[3] | Tacito et Aemi|liano cos.[4] | [*k*]al. I[*a*]n.[5]

Mogontiaci (XIII 6733 = Brambach 1130 vidit Zangemeister). — 1) *Decurio civium Romanorum Mogontiaci.* — 2) *Mater eius.* — 3) *Posuerunt laeti libentes.* — 4) *A. 276.* — 5) *Sic vel* I[*u*]n.

7080 in h. d. d. I. o. m. conservatori ar[*cus cum signi*]s, | quos Dativius Victor dec. civit. Taun[*ens. vicanis*] Mo|gontiacensibus [*p*]romisit, Victor[*ii*] [1] . . [*et*] . . . us | filii et heredes consumma[*verunt*].

Mogontiaci rep. a. 1898 (XIII 6705 vidit Zangemeister. Imaginem Koerbe Inschr. d. Mainzer Museums n. 121). — 1) *Cf. N. 7073.*

7081 I. o. m. | et Iunoni | Reginae | vicani Mo|gontiacen|[*s*]es vici no|vi[1] d. s. p. *(In latere dextro Fortuna, in latere sin. Sol., in postica Luna).*

Mogontiaci rep. a. 1877, basis monumenti maioris (XIII 6722 vidit Zangemeister). — 1) *In titulo supra N. 2469, iam XIII 6676, eodem fere loco quo hic effosso, curatorem vici, non veteranorum, item vici quaestorem et actorem significari putant Domaszewski et Zangemeister (XIII 2 p. 303).*

7082 I. o. m. et | Iunoni Reginae | vicani Salutares: | L. Valer. Fronto | *(et alia nomina plus quadraginta, pleraque evanida). (In latere sinistro Victoria, clypeum tenens in quo scriptum est)* Vic. | Aug. *(In latere dextro Ceres. In postica Apollo).*

Mogontiaci (XIII 6723 = Brambach 994 vidit Zangemeister; de anaglyphis cf. Haug Westd. Zeitschr. 10, 1891 p. 56 n. 121).

7083 i. [*h. d.*] d. | Genio collegi | iuventutis vici | Apollinesis, Acutius | Ursus et Acutia Ursa | donum dederunt | imp. . . . | . . . . . | . . . . .[1] et Coma|zonte cos.[2]

Prope Mogontiacum ad vicum Dalheim s. Zahlbach (XIII 6688 = Brambach 1138 solus descr. Hiegell medicus saec. XVII exeunte). — 1) *Apparet nomina Elagabali (tertium consulis) erasa fuisse.* — 2) *A. 220.*

7084 . . . . | et Genio iuent|utis *(sic)* Voberg|ens., T. Genialinius | Crescens v. s. l. | l. m., Anullino | II et Frontone | cos.[1]

Mogontiaci rep. a. 1842 (XIII 6689 = Brambach 1000 vidit Zangemeister). — 1) *A. 199.*

7085 in h. d. d. Marti Genio Victor|iae signif. ob immunitatem om|nem eis concessam a vicanis | veteribus consistentibus c|astel. Mattiac.[1] Novianius Mo|getius *(et alia nomina undecim, quorum postrema)* Giamonius Adiutor, Iustus Censorin[*i*].

Mogontiaci rep. a. 1900 (XIII 6740a Zangemeister vidit ectypum; Koerber Westd. Korrespondenzbl. 1900). — 1) *Cf. N. 7094. 7095.*

7086 vicani | capite | limitis[1] | ex inl.[2] imp. | d. n. Antoni|no II et Sac|erdote cos.[3]

Mogontiaci (XIII 6764 = Westd. Zeitschr. 11, 1892 p. 289 ad exemplum servatum a Pighio in codice Berolinensi edidit Zangemeister). — 1) *Fortasse nomen vici (Zang.).* — 2) *Fortasse scr.* ex imp. *(Zang.).* — 3) *A. 219.*

7087 .... | M. Val. Pud[*ens*], | L. Anto. Placidu[*s*], | M. Biracus Indutiu[*s*], | C. Silvius Senecio | platiodanni[1] | vici novi sub | cura d. s. *(In latere culter et aspergillum, in altero latere rosa.)*

Mogontiaci (XIII 6776 vidit Zangemeister; I. Becker Ann. Rhenan. 67, 1879 p. 7). — 1) *Quattuor viri, quibus platearum cura mandata erat. De vocabulo cf. Holder altcelt. Sprachschatz.*

7088 in h. d. d. | Genium pla.[1] p. p. | pret.[2] L. L. Vic|tor vet. le[*g.*][3] | XXII d. d. Laeto | et Ceriale cos.[4]

Prope Mogontiacum in Rheno rep., basis aenea, est Mogontiaci (XIII 7261 cf. Westd. Korresp.-Bl. 1883 p. 22 vidit Zangemeister). — 1) *Plateae,* 2) *post portam praetoriam?* — 3) LEC *aes.* — 4) *A. 215.*

7089 I. o. m. | plat. dext.[1] e. N.[2] | Adiut.[3] Sextus, | Liberal. Sperat., | Ammon. Se|cundan. mil. | d. s. fec.

7089a Iun. reg. | plat. dex.[1] | eunt. Nid.[2] | T. Veter. A|tessas et | S. Masc. Co|ncessus | d.[4] fecer.

Castelli Mattiacorum (Kastel) rep. a. 1810, bases duae aeneae, altera est Mogontiaci, altera Wiesbaden (XIII 7264. 7263 = Brambach 1311. 1312 vidit Zangemeister). — 1) *Plateae dextrae.* — 2) *Euntibus Nidam?* — 3) *Adiutorius.* — 4) *De (suo?).*

7090 I. o. m. | conservato[*r*]. | Licin. Tugna|tius Publius | IIv. c. T.[1] in suo | ut haberet | restituit | Attico et Pr|etextato | cos.[2] *(In latere dextro Mercurius, in sin. Minerva, in postica Hercules).*

Castelli Mattiacorum (Kastel) rep., basis, est Mogontiaci (XIII 7265 = Brambach 1310 vidit Zangemeister). Plerorumque versuum primae litterae in tectorio scriptae sunt, sed antiquo, ut iudicat Zang. — 1) *Duovir civitatis Taunensis. Cf. N. 7077 not. 3.* — 2) *A. 242.*

7091 [*I. o.*] m., | Iunoni re|[*gi*]nae Aquili|nius Patern|us d. c. Matt.[1] | ex voto posu[*i*]t | l. l. m. Dedicata | k. Oct. ter et bis | cos.[2]

Castel rep., est Mogontiaci (XIII 7266 = Brambach 1313 vidit Zangemeister). — 1) *Decurio civitatis Mattiacorum. Alius* dec. c. Mat. *est in t. Mogontiacensi Westd. Korresp.-Bl. 1901 p. 67.* — 2) *A. 248 (cf. Borghesi opp. 7, 43).*

7092 I. o. m. | et Iunoni | reginae | L. Secund|inius Fa|voralis | IIIIIIvir Aug. | c. M.[1] in suo p.

Castel rep., est Mogontiaci (XIII 7271 = Brambach 1316 vidit Zangemeister). — 1) *Civitatis Mattiacorum.*

7093 [*in h.*] d. d. I. o. m. e[*t I. r.*] | Meloni Carantus | et Iucundus de suo | [*d.*] d. vico novo Me|lonior., Cethego et Claro | cos.[1] *(Felicitas; Mercurius. In latere sin. Iuno, in dextro Victoria; in postica Hercules).*

Castel rep., est Wiesbaden (XIII 7270 = Brambach 1321 vidit Zangemeister). — 1) *A. 170.*

7094 ...... | vican[*or. vici vete*]|ris[1] castelli Mat|tiacorum, Aur. | Candidus corni|cularius Matic[*o*]|rum[2] Gordianor. | allectus inter [*i*]p[*sos*][3].

Oberolm prope Mainz rep. (XIII 7250 cf. Westd. Korresp.-Bl. 1889 p. 27 vidit Zangemeister). — 1) *Ante repertum titulum N. 7085 suppleverant* vican[*is et hastife*]ris. — 2) *Videntur intellegi Mattiaci.* — 3) *Sic Mommsen Korresp.-Bl. l. c. p. 51.*

Dianae M[*a*]'[*ti*]acae *videtur esse dedicatus titulus Wiesbaden rep. Westd. Korrespondenzbl. 1898 p. 78.*

7095 [*i*]n h. d. d. | n[*u*]min. Aug. | hastiferii *(sic)* | sive pastor.[1] | consistent|es kastello | Mattiacorum[2] | [*d*]e suo posue|[*r*]unt VIIII kal. | Apriles[3] | [*I*]uliano et Cris|pino co[*s.*][4]

Amoeneburg prope Castel rep., est Wiesbaden (XIII 7317 cf. Westd. Korresp.-Blatt 1887 p. 180 vidit Zangemeister). — 1) *Cf. Mommsen Herm. 22, 1887 p. 556 not. 3, p. 557, Westd. Korresp.-Bl. 1889 p. 26; supra N. 7068.* — 2) Hastiferi civitatis Mattiacor. *posuerunt titulum supra N. 3805.* — 3) *Dies (24 Mart., cf. supra N. 4127 not. 3) videtur indicare hunc quoque titulum, ut N. 3805 (cf. ib. not. 1), pertinuisse ad sacra Matris deum.* — 4) *A. 224.*

7096 in h. d. d. | Genium plateae[1] novi vi|ci[2] cum edicula *(sic)* et ara | T. Fl. Sanctinus mil. leg. XXII | P. Alexan[*d.*][3] p. f., imm. cos.[4], et Per|petuus et Felix fratres, c. | R.[5] et Taunenses[6] ex origi|ne patris T. Fl. Materni, ve|terani coh. III praet. piae | vindicis, et Aurelia Am|mias mater eorum, c. R.[7] d. d. | Agricola et Clementino cos.[8]

7097 in h. d. d. | plat. praetor.[9] | aram qui | et[10] Genium | Sattonius | Gratus d. d. | imp. Alex.[3] Aug. | III et Dione cos.[11]

Heddernheim, ubi fuit civitas Taunensis, rep., nunc Wiesbaden (XIII 7335. 7337 = Brambach 1444. 1446; cf. Huebner ex. script. ep. n. 632. 631). — 1) *Cf. N. 7088, item 7089. 7101.* — 2) Genio platiae *(sic)* novi civi *dedicatus est etiam titulus eodem loco repertus XIII 7336 = Brambach 1445.* — 3) *Erasum, sed legitur.* — 4) *Immunis consularis. Cf. N. 2407 cet.* — 5) *Cives Romani.* — 6) '*Ex origine patris erant cives Taunenses iuris peregrini vel Latini, deinde postquam milites legionarii sunt probati, civitatem Romanam acceperunt' cf. Momms. Staatsr. III p. 781 adn. 2 et Limesbl. p. 18.* — 7) *Civibus Romanis.* — 8) *A. 230.* — 9) *Cf. N. 7088.* — 10) qui et *male videtur hoc loco insertum. Cf. N. 7074.* — 11) *A. 229.*

Titulos eodem loco repertos dedi iam N. 3201. 4250.

7098 in h. d. d. vicanis Aurel.[1] si|gnum Minervae suo | impendio restituit Faus|tius Aeventinus *(sic)* quaestor, | Lupo et Maximo cos.[2]

Oehringen rep., est Stuttgart (XIII 6541 = Brambach 1561 vidit Zangemeister; Herzog et Hettner die Kastelle bei Oehringen [obergerman.-raet. Limes fasc. 5] p. 26). — 1) *Aurelianensibus. Cf. supra N. 2765 not. 4.* — 2) *A. 232.*

Alios vicanos huius regionis habes supra N. 5303. 5930[b].

7099 Deanae | in h. d. d. | pr[*o*] iuventute[1] | c. Sum.[2] Iul. H[*e*]r|mes [*f.*] c.

Rottenburg (XIII 6358 = Brambach 1629 ad editionem Apiani). — 1) *Significatur collegium iuventutis; cf. N. 7083. 7084.* — 2) *Civitatis Sumelocennensis. Cf. supra N. 2334. 4608; XIII 2506. Ad procuratorem* χώρας [Σ]ομελοχεννησίας καὶ [ὑπ]ερλιμιτανῆς *pertinet titulus in Bithynia repertus Westd. Korresp.-Bl. 1886 p. 260.*

7100 in honorem | domus divin. | ex decreto ordinis | saltus Sumelocennen|sis, curam agentib. | Iul. Dextro et G. Turran. | Marciano . . . [*m*]ag.

Rottenburg rep., est Stuttgart (XIII 6365 = Brambach 1633 vidit Zangemeister).

7101 in h. d. d. I. o. m. | platiac de[*xtrae?*][1] c.[2] | [*Su*]melocenes. | vici Grinar.[3] | maceriam d. s. p.

7101[a] in h. d. d. | [*Ge*]nium et ang.[4] | vicanis G|rinar. platie | Sumeloce[*n.*] | . . . tiu[*s*] . . f.

Köngen (cf. supra N. 4608) rep. a. 1900 (Haug et Sixt Roem. Inschr. Würtembergs p. 383. 386 n. 497. 498). — 1) *Sic suppleverunt editores, collata N. 7089.* — 2) *Cives.* — 3) *Grinario, vicus Sumelocennensis ut ex his inscriptionibus apparet, memoratur in tab. Peut.* — 4) *Anguem? (Haug et Sixt). Sed litterae contignatae, neque omnino certae.*

7102 I. o. m. | confanes|ses[1] Armi|sses[2] v. s. l. | l. m.

Prope Metzingen (agri Sumelocennensis) rep., est Stuttgart (XIII 6378 = Brambach 1648 vidit Zangemeister). — 1) *Confanenses.* — 2) *Nomen servari vocabulo fluvii Erms ait Zang.*

7103 in h. [*d. d.*] | Genium c. | Alisin.[1] | L. Ave|ntinius M|aternus | d. c. Ṡ. T.[2] | don.

Bonfeld rep., est Stuttgart (XIII 6482 vidit Zangemeister; Haug et Sixt Roem. Inschr. Würtembergs n. 364). — 1) *Civitas Alisinensis nomen duxit a fluvio hodie Elsenz (Zang.).* — 2) *Decurio civitatis saltus? vel Sueborum? (cf. N. 7104), T . . . (cf. Zangemeister Westd. Zeitschr. 3, 1884 p. 245 not. 1; Herzog Bonn. Jahrb. 102, 1898 p. 96).*

7103[a] vic. Lop.[1] Q. Gabinius — Pompeianus.

7103[b] [*vic.*] Lopodun.[1] Q. Vennonius . . .

Prope Ladenburg rep., iam Carlsruhe, epistylii fragmenta (XIII 6421 vidit Zangemeister; Ann. Rhen. 44/5, 1868 tab. III). — 1) *Vicanis Lopodunensibus.*

7104 [*i*]mp. Ca[*es.*] | L. Septi[*mio*] | Sever[*o Pio*] | Pertin[*aci*] | Aug. . . | civit[*as*] | Ulp. S. [*N.*][1]

Ladenburg rep., iam Carlsruhe (XIII 6420 = Brambach 1713 vidit Zangemeister). — 1) *Civitas Ulpia Sueborum Nicretum. Cf. supra N. 472. 532, infra 7106.*

7105 M. Aurelio | Antonino | Caes. imp. de|stinato[1], imp. | L. Septimi Se|veri Pertin|acis Aug. fili|o, res p. Aqu.[2]

Baden, iam Carlsruhe (XIII 6300 = Brambach 1663 vidit Zangemeister). — 1) *A. 197.* — 2) *Civitas Aquensis vel Aurelia Aquensis, Aurelia nominata a Caracalla (Zang.), praeterea memoratur in miliariis supra N. 5848, Brambach 1956 seq.*

Alios titulos Badae repertos dedi supra N. 2286. 2573.

7106 di. mani. | Tertiniae | Flore|ntiniae cives *(sic)* Sueb|a Nicreti[1], vixit a[*n*|*ni*]s XVI . . *(In latere: ascia).*

Aubigny (in Haeduis) rep., est Chalon-sur-Saône (XIII 2633 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. N. 4607 not. 1; N. 7104.*

Raetia.

7107 di[*s*] d[*e*]abusq. | cives R[*om.*] negot[*iat.* | *Br*]ig[*an*]tiens.

Bregenz (III S. 13542 cf. p. 2288 = Mitth. Centralcomm. 1894 p. 249).

7108 municipi Ael. Aug.[1] negotiator.[2] | artis vestiariae et lintiariae[3] aedem | cum suis ornamentis sibi et P. pat.[4], | C. Antonio Aeliano equiti Romano | decurioni municipi Ael. Aug., filio.

Augustae Vindelicum (Augsburg) (III 5800 vidit Mommsen). — 1) *De municipio Aelio Augusto Vindelicum cf. Mommsen C. I. L. III p. 711.* — 2) *Negotiatores. Tituli negotiatorum et opificum non pauci prodierunt Augustae.* — 3) *Vocabulum suppletum ex apographis vetustis.* — 4) *Publio patri? (Momms., intellegens patrem C. Antonii Aeliani).*

7109 . . . . | Silviae T. fil. | Materninae | sacerdotal. | . . .

Augustae Vindelicum (III 5827 vidit Mommsen).

7110 in h. d. d. deo Silvano | templ. cum signo ve|tustate conlabsum | Sext. Attonius Privatus | cives Trever, IIIIIIvir | Augustalis, pecunia | sua restituit.

Augustae Vindelicum (III 5797 aliquoties descripta saec. XVI).

7111 Volk. sacr. Aur. | Artissius aedil. | territor. contr.[1] | et k. R.[2] de suo fe|cit v. s. l. l. m. | Posita X k. S.[3] | Orfito cos.[4]

Regensburg rep. a. 1899 (III S. 14370, 10 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Aedilis territorii contributi? (sic Domasz.; de territorio contrario, scilicet sita in ripa opposita Danuvii, cogitavit Mommsen).* — 2) *Kastrorum Reginorum.* — 3) *23 Aug., dies Volcanalium (cf. N. 4914).* — 4) *Videtur intellegendus esse annus 178, post quem annum Orfitum consulem habuit annus demum 270.*

Noricum.

7112 P. Ael. Flavi dec. et IIvir. et flaminis Ael. | Cetiensium[1], item dec. et IIvir. e[*t*] pontificis | colonia Aurelia Antoniniana Ovil., trib. leg. | III Aug., et Aeliae P. filiae Flavinae, filiae eiusdem, | et Ael. Mansueti patris eius, et Orgetiae Sisiae matris, | ex precepto *(sic)* eius Orgetia Ursa propinqua | inpendio heredis fieri instituit.

Lambach ad Traun fl., non procul a Wels, ubi fuit Ovilava (III 5630 vidit Mommsen). — 1) *Cf. ad N. 7113.*

7113 . . . . . . | Aug. sacr. | [*i*]n memor. | M. Ulp. | Sperati | patris | optimi, | M. Ulp. | [*S*]pectatus | [*I*]Ivir i. d., augur | m. A. C.[1]

Karlstetten prope St. Poelten, in qua regione fuit Cetium, cf. Kubitschek arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 17, 1894 p. 156 (III 5658. 11799 cf. p. 2286 descr. Ladek). — 1) *Augur municipii Aelii Cetii.*

7114 locus | sepulturae | cultorum | Geni municipi Agunt. | Secundus Ant. Pud.[1] | titulum s. s. m. c.[2] d. d. | Iuc.[3]

Prope Lienz, ubi fuit Aguontum, rep., est Innsbruck (III S. 11485 vidit Hirschfeld). — 1) *Antonii Pudentis, sc. servus.* — 2) *Supra scriptum municipii cultoribus? (Momms.).* — 3) *Versus non finitus; fortasse debuit esse:* Iuc[*undus scripsit*] *(Hirschf.).*

7115 . . Dripponio Maximo et | Iuniae C. f. Bateiae uxori, | C. Maximio C. fil. Iuniano | decurioni Viruniensium, | defuncto Romae in legatione | ann. XXX, | et Dripponiae Maximi f. Suadrae, ann. XXXVIII.

Micheldorf prope Friesach, non longe a ruderibus Viruni (III 5031 vidit Mommsen).

Pannonia.

7116 I. o. m. | nundinario | pro salute | imp. Gordiani Aug. | G. D.[1] Q.[2] Victorinus | dec. col. Sisc., IIvira.[3], | eq. Rom., sac. p. P. sup.[4], | et G. D. Victorinianus | fil., dec. col. Sisc., eq. R., et L[*uc*]ilia Lucilla | coniux, sacerdot., | Pio et Proculo cos.[5]

Dogoj prope Sisciam (Sziszek) rep. (III 3936. III S. 10820 Domaszewski vidit ectypum). — 1) *Nomen gentilicium.* — 2) *Quirina.* — 3) *Duoviralis.* — 4) *Cf. N. 7117 not. 2.* — 5) *A. 238.*

7117 T. Cnorius *(sic)* Sabinianus | ex praef. alae contario|rum, v. e., et L. Val. Verus dec. c. C. Savar.[1], sacerdotalis | p. P. s.[2], cryptam vi ignis | exustam sumptibus suis | refecerunt.

Stein am Anger, ubi fuit Savaria (III 4183 vidit Mommsen). — 1) *Decurio coloniae Claudiae Savariae.* — 2) *Sacerdotalis provinciae Pannoniae superioris.*

7118 sign. Victo. | Q. Gav. Maximus, | Q. Tor. Priscinus | mag. col. Gen. | p. P. s.[1], P. Ael. Exupe|ratus et T. Aur. | Peculiaris scri. | coll.[2] d. d., | Modesto II et Pro|bo cos.[3]

Stein am Anger (III 4168 vidit Mommsen). — 1) *Magistri collegii Genii provinciae Pannoniae superioris.* — 2) *Scribae collegii.* — 3) *A. 228.*

7119 Genio | candidat. | Ven. Vict., | Daphnus | col. Sav. vil. | kal.[1] Septimi|ani, sac. P. Ael. | Sabiniano, d. d.

Stein am Anger rep., est Pesth in museo (III 4152 vidit Mommsen). — 1) *Vilicus kalendarii. Cf. Kuebler Zeitschr. f. Rechtsgesch. Roem. Abth. 13, 1892 p. 157.*

7120 C. Val. Tettius Fuscus dec. | c. U. T. P.[1], q., aedil., praef. fabr., | IIvir i. d., augur | loca colleg. magno Larum | et imaginum domini n. | Caes.[2] ob honor. | trib. p. s. f.

Poetovione (III 4038 vidit Mommsen). — 1) *Decurio colonia Ulpia Traiana Poetovione.* — 2) *Cf. supra N. 3543 not. 1.*

7121 C. Domitius Zmaragdus | domo Antiochia, dec. | municipi Ael. Carnunt., | [*a*]mphitheatrum impens. | [*sua*] solo publico fec.

7122 C. Vallio C. f. Serg. Scrib[*on.*?] | dec. c. S. Aur. Ant. Karn.[2], eq. R., a[*dl.*] | in V dec. inter select., flam., o[*mn.*] | honorib. perfuncto. | Vallia Censorina patri pii[*ss.*]

Carnunti rep. a. 1899 (III S. 14359[2, 3] vidit Kubitschek; Bormann Bericht des Vereins Carnuntum für das Jahr 1899). — 1) *Decurio municipii Aelii Carnunti (cf. supra N. 6654 not. 3).* — 2) *Decurioni coloniae Septimiae Aureliae Antoninianae Karnunti.*

7123 .... | Scarb., | quaestor, aed. | ob honorem IIviratus | gratuitum d. d.

Scarbantiae (Oedenburg) (III S. 14355[12] descr. Kubitschek).

7124 C. Tit. Antonius | Peculiaris dec. | col. Aq[*uinci*], dec. m. [*Sin*]g.[1], | IIvir, flam., sacerdos | arae Aug. n. p. P. infer.[2], nymp.[3] | pec. sua fecit et | aquam induxit.

In vico Hungariae Bath Monostor in ripa Danuvii sinistra, lapis in opere positus, delatus eo sine dubio ex ruderibus Aquinci (III S. 10496 bis descripta). — 1) *Decurio municipii Singiduni. Cf. C. I. L. III S. p. 1454.* — 2) *Sacerdos arae Augusti nostri provinciae Pannoniae inferioris.* — 3) *Nymphaeum.*

7124[a] C. Tit. C. fil. Serg. Antonius | P[*e*]culiaris dec. col. | S[*e*]pt. Aq.[1], item dec. m. | Sing. ornamentum | forus *(sic)* rei publicae | d. d.

Alt-Ofen sive O'Buda, ubi fuit Aquincum, rep. (III S. 10495 vidit Domaszewski). — 1) *Decurio coloniae Septimiae Aquinci. Cf. supra N. 2157 (not. 5). C. I. L. III p. 439.*

7125 I. o. m. t.[1] pro salute | adq. incolumitate | *///////*[2] | p. f. invict. Aug. to|tiusq. domus divi|ne eius et civit. Era|visc.[3] T. Fl. Tit[*i*]anu|s augur et M. Aur. | ...

Ad Aquincum (Budae, loco dicto Blockberg) rep. (III S. 10418 vidit Domaszewski). — 1) *Tonitratori?* — 2) *Nomen imperatoris erasum.* — 3) *Eravisci sive Aravisci memorantur Plin. h. n. 3, 148. Ptol. 2, 15, 3. III 3325. III S. 13389 et in dipl. mil. III p. 884. 888.*

Titulos Aquincenses habes etiam supra N. 363. 545. 570. 658. 1153. 2320. 2355. 2356. 2363. 2375. 2390. 2391. 2393. 2409. 2410. 2442. 2453. 2456. 2457. 2473. 2814. 3020. 3095. 3109. 3131. 3281. 3516. 3557. 3559. 3560. 3573. 3637. 3638. 3654. 3740—3742. 3886. 3911. 3923[a]. 3925. 4014. 4044. 4253[a]. 4253[b]. 4260. 4264. 4273. 4277. 4297. 4616. 4616[a].

7126 [*signum et ar*]am Geni civib. R. | [*qui consistun*]t Vetuss.[1], quae M. Ulp. | ... [*ex tes*]t. HS X n. fieri iusserat, | [*M. Ulp.*] ... [*IIvir?*] m. Aq.[2], d. col. Murs.[3], sacerd. | [*pr. P. inf., p. p. l*]eg. XII Fulm., in memoriam | [*patris loco celeberrimo* (?) *te*]rritori ex HS XXXX n. fec.

Duna-Pentele, ubi videtur fuisse Intercisa (III S. 10305 vidit Domaszewski). — 1) *Vetussalinis. Cf. itin. Ant. p. 245: Vetussalinas, cet. (C. I. L. III p. 431, ubi statuitur fuisse ibi ubi est Adóny).* — 2) *Municipii Aquinci.* — 3) *Decurio coloniae Mursae.*

Eiusdem loci titulos habes supra N. 2540. 3981.

7127 [*I. o. m.*] | Iunoni [*re*]g., Min[*e*]rvae | [*c*]eteris dis deabus[*que*] | omnibus, possessor|[*e*]s vic[*i*] Vindoniani | ex voto posueru|nt q[*u*]or. no-[*m*]ina sunt: | Aur. Aep[*ict*]etian. sac.[1], | [*A*]ur. Vettianus eq. p., | .... [*Vi*]ctorinus de[*c.*], | ....[2] *(In latere sinistro)* item M. Aur. | Aepictetianu[*s*] | dec. col. Aq., | sacerdotalis, | aram donavi[*t*] | in onore vic[*an.*]. *(In latere dextro)* Quae ara con|secrata est | [*i*]n possessi[*o*]n. | Aurelii Vetti|ani eq. R., per|missu eius|dem precario | petentibus | vicanis[3] Vindoniani *(sic).*

Kissingwald prope Alt-Ofen rep., est Pest in museo (III 3626. III S. 10570 vidit Domaszewski). — 1) *Sacerdotalis.* — 2) *Sex vel octo nomina legi non potuerunt.* — 3) *Insere* vici.

Dacia.

7128 imp. Caesari | Marco Anton. | Gordiano Pio | Felici Aug. pont. | max., trib. pot. IIII[1], | cos. II, p. p., procos., | concilium prov. | Daciarum III[2] | devoti numini | maiestatisque | eius.

Ex Sarmizegetusae ruinis delata Clausenburg (III 1454 descr. Torma). — 1) *A. 241.* — 2) *Cf. supra N. 1097/8 not. 3, N. 1099. 4398, cet.*

7129 Marti Aug. | pro salute imp. | Caes. M. Antoni | Gordiani Pii | Felicis Aug., | M. Antonius | Valentinus | eq. R., dec. m̄. Apul.[1], | sacerdos arae Aug. n̄.[2], | coronatus Dac. | III[3], d̄. d̄.

Várhely, ubi fuit Sarmizegetusa (III 1433 ter ut videtur descripta saec. XVI—XVIII). — 1) *Decurio municipii Apuli.* — 2) *Sacerdos arae Augusti nostri. Cf. N. 7147.* — 3) *Coronatus Daciarum trium.*

7130 ... [*municip*]|iorum Porolis.[1] [*e*]t | Tibisc.[2], sacerdotal. | provinciae[3] | donum dedit.

Várhely rep. (III S. 7962 semel descripta). — 1) *Cf. N. 7135. 7149. C. I. L. III p. 167,* 2) *ib. p. 246.* — 3) [*Sac*]erdotalis Daciae *etiam III S. 7688.*

7131 .... [*coniugi*] | T. Varen. Probi[1] | q̄q̄. col. Sarm., | M. Cominius | Quintus[2] pontif. | et bis q̄q̄. col., eq. R., | sacerdos arae | Aug., | sorori pientissi|mae. L. d. d. d.

Várhely (III 1513 solus descr. saec. XVI). — 1) *Ad hunc pertinet N. 7132.* — 2) *Idem N. 7133, item III 1473. III S. 7907.*

Alios titulos Sarmizegetusenses dedi supra N. 370. 554. 1046. 1097. 1324. 1370. 1371. 1513. 2417. 2424(?). 2654. 3636. 3849. 3849a. 3854. 4229. 4261. 4341. 5390. 5548.

7132 T. [*Va*]r[*en*]io | Probo | IIviral., item | qq. col., | Varen. Pudens | fl. coloniarum[1], | eq. p., praef. coh., pa|tri, ob stratam ab | eo aream dimidiam | in honorem suum | ex ss. L̄ n.[2] L. d. d. d.

In vico Zám, pertinet ad Sarmizegetusam (III 1482 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 5080.* — 2) *Ex sestertium quinquaginta milium nummum.*

7133 M. Comin. M. f. | Pap. Quinto | pontif. col. Sar.[1] | et praef. q. q. pro | Antonino imp., | patr. coll. fab., eq. P., | ordo col. ob mer. | ipsius.

Demsus prope Várhely (III 1497 vidit Mommsen). — 1) *Pontifici coloniae Sarmizegetusae.*

7134 Q. Ianuario Q. f. | Collina Rufo | Tavio[1] flamini, | qq. prim. pro imp.[2], | ordo col. Ulp. Trai. | Dacic. Sarmizeg.

Sarmizegetusae (Demsus) (III 1503 vidit Mommsen). — 1) *Tavium Galatiae.* — 2) *Quinquennali primo pro imperatore.*

7135 . . . [*Aure*]l. C. fil. Pap. | Valentino dec. | col. Sarmiz. metr.[1], | aedilic., IIvirali | et q̄q̄., praef. col|leg. fabr. et patro|no eorundem, | Aureli Theophi|lus et Castor. dec. | mun. Porol.[2], amico | fidissimo. | L. d. d. d.

Sarmizegetusae (Várhely) (III 1495 solus descr. Mezerzius saec. XVI). — 1) *Metropolis (cf. supra N. 554. C.I.L. III p. 228 et in indice p. 2545).* — 2) *Cf. N. 7130.*

7136 M. Proc. M. fil. Pap. Niceta | IIvir et fla[*m*]en col. Sarmiz. | item sac[*erd.*] Laurentium | Lavinat., aedem Augustalibus | pecunia sua faciend. instituit, | eandem M. Proci[*us*] Regulus | dec. col., eq. publ., filius et here[s] | eius, per[*fec*]it dedicav[*itq.*]

Várhely rep. (III 6270 vidit Mommsen).

7137 Genio ord.[1], | quem Ulp. Dom. | Hermes, Aug. col.[2], | ob honor. ornam. | dec.[3] promiserat, | Val. [*T*]hreptus [*et*] | Domiti | Regulus [*H*]ipponic. | Hermes Onesimus | Augustales col. h. p. c.[4] | L. d. d. d.

Várhely (III 1425 solus descr. Mezerzius). — 1) *Ordinis.* — 2) *Augustalis coloniae.* — 3) *Ornamentorum decurionalium.* — 4) *Heredes ponendum curaverunt.*

7138 Genio | lib. et servorum[1] | P. Publicius | Anthus et Publ. | Cletus d. d. d.

Várhely (III S. 7906 descr. saec. XVI Verantius). — 1) *Intellegitur corpus libertorum et servorum publicorum. Cf. supra N. 6152. 6153 (not.). Eph. ep. 8, 182.*

7139 [*H*]erculi | Aug. | . . Reginus | s[*ac*]erdos[1] | [*i*]n[*st*]itu[*t*]us ab | Hel. Pertinace | [*c*]os.[2]

Karlsburg, ubi fuit Apulum (III S. 7751 vidit Domaszewski). — 1) *Sacerdos provinciae ut videtur.* — 3) *Consulari. Cf. supra N. 407 not.*

Alios titulos Apulenses dedi supra N. 514. 1165. 2300. 2301. 2392. 2439. 2476. 2477. 2746. 2998. 3007. 3010. 3015. 3019. 3085—3087. 3268. 3268ᵃ. 3268ᵇ. 3582. 3594. 3736. 3744. 3847. 3848. 3920—3923. 4079. 4220. 4221. 4303. 4304. 4344. 4346—4348. 4382. 4398. 4621. 5552. 5625.

7140 Libero | patri et Libe.[1] | Cl. Atteius Celer | veteranus leg. XIII | Gem[*in*]ae, d[*e*]c. | canabensium[2] | cum sui[*s*] v. l. s. | Li. *(sic)* d. d. d.

Maros-Porto prope Carlsburg (III 1093 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 3380 seq.* — 2) *Cf. N. 7141.*

7141 pro salute Aug. M. d. m.[1] | sanctum | T. Fl. Longinus vet. ex dec.[2] al. II Pann.[3], | dec. col. Dac.[4], dec. mun. Nap.[5], dec. kanab. | leg. XIII G.[6], et Cl. Candida coniunx et Flavi | Longinus Clementina Marcellina fil. | ex imperio pecunia sua fecer. L. d. d. d.

Apuli (III 1100 vidit Mommsen). — 1) Matri deum magnae. — 2) Veteranus ex decurione. Cf. N. 2534 cet. — 3) Alae secundae Pannoniorum. — 4) Decurio coloniae Dacicae (Sarmizegetusae). — 5) Cf. N. 7150. — 6) Decurio kanabarum legionis decimae tertiae Geminae. Ea legio Apuli stativa habebat. Cf. C. I. L. III p. 182. Ad canabas Apulenses pertinent etiam tituli supra N. 2476. 2477.

7142 Bono deo | puero Pos|phoro[1] | T. Fl. Italicus | primus IIII|vir m. A. A.[2] | cum Stati|lia Lucia | coniuge et | suis ex voto.

Apuli (III 1132 ter descripta saec. XV—XVIII). — 1) Cf. supra N. 4346—4348 (Phosphoro *pars descriptorum). — 2) Municipii Aurelii Apuli (cf. supra N. 3848).*

7143 I. o. m. aetern. | C. Iul. Valenti|nus IIIIvir pri|mus annualis[1] | mun. Sept. Apul.[2] | et patr. coll. fab. | mun. s. s., ex voto | posuit *(in lateribus duo viri fasces tenentes).*

Apuli (Karlsburg) (III 1083 bis descripta saec. XVIII). — 1) 'Severus Apulensibus ius tribuit quattuorvirorum quotannis creandorum, cum id antea extra ordinem tantum iis licuerit' (Mommsen). — 2) Municipii Septimii Apuli.

7144 I. o. m. | C. Sentius | Anicetus | dec. col. Sar.[1], | patron. col. fabr. | prim. | mun. Sept. Apul., | v. s. l. m., | Augg. [*n*]nn.[2] imp. Ant. II et ....[3] cos.[4], | X k. Iun., lun. XVIII, die Iovis[5].

Apuli (Karlsburg) (III 1051 vidit Mommsen). — 1) Decurio coloniae Sarmizegetusae. — 2) Una littera erasa. — 3) Getae nomen erasum. — 4) A. 205. — 5) Cf. Mommsen Chron. Rom. p. 312. Similis indicatio supra N. 2525 (not. 6).

7145 ....c | .....er | ...[*i*]n balne|[*o*] populo pu|blice oleum | posuit. | L. d. d. d. *(In latere)* ... rarissim[*o.*] | Sex. Sentinas Maxi|mus anno primo | [*f*]acti municipi | posuit.

Carlsburgi (III S. 7805 vidit Domaszewski).

7146 Aesculapio et Hygiae | P. Ael. Rufinus dec. mun.[1] et patronus | coll. fabrum colon. Apul.[2] | pro salute sua et Ulpiae Hel|pidiae coniugis et Ael. | Urbani fili ex iusso f. | port.[3] per p. XXXX.

Apuli (Karlsburg) (III 975 vidit Mommsen). — 1) Decurio municipii (dec. mun. et *postea insertum), cf. not. 2. — 2) Coloniae Apulensis. Per aliquod tempus Apuli duas res publicas fuisse, municipium et coloniam, statuit Mommsen C. I. L. III p. 183. Cf. N. 7149. — 3) Porticum.*

7147 P. Ael. P. fil. Pap. | Strenuo eq. | p., sacerd. arae | Aug.[1], auguri et | IIviral. col. | Sarm., augur. | col. Apul., dec. | col. Drob., pa|t|ron. collegior. | fabr. cento|nar. et naut|ar., conduc. pas|cui salinar. | et commer|cior., Rufinus | eius.

Apuli (Karlsburg) (III 1209 ter ut videtur descripta). — 1) Cf. N. 7131.

7148 C. Ant. C. fil. Papir. | Valentino, θ.[1] | dec. col. Apul., C. | Ant. Agrippinus | a milit.[2], dec. col. | Napoc.[3] et munic. | Pot.[4], fil., et Gaii Ant. | Marcellus, Agrip|pinus dec.[5] col. A|pul., Marcella et A|grippina nepot. eius.

In vico Koslárd prope Carlsburg, fortasse Apuli rep. (III S. 7804 vidit Domaszewski). — 1) *Quondam.* — 2) *Cf. supra N. 2751 not. 6.* — 3) *Cf. N. 7150.* — 4) *Potaissae. Cf. C. I. L. III p. 172. 1382, supra N. 6523 not. 1.* — 5) *Decuriones.*

7149 [*Aes*]culapio et H[*yg*]iae L. Iu[*l.* | *B*]assinus dec. col. Apul., IIvir | col. Nap., flam. col. Drob.[1], flam. | munic. Dier.[2], dec. munic. Apul. | e[*t*] Por., trib. leg. IIII Fl., pro sa|lute Iuli[*ae*] Beronices con[*i*]|u-[*g*]is | v. l. s.

Apuli (Karlsburg) rep. a. 1898 (III S. 14468 = Oesterr. Jahresh. Beibl. 3, 183 descr. Jung). — 1) *Cf. N. 7150*[a]. — 2) *Cf. C. I. L. III 8277, 2 et p. 248 (c. XXXII).*

7150 [*I. o. m.*] | cons. mu|nic.[1] Aeli | Hadr. Napoc., | cura IIvir. qq. | C. Numeri Deci|ani et Iuli Ingenui | v. s. l. m.

Klausenburg s. Kolozsvár, ubi fuit Napoca (III S. 14465). — 1) *Conservatori municipii. Cf. N. 7141. Napoca colonia N. 7148.*

Alios titulos Napocae repertos dedi N. 4061. 4082. 4083.

7150[a] d. m. | M. Val. M. f. | Longinu[*s*] | med. leg. | VII Cl., | ornat. orna|ment. decu[*r.*] | a splendid. | ordin. m. H. D.[1], | vix. an. XXIII, | M. Victorius | . . anio et Victoria | [*Ge*]mina | fil. pien[*t.*] | p.

Turn-Severin, ubi fuit Drobeta (III S. 14216[9] = Tocilescu arch. ep. Mitth. 19, 1896 p. 216). — 1) *Ornatus ornamentis decurionalibus a splendidissimo ordine municipii Hadriani Drobetae* (res publica mun. Fl. Hadriani Drobet. *est III 8017).*

7151 Geni. pag. | Mic.[1] T. Aur. | [*Fi*]rminus | m[*a*]g. pag. eiu|sd. ex suo | fecit l. m.

Vajda-Hunyad, deinde Klausenburg (III S. 7847 vidit Domaszewski). — 1) *Genio pagi Miciensii. Cf. III S. 7852. 7868:* Dacia te voluit, possedit Micia secum, *item supra N. 1860 (not. 2).*

7152 Herculi | invicto | pr.[1] inpera|toris col. | [*G*]alatarum[2] | [*T*]i. Iulius Ma|rcellinus | d. d. d.

Al-Gyógy prope thermas Feredö-Gyógy, ubi videtur fuisse Germisara (III 1394 quater descripta). — 1) *Protectori? (Henzen).* — 2) *Collegium Galatarum. Cf. supra N. 4082.*

7153 *(eques)* d. m. | T. Aur. Aper Dalmata[1] princ.[2] | adsignato[3] ex Splon.[4], | vix. an. XXX, Aur. Sat|tara lib. patr. optimo p.

Zalatna, ubi fuit Ampelum (III 1322 cf. p. 1400 viderunt Mommsen et Domaszewski). — 1) *Sic Domasz.* (Afer Delmata *legerat Momms. litteras contignatas).* — 2) *Cf. N. 7165.* — 3) *Deductus Ampelum iussu imperatoris.* — 4) *Splonum oppidum Dalmatiae, notum praeterea ex N. 7162. 7163.*

Titulos eiusdem loci dedi iam supra N. 1394. 1395. 3014. 3382. 3389. 4071. 4298. 4299.

7154 d. m. | T. Fabio Ib[*li*]o|maro[1] domo | Augus. Treve[*r.*] | quond. dec[*ur.* | *k*]anabar.[2], vix. | annis LX, | Fabii Pulcher | Romana Aqui|leiensis per tu|tores suos pos.

In vico Magyar-Peterd, origine fortasse Apulensis (III 1214 descr. saec. XVIII Ariostus auctor accuratus). — 1) Ibiio|maro *traditur (de nomine cf. XIII 2839).* — 2) *Fortasse legionis decimae certiae. Cf. N. 7140. 7141.*

7155 [*dis*] faventibus et co[*n*|*c*]ordia imp.[1] evenit, qu|od a primo adventu | suo P. F. S.[2] leg. Augusto[*r.*] | donec provincia de|ceder. ita singulos un[*i*]|versosq. benig[*ni*]tate sua | tractarit, oneribus etiam | rel[*e*]vaver[*it*], n.[3] felicissim. | et praeci[*p*]uis virtutib. | eiiu[*s*] obs[*tr*]icta simul et | de[*v*]ota provincia . . . | . . . . | . . cerm. d[4]. . .

Vajda-Hunyad inter Sarmizegetusam et Apulum rep., fortasse oriunda Sarmizegetusa (III 1412. III S. 7902 vidit Domaszewski). — 1) *Imperatorum.* — 2) *P. Furius Saturninus (ita plene tituli Dacici III 943. 1171. 1177. 1460).* — 3) *Nomini.* — 4) *In fine incerta vocabulorum vestigia.*

Dalmatia.

7156 Neroni Caesari | Germanici f., Ti. | Aug. n., divi Aug. pro., | flamin. Aug., | civitates Liburniae[1].

Scardonae (III 2808 cf. III S. 9879 viderunt Mommsen et Hirschfeld). — 1) *Pars inferior lapidis non scripta, destinata fortasse nominibus civitatum incidendis (Hirschf.).*

7157 T. Turra[*nio*] | T. f. Ser. Seda[*to*] | decurioni, II[*viro*][1] | Scardonis, sacer[*doti*] | ad aram Aug. Lib[*urn.*] | Huic ordo Scardo[*nitan.*] | statuam decre[*vit*]. | Iulia Sex. f. Maxima | inpensa remi[*ssa*] | d. s. p. f. L. d. d. d.

Scardonae (III 2810 bis ut videtur descripta). — 1) *Sic, vel* IIIIviro.

7158 . . . . ius | Quir. | Genialis | [*praef. fabr.?*] cos et | p[*raet.*], sacerd. | at a[*r*]am Caesar[*i*]s, | dec. | te[*st*]amento po[*ni*] | iussi[*t.* | *L. d. d.*] d.

Docleae (III S. 13827 Hirschfeld vidit ectypum). Aram a Dalmatia propria Augusto dedicatam Docleae fuisse coniecit Hirschfeld l. c.

7159 M. Flavio T. f. Quir. | Frontoni[1] sacerd. | in colonis Naron. | et Epidauro, | IIvir. i. d. | Iu[*l*]io Risin[*i*]o[2], IIvir. | [*q*]uinq., [*p*]on[*t.*] in co[*l.*] | Sc[*o*]dr., IIvir. i. d. qui[*nq.*, | *fl*]am. [*divi Titi*], praef. [*fabr.*] | pleps | ex aere conla[*to*].

Docleae (III S. 12695 cf. p. 2253 ed. Cagnat mém. des antiq. 52 p. 327 descriptam a Rowinsky). — 1) *Idem III S. 12692, IV.* — 2) *Cf. N. 4881 not. 1.*

7160 L. Anicio L. f. | Paetinati | IIIIvir. iure dic. | quinquennal., prae. | quinq. Drusi Caesar. | Germanici[1], praefec. | quinq. P. Dolabellae[2], | pontifici, flamini | Iuliae Augustae[3], praef. | fabr., | praefectur. Phariac. | Salonitan.[4]

Salonis (III S. 14712 = Bulič bull. dalmato 1902 p. 6). — 1) *Est Drusus Germanici filius, Germanicus dictus etiam supra N. 107, 9.* — 2) *Cf. N. 5829 not. 3.* — 3) *Cf. N. 6991 not. 1.* — 4) *Praefectura Phariaca Salonitana (ad pharum prope Salonas extructum refert Hirschfeld).*

Alios titulos Salonitanos dedi supra N. 219. 237. 278. 728. 960. 1508. 1528. 1557. 1595. 2260. 2287. 2370. 2379. 2506. 2530. 2532. 2586. 2587. 2594. 2600. 2616. 2617. 3041. 3176. 3182[a]. 3710. 3943. 4005. 4105. 4106. 4282. 4887. 4907. 5112. 5119. 5174[a]. 5829. 5829[a].

7161 C. Curiatius T. f. Serg. | Secundus dom. Augusta | Troade, vet. leg. VII C. p. f., | scriba Salonis, annor. LXV, h. s. e. | . . . [*in agr.*] p. XX.

Salonis (III 2019 vidit Mommsen).

7162 T. Flavio | T. fil. Tro | Agricolae | decur. col. Sal., | aedili, IIvir. iure | dic., dec. col. Aequi|tatis[1], IIvir. qq. disp.[2] | municipi Riditar.[3], | praef. et patron. coll. | fabr., ob merita eius coll. | fabr. ex aere conlato; | curatori rei pub. Splonis|starum[4] *(sic)*, trib. leg. X G. p. f.

Salonis (III 2026 vidit Mommsen). — 1) *De Aequo sive colonia Aequitatis cf. C. I. L. III p. 360 (item hic N. 1057. 4344. 7170).* — 2) *Dispunctori. Cf. N. 7163. Idem munus in compluribus oppidis Mauretaniae (cf. N. 4456. 5728).* — 3) *Cf. N. 7164.* — 4) *Cf. N. 7153 not. 4.*

7163 d. m. | P. Ael. Rastoriano | eq. R., decur., IIviro | et qq. munic. [*Bu*]|tuatium[1], dis[*p.*[2] *ci*]|vitat. Naron[*ens.*], | q. municipp. Azina[*tium*][3] | Splonistarum[4] Ar[*upin.?*] | et Ael[*i*]ae Procili[*anae?*] | defunct. ann. . . ., | Albia Crisp[*ina coniugi*] | incompara[*bili et fi*]|liae infelicissim[*ae*] | et sibi.

Salonis (III S. 8783 cf. p. 2136 vidit Hirschfeld). — 1) *Sic, vel [Bis]tuatium, cf. C. I. L. III p. 1026 cap. I[a]. III.* — 2) *Cf. N. 7162 not. 2.* — 3) *Huius loci memoria praeterea superesse videtur supra N. 2594 et in laterculo praetorianorum VI 32562 fr. 14 (p. 3353).* — 4) *Cf. N. 7153 not. 4.*

7164 d. m. | Q. Rutilio | Q. f. Titiano | IIvir. qq. | et | Q. Rutilio | Q. f. Proculo | IIvir. qq., | filio | eius, | principi mu|nicipi Ri|ditarum.

7165 . . . . | principi | Delmatarum, | ann. XXII, | Claudia Tib. fil. | . . .

Prope S. Danillo, ubi fuit municipium Riditarum (III 2774. 2776 vidit Mommsen).

7166 Q. Safinius Q. f., | Sex. Marius L. l. | mag. Naro.[1], | Q. Marcius Q. f., | P. Annaeus Q. l. Epic.[2] | q.[3] | tur.[4] fac. coir.

Viddo, ubi fuit Narona (III 1820 cf. 8423 vidit Hirschfeld). Titulus scriptus libera re publica. — 1) *Magistri Naronae. De vico Narona cf. Mommsen C. I. L. III p. 291.* — 2) Epic. *in sequenti versu exaratum, sed lineola revocatum ad superiorem. Idem homo est supra N. 3354.* — 3) *Quaestores.* — 4) *Turrim.*

7167 Aug. sacr. | C. Iulius Macrini lib. | Martialis IIIIIIvir. m. M.[1] ob | honor. Idem ludos scaenic. | per trid. d. et canthar. arg. p. S-[2].

7167[a] divo Aug. sacr. | Q. Sextilius Corinthus, | L. Vibius Amaranthus *(et alii quattuor)* | IIIIIIvir. m. M. ob h.

Viddo, ubi fuit Narona, delatae Zaram (III 1769. 1770 vidit Mommsen). — 1) *Sevir, magister Mercurialis?* — 2) *Pondo unciarum septem.*

7168 Genio plebis sac. | L. Septimulenus Vitalis, | Q. Lusius Acrabanus, | Q. Iulius Daphnus, | M. Curtius Sporus IIIIIIviri | ob h. m. M.[1]

Naronae, deinde Legnagi (III 1775 vidit Mommsen). — 1) *Ob honorem, magistri Mercuriales?*

7169 C. Vibio Severo | IIIIIIvir. annor. XXV, | C. Vibius Ingenus pater, | IIIIII[1] Augustalis | Flavialis Titialis | Nervialis, vivos fecit | et sibi et Vib[*i*]ae Rhodope | uxori, libertae, vivae et | C. Vibio Primigenio | IIIIIIvir., liberto optimo.

Naronae (III 1835 partem vidit Mommsen). — 1) *Intellege* IIIIIIvir.

7170 L. Aurelio | L. l. Victori | domo Aequo, | Aug.[1] et Seniae | sac. prim. corp. | Augustalium, | ornat. ornam. | decurionalib., | pleb[*s*] Seniensium | aere conlato. | Curante Aur. Secund.

Zengg, ubi fuit Senia (III 3016 semel descripta saec. XV). — 1) *Augustali, scilicet Aequi.*

7171 d. m. | Ael. Capito dec. | municip. Salvio[1] | natus Starue[2], qui | vix. an. XLV, Ael. | Victor filius ips|ius patri rarissim. | b. m. pos.

Sućurac prope Salonas (III S. 14249[2] *Hirschfeld vidit ectypum; Bulić oesterr. Jahresh. II Beibl. 109 imaginem).* — 1) *Salvium sive Salvia videtur memorari Ptol. 2, 16, 6, it. Ant. p. 269, 4, alibi.* — 2) *Fortasse Sarute tabulae Peutingeranae (Hirschf. l. c.).*

Terminos positos inter civitates Dalmatiae habes supra N. 5948 seq.

Moesia.

7172 Cereri | Aug. | C. Severius | Valens dec. | et quaest. II | munic. Ael. | Vim. | ob hon. | [*d*]ecur. po[*s*].

Semendriae, sed ablata ut videtur ex Viminacii ruinis (III S. 8102 vidit Domaszewski).

7173 M. Val. Speratus | vet. leg. VII Cl.[1] ex bf. | cos.[2], dec. m. A. V.[3], praef. coh. | I Aq. vet.[4], v. a. LV, ϴ[5] in Britt.[6], | Lucia Afrodisia con|iu[*g*]i b. m. et sibi vivae | posuit.

Kostolatz, ubi fuit Viminacium, rep. (III S. 12659 Domaszewski vidit imaginem photographicam). — 1) *Legio septima Claudia Viminacii tendebat, cf. N. 2302.* — 2) *Ex beneficiario consularis.* — 3) *Decurio municipii Aelii Viminacii.* — 4) *De hac cohorte cf. supra N. 1998.* — 5) *Defunctus.* — 6) *Videtur cohors illa per aliquod tempus in Britannia morata esse.*

7174 I. o. m. | Sext. Alp. Alci|mus o. [*o*]rn. | dec. mun. Aur. | Aug. Mar.[1], et L. | Val. Trofimas Aug. mu. s. s.[2]

Orašje prope Dubravitza rep., est Belgradi (III S. 8141 vidit Domaszewski).

— 1) *Ornatus ornamentis decurionalibus municipii Aurelii Augusti Margi.* — 2) *Augustales municipii supra scripti.*

7175 L. Anatinio | L. lib. Phoebo | Aug. col. Ulp. | Rat., ornato | ornamentis | decurional., | immunitate | muner. public. | concessa ab or|dine col. eiusd., | Augustal. col. e.[1] | aere conlato | d. d.

Vidin ad Danuvium, sed pertinet Ratiariam (III 6294 cf. III S. p. 1445 vidit Tocilescu). — 1) *Augustales coloniae eius.*

7176 d. m. | M. Aurel. Chresto | dec. aedilic. col. Ulp. Rat., | vixit ann. LX, et | M. Aurel. Iuliano dec. aedil. | col. Rat. data immun. ordin.[1] | ob instantia aqueduct., v. a. XL, | Flavia Iulia socro et marito b. m.

Arčer, ubi fuit Ratiaria (III S. 8088 vidit Domaszewski). — 1) *Immunitate ordinaria (Momms.).*

7177 d. m. | Sex. Caelidi|us Secundus | S. C.[1] Lupi et Mat|aurae Comi|niae filio *(sic)* Ae|mil.[2] Stobos, | cui ordo col. | Scup. onores *(sic)* | aedil. et decu|rio[*n*]atus con|tulit, vix. an. | XVIII dies XXXX, | h. s. e.

Kučevišta prope Scupos (Ueskūb) (III S. 8203 vidit Domaszewski). — 1) *Sex. Caelidii.* — 2) *Aemilia tribus Stobensium (cf. Kubitschek imp. Rom. trib. descriptum p. 244).*

7178 T. Aurelio T. fil. Papir. | Flavino primipilari | et principi ordinis col. | Oesc., et buleutae[1] civitatu[*m*] | Tyranorum Dionysiopol. | Marcianopol. Tungroru[*m*] | et Aquincensium, patron[*o*] | collegi fabr., honorat[*o*] | a divo Magno Antonino | Aug. HS L milia n. et XXV[2] [*et*] | gradum promotionis | [*ob*] alacritatem virtu[*tis* | *adv*]ersus hostes Ca[*rpos*[3] | et res prospere et va[*lide ges*]|tas. Cl. Nicom[*edes*] buleuta civitatis [*Tyra*]|norum amico dign[*issimo*]. | L. d. d. d.

Gigen ad Danuvium, ubi fuit colonia Ulpia Oescus (cf. N. 1465), rep., est Sophiae (III S. 14416 Bormann vidit ectypum). Titulum ab ordine Oescensium publice positum dedi supra N. 1465. — 1) *Cf. N. 1465.* — 2) *Viginti quinque (milia nummum). Intelleguntur dona militaria. Cf. Domaszewski Westd. Korresp.-Bl. 1900 p. 147.* — 3) *Cf. Domaszewski l. c.*

7179 Genio | empor. | Pire|[*tensium*][1] | . . .

Prope Kosovo rep. (III S. 12417 vidit Cichorius). — 1) *Cf. supra N. 5608.*

7180 I. o. m. | et Iunoni | regine c. R.[1] | et Bessi con|sistentes vi|co Ulmeto p|ro salute imp. | Ael. Antonini Ca|es. per mag. L. Val. Maxellius pos|suit *(sic traditur)* de suo v. s. l., | imp. Antonino | III cos.[2]

In Dobrudscha rep. loco dicto Pantelimon sive Ceatalorman (III S. 14214[26] descr. Tocilescu). — 1) *Cives Romani. Cf. N. 6774 seq.* — 2) *A. 140.*

7181 C. Iul. C. f. Quadrat. | memoriam si|bi et Iuliae Te|rentiae con|iugi suae se vi|vo per liberos | suos fecit, [*l*]o|ci princeps, | quinquenna|lis territorii | Capidavensis[1].

Ibi ubi ea quae praecedit rep. (III S. 12491 descr. Tocilescu arch. ep. Mitth. 14, 1892 p. 17). — 1) *Capidava memoratur in itin. Anton. p. 224 et alibi.*

7181 d. i. m.[1] | Lucius Pompe|ius Vales na[*t*]us | Fabia[2] Anquira[3], | consist. r. Hist.[4], | muneraque fe|cit Histro in | oppido arcon|tium et aediliciu | et sacerdotium | at Libe[*um, e*]t sepul|crum se vivo me | ipse sibi fecit, et ara | posuit qum fuit ann. | LXXVI, et . . . Man|suetae con-iu[*g*]i suae | p.[5] bene merenti, que vixit an. L, et Do|nato filio suo, qui nuc | est an. XX et d. m. pl.[6] V, M. ma|io.[7] rerum supr. se supra . . .|te[8] puosuit. Quem comedo[9] . .|tus cum libertos meos. Scrip. | . . . XIII Octob. Barbaro cos.[10]

Kütschük- (vel Cuciuc) -Kiöi, nunc Bucaresti (III S. 12489 Domaszewski vidit ectypum). — 1) *Dis inferis manibus (nisi scribendum* d. m.). — 2) *Significatur Fabia tribus.* — 3) *Ancyra.* — 4) *Consistens regione* (?) *Histri.* — 5) *Piae.* — 6) *Dierum minus plus.* — 7) *Marcus maiorarius.* — 8) *Suprascripti, suprascript(a)e?* — 9) *Commendo.* — 10) *A. 157.*

7183 ordo spl[*endi*]|didissima *(sic)* mun. | Trop.[1] per Tib. Cla[*ud.*] | Germanu e[*t*] M. | Aur. Flaviu d[*uu*]|mveros adil[*es*], | Val. Valerianus e[*t*] | Iul. Quirillus qu[*ae*]|stores, Ulp. Hercu|lanus et Iul. Hercula|[*nu*]s [*ma*]g. (?) pa[*g.*?] Oc . . .

Prope Adam-Clissi rep., est Bucaresti (III S. 7484. 12461 vidit Domaszewski, delineavit Tocilescu arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 17, 1894 p. 111). — 1) *Municipii Tropaei.* [*Tra*]ianenses Tropaeenses *in titulo anni 115/6 III S. 12470. Alios titulos eo loco repertos dabo infra in Addendis.*

7184 . . . . | M. Ulp. Marciano | vet. ex s. c. a. I D.[1], | pont., IIviro qq. | m. Tr.[2], Marcii An|tistius Rufus | pontif. et Antistius | Domitius ed., q.[3], | fratres, | o. v.[4]

Iglitzae, ubi fuit Troesmis, rep., iam Bucaresti (III 7504 vidit Domaszewski). — 1) *Ex singulari consularis (cf. N. 2524. 2539) alae primae Dardanorum (cf. supra N. 2999).* — 2) *Duoviro quinquennali municipii Troesmensis.* — 3) *Aedilis, quaestor.* — 4) *Optimo viro.*

De Troesmi cf. supra N. 468. 2311. 2474.

7185 d. m. | M. Ulpius Longinus | ex dec. vet.[1], bul.[2] Tomitan.[3], | se vivo sibi et Ulpiae Aquilinae | coniugi suae memoriam fecit | in praedio suo.

Constantza s. Köstendje, ubi fuerunt Tomi (III 770 cf. p. 997. 2242 saepius descripta). — 1) *Ex decurione veteranus (cf. N. 2598. 7141 not. 2).* — 2) *Buleuta. Cf. N. 1465. 7178.* — 3) *Cf. N. 1465.*

7186/7 ordinibus Scythicis curas | [*q*]ui sustulit ae[*g*]ras[1].

Köstendje, in basi statuae (III 768 semel descripta circa a. 1829). Buecheler carm. epigr. n. 324. — 1) *Statua fuit praesidis provinciae, qui curias provinciae Scythiae (a Diocletiano institutae, cf. supra N. 1961 not., N. 4103) dicitur fovisse.*

Macedonia.

7188 . . . . . . | Epidamno[1] Sy . . . | eq. R., aed., IIvir. q[*q*.], | flamini, augur[*i*], | patrono col. Dy[*rr*.], | fabri tignuarii pr[*ae*]|fecto suo perpet[*uo*] | ob merita eius qu[*ae*] | in se saepius libien[*s*] *(sic)* | contulit, posueru[*nt*]. | L. d. d. d.

Dyrrachii, deinde Parisiis (III 611 Mommsen vidit ectypum). — 1) Domus posita ante cognomen. De Epidamno cf. C. I. L III p. 117. De Dyrrachio cf. praeterea supra N. 2678.

7189 C. Vibius C. fil. Vol. Daphnus | orn. dec. hon. an. V m. IX h. s. e. | C. Vibius C. fil. Vol. Florus dec., | IIvir et munerarius Philippis | fil. kariss. [*f*.] c.

Dramae prope Philippos (III 659 cf. p. 1325 bis descripta).

Alios titulos Philipporum dedi supra N. 2538. 4059. 5208. 5466. 5710 cf. etiam N. 2718.

Asia.

7190 [*s. c. de p*]ostulatione Kyzicenor. ex Asia, | qui dicunt ut corpus quod appellatur ne|on[1] et habent in civitate sua auctoritate | [*amplissimi o*]rdinis confirmetur. Scri|[*bendo adfue*]runt M. Aelius imp. Titi Aeli | [*Hadriani An*]tonini f. Pap. Aurelius Ve|[*rus*][2], ... s M. f. Gal. Verus, M. Hosidius | M. [*f*.] A . . . [*Get*]a, M. Annius M. f. Gal. Libo, Q. | Pomp|*eius*] Q. f. Hor. Bassianus, L. Fl. L. f. | Quir. Iulianus, L. Gellius L. f. Ter. Severus | q.[3] Sententia dicta ab Appio Gallo[4] | cos. desig. relatione IIII[5] concedente | imp. Caes[*are*] T[*ito A*]elio Hadriano An|to[*nino Aug. Pio*] . . . IIII relatione sua | . . . . . . [*Kyzicen*]os ex Asia | . . . . . . [*quos neos a*]ppellant | . . . .

Cyzici rep., est Londinii (III S. 7060 = Eph. ep. 3 p. 156 Mommsen vidit ectypum). Tractavit Mommsen l. c. — 1) Cf. Ziebarth griech. Vereinswesen (1896) p. 111 seq. — 2) Cf. supra N. 353 not. 1. — 3) Quaestores. — 4) Cf. III S. 12244. — 5) Quarta. Cf. Mommsen Staatsr. II (ed. 3) p. 898 not. 4.

7191 [*s*]plendidissimus | populus | col. Aug. Troadens. | Aurelium Iobacchum, | curatore | . . . idio Menogen.

Üdjek (vel Üwedjek) -Köi, horis duabus a Bergas (III S. 7073 descr. Lolling).

7192 Gen. populi | C. Iulius C. f. Ani. Iunianus | [*I*]Ivir iter., IIvir quinq., aed., | .. sacerdotali *(sic)* et IIviralib. | [*orna*]ment. et iure contionan[*di* | *et stat*]uis pedestrib. et equestr[*ib.* | *st*]atuis, item a civitate Iliensi[*um clupeis*? | *e*]t statuis inaurat. honor[*atus*] | consacravit.

In Troade rep., pars superior ablata in Britanniam (III 392 = 12246; III S. 7075 Mommsen vidit ectypum utriusque partis. In eodem lapide postea exaratus titulus Galerii supra N. 653, adiecta quoque acclamatio [*si*]c XX, sic XXX).

Titulos positos a vicis Alexandriae dedi supra N. 1018. 2718.

7193 [*Dianae Ephesiae et gerusiae Ephesiorum*[1] *C. V*]ibius C. f. Vof.[2] Salutaris[3] promag. portuum | provinc. Siciliae item promag. frumenti mancipalis, praefec. | cohor. Asturum et Callaecorum, trib. mil. leg. XXII Primigeniae p. f., subpro|curator provinc. Mauretaniae Tingitanae item provinc. Belgicae | Dianam argenteam item imagines argenteas duas unam urbis Ro|manae et aliam gerusiae[4] sua pecunia fecit, ita ut omni ecclesia su[*p*]ra | bases ponerentur; ob quarum dedicationem in sortition[*em*][5] gerusiae con|secravit sestertia decem septem milia nummum. | *Ἀρτέμιδι Ἐφεσίᾳ καὶ τῇ φιλοσεβάστωι γερουσίᾳ Ἐφεσίων | Γάιος Οὐείβιος Γ. υἱὸς Οὐωφεντίνα Σαλουτάριος ἀρχώνης | λιμένων ἐπαρχείας Σικελίας καὶ ἀρχώνης σείτου δήμου | Ῥωμαίων, ἔπαρχος σπείρης Ἀστούρων καὶ Καλλαικῶν, χειλί|αρχος λεγιῶνος κβ Πρειμιγενίας πίας φιδήλεως, ἀντεπίτρο|πος ἐπαρχείας Μαυρετανίας Τινγειτανῆς καὶ ἐπαρχείας | Βελγικῆς, Ἄρτεμιν ἀργυρέαν καὶ εἰκόνας ἀργυρᾶς* [*β'*], *μίαν ἡγεμο|νίδος Ῥώμης καὶ*[6] *φιλοσεβάστου γερουσίας ἐκ τῶν ἰδίων | ἐποίησεν, ἅτινα καθιέρωσεν ἵνα τίθηται κατὰ ἐκκλησίαν ἐπὶ | τῶν βάσεων, ὡς ἡ διάταξις αὐτοῦ περιέχει· καθιέρωσεν δὲ | καὶ εἰς κλῆρον τῆς γερουσίας δηνάρια τετράκισχειλια διακό|σια πεντήκοντα. | Ἐπὶ ἀνθυπάτου Γ. Ἀκυιλλίου Πρόκλου, γραμματεύοντος Τιβ. Κλαυδίου* | [*Ἰο*]*υλιανοῦ φιλοσεβάστου καὶ φιλοπατρίδος.* |

Ephesi rep. ante theatrum loco non suo (III S. 14195, 4 descr. Heberdey). — 1) *Primus versus in plintho basis scriptus periit, fortasse cum basis in alios usus converteretur.* — 2) *Sic constanter scriptum (pro* Ouf.) *in omnibus huius viri titulis, item Graece constanter Οὐωφεντίνα.* — 3) *Huius Salutaris praeter titulos ad singula donaria ab eo posita spectantes extat instrumentum donationum duplex, quod incisum Ephesi in introitu theatri, iam est in museo Britannico (Hicks Greek inscr. in the British Museum n. CCCCLXXXI vol. III p. 128. 133), factum anno p. Chr. 103/4.* — 4) *Ad haec dona spectant ex instrumento supra (not. 3) citato v. 81 seq.: ὁμοίως καὶ ἀ[ρ]γυρέα Ἄρτεμις λα[μπαδηφό]ρ[ο]ς, ὁλκῆς λ(ειτρῶν) ζ' καὶ εἰκὼν ἀργυρέα τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων .... καὶ εἰκὼν ἀργυρέα τῆς φιλοσεβάστου γερουσίας .... καθιερωμένα τῇ τε Ἀρτέμιδι καὶ τῇ Ἐφεσίων γερουσίᾳ.* — 5) *De hac sortitione actum erat in instrumento supra (not. 3) citato post v. 134, sed locus periit.* — 6) *Insere ἄλλην.*

7194 Dianae Ephesiae | et phyle Teion[1] | C. Vibius C. f. Vof.[2] Salutaris promag. | portuum provinc. Siciliae *(et reliqua, ut in N. 7193)* — — Dianam argenteam item imagines argenteas duas, | [*u*]nam Lysimachi[3] et aliam phyles sua pecunia fecit, ita ut | [*om*]n[*i e*]cclesia supra bases ponerentur; ob quam dedicatio|nem in sortitionem[4] sex phylaes[1] consecravit HS XXXIII CCCX[XX]III[*S*][5]. | *Ἀρτέμιδι Ἐφεσίᾳ καὶ φυλῇ Τηίων Γ. Οὐείβιος Γ. υἱὸς Οὐωφεντίνα* | [*Σ*]*αλουτάριος ἀρχώνης λιμένων ἐπαρχείας Σικελίας (et reliqua)* — — *Ἄρτεμιν ἀργυρέαν καὶ | εἰκόνας ἀργυρέας δύο, μίαν Λυσιμάχου καὶ ἄλλην τῆς φυλῆς | ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησεν, ἅτινα καθιέρωσεν ἵνα τίθηνται | κατ' ἐκκλησίαν ἐν τῷ θεατρῷ ἐπὶ*

τῶν βάσεων, ὡς ἡ διάταξις | αὐτοῦ περιέχει· καθιέρωσεν δὲ εἰς κλῆρον ταῖς ἓξ φυλαῖς | δηνάρια ΗΤΛΓ[6] ασ. Ͱ[7] | [Ἐ]πὶ ἀνθυπάτου Γ. Ἀκυιλλίου Πρόκλου, γραμματεύοντος Τιβ. Κλαυδίου | Ἰουλιανοῦ φιλοσεβάστου καὶ φιλοπατρίδος τὸ β. *(In parte aversa)* Tei[o]n.

7194[a] [*Dian*]ae Ephesiae et | [*ph*]yle Sebaste | C. [*Vi*]bius C. f. Vof.[2] Salutaris promag. portuum | provinc. Sicilia[*e*] | *(et reliqua, ut in N. 7193)* — — Dianam argenteam item imagines argentea[*s*] duas unam divi Aug. [*a*]liam phyles sua pecunia fecit, ita ut omni ecclesia | in theatro supra bases ponerentur; ob quarum dedicationem in | in *(sic)* sortitionem[4] sex phylaes consecravit HS XXXIII CCCXXIII S.[5] *(Deinde eadem Graece, sic ut supra). (In parte aversa)* Σεβαστῆς· | καὶ συνεδρίου νεωποίων, | καὶ συνεδρίου χρυσοφόρων[9], | [κ]αὶ συνεδρίου κουρήτων.

7194[b] [*D*]ianae Ephesiae et | phyle Carenaeon[1] | [*C. V*]ibius C. f. Vof.[2] Salutaris promag. portuum | [*pr*]ovinc. Siciliae *(et reliqua, ut in N. 7193, sed laceri)* — — [*Dianam*] argenteam item imagines argenteas duas unam | . . . . .[10] et aliam phy[*le*]s sua pecunia fecit, ita ut omni | [*ecclesia in th*]eatr[*o sup*]ra bases ponerentur, ob quam de|[*dicationem in sortiti*]onem sex phylaes consec. HS XXXIII CCCXXXIIIS. | *(Graeca paene tota perierunt).*

Ephesi in theatro rep., bases tres (III S. 14195, 6. 5. 7 III 6065, primam et secundam descr. Heberdey cf. Jahreshefte des oesterr. arch. Inst. II 1899 app. p. 43; tertiae in Britanniam ablatae vidi ectypum). Ex aliis similibus basibus supersunt III 14195, 8. 10. — 1) *De sex tribubus Ephesiorum cf. Hicks Greek inscr. in the Brit. Mus. III p. 68 seq.* — 2) *Cf. N. 7193 not. 2.* — 3) *Lysimachus rex, cuius merita erga urbem Ephesum apparent ex Strabone 14 p. 640.* — 4) *Quomodo haec sortitio instituenda esset, expositum erat in instrumento supra (N. 7193 not. 3) citato v. 142 seq.* — 5) *Numerus corruptus, corrigitur ex N. 7194[a]. 7194[b].* — 6) *8333,* 7) *ἀσσάρια ἕξ. Cf. not. 8.* — 8) *Sest. 33333 1/2 (= denar. 8333 3/8). Summarum a Vibio Salutare consecratarum usurae nomine quotannis pro denariis centum Ephesiis numerari debuisse denarios novem, apparet ex instrumento supra (cf. not. 4) citato (cf. Mommsen Zeitschr. f. Numismatik 14, 1887 p. 40; Billeter Gesch. des Zinsfusses p. 104); tribubus igitur Ephesiis quotannis dividundi erant denarii 750, sive drachmae Asiaticae circ. 1000 (cf. Mommsen l. c.).* — 9) *Cf. Kern Herm. 36, 1901 p. 512.* — 10) *Cuius dei vel viri imaginem cum imagine phyles Carenaeon dedicaverit Salutaris, ignoratur.*

7195 Dianae Ephesiae et pueriis *(sic)* | Ephesiorum semper futuris et | paedonomis et paedeutaes | C. Vibius C. f. Vofent. Salutaris Philartemis et | Philocaesar promag. provinc. portuus *(sic)* Sicili|ae item promag. frumenti mancipalis eiusdem | provinc. *(et reliqua, ut in N. 7193)* — — | imaginem arg. Minervae Pammusae[1] ut omnibus eccle|sis *(sic)* in theatro poneretur sua pecunia fecit et consti|tuit pecuniam ut ex usuris paedonomi et paedeute omnib. ann. conv[*e*]ntic.[2] accipiant, sicut [*i*]n | diataxi superiore cautum est | Ἀρτέμιδι Ἐφεσίᾳ καὶ τοῖς [ἀ]ιεὶ ἐσομένοις Ἐφεσίων παισὶν καὶ παιδονό|μοις καὶ παιδευταῖς Γ. Οὐείβιος Γ. υἱὸς

Οὐωφεντεῖνα Σαλουτάριος | Φιλάρτεμις καὶ Φιλοκαῖσαρ ἀρχώνης λιμένων ἐπαρχείας Σικελίας (et reliqua) *εἰκόνα ἀργυρέαν Ἀθηνᾶς Παμμούσου, ἵνα τίθηται | κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν, καθιέρωσεν δὲ καὶ ἀργύριον εἰς κλῆρον τὸ ἐν τῇ | διατάξει προδιατεταγμένον.* (In partis aversae margine superiore) *φυλὴ Ἀδριανή.*

Ephesi in theatro rep. (III S. 14195, 9 descr. Heberdey). — 1) *Ad hoc signum Minervae a Vibio Salutare Dianae Ephesiae et pueris Ephesiorum dedicatum haec spectant ex secundo instrumento supra (N. 7193 not. 3) citato (v. 336 seq.): εἰκὼν ἀργυρέα Ἀθηνᾶς Παμμούσου ὁλκῆς σὺν τῷ ἐπαργύρῳ τῆς βάσεως αὐτῆς λειτρῶν ἑπτὰ ἡμιουνκίου γραμμάτων ὀκτώ, ἣ καθιερωμένη τῇ τε Ἀρτέμιδι καὶ τοῖς αἰεὶ ἐσομένοις Ἐφεσίων παι[σ]ὶ τίθηται κατὰ πᾶσαν νόμιμον ἐκκλησίαν ἐπάνω τῆς σελίδος οὗ [ο]ἱ παῖδες καθέζ[ο]νται.* — 2) *Cf. Cic. de rep. 3, 35, 48.*

De aliis titulis Dianae Ephesiae dicatis vide supra N. 4046 cum not.

7196 kaput ex testamento P. Aeli Onesimi Aug. li[*b.*] | Civitati Nacolensium[1] patriae meae[2] amantissimae quamvis p[*lu*]|rimum debeam, pro mediocritate tamen peculioli mei dari volo | HS CC n̄. ea condicione uti arbitratu Corneli . . . . ini et Corneli [*He*]|syci faeneretur ea pecunia et ex usuris q[*uod conf*]ectum fuerit p[*ro*]|ximo triennio in sitonico[3] tribuant ut q[*uo*]d[*q*]uod annis[4] possit e[*o*] | frumentum comparari. Et peracto triennio volo eius omnis pe|cuniae usuras quodquod annis[4] civibus meis dividi politograp[*hia*][5] | facta die felicissimo natali domini n. Traiani Hadriani. Sport[*u*]|li[*s*] autem partem dimidiam eius usurae tribui volo, sic ut [*p*]ar[*s*] | dimidia die festo eoru[*m quae*] . . . . . idia appellantur, er[*ogetu*]r . . .

Sidi Ghazi, ubi fuit Nacolea (III S. 6998 Mommsen vidit ectypum). — 1) *De Nacolea cf. supra N. 6091 (not. 3).* — 2) *Notabile est Augusti libertum patriam habere suam (Momms.).* — 3) *Pecunia frumentaria (cf. C. I. Gr. 2140. 3422. 5831, a[8] p. 1000).* — 4) *Quotannis.* — 5) *Civium recensus.*

7197 diis mánibus | Heraclitus Hermiae[1] f. | Bargyliétes fyles Alátidos[2], | fécit sibi et suis libertis libertabusq., vix. ann. . . .

Romae rep., ibi ubi N. 1849 (VI 35438; Notizie degli scavi 1891 p. 34. Tituli in parte aversa extantis reliquias omisi). — 1) *Idem in t. suburbano Inscr. Graec. Ital. 1584.* — 2) *Phyle huius nominis Corinthi fuisse putanda est, ita appellata a conditore Alete. Cf. Pindar. ol. 13, 14 cum schol.; Suidas s. v. πάντα ὀκτώ.*

Pisidia.

7198 C. Arrio C. f. | Quirina | Calpurnio | Frontino | Honorato | c. v., IIIvir. mone|tali a. a. a. f. p., quaes|tori candidato, | praetori candid., | auguri, cos., pa|trono col., pos|tul. pop. in theatro, | vic. Velabrus[1] (*in alia*) vic. aedilicius (*in tertia*) vic. patric[*i*]us.

Yalowadj, ubi fuit Antiochia Pisidiae (III S. 6810—6812 primae et secundae ectypa vidit Mommsen). — 1) *Alios tres vicos huius Antiochiae habes supra*

N. 5081 (not. 6). Cf. praeterea N. 6661 not. 4. — Vicos Alexandriae Troadis habes supra N. 1018. 2718.

7199 L. Cornelio | L. f. Ser. Marcel|lo aed., q., gram|mati [1], IIviro, | Hortensia M. f. Ga[*l*]la avun|culo suo opti|mo et amantis|simo ob meri|ta eius.

Kuyudjak prope Yalowadj (III S. 6833 descr. Sterrett). — 1) γραμματεῖ.

7200 L. Flavio Paulo | Ser., dec., aedil., quaes[*t.*], curatori arcae san|ctuar[*i*] [1], L. Flavius L. f. Ser. | Longus f. patri suo ob | merita eius d. d. | H. c.[2]

7200[a] L. Flavio L. f. | Ser. Crispino | sacerdoti I. o. m., | dec., L. Flavius L. f. | Ser. Longus pater | d. d. H. c.[2]

Yalowadj (III S. 6839. 6838 ter descriptae). — 1) *In titulo III S. 6840 is qui hos titulos posuit dicitur* curat. [*arcae*] sanctuariae. — 2) *Honoris causa.*

7201 St. Pescennius | L. f. Ser. praef. | Drusi IIvir. ann. | secund.[1], pont., | IIvir q[*q.*] . . .

Yalowadj (III S. 6843 vidit Ramsay). — 1) *Aut Drusus honorem continuavit per biennium, aut duovir creatus est anno coloniae secundo (Momms.).*

7202 . . . . | C. f. Ser. | Saturnino | praef. fabr., q., | IIvir., universo | postulante populo | ob aequam et inte|gram iuris dictio|nem.

Prope Yalowadj (III S. 6844 Mommsen vidit ectypum).

Alios titulos huius Antiochiae dedi supra N. 101. 998. 1017. 1038. 1039. 2237. 2238. 2696. 2708. 5070. 5081.

7203 Οὐαλερίας. | L. Pacciam Vale|riam Saturninam | honoravit col. | Iul. Aug. Prima Fi|da Comama [2] statu|amque posuit Au|relia Valeria | Scriboniana Fron|tina filia eius.

Ürgüdlu, ubi fuit Comama Pisidiae (III S. 12149 descr. Bérard bull. corresp. hell. 16, 1892 p. 419). — 1) *In simili inscriptione III S. 12150 superscriptum est* Σατορνείνης, *videntur aliae duae periisse, quibus nomina* Λουκίας *et* Πακκίας *superscriptae erant.* — 2) *De Comama cf. C. I. L. III S. p. 1250.*

Syria. Palaestina.

7204 [*imp.*] | Caes. L. Septimium | [*Se*]ve[*r. Pium*] Pertinacem | [*Aug.*] Arab. Adiab. Par|thic., princip. fe|licissimum, pon|tif. max., trib. po|test. XII[1], imp. VIII[2], | cons. II[2], procos. | quattuor | civitates Com|[*m*]ag.[3] principem | [*iu*]stissimum.

Ibi ubi N. 5899, id est in ponte fluminis Chabinae, in confiniis Cappadociae et Commagenes, columna (III S. 6712 = Eph. ep. 5, 28 descr. Puchstein). Eodem loco extant similes tituli Caracallae et Iuliae Domnae (III S. 6713. 6714), extabat sine dubio aliquando quartus Getae dedicatus. — 1) *A. 204.* — 2) *Cf. supra N. 5899 not. 2. 3.* — 3) *Quattuor hae civitates videntur fuisse Samosata, Doliche, Germanicia, Perre (cf. Mommsen l. c.).*

7205 civitas et bule Aradia | L. Domitio C. f. Fab. Catullo [*p*]raef.

Aradi (Ruâd) (III S. 14165 [10] = Revue arch. ser. 3, 30, 1897 p. 338).

7206 M. Fl. Agrippam [1] pontif., | IIviral. | col. I [2] Fl. Aug. Caesareae, ora|torem, ex dec. dec. pec. publ.

Prope Caesaream Palaestinae rep. (III S. 12082 descr. Schumacher Zeitschr. Palaestina-Verein 1889 p. 25). — 1) Sine causa hic creditur Iosephi Iudaei rerum scriptoris filius natu minimus. — 2) Coloniae primae (cf. N. 7203).

7207 *(protomae duae)* d. m. | Aur. Maximo civis | Surus [1] ex regione | Zeugma vico Hennia, | an. XXV, Aur. Bassus Barathe | vivus fecit frat., et Aur. Sabino | civis Surus [1] ex regione Zeugma | vico . . . [2]

Celeiae in Norico (III S. 11701 vidit Hirschfeld). — 1) Requiritur casus tertius. — 2) Titulus non perscriptus.

Cyprus.

7208 [*Veneri Paphiae c. R.* | *qui Pa*]phi negotiantur. | [*Ἀφροδίτῃ Παφίαι* [*οἱ ἐν*] *Πάφῳ Ῥωμαῖοι.*

Paphi rep. (III S. 12101 = Journal of hell. studies 1888 p. 234).

Creta.

7209 imp. Caesari L. Se[*ptimio*] | Severo Pertinac[*i Aug. p. m.*], | tr. p. III [1], cos. II, imp. III [2], p. p., | c. R. q. G. c. [3] ex summa quam | intulit pro decurionatu suo | Fl. Titianus sacerdos designa|tus divi Traiani, curante | L. Naevio Exacesta sacerdote | divi Aug. et c. c. R. G. c. [4]

Gortynae (III S. 12038 = Eph. ep. 7 p. 425, 5 descr. Halbherr). — 1) A. 195. — 2) Requiritur IIII. *— 3) Cives Romani qui Gortynae consistunt. Cf. N. 6777 cet. — 4) Curatore civium Romanorum (cf. N. 7011 not. 2) Gortynae consistentium* (O · C · R · G · C *excepit Halbherr,* C C R C C *aliud apographum). Cf. Kornemann de civib. Rom. in provinciis imp. consistentibus (Berol. 1891) p. 29. — Alios titulos Gortynios dedi N. 158. 4051.*

7210 . . . . dedit. In hoc munere X D [1] sunt, quos e lege | coloniae pro ludis dare debuit.

Cnossi (III S. 12042 descr. Halbherr). — 1) Denarii quingenti.

Typis I. B. Hirschfeldi, Lipsiae.